

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

DECISIONES

Coram Rmo P. Domino

CYRIACO LANCETTA

Ejusdem Sac. Rotæ Decano

Ac Sacræ Pœnitentiariæ Regente, Viro utriusque Juris Peritissimo

Ex propriis autographis diligenter depromptæ, Argumentis, Summariis, atque locupletissimo generali Indice adauctæ.


SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XII.

PONT. OPT. MAX.

D I C A T Æ.

TOMUS QUINTUS.





R O M Æ, M. DCC. XXXIII.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi in platea Montis Citatorii.

SUPERIORUM PERMISSU.

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hoc Quinto Volumine continentur.

fixis aliquod ex istis capitale tutò alienare potest, quando fructus eorumdem de tempore huius solutionis faciendæ sufficientes non fuissent. 37.

Pisauren. Immissionis.

Lunæ 27. *Martii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 20. Junii 1718.

Immissio clara non retardatur ex titulo possessionis, quam quis super deliberatione nulla fundaret. Ex quibus defectibus deliberatio irrita non remaneat, ex quo per æquipollentes actus possit illis suppleri; & ex quibus affirmativè; inter cætera læsio, & excessus se offerunt, quæ inter nullitates insanabiles numerantur.

Actus nullus, ut approbatus dicatur, scientia nullitatis cum facti, tum juris in approbante requiritur; ex quibus verò aliis defectibus corruat deliberatio. 41.

Perusina Immissionis.

Veneris 21. *Aprilis* 1719.

ARGUMENTUM.

Fæminæ licèt veniant sub nomine *filiorum*, & *descendentium*; attamen, quando de contraria Testatoris constat voluntate ex conjecturis desumpta, regula hæc patitur limitationem, conjecturæ sunt, agnationis contemplatio, desiderium, quod bona in domo Testatoris conserventur, & dotationes, de quibus fæminis, eveniente casu, ipse consuluisset. 44.

Civitatis Castellanæ Electionis.

Veneris 21. *Aprilis* 1717.

ARGUMENTUM.

Discipulus, ut ad Locum Studii juxtà fundatoris mentem, debitam sibi immissionem reportet, ex quo cæteros concurrentes ingenio superet, sitque de illius Patria oriundus, dicitur in probatis quoad utrumque extremum, quando, respectu originis, suum genitorem proprios lares ad ejusdem Fundatoris patriam, non accidentaliter, transtulisse probet, sed animo ibi perpetuò permanendi, ubi etiam ad Communitatis munera, publicaque officia fuisset electus, & quoad sui ingenii præeminentiam, fidem publicam Religiosi examinatoris ad hoc selecti deducat. 46.

Montis Falisci Canonicatus super Litteris Jacobi.

ARGUMENTUM.

Qualificatus habens requisita à Testatore volita pro reportanda nominatione, & institutione ad Beneficium posponitur extraneo per Apostolicas literas Proviso, quando tempore habili, & post lapsum quadrimestris à die vacationis collationem sibi non postulasset; adeoquod de eo idem extraneus fuisset provisus, ædemque literæ suum plenarium habuissent effectum, & executionem. 49.

Ravennaten. Manutentionis.

Veneris 28. *Aprilis* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est in parte revocatoria alterius sub die 8. Aprilis 1715.

Fæminæ unius lineæ sub conditione — *Si sine filiis* — comprahensæ cessantibus masculis ipsius lineæ primò vocatæ, licet ad exclusionem masculorum substitutorum alterius lineæ secundo loco vocatæ succedant, attamen quando conjecturæ, & circumstantiæ tanti ponderis sunt, ut testatorem ad suæ agnationis conservationem respexisse præseferant, semper exclusæ præsumuntur, masculisque de secunda linea locus datur, præsertim quando eædem ex facto prædecessorum exclusæ apparerent, quod statum facit tùm in linea confessionis, cum observantiæ dubiæ dispositionis interpretativæ, multoque magis ab eisdem prædecessoribus causam habentes afficit 51.

Romana Pecuniaria.

Veneris 5. *Maii* 1719.

ARGUMENTUM.

Rei stabilis Possessor, qui censum super ea impositum cum reportatione jurium extinguit, debitoris figuram gerere dicitur, ita ut prædicta cessio nullam actionem ei pariat, sed in simplicem quietantiam, & liberationem resolvatur. Actio tam pro evictione, quam liberatione à molestiis non competit adversus illum, qui per transactionem nil tradidit, sed tantum penes possessorem, cum quo transegit, eam rem, super qua jus habere prætendebat, recepto pretio, & absque ulla de reportando obligatione relaxavit. 54.

Auximana Juspatronatus.

Veneris 12. *Maii* 1719.

ARGUMENTUM.

Gratia *pro Præsentato* à medietate Patronorum justificata dicitur, etiam si inter Compatronos aliquis intercessisset contractus de alterum præsentando, quando vel iste esset nullus, vel symoniacus, neque Gratia ob hanc reticentiam inficitur ex quo Papam non retraxisset, & quare, ac quando similis inter compatronos concordatio obliget, vel ne. 57.

Ariminen. Immissionis.

Veneris 2. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Monasterium ex persona Monaci ad bonorum usumfructum in istius vita admittitur, ad quæ bona illius Mater filios agnationis conservandæ capaces vocasset, quæ etiam in Monaco servatur; secùs verò, si Testatrix filios uti familiæ propagandæ aptos nominasset, quod non est in Monaco verificabile. In primo casu, neque illi obstat renunciatio conditionate, & pactionate concepta, ob quam in caducitatem à Testatrice comminatam diceretur incursus, quando illa ob conditionis inadimplementum fuit resoluta, & sic cum ipsa etiam caducitas evanuit, quæ etiam ex quavis levi causa removetur. 59.

Eugubina Fructuum Cambii.

Lunæ 2. *Iunii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria alterius sub die 1. Julii 1718. emanatæ.

Loca Pia cambiales contractus inire prohibentur

tento principio unius lineæ constitutivo, omnes de ea descendentes, de una eademque linea formali reputantur; maximè quando legitimati in defectum tantum legitimorum sedem in testamento habuerunt.

Hæredes gravati circa modum dividendi tantantum, & fideicommissi substantia non læsa, in casu prædicto, ne illud ex minutatim factis destruatur divisionibus, ejus indemnitati possunt consulere. 86.

Bononien. Fideicommissi de Marsiliis super Immissione.

Veneris 23. *Iunii* 1719.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum fideicommissariorum ad effectum obtinendi immissionem probatur ex instrumentis divisionum per hæredes gravatos initis, ut ex descriptione de eisdem facta à fideicommittente.

Immissio non retardatur per exceptionem melioramentorum, quæ tam in genere, quàm in specie liquida non sunt. 90.

Romana Cambii.

Lunæ 26. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Cambium non præsumitur solutum per hoc, quod debitor aliam summam eo majorem illius creditori persolvisset, & cum isto computa solidasset, quando hæc solidatio mercium solutionem totaliter à cambio distinctam respiceret; neque per conjecturas desumptas, ex eo quia in libro fundaci magistro, nisi unica fructuum receputa reperiretur conscripta, quando penes eundem debitorem etiam privati recepusarum liberculi, ac volantes receputæ reperirentur. 92.

Auximana Jurispatronatus.

Veneris 30. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 12. Maii hujus anni emanatæ.

Gratia Apostolica *Pro præsentato* non infringitur per reticentiam in precibus, quod aliquis intercessisset contractus inter Compatronos circa personam nominandam, & alter de familia eodem iure gaudens adesset, quando in eodem contractu simoniaca labes detegeretur, & quoad alterius existentiam, hic propter ætatem fuisset incapax, quæ omnia Papam non retraxissent. 94.

Bononien. Manutentionis.

Veneris 30. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Possessio anterior posteriori præfertur, nec per exceptiones petitorium potius respicientes infringitur.

Filia adversus hereditatem paternam non potest & titulum dotis, & hæreditarium allegare, sed vel unum, vel alterum; sique secundum alleget, ea omnia, quæ dotis titulo recepit, cum illius heredibus conferre tenetur. 97.

Bononien. Fideicommissi de Felicinis.

Lunæ 3. *Julii* 1719.

ARGUMENTUM.

Immissio pro consequenda dote super bonis ascendentalibus fideicommisso subiectis mulieri competit, licet virtute alterius transversalis dispositionis illa fuissent ab hærede gravato avocata, quando iste ad alium effectum sibi magis proficuum illud allegasset, & in substantia ascendentale esset, eademque actione mulier etiam pro fructibus gaudet, licet de eis non interpellasset, quando vir matrimonii onera substinuisset.

Identitas bonorum fideicommissariorum, quodque talia sint, ex instrumentis divisionum, tali titulo inter hæredes gravatos sequutarum, concludenter probatur. 98.

Eadem coram eodem super Attentatis.

Lunæ 3. *Julii* 1719.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario. 101.

Monasterien. Canonicatus.

Lunæ 3. *Julii* 1719.

ARGUMENTUM.

Legittimus Possessor manutenendus est, non vero qui per medium attentatorum possessionem arripuit, quæ primum possessione spoliare apta non sunt.

Laicale beneficium Apostolicis reservationibus non subiacet. 102.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 3. *Iulii* 1719.

ARGUMENTUM.

Affictuarius, qui in socium alterum ad affictum vocat, de istius qualitatibus, & tempore, quo sit duraturus tenetur eum certiorem facere, sique ex tali reticentia illi damnum obveniat, ad illud tenetur.

Creditum ex re fructifera proveniens fructus parere debet, & quando, & ex quibus excessivi non dicantur. 103.

Romana Officii Mazzieratus Apostolici.

Lunæ 31. *Julii* 1719.

Nec Argumento, nec Summario indiget. 105.

Bononien. Manutentionis.

Lunæ 20. *Novembris* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius emanatæ sub die 30. Junii hujusmet anni.

Filia vivente Patre congruè dotata, non potest post ejus obitum una cum fratribus in paterna hæreditate succedere, licet in testamento eidem constitutioni præventivo pro virili hæres appareret instituta, isto enim casu Pater ea executioni præventive demandare voluisse censetur, quæ post sui obitum exequenda fore jussisset, eandemque dotem suam in virilem tenetur adscribere, maxime iis accedentibus coniecturis, de quibus præsens decisio in ultimo numero distinctè loquitur. ibid.

Civitatis Castellanæ Electionis.

Lunæ 4. *Decembris* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 21. Aprilis hujusmet anni.

Discipulus ingenii præstantior altero ad pium relictum præfertur, quando testator primariò ad habilitatem discipuli eligendi respexit, neque ingenii debilior ex titulo pau-

Re-

cumque etiam privilegiatissimo hæredi præferendi veniant. 268.

Romana Pecuniaria.
Merc. 31. *Julii* 1720.
Nec argumento indiget, nec Summario. 270.

Romana Pecuniaria.
Lunæ 25. *Novembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 26. Aprilis hujusmet anni.

Præmium ex attergatione Montium potest licite conveniri; cum ista fidejussioni æquiparetur, & fat est, quod periculum attergantis in potentia remota, vel possibili concurrat de eo tempore, quo attergatio fuit inita, quæ est magis recepta opinio, quando vero istud dicatur adesse, & abesse periculum. 270.

Romana, seu Tiburtina Cambii.
Lunæ 25. *Novembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Ut tutius pro falsitate Scripturæ, vel apocæ Iudex stet, multum personarum qualitati deferendum est, scilicet si appareret, quod debitor dives absque ulla necessitatis expressione à paupere ad cambium ingentem pecuniarum summam cepisset, eademque apoca penes fictum Creditorem numquam extitisset, isteque sua in hæreditate de tali credito nullibi fuisset loquutus, & econtra de alio tenui mentionem fecisset. 273.

Ariminen. Immissionis super Cruthela Angeli.
Veneris 29. *Novembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Cautela Angeli post passam rem judicatam à debitore allegata, rigide probanda est.

Hæres, cujus actiones confusæ apparent, quique legale non confecit inventarium, nullum creditum adversus hæreditatem allegare potest, nec ullum retinendi titulum; ex quibus vero cautheia prædicta sufficienter probata non dicatur. 275.

Romana Concursus.
Lunæ 19. *Novembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria in parte alterius decisionis emanatæ sub die 6. Maii 1719.

Mulier in præjudicium creditorum proprii Viri ad inopiam vergentis, distractioni locorum montium consensum præbere non potest, quando eadem loca in causam restitutionis suæ dotis, auctoritate Judicis, fuissent comparata, imo suam perdit illico anterioritatem.

Privilegium Legis *Interdum* favet Creditori, cujus pecuniis fuisset domus à Domino restaurata, secus vero quando de novo fuisset constructa. 277.

Uratislavien. Juris approbandi Confessarios super Remissoria.
Lunæ 2. *Decemb.* 1720.
ARGUMENTUM.

Remissoria in prophanis semper datur, sicuti etiam ex sola materiæ articulatæ dubietate. 280.

Hostien., seu Corana Fideicommissi.
Veneris 6. *Decemb.* 1720.
ARGUMENTUM.

Vocatio Substituti, quando pendet à conditione, si hæres *sine filiis* moriatur, locum non habet, quando fœmina de isto superfit.

Conditio favore substituti verificanda in eventum obitus omnium hæredum, ex unius tantum obitu non remanet purificata: Conjecturæ, ex quibus pateat, quod filiorum vocatio in conditione posita non solum quoad portionem Patris, sed etiam quoad portionem Patruorum, sunt sequentes: Quod filii debeant esse legitimi, & naturales; reciprocæ inter substitutos ordinatio fideicommissi, perpetuitas, & ad plures substitutionum gradus digressus. 281.

Romana Immissionis, seu Vineæ.
Lunæ 9. *Decembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Salvianum non competit adversùs eum, qui ex iuribus actoris anterioribus possidet, neque isti necesse est demonstrare, quod idem actor ex retentione aliorum bonorum fit integrè satisfactus, sed fat est, ut illiquidum saltem istius creditum designet.

Loca montium in illius dominio esse dicuntur, in cujus favorem cantant litteræ patentes.

Alienare vir non potest uxoris dotem, vel bona filiorum adventitia absque legitima causa, vel eorum consensu.

Donatio post quæsitum jus creditoribus donatarii super bonis donatis, ab isto favore donantis retrocedi non potest, ex quibus verò talis retrocessio ficta dicatur, & dolosa; adeout nullius roboris remaneat. 284.

Uratislavien. Juris approbandi Confessarios.
Mercurii 10. *Decembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Est confirmatoria præsens decisio alterius emanatæ sub die 17. Junii hujusmet anni.

Approbatio Confessariorum pertinet ad Ordinarium, nec in contrarium admittitur praxis.

Consuetudo immemorabilis, ut dicatur probata, quid requiratur, & quomodo testium depositiones debeant esse inter se concordes ad terminos requisitos, quos refert *Glos. in cap.* 1. *verb. memoria de præscript. in* 6. quidquid postea sit extra istam materiam in aliis casibus. 288.

Romana Pecuniaria super Consignatione.
Veneris 12. *Decembris* 1720.
ARGUMENTUM.

Præsens decisio est *juxta modum* confirmatoria alterius sub die 20. Januarii 1719., ubi fusius habes argumentum, & ea quæ continentur in præsenti. 292.

Brixinen. Jurisdictionis.
Veneris 10. *Januarii* 1721.
ARGUMENTUM.

Regulares Ecclesiæ incorporantis non possunt præsentari ad titulum perpetuæ Vicariæ Ecclesiæ Parochialis sibi unitæ, sed Sæculares, qui ab Episcopo postea institutionem referre debent.

Unio

Hispalen. Præcedentiæ.

Lunæ 3. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Præcedentia competens PP. de Observantia, datur PP. Discalceatis ejusdem Ordinis Sancti Francisci supra PP. Augustinianos tam in solis Processionibus, & sub propria Cruce, quam in Concionibus, Disputationibus, Prælatorum concurrentia tam in Actis publicis, quam privatis, sive soli interveniant Discalceati, sive cum PP. de Observantia. 319.

Melevitana Dotis.

Veneris 7. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 26. Junii 1720. emanatæ. 324.

Romana, seu Neapolitana Pecuniaria.

Veneris 7. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Apoca contractus perfectissima dicitur, quando tria substantialia in ea requisita concurrunt, quæ sunt denunciatio hinc inde rei vendendæ, pretium, & mutuus consensus; relatio vero ad instrumentum celebrandum stare pro maiori contractus probatione, & firmitate intelligitur.

Beneplacitum Apostolicum in bonorum feudalium distractione in Forenses necessarium reportatum dicitur, etiam si Chirographus à Papa non sit subscriptus, quando tamen à tergo memorialis rescriptum adest -- *Sanctissimus annuit* 325.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 10. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Attergatarius Locorum Montium de istis expoliatus augumentum pretii casualiter super ventum sibi non acquirit, sicuti decrementi damnum sentire obligatus non fuisset, sed ad nudum valorem de tempore sequti spolii actionem habet.

Spoliator in Judiciali spolio non solum omnes fructus perceptos tenetur restituere, sed etiam illos, quos non percepit, quando istos non ex natura rei, sed ex propria culpa non percepisset. 329.

Romana Locorum Montium super Prelatione

Lunę 10. *Februar.* 1721.

ARGUMENTUM.

Creditor in concursu rem judicatam habens ad suam dispungendam anterioritatem, jam ex illa canonizatam, alterum concreditorem non admittit. 332.

Ariminen. Fideicommissi Bandi de Bandia quoad Investimentum.

Veneris 14. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Quælibet hereditas sicuti opulenta presumitur, ac Testator onus sui assis viribus impar non injunxisset, propterea hæres quanti interfit investimentum non factum, & ab illo demandatum de proprio tenetur refundere, & quando.

Insufficientia hereditatis ab herede opposita, ex relatione peritorum metienda est. 333.

Lucana Unionis.

Veneris 14. *Februarii* 1721.

ARGUMEMTUM.

Unio Parochialis Ecclesiæ Monasterio, Collegio, vel Capitulo antiquitus sequta ex Vicariæ erectione in illa ab Ordinariis facta probatur, quæ unionem presupponit, nec non ex Visitationibus Apostolicis in talem titulum; Ordinarius, & Visitator in eorum officio diligentes presumuntur, & per consequens de unionis viribus perscrutasse.

Unio per centum, & ultra annos approbata, tituli revisioni non subjacet, cum centenaria meliorem titulum de Mundo pariat, & infectum etiam convalidet, ac beneplacitum, sive Breve Apostolicum, sive transactionem presupponat. 335.

Augustana Decanatus.

Lunæ 17. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Parochus ad Decanatus Beneficium promotus, & sine justa causa privatus reintegrandus est, presertim si *ob patratos excessus* sit condemnatus, itique non probarentur, nec non etiam sententia absque citatione, & trinis monitionibus fuisset promulgata. 341.

Romana Legati super Capella Angeli.

Lunæ 17. *Febr.* 1721.

ARGUMENTUM.

Dos quodvis reiicit gravamen sicut legittima. Onus dotandi neptes, si pater prædecesserit, aviam paternam tangit. Hæres mediatus de inventario non docens, nec rationem reddens ex suorum jurium confusione bona hæreditaria retinere prohibetur in Creditorum præjudicium. 343.

Augustana Decanatus super Attentatis.

Vener. 28. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Post præsentationem Appellationis ad Judicem Superiorem interpositæ nil ab appellato in Causa innovari potest; & eo magis attentata sunt clara, si, degustatis Causæ meritis, injustitia Sententiæ detegeretur. 344.

Romana Thesaurarię Marchiæ super Redditione Rationis.

Lunæ 3. *Martii* 1721.

ARGUMENTUM.

Exhibitio librorum coram Judice sufficit, ut ratio optime reddita dicatur, etiam si non sint producti, atque etiam si aliquæ partitæ per Judicem sint in suspenso relictæ, in alio dispungantur Judicio, presertim si talem rationem reddens, Judicis approbationem reportasset, ac de conspicuis partitis in genere sit creditor declaratus. 345.

Anagnina Juris pascendi super Aperitione oris.

Veneris 7. *Martii* 1721.

ARGUMENTUM.

Læsionis sumus in Apostolico Brevi sat est, ut oris aperitio concedatur, nec ea requiruntur motiva, quæ ad gratiam totaliter infringendam essent necessaria; quodlibet enim pri-

minoa *Textus in leg. cum Avus ff. de condit. & demonstrat.*

Perusina Census super modo exequendi.

Veneris 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Creditor dotis quantitativæ de fideicommissi substantia detrahendæ, speciem, vel aliquod corpus in solutum, pecuniarum loco, recipere à fideicommissario non tenetur; talia enim æquitas tunc habet locum, quando bona justo pretio nequeunt subhastari, oblatores non reperiuntur, vel quanti minimè illa deliberarentur; secùs verò, si justo pretio isti emere se offerant, & adsint; loquendo inter debitorem, & creditorem sanguine conjunctos.

Hydruntina Beneficii.

Veneris 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Patronus per subsequens legitimatus, & à fœmina in schemate concubinatus per fundatorè retenta ortum habens à Jure patronatus activo non decadit, quia per legitimationem ex subsequenti ad omnia jura, & ad omnes Juris effectus reintegratus censetur, satisque est, ut ab eo Præsentatus institutionem referat, quod in quasi possessione præsentandi, & filiatione gaudendi extet. Filiatio etiam per conjecturas, & Testes de publica voce & fama deponentes, ac ex appositione nominis in Fonte Baptismatis uti filius, de quo dicitur natus, probatur. 405.

Finis Indicis Argumentorum Tomi Quinti.



INDEX DECISIONUM,

Quæ in hoc quinto Volumine continentur per Diœceses juxtà ordinem Alphabeticum.

Ea-

Z

Finis Indicis Decisionum.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram
MO R. P. D. LANCETTA
EJUSDEM SACRÆ ROTÆ DECANO.

CAVALLICEN. VINTENII SUPER EXPENSIS.

Veneris 13. Januarii 1719.

ARGUMENTUM.

In causa victus victori expensas tum judiciales, tum extrajudiciales tenetur reficere, quæ verò dicantur primæ, quæque secundæ, & quomodo taxentur, sequens declarat.

SUMMARIUM.

1 *Expensæ judiciales sunt sportulæ, actorum regestra, citationes, processuum interpretationes, & testium summaria, quæ usque ad ultimum quadrantem reficiuntur.*
2 *Expensæ extrajudiciales sunt Defensorum honoraria, scripturarum copiæ, impressiones, & similes.*
3 *Istæ de Rotæ stylo ad rationem scutorum decem pro qualibet instantia taxantur.*
4 *Exceptio de jure tertii non est allegabilis.*
5 *Excessus in taxatione expensarum non præsumitur, sed est ab allegante probandus.*

DECISIO MXCV.

CONSECUTURI possidentes bona in Territorio Loci de Gadaneis complementum Victoriæ ejus litis, quæ diù substinuerunt contra Duces ejusdem loci Dominos super Vintenio ab eis prætenso de qualibet fructuum specie, & sui favore definiri obtinuerunt prius coram A. C., procedente de Voto Sacræ Rotæ, juxta *decis. editam cor. bon. mem. Emerix jun.*, & deinde in nostro eodem Tribunali *cor. Emo Priolo, cor. Rmo Ansalda Decano, & coram Me.* Reportarunt etiam consuetam taxationem expensarum reficiendarum à succumbente prius coram Me, demum etiam coram Rmo Decano in ducatis 784., sed adhuc suspensa fuerunt eorum vota, quia pro parte Ducissæ de Gadaneis appellatum fuit ab excessiva, itaut necesse fuit victoribus curare de more disputationem dubii -- *An constet de excessiva taxatione expensarum* -- eique in hodierna audientia, eadem Ducissa non comparente, licèt pluries monita, ac diu expectata, responderunt Domini *Non constare de excessiva.*

Quippe quia perlustrata attentè notula expensarum taxatarum, quæ de stylo Dominorum oculis subjecta fuit *in Summario possidentium*, nullus in ea considerari valuit excessus, dum duplicis tantum speciei conti-
1 net expensas, Judiciales nempe, consistentes in sportulis, registris actorum, citationibus, interpretatione processuum, ac summariis testium, quæ vivæ dicuntur, & ex actis justificantur, ideoque uti certæ, & liquidæ; tam de jure, quàm de stylo Curiæ, & præsertim nostri Tribunalis integraliter reficiendæ sunt, nec de ullo redargui valent excessu, *Rota in Ampurien., seu Civitaten. unionis super expensis 2. Julii 1717 §. Quoniam cor. Rmo Falconerio Urbis Gubernatore, in Romana immissionis super expensis ejusdem audientiæ 10. Januarii 1718. §. Quippe quia cor. Me.*

2 Extrajudiciales aliæ, quales sunt Defensorum honoraria, scripturarum copiæ, seu im-
3 pressiones, & similes, eodem modo visæ sunt à qualibet exceptione excessus immunes, quia apparuerunt taxatæ in tenui summa scutorum decem pro qualibet instantia, juxta stylum sacri Auditorii, ideoque earum etiam debita refusio ulterius retardari non poterat, ut sæpius dixit *ead. Rota dec. 1. nu. 3. cor. Ansaldo Decano, in Melevitana expensarum 24. Junii 1700. §. Cæteræ cor. Emo de la Tremoille, in Romana redditionis rationis super expensis 15. Januarii 1717. §. Expensæ coram R. P. D. Rovault de Gamaches, & in allegat. Romana dotis §. Partim. verò coram Me*

Absque eo quod ullus excessus deduci valeat ex eo, quod hodie ad hujusmodi taxationem obtinendam comparuerint soli Forenses possidentes bona in Territorio Gadaneis, in primis verò duabus instantiis coram A. C. actitatis de voto Rotæ, & coram Eminentissimo Priolo litem etiam substinuerint Cives, & Communitas ejusdem loci, qui deinde destiterunt, & ideo Forenses non possint in-

tegram earum expensarum refusionem obti-
4 nere. Etenim ista exceptio, quidquid sit an
possit per Ducillam allegari, dum est de jure
Tertii, nempe dd. Civium, & Communitatis, tollitur statim ex facto Forensium, qui justè, honestique sequaces, censuerunt, quod expensę instantiarum factarum una cum Civibus, pro sola medietate ipsorum favore
5 taxarentur, prout factum extitit, & sic penitus cessat quævis excessus prætensio, qui cæteroquin non præsumitur, & fuisset à Ducilla demonstrandus, ex notatis *dec.33.nu.9. cor.Me. Alex.VIII. dec.454.n.2.cor. Priolo dec.412.n.10.p.19. rec.*

Et ita unica &c.

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SUPER DETRACTIONIBUS.

Lunę 16. Januarii 1719.

ARGUMENTUM.

Est ferè in omnibus confirmatoria alterius sub die 11. Februarii 1718.

Filiusmasculus, ut legitimam in triente de bonis fideicommissariis Patris sibi adipiscatur, fæminam sororem connumerare non tenetur, sive ob ingressum in Monasterium ita favore Patris renunciasset, sive non, quando per Patrium Statutum propter masculos excluderetur.

Hæredi gravato respectu fideicommissarii opus non est legale, & rigorosum inventarium, dummodo de alienationibus conspicuis à se factis non probaretur; vel inter gravatum, & creditores fideicommittentis res non esset.

SUMMARIUM.

1 *Dos de quibus pecuniis dici debeat soluta, dotali instrumento est deferendum.*

2 *Dos non præsumitur soluta de pecuniis hæreditariis Patris, quando probatur in tali hæreditate nullas fuisse repertas.*

3 *Amplia, quando constat, quod paulò ante obitum, Pater in urgenti rei familiaris angustia versabatur.*

4 *Dos à triente paterni axis non deducitur, quando apparet soluta à fratre, vel alio, & vel ex Statuto, vel paterna dispositione loco legitimę successit.*

5 *Legitima, quæ filio in triente debeatur, non læditur ex renunciatione, quam filia, & respectivè soror favore Patris fecisset, quoties ipsa ex dispositione legis municipalis à successione propter masculos excluditur.*

6 *Legitima, ut in integro triente à filio acquiratur, necesse non est, quod fęmina ab ea connumeretur.*

7 *Renunciatio fæminæ per Statutum exclusæ propter masculos favore Patris, nil transfert in istius hæreditatem.*

8 *Exclusio fęminæ propter masculos ex statutaria dispositione aufert portionem ab ipsa, eamque per quamdam tacitam adjudicationem masculis applicat.*

9 *Fęmina à Statuto exclusa de hæreditate Patris propter masculos longe minus suam portionem hæreditariam potest in aliam transferre.*

10 *Inventarii defectus non impedit, quin hęres gravatus in restitutione fideicommissi possit detractiones, sive quotitativas, sive quantitativas postulare, quando res est cum hærede fideicommissario, secus si cum creditoribus fideicommittentis;* amplia ut in n.19.

11 *Limita respectu detractionum accidentalium, & quando cum defectu inventarii concurrerent tot alienationes, ut status hæreditarius incertus remaneret.*

12 *Sublimita, quando contra gravatum dissipationis, & occultationis bonorum præsumptio augeret.*

13 *Defectus inventarii non imputatur gravato, qui in ætate pupillari decessisset, sed ipsi fideicommittenti, qui pupillo minus diligentem tutorem dedisset.*

14 *Hęres gravatus hæreditaria bona præsumitur subtraxisse, quando probatur eum non alienasse bona stabilia.*

15 *Status fideicommissarius probatur ex firmatione, quam de eo Curialis Peritus fecisset,* & n.18.

16 *Amplia, ut etiam ex inventario de eo confecto post obitum primi hæredis.*

17 *Subamplia, ex depositionibus testium coarctantium negativam existentię aliorum bonorum præter comprehensa in inventario.*

18 *Defectus inventarii sanatur ex relatione Periti Curialis, qui statum hæreditarium judicialiter firmavit.*

20 *Tutor asserens de pecuniis testatoris soluisse dotem, non præsumitur falsum dixisse, maximè si ad hunc effectum pecunias à defuncto fuisse depositas probaretur.*

21 *Dos Monialium debet deponi antequam istæ Monasterium habitum assumant.*

22 *Liber tutoris circa probationem versionis pecuniarum in utilitatem, & commodum pupilli optimè probat, maximè si esset Parochus, & à Testatore commendatus.*

DECISIO MXCVI.

Ex calculo detractionum, quas Sacra Rota coram Me sub die 11. Februarii superioris anni competere censuit Antoniæ Catharinæ Missirolæ, demptis hodie in repropositione Causæ duabus partitis, nempe scut.300. pro capitali oneris Missarum à fideicommittente relictarum, & scut 160 pro valore cuiusdam Prædii ab hęrede gravato acquisiti, de quibus agnita veritate Facti Partes hinc inde conveniebant jam semel habitam fuisse rationem in divisione bonorum fideicommissariorum, in reliquis visa fuerunt bene subsistere fundamenta tunc editæ decisionis, & ideo responsum fuit *juxta præmissum modum standum esse in decisis.*

Remque ordiendo à detractione legitimę competentis Dominico Antonio filio Ca sa-

ris fidei committentis, frustra iterum hodie
repetebatur pro parte Mariç Catharinæ de
Zucchinis Reæ conventę illā non esse calcu-
lādam in integro triente, sed ab eo subducen-
das esse favore fideicommissi portionem de-
bitam Juditthæ propter renunciationem ab
eadem emissam favore Patris, & dotes alia-
rum duarum filiarum, ex quo censeri debeant
solutæ de pecuniis in ipsa Patris hæreditate
repertis.
1 Quod enim attinet ad hasce duas dotes
simplex, & vaga præsumptio, quod solvi
potuerint ex pecunia in hæreditate repertis
nimis infirma, ac debilis redditur è cons-
pectu publicorum instrumentorum, in quibus
illæ solutæ dicuntur de propriis pecuniis
Dominici Antonii, sive ejus tutoris; cum
2 præsertim constet ex depositione plurium
Testium formiter repetitorum nullas pecu-
nias in hæreditate repertas fuisse; imo ex
3 quadam apoca ab eodem Carolo Cæsare fi-
deicommittente conscripta præclarè evinci-
tur, ipsum paulò ante obitum in adeo urgenti
rei familiaris angustia positum fuisse, ut coa-
ctus fuerit venale exponere quoddam Præ-
dium pro pretio scut. 860., ut proinde in
hisce circumstantiis dubitari omnino ne-
queat, quin dictæ dotes à fratre de proprio
4 solutæ fuerint, quodque per consequens à
triente deduci non debeant; dum Peritus il-
las ad ejus creditum non calculavit; tunc
enim dotes fœminarum à triente deducun-
tur, quando ex bonis hæreditariis solutæ
fuerunt, & ex Statuto, vel dispositione
paterna loco legitimæ succedunt, *Constan-
tin. ad Statut. Urbis annot. 35. num. 117., Rot.
cor Ludovis. dec. 565. n. 1., & post Merlin. de
legit. dec. 106. n. 1. & 2., & num. final.*
5 Quod verò spectat ad portionem Juditthæ,
quidquid sit si nullum adfuisset Statutum
fœminarum exclusivum; utique in casu, cum
jam ipsa ex dispositione legis municipalis
Faventiæ usque ab initio reperiretur exclu-
sa favore, & contemplatione masculorum,
nullum potuit per ejus renunciationem Do-
minico Antonio fratri præjudicium inferre:
6 aut enim contenditur, quod ipsa virtute dictæ
renunciationis omnino de medio se substule-
rit, perinde ac si nunquam in rerum natura
extitisset, & adhuc integer triens Dominico
Antonio debetur, quia ipse ad effectum illum
assequendi non habet opus dictam fœminam
connumerare, ut præter alios adductos in
decisione Causç §. Sed nec etiam si, firmat
Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. q. 3. num. 43. Aut
7 verò renunciatio operari debet, ut portio
ipsius Renunciantis in Patrem, & ejus hære-
ditatem translata censeatur, & hoc est im-
possibile propter exclusionem Statuti., cujus
8 dispositio duo diversa operatur, unum, quod
portionem à fœmina aufert, alterum, quod
illa aufert, ut illam eodem tempore per ta-
citam quamdam adjudicationem masculis ap-
plicet, ut bene explicat *Faber. de error. prag-
matic. Decad. 12. n. 13., Bellon. de jur accres-
cen. cap. 6. q. 15. num. 48. de Marin. resol. 252. d.*
*num. 6., Rot. in Fulginaten. successionis quoad
avum 2. Maii 1718. §. Planior autem in fin.
cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis
9 Gubernatore.* Sicuti igitur fæmina hujusmo-
di portionem acquirere sibi nequit in præju-
dicium masculorum, ita & longè minus illam
potest in alium transferre, ut bene in his ter-
minis respondit *Gabriel. consil. 135. nu. 23. 27.
& 32. lib. 2., adden. ad Thesaur. dec. 259. litt.
B. Rouit. consl. 70. nu. 6. & seqq. ibique Alti-
mar. in addit. n. 17., & plur. seqq.* cum aliis ad-
ductis in præcedenti decisione §. *Prout quo-
que & seq.*
Jam verò progrediendo ad detractiones
quantitativas, nulla erat controversia super
earum singulis in specie, sed tota difficultas
10 reducebatur ad omissionem inventarii, cujus
ratione Maria Catharina contendebat statum
hæreditarium, ita incertum redditum fuisse,
ut præsumi deberet si non legalium, saltem
accidentalium detractionum satisfactio, sed
in hoc etiam placuit responsio data in præ-
cedenti decisione, quod ubi, prout in casu
res non est cum Creditoribus, aut Legata-
riis, sed cum solo hęrede fideicommissario,
solus defectus inventarii non impedit, quin
hęres gravatus in restitutione fideicommissi
sua jura deducere valeat, sive ea consistant
in detractionibus quotitativis, sive in quan-
titativis, & accidentalibus, *Card. de Luca
de legit. disc. 25. n. 6. & 7., Rot. cor. Ludovis.
dec. 421. n. 5. ibique Adden. n. 15., & cor. bon.
mem. Benincasa dec. 29. n. 14.* cum aliis *in de-
cisione Causæ §. Competentia.*
11 Et quamvis ab hac regula recedatur, res-
pectu saltem detractionum accidentalium,
quando cum defectu inventarii tot concur-
runt alienationes, ut ex eis, aliisque factis
circumstantiis status hæreditarius omnino
12 incertus remaneat; magnaque contra hæ-
redem urgeat præsumptio dissipationis, &
occultationis aliorum bonorum. Hujusmodi
tamen limitatio nullo pacto congruere pote-
13 rat præsenti hypothesi, nedum quia omissio
ipsa inventarii, potius quam hæredi gravato
in pupillari ætate defuncto, imputanda erat
ipsi fideicommittenti, qui minus diligentem
Tutorem Pupillo dedit, ut prosequitur *Rot.
d. dec. 29. n. 11.*, & pluribus aliis adductis in
decisione, quæ confirmatur §. *Quod quidem.*
14 Verùm, & certius quia nulla concurrit
alienatio, ex qua mala subtractionis præsum-
ptio oriri valeat; & quod plus est, status hæ-
15 reditarius Caroli Cæsaris Fideicommittentis
jam hodie certus redditus fuit opera Periti
Curialis, de ordine Rotæ electi, qui tum
ex codice introitus, & exitus à Jo. Baptista
Vicecomite Tutore Dominici Antonii primi
16 hæredis accuratè conscripto, tum ex pu-
blico inventario post obitum dicti primi hæ-
redis ab Antonio Maria Zannello Tutore
Antoniç Catharinæ Missiroli Actricis dili-
17 gentissimè confecto, tum denique ex for-
mali depositione plurium Testium coarctan-
tium negativam existentię aliorum bonorum
firmavit, ac liquidavit statum hæreditarium
in

in semma scut.28167. 94. Ut proinde in hisce
18 facti circumstantiis audiri non mereatur serotina exceptio defectus inventarii, quem
dicti Periti relatio tot legitimis innixa do-
19 cumentis abundè supplevit, cum de cætero
ad effectum de quo agitur, contra Fideicommissarium exuberet, quod status hæreditarius ad quamdam certitudinem redigatur, *Rot.dec.595.a num.4.p.19.rec., & in Ravennaten. immissionis 20. Junii 1707. §. At verò cor. Rmo Aldrovando, & in Firmana Commendæ 27. Martii 1715. §. Imo cor. Me.*
20 Quin suspicio aliqua fraudis, & occultationis ingeri posse videatur ex eo, quod memoratus Vicecomes in dicto Codice introitus, & exitus adscripserit in sui creditum summam scut.400. in causam dotis spiritualis Judithæ Filiæ Testatoris, tamquam de propriis ejus pecuniis persolutam, quando constat eumdem fideicommittentem antequam ab humanis decederet dict. summam penes Ædem Sacram pro dicto effectu deposuisse.
21 Licet enim ad satisfaciendum decretis S.
Concilii Trid. mandantibus, ut dos Monialium ante assumptionem sacri Habitus deponi debeat, apparenter doctum fuerit per Carolum Cæsarem fideicommittentem de eodem deposito mediante fide Ministri Sacri Montis Faventiæ; re tamen vera, prout sæpe in hisce casibus usuvenit d. depositum fuit merè fictum, ac fiduciarium, ita ut adveniente tempore solemnis professionis opus fuerit d. Vicecomiti Turnri Dominici Antonii hæredis dicti Caroli Cæsaris interim vita functi dictam summam de proprio persolvere, prout dissertè testantur Moniales, inter quas Judlitha recepta fuit, ac famulus ejusdem Caroli Cæsaris de hujusmodi negocio, ac statu, & angustiis rei familiaris
22 optimè instructus, quibus, si insuper addatur qualitas ipsius Vicecomitis Tutoris à fideicommittente approbati, Sacerdotis, ac Parochi, ac prețerea factum notabile ipsius fideicommittentis, qui ad parandas in tempus professionis necessarias pecunias, quoddam ejus prædium venale exposuerat, nullus omnino remanet dubitandi locus, quin res ita se habuerit, ex notat. per *Genuam de script.priv.lib.4.tit.de lib. tut.dsn.11.& seq., Rot.dec.382.n.31.& seqq.p.15.rec.*

Et ita, demptis duabus partitis scut.300,& 160, in decisis responsum fuit, utraque &c.

ROMANA, SEU FLORENTINA PECUNIARIA.

Veneris 16. Januarii 1719.

ARGUMENTUM.

Est confirmatora alterius sub die 3.Junii 1718. Cambium per dationem insolutum à Creditore acceptatam extinguitur, ejusdemque rei fructus ad hunc effectum datæ idem creditor suos facit, ad differentiam pignoris solam creditoris securitatem secumferentis, de quo, si iste fructus perciperet, in sortis extinctionem teneretur imputare, Evicta re in solutum acceptata jura cambii reviviscunt, nec defectus transmissionis pecuniarum ad nundinas attenditur, de qua excepi nequit, cum dictæ dationis effectus cambium extinguens tali objecto resistat, qua de re loco damnorum, & interesse actione exempto fructus debentur.

SUMMARIUM.

1 *Cambium remanet siccum, nisi de transmissione litterarum, & pecuniarum cursu per Nundinas doceatur ex constitutione S. Pii V. la 117.*

2 *Cambium per dationem in solutum extinguitur, & debitor liberatur.*

3 *Creditor qui dationem in solutum acceptavit, sequuta evictione agit ex empto pro damnis, & interesse rei evictæ.*

4 *Creditor facit suos fructus rei insolutum receptę, secus verò si loco pignoris eam retinet, quo casu fructus de ea percepti in sortis extinctionem imputantur.*

5 *Apoca approbata à debitore defuncto, nequit ab herede impugnari,*

6 *Datio in solutum, quod fuerit à Contrahentibus intellecta in contractu, & volita, ex quibus verbis deprehenditur.*

7 *Contractus talis esse intelligitur, qualis ab ipsis partibus denominatur.*

8 *Amplia, ut non à sola denominatione, sed etiam ab effectu judicetur talis.*

9 *Subamplia, si eidem denominationi accederent argumenta, ex quibus datio in solutum volita dignosceretur.*

10 *Datio in solutum de sui natura integram debiti satisfactionem secumfert*, & nu.14. & 17.

11 *Pignus aptum non est debitum extinguere, sed ad meliorem cautelam creditori præbendam tendit*, amplia ut in d. num 14.

12 *Limita, si creditor tot de pignore fructus percepisset, qui si creditum adequassent* amplia ut in num. sequenti.

13 *Contractus talis fuisse dicitur, qualis fuisset à defuncto nominatus.*

14 *Amplia, quando etiam hæredes talem, qualem, & ipse testator, declarassent.*

18 *Datio in solutum perficitur ex certitudine pretii pro quo fit, nec ex ejusdem incertitudine excluditur, si ista augumentum aliquod per acceptationem favori assignantis bonificandum respiceret, seu esset ad quid diversum referibilis.*

19 *Scriptura anterior explicat posteriores inter partes subsequtas.*

20 *Datio in solutum non refertur ad dationem in pignus, cum istius natura sit de diametro contraria naturæ primi, & illius effectus penitus destruat.*

21 *Datio in solutum non excluditur per hoc, quod res data penes dantem remansisset, si probaretur id sequtum fuisse ad evitandam solutionem gabellę, cui contractus venditionum subjacerent.*

22 *Manutentio non reportatur à possidente præca.*

præcario tantum nomine, sed ab eo, qui possidet iure dominii.

23 *Contractus* A. *non resolvitur in contractum* B. *ex actibus gestis, re amplius non integra, & in prosequutione Judicii, ad causæ opportunitatem tantum*, & vide casum.

24 *Amplia, quando talis mutatio deduceretur ex actibus gestis in Partibus per Procuratores absque mandato Creditoris*, & vide rationem in nom. sequenti.

25 *Actus æquivoci non sunt apti ad destruendam expressam contrahentium voluntatem.*

26 *Confessio qualitatis debiti emissa per debitorem in suo testamento erronea non præsumitur.*

28 *Creditor in dubio præsumitur possidere rem sui debitoris ex causa dationis in solutum, & non ex causa pignoris.*

DECISIO MXCV.

SAtagens Ven. Hospitale Dementium Urbis Hæres cla. mem. Cardinalis Nerlii evitare solutionem Cambii ad ejus Auctore contracti cum D. Senatore Laurentio, & bo. mem. Andræa dei Rosso, opposuit istos debitam satisfactionem fuisse consecutos, diù retinendo in pignus Bona *delle Montanine* à Cardinali ad huoc effectum ipsis assignata, exindeque tot fructus percipiendo, ut creditum in Judicio subindè deductum jam consumpsissent. Cum autem è contra DD. dei Rosso Creditores ostenderint præfatam assignationem à Cardinali ipsis factam non cessisse in causam pignoris, sed veræ & effectivæ dationis in solutum, itaut cum fuerint bona assignata ab ipsis avocata ex facto Curatoris hæreditati ejusdem Cardinalis Florentiæ deputati, revivixerit eorum creditum, & computatis fructibus, qui potuerunt percipi ex ea rata bonorum, quæ superabat dictum creditum Cambii, & fructuum, remansetint adhuc Creditores in scutis 3665. Hinc re delata ex appellatione à Iudicato A.C. de Gentilibus ad nostrum Tribunal, responsum fuit in Rota diei 3. Junii mox elapsi anni -- *Constare de Credito juxta modum* -- facta nempè imputatione fructuum dictæ ratæ bonorum datorum in solutum in creditum Senatoris del Rosso, ut ex decisione tunc edita coram Me. Admissoque subindè Ven Hospitali ad novam audientiam ex consuenta Dominorum benignitate indultam, rediit hodiè ad trutinam eadem quæstio, & iterum attentè, maturèque discussa supra relati contractus natura, aliisque propositis adversus captam resolutionem exceptionibus minimè subsistentibus, responsum fuit -- *Standum esse in decisis.*

1 Et sanè pro eo, quod attinet ad crediti realitatem ex eo impugnatam, quod cum non doceatur de transmissione literarum, & giro pecuniarum per nundinas post annum 1696. Cambium remanserit sic cum, & incapax pariendi fructus, ex constitutione Sacti Pii V. *la* 118. Objectum statim removeba-
2 tur; quia si secuta usque tunc fuit controversa datio in solutum, utique imposterum non erat amplius locus præfatæ transmissioni, seu spaccis, quia jam Cambium illius vigore extinctum remanserat, ex plenè firmatis *dec.* 1412. *num.* 5. *coram Coccin. dec.* 209. *num.* 3. *par.* 15., *& decis.* 345. *num.* 4. *par.* 18. *recen.* Ac de facto nulli ex parte Senatoris in suo credito calculabantur fructus pro tempore, quo bona in solutum assignata possedit, sed tantum pro posteriori tempore à quo secuta contra ipsum fuit illorum evictio. Et tunc
3 transmissione pecuniarum ad nundinas, & spaccis minimè indigere potuit, quia eidem Senatori ob evictionem bonorum datorum in solutum fructus debiti fuerunt non ex Cambii contractu, sed loco damnorum, & interesse, actione ex empto, ad *Text. in l. si Prædium Cod. de evict.*, *& l. si tradit Cod. de act. empt.*, & in terminis dixit *Rota dec.* 106. *num.* 7. *par.* 17. *rec.* cum aliis in decisione, quæ confirmatur *allegat.* §. *Posita itaque.*

Quo verò ad ejusdem Crediti substantiam,
4 quæ penitùs destrui prætendebatur ex eo, quod retinendo fratres dei Rosso in assertam pignoris causam bona *delle Montanine*, illud extinxerint cum fructibus annuatim perceptis, iterum subsistere visum fuit fundamentum illud, quod constaret è contrario dicta bona nō in pignus, & assecurationē crediti data fuisse, sed in solutum ex litera apocæ interCardinalē Nerliū Debitorem, & prædi-
5 ctos Creditores exaratæ, quæ cum fuerit ab eodem Cardinali dum viveret, plenariè per traditionem bonorum executa, contrà Hospitale illius hæredem plenè probat, *Rot. dec.* 40. *num.* 1. *coram Merlin.*, *& dec.* 190. *n.* 1 *par.* 18. *rec.*

6 Resultat siquidem ex apoca memorata tam expresse, quàm tacitè, quod de perfecta datione in solutum partes agere intellexerunt. Etenim dixerunt -- *Havemo preso in soluto, e pagamento per saldo di detto conto*, quæ verba evidentissimè præseferunt dationem in solutum, & regulare est, quod ta-
7 lis esse contractus intelligitur, qualis ab ipsis partibus denominatur, ad *Text. in l qui fundum* 40. §. *Qui agrum in fin. ff. de contrab. empt.*, *Natt. cons.* 49. *nu.* 14., *Ros. consult.* 7. *num.* 5., *&* 6., *Rot dec.* 123. *num.* 16. *& dec.* 221. *nu.* 7. *par.* 17. *rec. cum concordan. in dec. quæ revidetur* §. *Rimata*, *& in Romana Domus, seù Domorum* 13 *Januarii* 1708. §. *Siquidem coram bo. me. Molines.*

At quoniam non à sola denominatione,
8 sed etiam ab effectu contractus judicantur, ut inquit *Rota dec.* 138. *num.* 4. *par.* 19. *rec.*,
9 accedunt expressæ partium denominationi univoca alia argumenta dationem in solutum concludentia, præcipuè ex eo, quod in sequelam assignationis Bonorum *delle Montanine* declararunt Creditores debitam Cambii satisfactionem plenariè se fuisse consecutos ibi -- *per saldo del Conto* -- & rursus -- *Confessiamo essere stati pagati, e soddisfatti intie-*

entieramente del Credito, che sopra Cambii
avevamo &c. -- Effectus namque integræ sa-
10 tisfactionis Crediti propriè convenit da-
tioni in solutum, quæ suaptè natura id im-
portat, ad *Text. in l. item liberat. ff. quibus*
mod. pign., & hypot., & deducta per *Castil.*
controv. lib.4. cap.59. num.34. Rota dec.19.
num.2. ad ornat. Car. de Luca de donat., &
concordant auctoritates allegatæ superiori
§. *Et sanè*; non autem pignoris constitutioni,
11 quæ non fit ad Creditoris satisfactionem,
sed securitatem dumtaxat, & debitum non
12 statim extinguit, sed paulatim, quatenus
Creditor ex pignore fructus creditum adæ-
quantes percipiat, per *Text. in l. prima C. de*
pignor. act., & in cap. conquæstus de usur.,
Mantic. de tacit. lib.11. tit.1. num.3. Rota
dec 972. num.1. coram Emer. Jun.

13 Idque confirmatur subsequenti solidatio-
ne relativè ad factam assignationem exarata,
& generali quietantia cum pacto quidquam
aliud non petendi ibi -- *e percio facciamo fine*
e quietanza, e promettiamo col patto perpe-
tuo di non domandare, nè pretenderè più
somma, ò cosa alcuna -- Explicant enim hæc
verba magis præcisè perfectissimam dationem
in solutum, dum illius vigore perimitur que-
14 cumque præcedens petitio, & extinguitur
omnis actio, quæ ceteroquin, non obstante
pignore, & assecuratione Creditoris, viva
fuisset usque ad totalem satisfactionem,
ut firmavit *Rota dec.153. nu.6. part.12. rec.*,
& meliùs *decis.240. num.5. coram san. mem.*
Innoc. X.

Superaddi potuissent & aliæ demonstratio-
nes eamdem contractus qualitatem pariter
convincentes, & præsertim confessio ipsius-
15 met Cardinalis, qui in suo, cum quo deces-
sit testamento, & in quo hæredem sibi scri-
psit Hospitale Dementium Urbis, mentio-
nem faciens de Cambio contracto cum DD.
del Rosso, professus fuit in illius extinctio-
nem dedisse *in solutum* Villam *delle Monta-*
16 *nine*, adeout non possit hodie esse in con-
troversia qualis iste contractus fuerit, quan-
do Partes hinc indè semper illum habuerunt
pro datione in solutum, juxtà firmata in de-
cisione, quæ confirmatur §. *Neque obstat*,
ad quam tamen Dominis ad evitandam inu-
tilem repetitionem placuit in reliquis se re-
mittere.

Posito autem, quod ex apoca oriatur per-
fecta probatio dationis in solutum, nequa-
quam urgere visæ fuerunt aliæ circumstantiæ
è converso allegatæ pro suadenda qualitate
pignoris, & assecuratione crediti; quod
enim fuerit in incerto pretium Prædiorum
assignatorum, quando tamen sine ulla condi-
17 tione certum esse debet in datione in solu-
tum, ut illa satisfactione operetur, ad *Tex.*
in l. ultima C. de contr. empt., non relevat
18 in præsenti, ubi certitudo pretii oritur ex
certitudine crediti, pro quo Bona certis li-
mitibus designata dantur in solutum, & col-
lata in futurum pretii liquidatio respicit
dumtaxat augumentum Assignanti boni-
ficandum, ideoque incertitudo, & conditio
non cadit super pretio, sed super isto au-
gumento, & actus perfectionem non impe-
dit, ad *Text. in l. hæc venditio §. ult.*, ubi
Bald. ff. de contr. empt., & l. si Pater. ff. de
pact. dotal. cum aliis relat. dec.63. nu.8., &
9. coram Ubald.

Neque pariter obstant aliæ scripturæ inter
Partes post dictam apocam exaratæ, & præ-
cipuè mandatum procuræ datum à Cardinale
fratribus del Rosso Assignatariis ad venden-
dum Bona assignata. Cum enim præcedentem
19 habeamus scripturam mutuo partium con-
sensu firmatam, ex qua evidenter adeo re-
sultat datio in solutum, ab illa posteriores
scripturæ declarationem recipiunt, juxta
punctualiter deducta *decis.155. num.14. par.*
16. dec.108. num.7. par.19. rec., & in Melevi-
tana Pecuniaria 27. Iunii 1703. §. Quinimmò
coram Rm̃o P. D. meo Ansaldo Decano.
20 Quod eo fortius respectu dicti mandati
procedere debet, quia continet expressam
dictæ apocæ confirmationem, quæ, si con-
tractus transferri vellet ad pignus, conver-
teretur in destructionem præcedentis actus,
novationem induceret, & omnes effectus
confirmationi contrarios operaretur, ut pon-
deravit eadem decisio, quæ revidetur §.
Nec pariter coram Me.
21 Sed his omissis in exclusionem omnium
actuum, qui post secutam dationem in solu-
tum illi adversantes videri possunt, ea præ-
cipuè urget animadversio, quod cum ex
Statuto Florentino imposita sit gabella ven-
ditionum contractibus, ideò ex post volita
fuit apparenter continuatio dominii apud
Cadinalem Nerlium, ut cum illo contra-
hentes dictæ gabellæ solutionem effugerent,
& ita quicquid verè inter Partes actum fuit,
non fuit publicis Instrumentis expositum, sed
in privata tantùm apoca conscriptum, quæ, cũ
apud ipsos Contrahentes remansisset, etiamsi
generalitur aliquando enunciata fuisset, non
poterat notitiam præbere Gabellariis secuti
contractus. Referre propterea congruum est
prædictos actus ad causam istam evitandæ
solutionis gabellæ, non verò ad effectivam
continuationem dominii in Cardinalem, &
destructionem actus per illum observati ac-
quiescendò possessioni per Assignatarios sus-
ceptæ cum totali Bonorum administratione,
& ab ipsis finalem crediti quietantiam repor-
tando, juxta ea, quæ latè agendo de simi-
libus actibus pro effugienda gabellarum solu-
tione perpendit *Rota in Hydrutina Colle-*
ctarum 15. Iunii 1715. §. Porrò simulatio, &
per tot. coram R.P.D. meo Cerro.

Nullius deinùm momenti visa sunt ea, quæ
rursus opponebantur ex actibus gestis in ju-
dicio in partibus actitato, & à quo fuit varia-
atum, novum in Urbe coram A.C. de Gen-
tilibus instruendo pro emendatione evictio-
nis secutæ Bonorum assignatorum, inferendo
ex dictis actibus, quod ex parte Senatoris
admissa fuerit receptio in pignus, non autem
in solutum. Quoniam ex novis juribus hodiè
exhibi-

22 exhibitis in ejus Summario, constitit potius ex parte ipsius semper institum fuisse titulo dationis in solutum, hujusmodi titulum in actis exibendo, ac petendo, & reportando in illius sequelam mandatum de manutenendo, quod sanè, si precario tantum nomine possedisset, & non jore domioii per dictam dationem in solutum translati, obtinere non potuisset, *Menoch. de retin. poss. remed.3. num.3.38. & seqq. Cancer. var. resol. par.4.cap.14. num 41. Rot. dec.677. n. 1. par.2. rec., & penès Post. de de manut. dec. 46.& cum aliis ad eumdem in tractat.observ. 52. num.21. & 22.*

23 Quod si expost, allegata per Curatorem deputatum hereditati Cardinalis Nerlii oulnullitate contractus, ob omissam solutionem gabellæ, deventum fuit ad dictos alios actus consistentes in electione Periiorum pro calculandis fructibus, eorumque relatiooe, & in petita æstimatione Prædiorum pro referenda illorum deteriorationе in damnum memoratæ hæreditatis, hæc omnia prævalere non possunt pro firmando seosu contrario dationi io solutum, quia non re integra, sed in progressu Iudicii ad Causæ opportunitatem, & parendo decretis Judicis ità præscribentis gesta sunt, *ad Text. in l. filius familias vers. Ergo C. ad S. C. Macedonian. l. Procuratorem ff. mandat. l. nam origo ff. quod vi, aut clam*, cum aliis in proposito cumulatis per *Castil. quotid. controv. lib.5.cap. 155.*

Neque Domini ulterius immorandum censuerunt in confutandis aliis, nimirùm ceteroquin æquivocis conjecturis, quæ ex retentione librorum introitus, & exhitus bonorum assignatorum deduсebantur, satisfacit enim etiam his objectionibus decisio, quæ confirmatur 5. *Absque eo quod*, ubi quod ratione excedentis Prædii valoris, & in sequelam rectæ administrationis rei domesticæ, ita diligentes Viri, quales erant Creditores, peragere debuerunt, hoc unum modò superad-
24 dentes, quod non subsistit in facto solitos fuisse in suis libris Dominos dei Rosso contraponere quolibet anno fructus Cambii fructibus Bonorum, cum ista caleulatio, & contrapositio facta tantum fuerit pendente lite in partibus per Procuratores absque ullo ipsorum mandato, quodque remanent sem-
25 per isti actus io modum æquivoci, ut non possint obumbrare expressam Pactium voluntatem agendi de datione in solutum, effectum illius resultantem ex crediti extinctione,
26 confessionem Cardinalis emissam in suo testamento, & præsumptionem Juris pignori
27 resistentem, & in dubio dationi potiùs in solutum congruenti, juxta deducta per *Merlin de pignor. lib.2. tit.4. quæst.105. nu. 1., Rot. dec.194. num.12. coram fan.me. Gregor.XV.*, & latè per *Adden. ibidem nu.26. aliosque allegat. dec.249. num.6. par.15. rec.*
Et ita utraque Parte &c.

ROMANA DOMUS, SEU PALATII SUPER LIBERATIONE A MOLESTIIS.

Veneris 20. Januarii 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est juxta modum confirmatoria alterius sub die 4. Februarii 1718.

Evictionem passus, adversus evincentem domû melioramentorum expensas super re evicta erogatas pro rata mere necessaria inter impensum, & melioratum repetit, secùs verò contra venditorem, & de evictione obligatum, etiam ad melioramenta voluptuosa repetenda ratione damnorum, & interesse, actionem adsрiscitur.

SUMMARIUM.

1 *Promissio evictionis continet sub se obligationem de reficiendis melioramentis in casu evictionis rei emptæ, & dè refundenda quanti interest rem fuisse evictam.*
2 *Actio pro refectione melioramentorum illi subjacet moderationi, quæ versatur inter quid impensum, & melioratum, quando agitur de repetitione eorumdem adversus evincentem*, & oum. seq.
3 *Amplia, ut etiam tempus refectionis sit attendendum.*
4 *Limita, inter emptorem, qui evictionem passus est, & venditorem de evictione obligatum, qui etiam melioramenta voluptuosa illi tenetur reficere*, amplia ut in oom.7.
5 *Melioramenta ex computis per peritum Architectum judicialiter taxatis satis superque probantur.*
6 *Peritia inter alios acta, tertium in causa diversa non afficit.*
8 *Melioramenta facta ad impediendam Domus ruinam totaliter à Domino domum evincentem reficienda sunt.*
9 *Limita, quoad minutas expensas pro simplici domus manutentione necessarias, quæ possessorem tantum sequuntur.*

DECISIO MCXVIII.

Mandatum relaxatum à R.P.D. meo Crispo favore D. Marchionis de Silvestris prævia decisione edita 31. Ianuarii 1710. pro liberatione à molestiis, & emendatione evictionis ab eo passæ super Domo, eum à pia promissione totalis libertatis, sibi vendita à Ven. Monasterio S. Pauli Urbis, censuit Rota sub die 4. Februarii superioris anni coram Me *exequendum esse*, oon tamen in integra summa scut.1800. pro qua fuerat relaxatum, sed in ea, quæ dispunctis Partitis, comperta fuit non ascendere, nisi ad scut.1506. rejicta adhuc in suspenso alia partita scut.137.

Indulta V. Monasterio nova audientiâ, reassumptum hodie fuit examen supradictarum omnium partitarum, & responsum fuit *in decisis juxta modum* .. qui in eo stetit, quod dicta postrema Partita, quæ in decisione, quæ revidetur, non definita remanserat, demetetur à credito Marchionis, & ad illam

ad illã bonificandam in evictionis ab eo pas-
sæ emendatione Monasterium non tenetur.
Hic igitur fuit Dominorum sensus, & me-
thodice procedendo, quoad mandati in ge-
nere relaxationem, fundamentum decidendi
habuerunt à liberali obligatione, quam ul-
troneè ejus Defensores hodiè admittebant,
etiam pro eo, quod refectionem respicit me-
lioramentorum factorum in Domo evicta,
cum & illa cadant sub obligatione Vendito-
ris emendandi damna, & refundendi quanti
interest rem esse evictam, juxta plenè firma-
ta in decisione, quæ revidetur §. *Nec dubi-
tari cor. Me*.
Opponebant tamen in præsenti, rectè pro-
2 cessum non fuisse in stabilienda dd. meliora-
mentorum quantitate, attendendo statum
antiquum, & tempus eorum confectionis, &
impensas pro eis factas à Marchione, quan-
do tamen haberi debuisset respectus tam ad
antiquum, quàm ad modernum statum, & re-
fectio decerni in eo, quod esset minus inter
impensum, & melioratum.
Sed putarunt DD. objectum removeri ea
distinctione jam ad alium effectum firmata
in eadẽ decisione, quæ confirmatur §. *Agno-
verunt, & seq.*, quod sive agitur ad repeti-
tionem melioramentorum contra Dominum
evincentem, & tunc procedit opinio firma-
ta per Scribentes pro Monasterio, quod at-
3 tendendum sit tempus refectionis, & refun-
dendum quid minus inter impensum, & me-
lioratum, *ad text. in l. in fundo ff. de rei vin-
dic., aliosque allegat. dec. 129. n. 22. coram
Bich., & dec. 45*5*. num* 1., *& seqq. p.* 19.
4 *rec. tom* 2., sive agitur ad eamdem repetitio-
nem inter emptorem passum evictionem, &
Venditorem cum promissione evictionis, &
refusionis damnorum, & interesse, ut in ca-
su nostro, & tunc Venditor iste melioramen-
ta, uti talia, reficere non debet, sed uti
damna, & interesse; ideoque habito respec-
tu ad quanti interest illa in evicta re facta
fuisse, & attento propterea tempore eorum
confectionis, ea in tota quantitate reficien-
da sunt, *ad text. expressum in l. si controver-
sia C. de evict., & Gloss. ibi in figuratione
casus* 1 *& verb. interest, relat. in dec., quæ
revidetur* §. *Agnoverunt cor.* Me, & con-
cordat alter *textus in l. Titius* 44. *vers. de
sumptibus ff. de act. empt., Garz. de expens.
cap.* 7. *n.* 15., *&* 16., *& Card. de Luca de le-
gitim disc.* 35. *n.* 21.
Consequens autem est ex ista distinctione,
quod cum versemur in secunda illius parte,
sit procul dubio firma prima paritta, in cre-
ditum D. Marchionis posita etiam in anteac-
ta causæ propositione scutor. 1433. pro toti-
dem, quæ ab ejus Authore impensa fuerunt
in ædificando superiori Domus Apparramen-
5 to: Constabatque de tali quantitate, non so-
lum ex computis laboreriorum, & Artifi-
cum à Peritis de more taxatis, sed insuper
ex relatione periti Architecti judicialiter ad
hunc effectum electi, cui plena idcirco fides
in melioramentorum liquidatione stabilien-
da præstari debet; juxta plenè in proposito
deducta per *Mongil. de evict. quæst.* 153. *nu.*
30., *&* 32., *& generaliter per Rotam decis.*
388. *n.* 6. *cor. Card. Cerro dec.* 315. *n.* 2. *p.* 16.
& dec. 159. *num.* 4. *p.* 19. *rec.*
Absque eo quod variasse dici debeat Ar-
chitectus ab hac quantitate in secunda rela-
tione, pariter edita ex rescripto Sac. Tribu-
nalis, & constituisse videatur pretium dicti
Ædificii in minori summma habito respectu
6 ad cementa, & pensiones; præter enim alias
responsiones datas per Informantes pro Mar-
chione, DD. advertebant, memoratam se-
cundam relationem prodiisse de ordine Sac.
Rotę in alia Causa, de qua in contempora-
nea decisione, inter *M*onasterium, & Ber-
nardum Ligniers representantem Personam
Evincentis; ideoque non afficere eumdem
Marchionem, cujus favore eodem contextu,
quo fuit inter alios demandata nova relatio
Periti, capta extitit resolutio, quæ in præ-
senti confirmatur, *ad text. in l. post liminium
§. Si is, qui emerat ff. de captiv. post lim. re-
vers., & toto tit. C. res inter alios acta & e.
eum concordan. dec.* 557. *n.* 5. *p.* 19. *rec. to.* 2.;
& idcirco de tali mutatione valoris, & quan-
titatis inter dd. Partes agendum erit, non
autem in præsenti casu, ubi tunc non indi-
gere nova Periti relatione DD existimarunt.
Et non minus ex d. distinctione descende-
bat jus Marchionis pro sibi adscribenda se-
cunda paritta scut. 73., quam frustra exinde
iterum impugnabant Scribentes pro Mona-
7 sterio, ex quo ageretur in ea de meliora-
mentis, non utilibus, aut necessariis, sed
factis ad objectamentum, & voluptatem il-
lius: Siquidem subsistebat fundamentum il-
lud, quod Venditor obligatus ad damna, &
interesse passa per emptorem ratione secutæ
evictionis, non potest excipere de qualitate
melioramentorum ab eo factorum, sed ex vi
assumptæ obligationis tenetur Emptori præ-
stare omne id, quod interest rem sub dicta
obligatione venditam, fuisse evictam, & sic
etiam sumptus melioramentorum factorum
ad voluptatem, & cum d. distinctione proce-
dendo, late probat *Card. de Luca de legitim.
citato disc.* 35. *n.* 21.
De tertia paritta scutor. 37. actum non
fuit, quia ut etiam in decisione, quæ revi-
detur dictum extitit, illam è calculo demen-
dam esse Marchionis Defensores in obse-
quium veritatis, & Justitiæ jam admittebant.
Assumentes itaque DD. examen postremæ
parittæ scut 137., quæ reservata fuit in præ-
terita resolutione novæ disputationi, adver-
8 tebant illam constari ex sumptibus à sæpe-
dicto Marchione, aut ab ejus Authore fac-
tis in reaptanda domo, quam eo tunc pacifi-
cè possidebant, & censuerunt hodie illam
credito d. Marchionis adscribi non posse;
non enim sunt hujusmodi reaptationes ejus
generis, quæ factæ ad impediendam Domus
ruinam, aut ejus periculum, referri valeant
ad illam speciem expensarum, aut meliora-
mentorum, quæ à Doctoribus considerantur
ne-

9 necessaria, sed consistunt in minutis expensis quotannis pro manutentione domus in statu bonæ habitationis fieri solitis, & proinde earum onus procul dubio spectat ad possessorem, neque illi in casu evictionis reficiuntur, *Marescott. var. resol. lib. 2. cap.* 109. *nu.* 18. *&* 19., *Rota dec.* 182. *n.* 21. *p.* 12. *rec.*, *& dec.* 1082. *nu.* 6. *cor. Emer. jun.*, & confertur deducta *in Aven. Fideicommissi super detractionibus quoad reservata* 6. *Decembris* 1715. §. *Successit cor. Eminentissimo D Card. Scotto*, & melius in Imolen., *seu Faventina fideicommissi* 20. *Junii* 1712. §. *respectu vero cor. R. P. D. meo Crispo*.

Et juxta hunc modum responsum fuit utraque &c.

ROMANA DOMUS, SEU PALATII SUPER MELIORAMENTIS.

Veneris 20. *Ianuarii* 1719.

ARGUMENCUM.

Regula generalis ferens, ut evictionem Prædii passus melioramenta ab Evincente repetat, per Doctores ita distinguitur; vel res est inter ipsos, & tali casu ille utilia, & merè necessaria tantum inter quid impensum, & melioratum repetit, vel est inter eumdem, qui evictionem passus est, & venditorem Prædii, & adversus istum etiam voluptuosa loco damnorum, & interesse omni jure petit, & jus ea repetendi adipiscitur.

SUMMARIUM.

1 *Melioramenta facta ab Emptore Domus, loco damnorum, & interesse adversus venditorem de evictione obligatum repetuntur.*

2 *Limita inter Emptorem evictionem passum, & evincentem, qui nisi quid minus inter impensum, & melioratum illius favore tenetur refundere*, amplia ut in n. 12.

3 *Melioramenta in genere bonificanda sunt ab Evincente Domum favore evictionem passi* ex equitate textus in l. si me, & Titium.

4 *Meliornmenta ab evincente Domum fideicommissariam non compensantur favore evictionem passi cum fructibus, quos ex eadem ille percepisset, quando super illis transactio silentium imponens, secuta fuisset.*

5 *Transactio est litium extinctio.*

6 *Transactionis natura est, ut semper hinc inde aliquid remittatur.*

7 *Retentio facilius datur, quam Actio.*

8 *Retentio pro melioramentis illiquidis non datur adversus evincentem Domum.*

9 *Retentio datur pro melioramentis adversus eumdem, quando sunt liquida.*

10 *Actio pro melioramentis datur adversus evincensem fundum melioratum.*

11 *Retentio pro melioramentis, si non daretur melioranti adversus rem melioratam evincentem, non impedit, quin detur actio clara illi ad eadem repetenda.*

12 *Melioramenta, ut liquidentur, relationibus Architectorum judicialiter electorum & Statum antiquum à moderno separantium deferendum est.*

13 *Melioramenta quando debentur sub illa moderatione, inter quid impensum, & melioratum valor, nec tempus antiquum considerantur, sed tempus, & valor præsens de tempore eorum refectionis.*

15 *Melioramenta necessaria tantum ab evincente Domum reficienda sunt.*

16 *Melioramenta voluptuosa è contra ille non tenetur reficere, cum rei evictæ pretium non augeant.*

DECISIO MXCIX.

Duplex quæstio assumpta fuit coram Me in Audientia diei 4 Februarii anni prætcrlapsi inter D. Marchionem de Silvestris, Ven. Monasterium S. Pauli, & Bernardinum de Ligneres; Marchio namque de Silvestris vigore promissæ evictionis cum damnis, & interesse illius occasione passis petiit à Ven. Monasterio refusionem melioramentorum factorum in Domo sibi vendita, & per Bernardum de Ligniers evicta; Monasterium vero suam proposuit eodem modo instantiam pro eorumdem melioramentorum repetitione contra præfatum Bernardinum evincentem. Dispari tamen eventu res processit, quemadmodum dispar ratio exigere visa fuit.

Approbantes enim DD. distinctionem il-
1 lam, quæ confirmata etiam hodie fuit in contemporanea decisione, quod respectu venditoris, & emptoris ratione promissæ evictionis cum damnis, & interesse melioramenta evicta consideranda de facto essent uti damna, & interesse passæ evictionis, & ideo in integra quãtitate impensa reficienda forent per Venditorem Emptori. Respectu
2 vero emptoris, vel Venditoris contra evincentem non haberet locum melioramentorum refusio, nisi in eo, quod minus esset, collato statu antiquo rei melioratæ cum moderno, & habito respectu ad id, quod verè fuerit impensum, ac melioratum. Censuerunt in prima quæstione condemnandum Monasterium, prout ex decisione tunc edita coram Me; in secunda vero necesse putarunt, ut Peritus jam electus ad liquidanda melioramenta referret iterum super statu antiquo, & moderno Domus evictæ, & idcirco ita fieri iniunxerunt, ut in eadem decisione narratum fuit.

Superventa Periti nova relatione in hac eadem audientia, una cum dubio respiciente fundamentum resolutionis jàm captæ favore Marchionis de Silvestris, & iterum confirmatæ, reproposui aliud dubium respiciens jura Monasterii contra Bernardum, *An, & in qua summa sint reficienda melioramenta, & relaxandum mandatum*, fuitque responsum *affirmative juxta modum* inferius explicandum.

Quandoquidem, quod esset locus refectioni

3 tioni melioramentorum in genere, post-
quam etiam illa per Peritũ judicialiter elec-
tum liquidata extiterunt, non poterat im-
impugnari; competit enim Ven. Monaste-
rio ad quod illa pertinuissent, nisi per Ber-
nardum avocata fuissent una cum Domo
evicta, actio in factum, ex æquitate *text. in
l si me, & Titium ff. si certum petat.*, se-
cundum quam illa repetere licet, ne sequa-
tur iniquitas, ut ex eis Domus fiat locuple-
tior cum alterius jactura, & restituenti rem
evictam melioratam, succurri debet officio
Judicis, ut docent *Castren. in l. si in Arca
ff. de condit. indeb. Valasch. de emphit. q.*
25., & aliis relat. per *Mangil. de evict. qu.*
154. *à n. 15. cum pluribus seq.*, & firmavit *Ro-
ta dec. 535. n. 2. cor. Coccin.*

Absque eo quod excludi valeat Monaste-
4 rii actio, ex eo quod evictio sequta fuerit vi-
gore fideicommissi particularis, ideoque si-
cuti evincenti competiissent fructus à die
purificati fideicommissi, ita teneatur evic-
tionem passus melioramenta per ipsum facta
compensare cum fructibus, quos cæteroquin
evincenti restituere teneretur. Etenim de
prætensa fructuum restitutione amplius agi
non posse visum fuit, postquam in causa ver-
tente super eorumdem fructuum restitutio-
ne, & prætensione eorum refusionis à d. die
purificati fideicommissi, quamvis pluries Ber-
nardinus victor extitisset, fuit de ordine Sac.
Rotę inita trãsactio, in qua quidem transac-
tione fuerũt à Bernardo eõ donati hujusmodi
fructus, itaut obstet respectu oppositę com-
pensationis crediti dd. fructuum extinctio,
5 quæ descendit ex vi secutæ super eo transac-
tionis, *ad text. in cap. 1. ibique Gloss. de tran-
sact.*, *& firmata decisione* 854. *n.* 4. *coram
Merlin. dec.* 83. *n.* 1., *& seq. cor. Bich.*, *&
dec.* 654. *n.* 13. *parte* 18. *rec.*

Id quod non egerunt transigentes respec-
tu melioramentorum, quia cum illorum res-
pectu jam pateretur litem Ven. Monasterium
à Marchione de Silvestriis, circa illa conve-
nerunt stare Judicio Sac. nostri Auditorii,
cui definiendam illorum refusionem reser-
varunt, & id circo pactum etiam inierat,
quod lite vertente, eorumdem melioramen-
torum pretium, seu potius summa scuto-
rum 1682. correspondens d. pretio à transi-
gentibus indicata, a Ven. monasterio retine-
ri intelligeretur loco depositi *cum pacto, &
conditione*, sunt verba transactionis, *quod
Sac. Rota declarante prætensa melioramen-
ta, sive in totum, sive in parte non deberi,
prædictum Monasterium teneatur, & obli-
gatum sit liberè, & absque ulla mora dictam
summam persolvere.*

Neque dicatur, quod ita dictum fuerit res-
pectu fructuum decursorum post annum
1693., non vero respectu illorum anterio-
rum, qui debebantur à die purificati fidei-
commissi. Quoniam perlecto transactionis
instrumento, constitit condonationem voli-
tam in eadem transactione non potuisse in
aliis fructibus verificari, quam in illis de-
cursis ante d. annum; pro aliis namque po-
sterioribus liquidatis in scutis 277. 69. solu-
ta fuerũt in illius stipulatione à Monasterio
sc. 1095., & reliqua summa subiecta fuit dictæ
declarationi, ita consentientibus Partibus,
ne Monasterium creditor melioramentorum
quę jam avocaverat Lignieres, solveret una
manu, quod probabiliter alia ex dicto me-
lioramentorum titulo retrohabere debuis-
set. Quod si alioqnin non adesset in dicta
transactione donatio dd. fructuum ante an-
num 1683. decursorum, nihil ex parte Li-
gnieres remissum fuisset contra indolem trã-
6 sactionum, in quibus hinc inde aliquid re-
mittendum est, *text. in l. transactio 38. C.
de transact.*, cum aliis relatis *dec.* 165. *nu.* 5.
p. 15. *dec.* 50. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*

Minusque evitari valuit dd. melioramen-
torum refusio ex eo quod illorum petitio
exclusa jam fuerit cor. R.P.D. meo Crispo,
7 quando pro illis opposita fuit à Marchione
de Silvestris retentio facilius à legibus indul-
ta, quàm actio. Hoc enim eo tunc proces-
8 sit, quia nondum melioramenta fuerunt li-
quidata, & idcirco nondum constituta in ta-
li statu, ut eorum vigore retentio possit al-
legari. Sed dum hodie assumpto novo judi-
cio eorum repetitionis, factaque mediante
Perito judicialiter electo requisita liquida-
tione, agitur ad illorum refectionẽ ex iis,
quæ ante liquidationem gesta sunt, excludi
9 Monasterium non potest; competebat enim
illi duplex remedium, vel retentionis melio-
ramentorum, vel illis non retentis conditio
10 incerti, seu actio in factum ad ea retraden-
dum contra evincentem, ut late probant
Garz. de expen., & melior. cap. 7. nu. 10.,
Peregrin. de fideicommissis art. 36. *n.* 63. &
fere per hęc verba *Mangil. de evict. d. cap.*
154 *n.* 27., & etiam firmat *Rota dec.* 535. *n.*
2., *& dec.* 602. *n.* 4., & 5. *coram Coccin.*
11 Unde si ex probationum defectu non po-
tuit effectum sibi debitæ satisfactionis me-
lioramentorum obtinere Marchio de Silve-
stris vigore retentionis, certe prohiberi non
valet Monasterium ab exercitio alterius ac-
tionis, suis juribus ad illam fundandam ex
post cõparatis, juxta deducta per *Rot. dc.* 566.
n. 10. *cor. Merlin. de.* 241. *n.* 3. *p.* 17. *rec.*, *&
in puncto dec.* 919. *n.* 2. *cor. Emer. jun.*

Quibus ita positis descendebant DD. ad
12 examen quantitatis reficiendę, illamque
facile putarunt determinari posse proceden-
do cum relatione Periti de mandato Sacr.
Tribunalis in anteacta propositione electi
ad separandũ statum antiquum à moderno;
quia ex tali relatione optima quantitatis
probatio resultat, juxta regulam, de qua
in contemporanea decisione §. *Consequent*
13 *cor. Me*; ita tamen ut ex d. relatione, & re-
fusione melioramentorum quantitas desuma-
tur, quæ minor sit inter impensum, & me-
lioratum, quia dum causa est in prę senti ad-
versus evincentem, ita servari debet, *ad text.
in l. fundo ff. de rei vindicat.*, aliasque autho-
ritates relatas *in d. dec. §. Sed putarunt*, ha-
bito

14 bito etiam respectu non ad antiqum eorumdem valorem, sed ad tempus, & statum eorum refectionis, *ex alio text. in l. Domus ff. de legat. primo, & notata per Peregrin. de fideicommis. art. 50. n. 22., de Marin. resolut. cap. 133. nu. 3. per tot. tom. 2., de Luca de feud. disc. 27. n 2., Rota dec. 122. cor. Bich., & dec. 455. n. 2. p. 19. rec. to. 2.*

Hæc igitur quantitas per Peritum stabilita ascendere videbatur ad scuta 1293., sed adhuc ex ea DD. censuerunt subducendam
15 illam summam, quæ insimul calculata à Perito fuerat proveniens à melioramentis non quidem necessariis, aut utilibus, quę tantum ab evincente reficiuntur, quia rei evictæ pretium, & fructum augent, sed à meliora-
16 mentis voluptuariis calculatis in alia decisione §. *Non minus* in scutis 73. circiter, circa quæ non intrat ulla evincentis in præjudicium evictionarii locupletatio; & quorum respectu cōmunis est Doctorum opinio, quod reficienda non sunt, ut distinguendo docet *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 111. n. 1. Mangil. de evictione qu. 176. n. 6. 16., & 19., & per tot.* Rot. *dec. 254. n. 8. cor. Ubald. decis. 374. n. 3., & 4., & dec. 564. nu. 16., & 17. cor. Bich., & dec. 191. n. 24., & 25 p. 15. rec, & in Sutrina melioramentorum prima Julii 1718. § Traxit cor. R. P. D. meo Falconerio Urbis Gubernatore.*

Et juxta hunc modum *affirmative in omnibus* responsum fuit utraque &c.

PAMPILONEN. BENEFICII DE YRUN.

Lunæ 23. Januarii 1719.

ARGUMENTUM,

Plures Compatroni æquali jure præsentandi ad Beneficium gaudentes, duos præsentandos non possunt sorti committere, quando tenerentur magis idoneum ad propriæ conscientiæ dictamen seligere; sique per sortes taliter extractum præsentarent, actus esset nullus, etiam si præventive declarassent, quod quatenus talis sorti commissa electio non valeret, sacerdos ad sortes extractus, ab eisdem selectus intelligeretur, cum cæca sors sæpius in indignos, minusque idoneos trascurrat. Præsentatio facta à Mandatario sive Procuratore ad præsentandum per Patronos electis, mandatique limites excedentibus fit nulla, & ex quibus talis excessus deducatur.

Præsentatio nulla, ex qua nullitate jus alteri Compatrono quęratur, facit, ut ille ad novam præsentationem nequeat devenire.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatus à majori Patronorum instituendus est.*

2 *Jus præsentandi ad Beneficium, quod ad plures Compatronos pertineat, si major ex istis pars nulliter præsentet, consolidatum*

remanet in minori alterum valide presentante.

3 *Præsentatio inter Compatronos per sortes ducta, de jure canonico est probibita,* & nu. seq.

4 *Electiones Canonicæ, præsentationes, ac nominationes ad Beneficia per sortem ductæ similiter sunt probibitæ.*

5 *Officiales Communitatis babentes mandatum, quod certum modum eis ad beneficium præsentandi præscriberet, si ejus excederent limites, in actum nullum incurrerent.*

6 *Procurator ad presentandum, quod fines sui mandati excesserit, ex quibus probetur,* & num. 11. & 17.

7 *Juramentum de præsentando digniorem ad Beneficium, juxta dictamen propriæ conscientiæ, non remanet adimpletum, si Patronus vellet, quod per sortes Beneficiatus eligendus extraberetur,* & vide rationem in num. seq. & 9.

8 *Sors cæca, & fallax in minus idoneos sæpe trascurrit, & aliquando sequitur indignos.*

9 *Electio Beneficiati per sortes ducta, dicitur alieno judicio commissa, & non ad dictamen propriæ conscientiæ.*

10 *Electio dignioris non aliter, quam per medium votorum adimpleri potest.*

11 *Nominatio ad Beneficiam sorti commissa dicitur nulla, quando Patronus ad dictamen propriæ conscientię præsentare teneretur.*

12 *Amplia, ut quando per sortes fieret, & non per vota, ut deberet, diceretur ex defectu mandati corruere.*

13 *Nominans ad Beneficium, non uti Patronus, sed uti Mandatarius, qui mandati fines excessisset, non excusatur, cum talis excessus præsumatur scienter, & contra legem mandati commissus.*

14 *Amplia, quando taliter nominans, de tali excessu fuisset admonitus.*

15 *Actus remanet surreptitie infectus, & non attendendus, quando in ejus confectione interfuit contradictio, quę licet nulla, attamen effectum babuisset.*

16 *Electio duorum, qui idonei à Patronis æqualiter judicantur, non potest per sortes extrabi.*

18 *Sacerdos antiquior, quique diutius Ecclesiæ inservìit, dignior pro Beneficio reputatur.*

19 *Nominatio ad Beneficium posita ad sortes non substinetur, etiam si declarassent Patroni, quod si ita facta non valeret, Beneficiatus, cui sors tetigisset, ab eis dici deberet nominatus, & quare?*

20 *Præsentatio expleta contra legem à Testatore præscriptam dicitur malefacta, & absque potestate eligendi.*

21 *Amplia, si eodem tempore Compatronus ad alteram præsentationem devenisset, prævia protestatione de illius nullitate, tamquam facta per sortes, quo casu illius vox isti accrescit.*

22 *Patronus ad novam præsentationem devenire probibetur ob nominationem nulliter factam, quando ex boc capite esset alter Jus quæsitum, quod tolli nequit.*

23 *Præsentatio facta à Mandatario contra formam mandati absque juramento de idoneo eligendo, quod onus in eo fuisset impositum, nulla sit.*

24 *Ratificatio actus nulli vitiatur cum isto.*

25 *Dispensatio Apostolica tollit omne iuris obstaculum.*

26 *Præsentatus ius suum non amittit, ex quo non fuisset sub confessione approbatus, quando confessio actu illi necessaria non esset, & facultate alium substituendi, donec ad ætatem perveniret, gauderet.*

27 *Præsentatio legitima non potest de nullitate redargui à nulliter comprsentato, qui non esset legitimus contradictor.*

DECISIO MC.

JUs præsentandi, quod habet Communitas Oppidi de Yrun ad plura Beneficia Ecclesiæ Parochialis dicti Loci, exerceri consuevit ex illius decreto anni 1556. à novem Officialibus singulis annis deputari solitis, prævio juramento de eligendo personam habilem, juxta dictamen propriæ conscientiæ, qui, occurrente aliquo vacationis casu, vices Communitatis adimpleant, & coram Ordinario, prout de jure, suam expleant præsentationem.

Vacavit alterum ex his Beneficiis de mense Decembris anni 1715. & dicti Officiales paulò post sese congregarunt ad faciendam nominationem, quia tamen concordes non erant circa personam nominandam, diversimodè processerunt. Quatuor enim ex eis præsentarunt Josephum de Arbelaiz. Alii verò quinque decreverunt eorum nomina, circa quos ditti inter se dissenserant, in urna argentea deponere, exindeque per manum infantis schedulam extrahere, & eum, cujus nomen in schedula scriptum esset, habere pro præsentato.

Et quamvis alii quatuor Officiales, qui Josephum concorditer, & legitimè jam nominaverant, protestati fuissent de nullitate præsentationis ita facienda per sortes, adhuc commissa Notario fuit schedularum conscriptio, deventumque extitit ad extractionem, ceciditque sors super Lazarum de Tompes, & eum dicti quinque Officiales haberi velle pro præsentato statuerunt; atque hunc agendi modum confirmarunt sub die 6. Januarii subsequentis, qua die rursùs congregati omnes fuerunt, decernendo, non obstante nova aliorum quatuor protestatione, *quod casu, quo esset valida præsentatio facta per sortem ad favorem Lazari Tompes, illam ratificabant, & approbabant. Casu verò, quo aliqua opponi posset exceptio adversus dictam præsentationem, tamquam factam per sortem, iterum præsentabant eumdem Lazarum.*

His peractis instructa fuit lis coram Ordinario inter Josephum, & Lazarum prætensores pro consequenda ad Beneficium institutione, sed mediante sententia definitum fuit, institui debere Josephum; nec diversimode hodie decisum extitit in nostro Tribunali; proposito namque dubio, in cujus resolutione concordes Domini non fuerunt in Audientia diei 14. Martii elapsi anni, responsum fuit -- *Institutionem dandam esse Josepho.*

1 Licèt enim primo aspectu institutionem
sibi promereri videretur Lazarus, uti à majori Patronorum parte præsentatus, ad *Tex.*
& gloss. in cap. quoniam de Jurepatr, adhuc
2 tamen quia illius præsentatio nulla fuit, solum jus consolidatum remansit in aliis, qui
ritè, & rectè Josephum præsentarunt, *Rota*
dec. 82. n. 2. p. 7. dec. 352. nu. 7. p. 16. rec. in Leodien. Beneficii 25. Februarii 1717. §. Et nibilominus cor. Rmo D. meo Ansaldo Decano, & in Rhegien. iurispatronatus 16. Januarii 1708 §. Tantum autem coram bon. mem. Moliner.

3 Nullitas autem ejus præsentationis, quam
pro se allegat Lazarus, non ex ea tantum
generali ratione desumpta fuit, quod utpote
facta per sortes, esset in Jure Canonico prohibita, ex *Text. in cap. fin. de sortileg.*, quem
4 habere locum non in solis Canonicis electionibus, sed etiam in præsentationibus, ac nominationibus latè firmatum fuit *in Maioricen. Beneficii* 25. *Junii* 1699. § *Arrisit cor. Rmo D. meo Ansaldo Decano inter eius impressas dec 95. n. 3. & 4. confirmat. 29 Martii 1700. §. Ac propterea cor. bo. mem. Muto*, in cuius decisionis annotatione per eumdem Reverendissimum Decanum egregiè explicantur termini decisionis *in Ariminen. Cappellaniæ cor bo. me. Bourlemont impress. dec. 459. p. 19. rec.*, & pro parte Lazari allegatæ, verum ex iis præcipuè hujus facti circumstantiis, quæ rem in concreto perpensam ponere videbantur extra difficultatem.

5 Ponderabant enim, quod novem Oppidi Officiales deputati ad faciendam præsentationem, hujusmodi facultatem obtinuerant mediante mandato præscribente certum modum faciendæ præsentationis, & hujusmodi mandatum non solum acceptarunt, sed ad illius tenorem allata Cruce, eaque præ manibus habita in strictioris quodammodo fidei expromissionem *iurarunt eligere personas, quas in Domino, & iuxta dictamen propriæ conscientiæ babiles, & idoneas esse censerent.* Undè resultat Officiales istos non esse directos Patronos, circa quos cadere possit quæstio dictarum decisionum, sed Mandatarios Universitatis Patronæ, itaut si fines mandati excesserunt, aut à præscripta facultate aberrarunt, actum omnino nullum expleverint, ad *Text. in l. si Procurator C. de Procur.*, & *l. si diligenter §. ff mandat Bald. cons. 402. n. 3., Roc. disput. iur. cap. 152. n. 2., Rot. cor. Coccin. dec. 1849 n. 3., & dec. 535. n. 10. & 15. p. 19. rec. tom. 2.*

6 Ad ostendendum verò, quod mandati formam non servaverint ii quinque Officiales, quorum

quorum haber præsentationem Lazarus,satis
eslet ponderare mox relata juramenti verba,
ex quibus in aperto est eorum unumquemque
singulariter suscepisse obligationem nomi-
nandi personam idoneam, & habilem *iuxta
dictamen propriæ conscientiæ*, id quod,com-
7 mittendo sorti extractionem unius personæ
ex pluribus, inter quas magis, & minus habi-
les, & idoneæ esse possunt, non videtur fuisse
8 servatum, quia cæca sors, & fallax in minus
idoneos sæpe transcurrit,& aliquando etiam
indignos promovet; Argumento *Text. in cap.fin.de purgat. vulgar. Joannes Andreas in cap.fin.de sortileg n.6., Gonzal. ibid.n.8., & Barbos. nu.3. ibi -- qui sorte eligitur humano iudicio non comprehenditur, quia ceca sors est & fortuna, quæ sæpe indignos promovet, & dignos premit &c.* cum aliis apud *Reverendissimum Decanum dicta decis.* 97.
9 *nu.14.& seqq.* Ac etiam quia committere iu-
dicio sortis electionem, idem est, ac eligere
alieno judicio, ut est illud fortunæ, non au-
tem eligere juxta dictamen propriæ conscie-
10 riæ, quod non aliter, quàm per viam voto-
rum adimpleri potest.

Confirmatur tamen ulterius mandati ex-
cessus ex eo, quia fuisse ex mente Communi-
tatis clarè ex eodem mandato, & deputatio-
ne comprehenditur, quod nominatio, &
electio alio modo fieri ab ejus Officialibus
non posset, quàm singulariter suffragia feren-
do, & votando: pactum enim fuit, *quod i-
dem qui supra* (sunt verba mandati) *vota-
rent, & præsentarent, sicut in Domino ex-
pediens sibi videretur* -- & rursus *facultatem
impartiti fuerunt dictis novem Votantibus,
ut modo præmisso procederent ad præsenta-
tionem &c.* Et demum volendo ibi -- *quod
obtinentibus maiorem partem dictorum no-
vem votorum Beneficia præfata, & Rectoria*
11 *conferrentur* -- Undè tantò minus pote-
rant omittendo ferre suffragia, & proprium
pandere judicium, fortuito sortis casu com-
mittere nominationem, in qua facienda,eo-
rum industriam, & conscientiam Communi-
tas elegerat, ad *Tex.in cap.fin. §. Is autem de off. delegat. Vant.de nullit. ex defectu iurisdict.deleg.num.*21.*vers. seu dictum fuisset, Menoch.de arbitr.cas.*68.*n.*18., & plenè *Rot. dec.*206.*n.*36.*& seqq.& n.*54 *cor. Dunoz.iun.*
12 itaut dubio procul quoties Deputatis com-
missa electio fuerat,certa forma eis præscrip-
ta, scilicet per viam votorum juxta dictamen
propriæ conscientiæ, & prout expediens in
Domino eis visum fuisset, hac forma ad un-
guem non servata,actus remaneat inevitabi-
liter nullus ex defectu mandati, *Mantica de Tacit.lib.*7.*tit.*15.*n.*3.*&* 7., *Modernus Asculan.dec.Florent.*28.*nu.*3.,*& Rocc.disput.iur. d.cap.*152. *n.*2.

Ex his facti circumstantiis inutilis reddi-
tur, & alia per Partes assumpta disputatio;
utrum licuerit ex consuetudine Hispaniæ,
(quæ cæteroquin nequidem probabatur,
prout necesse fuisset) devenire per sortes ad
præsentationem, vel saltem excusarentur
ratione ignorantiæ à nullitate Officiales ita
13 præsentantes; quia si non uti Patroni, sed
Mandatarii præsentarunt non ex generali
consuetudine, sed ex mandato legem sibi
habere debebant, & si nullitas provenit, ex
quo peccarunt contra formam mandati, &
commissionis habitæ à Communitate Patro-
na, talis excessus scienter dicitur commissus
contra legem, ex quo jus desumebant, &
quam ignorare non valuerunt, itaut nullam
promereri valeant excusationem, *Gloss. in cap.innotuit verb.ignorantiam de elect., Rocc. de Curt.de iurepat. in verb. honorificum nu.*17., *Lotter.de re Benef lib.*2.*q* 18.*n* 6., *Rot in Volaterrana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. *§.Nulla cor.R.P.D meo Crispo,& in Tarraconen.Beneficii* 19.*Januarii* 1712. *§. Prout*
14 *etiam cor. Me.* Quid autem dicendum erit,
quando etiam Officiales ita nulliter proce-
dentes moniti de tali nullitate fuerunt, &
interpellati ab aliis, forma debita præsenta-
tionem fieri debere contendentibus,& sortis
experimento contradicentibus in modum,
ut stante hujusmodi contradictione nequi-
dem sit allegabilis observantia pro parte La-
zari ex statu anni 1713., in quo per sortes pa-
15 riter processum extitit; quia nemo tunc
contradixit, & in præsentatione coram Or-
dinario facta, sortis experimentum expres-
sum non fuit, & fortasse non fuisset ab illo
admissum, ut in præsenti contigit, & sic re-
mansit actus surreptione infectus, & non ar-
tendendus, quando adfuit contradictio, ad
*Regul.de qua dec.*127.*n.*9 *p.*18.*rec.*,& passim.
16 Absque eo quod substineri saltem præsen-
tario ex eo promereatur, quod ad illam per
sortes aeventum fuerit in concursu tantum
duarum personarum, quæ æque habiles, at-
que idoneæ fuerant jam antea ab Officiali-
bus dijudicatæ; quia præterquamquod est
etiam in tali casu inter Doctores controver-
sia utrum id liceat, sicut refert *Reverendissimus Decanus in allegat. dec.*95. *n.*17. *circa*
17 *finem*, non exinde evitatur excessus com-
missionis habitæ procedendi per vota, &
suffragia, dum præsertim inter æque dignos
concurrentes ad Beneficium consequendum
connumerari debebat etiam Joseph ab aliis
18 Patronis nominatus,qui tamen ab aliis quin-
que Officialibus posthabitus fuit, & erat Sa-
cerdos antiquior, & diutius Ecclesiæ inser-
vierat: unde cessat quoque in facto supposita
meritorum æqualitas, & advertit *Rot. dict. decis.*95. *n*,18. *cor. Reverendissimo P.D. meo Ansaldo Decano.*
19 Neque sui juris præsidium deducere po-
test Lazarus ex secundo actu, ad quem de-
venerunt quinque Officiales ejus fautores sub
die 6. Januarii, exinde inferendo, quod non
tantum habet pro se dictam præsentationem,
seu electionem factam per sortes, sed etiam
aliam præsentationem extra quamcumque
fortunæ aleam de se factam. Probe namque
& maturè inspecta qualitate istius secundi
actus censuerunt eodem modo Domini.quod
remaneret inefficax; Tum ex quo, dum nul-
liter

liter elegerunt, abutendo potestate sibi tradita, quam sciebant, & scire tenebantur, ac
20 de facto servare juraverant, dicuntur in culpa, & mala fide, & pro ea vice eligendi potestatem amiserunt, ut passim habetur de Patronis præsentantibus contra legem fundationis apud *Vivianum de jurepatronatu p.2. lib.6.cap.7.n.69. Maranta respons.*28 *n.8. & seqq. lib.3., Tondut. quæst. Benef. par.1. cap.* 118. *n.32., Lotterius de re benef. lib.2. q.*18. *n* 6., & in puncto advertit *Reverendissimus Decanus in adnotat. ad sæpecitatam dec.95.*
21 *n.26.*; Tum ex quo facta legitimè per alios Compræsentantes nominatione cum protestatione nullitatis adversus eos, qui præsentationem per sortes facere intendebant, vox eorum qui nulliter, & culposè ad actum præsentationis devenerunt, cæteris accrevit vocalibus minorem partem constituentibus, & sic fuit jus quæsitum ab istis Nominato, & Præsentato, ut per *Text. in cap. gratum de postulat. Prælator. & glos.* 161. *verb. paucio* • *res*, probant *Barbos. de jure Eccles. libr.*1 *cap.*19 *nu* 83. *& seqq., Lavor. de elect. cap.*21. *n.*47., *Passerin. eod. tractat. cap* 31. *n.*3.4., *&* 8., & cum aliis *Rot. in allegata Rhegien. iurispatronatus* 16. *Jan.*1708. §. *Tantum cor.*
22 *bo. me. Molines*, & non potuerunt propterea in præjudicium juris quæsiti alteri ab illis legitimè, & cum dicta nullitatis protestatione nominati, devenire ad aliud ad novam præsentationem, ut docens *Hostien. in cap. quia propter de elect nu.*59. *citat. Passerin. de elect. cap.*18. *n.*39., *Sperell. dec.*180. *n.* 21. *&* 22.
23 Tum demum etiam ex quo, & ista nova præsentatio fuit nulla, utpote facta non servata forma mandati suis Officialibus à Communitate traditi, dum prætermiserunt præstare juramentum de idonea, & habili persona juxta dictamen propriæ conscientiæ eligenda, quod quidem juramentum præstandum toties erat, quoties ad actum electionis Officiales devenire intelligebant, ita ut rectè liceret arguere, quod aut iste actus fuit nova præsentatio, & uti talis fieri non poterat, nisi nulliter omittendo præstare dictum juramentum in commissione Officialibus data præscriptum juxta auctoritates superius allegatas §. *Ponderabant.* Aut iste
24 actus fuit confirmatio primi (sicut de facto erui videbatur ex ejus tenore supra relato) & pariter nullo modo sustineri potest, quia vitium primæ electionis nullitatem influit in ejus ratificationem, ad *Text. in l. fin. C. de novat., Surd. consf.*385. *nu.*19., *Cyriac. cont.*442. *n.*43., *Rot. dec.*362. *n.*8. *coram Royas*, *& dec.* 1284. *n.*1. *cor. Emer. iun.*, *& dec.*61. *n.*8. *cor. Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano.*

Quibus ita firmatis, & omisso etiam examine necessitatis, quam habuisset Lazarus reportandi consensum à Magistratu Civitatis de Fuenterravia, juxta concordiam in *Summario primæ propositionis num.*1. *litt. F.*, nullatenus immorandum Domini putarunt in aliis exceptionibus, quas idem Lazarus adversus Josephum proponebat quoad legitimitatem natalium, & defectum approbatio-
25 nis ad audiendas confessiones. Etenim quoad primam habet idem Joseph dispensationem Apostolicam, quæ procul dubio omne tollit juris obstaculum, *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q* 40. *n.*167., *Rot. dec.*187. *n.*11. *& seqq. cor. sa. me. Alexandro VIII.*, *& dec.*353. *n.*3.
26 *p.* 19. *rec.* Quo verò ad secundam qualitas approbati ad confessiones audiendas actu non requiritur, dum præsertim datur facultas in hujusmodi munere habendi substitutum, ut in *Summario d. primæ propositionis num* 5. *litt. K*, ideoque ex hujusmodi defectu nullum Præsentato jus tollitur, juxta firmata in similibus terminis *Sacerdotii decis.* 88. *per tot. cor. Merlin. in Melevitana Beneficiorum* 16. *Iunii* 1710. §. *Neque præmissis cor. R. P. D. meo Falconerio almę Urbis Gubernatore*, *& in Melphitten. Beneficii* 21. *Iunii* 1712. §. *Quin potius*, *&* 5. *Decembris eiusdem anni* §. *Sedulò cor. Me.*
27 Cessantque totaliter omnes istæ, aliæque consimiles exceptiones à Lazaro deductæ ea animadversione, quod cum ipsius præsentatio fuerit nulla juxta superius firmata, & sic nullum habeat titulum vigore cujus concurrat cum Josepho habente legitimam præsentationem, non licet ei tales exceptiones allegare, quia non est adversus illum legitimus Contradictor, juxta *Bartoli doctrinam in l. final. sub n.*21. *C. de edicto Divi Adriani tollendo*, & in terminis deducta *dec.* 187. *nu.* 10. *cor. sa. me. Alex. VIII. dec.*370. *nu.*15., *& dec.*385. *n.*39. *&* 41. *p.*19. *rec.*

Et ita utraque &c.

FERRARIEN. CAUTHELÆ ANGELI, SEU REDDITIONIS RATIONIS.

Lunæ 30. *Januarii* 1718.

ARGUMENTUM.

Hec est confirmatoria alterius sub die 14. Ianuarii 1718.

Hæres hæredis, ut cauthelę Angeli præsidio adversus utriusque hæreditatis creditores, suffragetur, debet de illicita utriusque redditione rationis edocere, nec strictam eam reddidisse dicitur, quando fideicommissum allegaſſet, ex quo detractiones dicto hæredi competiissent, & de alienationibus ab isto factis, in hancque causam cedendis non edoceret, partique passu se liberum non reddit per hoc, quod bona hæreditaria in manibus aliorum Creditorum dimisisset, quando se in hæreditate immiscuisset, cum hæres hæredis qualitate se nequeat in tertii præjudicium exuere.

SUMMARIUM.

1 *Hæres hæredis, tamquam hæres primi defuncti consideratur.*
2 *Hæres hæredis Cauthela Angeli præsidio non juvatur ad arcendos Patris, & avi Creditores, nisi doceat de redditione rationis*

tionis utriusque hæreditatis, seque alio quam hæreditario titulo bona possidere, & num. sequenti.

4 *Assignatio domus facta ad vitam assignatarii non operatur, ut super ea favore creditorum assignantis non contrahatur hypotheca, cum non dicatur distractio totalis*, & *quare*.

5 *Retentio vigore fideicommissi, & titulo alienationum non datur adversus creditores defuncti super re hæreditaria, quando illius purificatio esset dubia, & creditum ex causa alienationum turbidum, adversus creditum clarum, & liquidum*.

6 *Redditio rationis dicitur in sufficiens, & illegitimè facta, quando hæres ad arcendos Creditores defuncti fideicommissum allegaret super bonis in hereditate repertis, super quibus ejus auctori detractiones jam in judicio approbatæ competiissent*.

7 *Decisiones, quæ non revidentur semper sunt præsupponendæ*.

8 *Hæres possidens bona fideicommissaria, super quibus ejus authori detractiones competebant, ad ratam istarum illius creditores tenetur dimittere*.

9 *Detractiones quando dicantur à Testatore ad libitum hæredis permissæ super quibuscum que ejus bonis, & indistinctè*.

10 *Verbum* -- Liceat -- *dicitur esse facultativum*.

11 *Creditor habet intentionem fundatam in præsumptione juris agendo contra sui debitoris hæredem, qui hæreditatem adivisset, licet iste se eandem favore Creditorum retrocessisse allegaret*, & quare.

12 *Hæres non dicitur satis de bonis hæreditariis a se aditis rationem reddidisse, per hoc, quod eadem in manibus aliorum creditorum dimisisset, nec se liberum ita efficit* & quare, ac amplia ut in num 19.

13 *Hæres in præjudicium Creditorum defuncti hæreditariam qualitatem iam semel in se impressam, à se nequit abdicare, bona in Creditores prædictos transferendo*.

14 *Additio hæreditatis præsupponenda est, quando hæres eam se dimisisse allegat*.

15 *Amplia, quando institisset pro facienda redditione rationis*.

16 *Hæres, ut Creditores defuncti arceat, non suffragatur à dimissione bonorum hæreditariorum, quando istorum fructus sibi appropiasset, quod facere nequit, si qualitatem hæreditariam impugnet*.

17 *Hæres, detectis Creditoribus hæreditariis, fructus hæreditarios suos non facit, eum isti hæreditatem augere debent*.

18 *Hæres, supervenientibus defuncti Creditoribus, dicitur merus administrator, & Custos fructuum hæreditariorum, de quibus rationem reddere etiam obligatur*.

20 *Inventarium hæredem à damno præservat, cum de cætero illi lucrum non pariat*.

DECISIO MCI.

Redditionem rationis de bonis hæreditariis Joan. Baptistæ sui Patris propositam à D. Com. Advocato Antonio Feliciano Montecatino, ad effectum, ut substineretur cauthela Angeli per ipsum allegata contra D. Match. Sacratum ejus Creditorem, putaruut Domini sufficientem non esse, & proindè Mandatum Rotale ab isto obtentum esse exequendum in audientia diei 14. Januarii superioris anni coram Me, juxta decisionem tunc editam; adversus quam, cum fuerit postea ex benignitate Dominorum impartita Reo convento facultas jura sua iterum deducendi; hodiè reassumptum extitit Causæ examen, & adductæ adversus captam resolutionem exceptiones, omnium Dominorum suffragio rursus discussæ sunt. Quia tamen adhuc subsistere visa fuerunt meæ decisionis fundamenta, rescriptum prodiit -- *in decisis*.

Certum enim iterum compertum fuit,
1 quod cum dictus Comes Advocatus Montecatinus adiverit hæreditatem Joan. Baptistæ sui Patris, non solum istius hæres effectus extitit, sed etiam Com. Roberti Patrui, cujus heres fuerat dictus ejus Pater, ità suadente regula, quod heres heredis est etiam hæres primi defuncti, ad *Text. in l. qui per longissimam* 194 *ff. de reg. Iur.* & *l. heredis appellatio ff. de verb. signif.* cum aliis adductis in decisione, quæ revidetur §. *Augetur*, & *in Cajetana Pecuniar.* 6 *Iun.* 1712. §. *Validum cor. R. P. D meo Crispo*, in modum, ut si velit juvari præs.
2 dio cauthelæ Angeli adversus D. Mar. Sacratum, habentem obligatum tam Patrem, quam Patruum eius auctores, teneatur de utriusque hæreditate rationem legitimè, ac sufficienter reddere, & ostendere se de bonis ab illis provenientibus nihil hæreditario nomine possidere, sed alio titulo, quàm aditionis illorum hæreditatis ea retinere, *Peregrin. de fideicom. artic.* 33. *num.* 17. *Rota dec.* 994 *num.* 4. *coram Dunozett. Jun dec.* 610. *num.* 1. & 5. *par.* 18. & *dec.* 587. *sub num.* 11. *par.* 10. *rec tom.* 2.

Deficit autem in præsenti ejusmodi redditio rationis quoad utramque personam, sivè hæreditatem. Si enim sermo sit de illa Joan. Baptistæ Patris, præter alia deducta in eadem decisione, quæ confirmatur, potior defectus profluit ex possessione Palatii hic in Urbe siti, & per eundem Com. Felicianum Antonium habitati in Platea nuncupata *di Sciarra*. Cum namque, & illud repertum
3 fuerit in hæreditate dicti Joan. Baptistæ, de eo quoque eius hæres tenetur reddere rationem, ostendendo, quod diverso titulo possit illud retinere, quia cæteroquin est dubio procul subiectum, sicut cætera illius bona, obligationibus, quas Pater contraxit cum suis Creditoribus, *ad Text. in l.* 1. *C. si unius ex plur. hæred. Surd. dec.* 44. *num.* 6., & *seq.*, *Rot. dec.* 852. *num.* 5. *coram Card. Cerr.*
4 Neque iuvat repetere, quod illud Palatium de tempore initæ transactionis, à qua Marchio Sacratus creditum desumit, exierat à patrimonio Jo. Baptistæ debitoris per assignationem de eo factam bo. me. R. P. D. Carolo Montecatino. Non enim hujusmodi assi-

assignatio causam habuit perpetuam, & translativam proprietatis, seu dominii, sed limitata fuit ad vitam eiusdem Præsulis assignatarii, ut advertit decisio, quæ confirmatur §. *Sub eodem*, ideoque non valuit impedire, quin eo adhuc vivente non quæreretur Ius, & hypotheca Creditoribus, neque operari prætensam extractionem à patrimonio debitoris; cum imo satis esset, ut assignatione per obitum resoluta, ad pristinum statum totalis pertinentiæ ad debitorem res assignata rediverit, ex notatis, per *Bald.* aliisque communiter *in l. Titia cum Testamento §. Titium ff. de legat. 2. Cyriac. contr.* 683. *n.* 1. *Franch. dec.* 64. *num.* 11. *&* 12. *Rot. dec.* 777. *num.* 23. *par.* 18. *rec.*

5 Minusque profuit allegare pro eiusdem Palatii retentione titulum, seu creditum reintegrationis fideicommissi Antonii de Montecatinis nuncupati *il Filosofo* propter plurimas alienationes factas de bonis huic fideicommisso subiectis ab Alphonso seniore. Quippe quia præter incertitudinem vocationis, & quotæ hujus fideicommissi, ad quam vocatus esse possit Comes Advocatus Antonius Felicianus, taliter excluditur allegata retentio ex turbiditate crediti, cum nunquam doctum fuerit quid, & quantum fuerit alienatum, pro quo possit competere asserta reintegratio, itaut concurrente ex opposito clara Marchionis Sacrati actione, nequeat se tueri Reus conventus consimili titulo, contra id, quod requiritur pro fundamen o cauthelæ Angeli, hujusmodi exceptionem patiente non perfectæ probationis, imò è contrario evidentis illiquiditatis, *Rota in Aven., seu Vasionen. Primogenituræ super Cauthela Angeli* 12. *Maii* 1702. §. *Ad hoc enim*, *& in Romana Cauthelæ Angeli* 19. *Ianuarii* 1705. §. *Creditum cor. bo. me. Aluto*, *& in Eugubina Cauthelæ Angeli* 14. *Maii* 1706. §. *Atque ex his coram Me.*

Atque hæc quoad hæreditatem Jo. Baptistæ; si vero de alia sermo sit Co. Roberti, pari facilitate demonstratur insufficientia redditionis rationis circa eam propositæ;
6 quandoquidem plura bona ab illo provenientia per Peritum in sua relatione enumerata, reperta fuerunt in hæreditate Jo. Baptistæ adita per D. Com. Advocatum, qui inutiliter illa retinere contendit titulo antiquorum fideicommissorum suæ familiæ, dum etiamsi caderent ista bona sub dictis fideicommissis, adhuc tamen competiissent in iis Comiti Roberto plures detractiones jam in judicio approbatæ tam à Rota Ferrariensi, juxta decisionem editam in hac eadem causa, & impressam penès *Calderon. resolut.* 62., *& Palm. Nepot. allegat.* 170. *tom.* 2., quàm à nostro Tribunali in alia decisione edita 20 Junii 1704. *cor. bo. me. Omanna*, itaut ho-
7 die tales detractiones nullo modo valeant impugnari, cum de stylo veniant decisiones istæ, quæ non revidentur, supponendæ, ut innuit decisio, quę cōfirmatur sub §. *Augetur.* & sæpius dixit *Rot. dec.* 160. *num.* 6. *p.* 18., *dec.* 465. *n.* 13., *&* 638. *n.* 22. *&* 23 *p.* 19 *rec. tom.* 2., *& in Urbevetana immissionis* 27. *Junii* 1718. §. *Non obstat cor. Me.*

8 Cum itaque hodie idem Comes Advocatus indubitanter possideat illa bona fideicommissaria, ex quibus Roberto præfatæ detractiones competebant, ex iisdemmet bonis tenetur dimittere creditum, de quo agitur, Comitissæ Camillæ Sacratæ, sive hujus successoris, quæ intuitu annuæ præstationis sibi promissæ in transactione inita cum Comite Joanne Baptista Roberti hærede, prædictis detractionibus renunciavit favore ejusdem Joannis Baptistæ, & aliorum hæredum fideicommissariorum.

9 Absque eo quod attendi possit exceptio illa in præsenti adducta, quod ex Testamento Comitis Roberti teneretur Comitissa Camilla detractiones sibi competentes deducere ex bonis dumtaxat Villæ Codreæ, nec propterea occupari pro eis possint alia bona fideicommissaria possessa per eundem D. Advocatum. Præter enim quod jam in supradictis decisionibus, firmata indefinitè reperitur cōpetentia dictarum detractionum in quibuslibet bonis fideicommissariis; objectum ulterius cessabat ex littera dispositionis Roberti, qui non injunxit præceptivè detractiones fieri ex bonis Codreæ, sed simpliciter declaravit licere ex dictis bonis illas deducere,
10 ibi - *Che sia lecito à detta mia Erede per le detrazioni &c. pigliarsi &c.* -- quæ verba non obligationem, aut necessitatem important, sed libertatem, & arbitrium insequendi tam bona specialiter designata, quàm alia quæcumque, super quibus ius suum exercere Camilla valuisset, ut ex *Tex. in l. diem proferre* §. *Si plures ff. de arbitr.* notat *Menoch. cons.* 318. *num.* 23., *& de arbitr. lib.* 1 *q.* 7. *n.* 32., *Rot. dec.* 573. *n.* 2., *& dec.* 739. *n.* 7. *coram Seraph.*, & generaliter tradit *Barbos. dict.* 191. *n.* 3., & firmat *Rot. dec* 71. *n.* 11 *p.* 18 *rec.*

Quibus ita constabilitis se perstringi sentiens D. Advocatus Antonius Felicianus, non amplius se hæredem non fuisse contendebat, ut in præterita propositione, sed in ea iterum
11 pedes figebat exceptione, quod ipse ad ulteriorem redditionem rationis non teneatur, quando docet ad suas manus nihil de bonis hæreditariis sui Patris pervenisse, & ad omne pejus, quod si quæ pervenerunt, illa etiam una cum omnibus juribus hæreditariis favore creditorum dimisit, & amplissimè renunciavit.

Frustra tamen, quia cum habeat Camilla Creditrix, & Marchio Sacratus, ex ejus persona intentionem fundatam in juris præsumptione, quod ad manus sui debitoris, quî tanquam cohæres adivit, pervenerint pro sua portione bona hæreditaria, ex facta di-
12 missione deduci non potest, nec sufficiens redditio rationis aditę hæreditatis, nec liberatio ejusdem hæredis à solutione debito-
13 rum hæreditariorum, cum hæres non possit in præjudicium creditorum qualitatem hæreditariam per aditionem jam semel impressam à se

à se abdicare, neque illis invitis bona, & actiones in alios transferre, sed semper adstrictus remaneat ad onera, & obligationes per dictam aditionem cum creditoribus contractas, ut docent *Olea de cess. jur. tit.2. q.3. n.43.*, *Card. de Luc. de legit. disc.43. n.8.*, *Rot. dec.847. n.73 cor. Buratt.*, *& dec.56. n.26 p.9. rec.*, & per hæc verba respondit eidem objecto *Rot. dec.7. n.11. inter impressas ad ornat. Card. de Luc. lib.5. tom.3.*

Quæ quidem tantò magis in præsenti pro-
14 cedere videbantur, quia de facto certum
erat bona hæreditaria ad manus ipsius hęre-
dis pervenisse, dùm ipsemet ita fassus fuit
faciendo recensitam dimissionem, quę sup-
ponit præcedentem acquisitionem, ut arguit
decisio, quæ revidetur §. *Non minus*, & plu-
15 ries instando pro redditione rationis, imò
resultat ulterius ex prænarratis facti circum-
stantiis illum medietatem Palatii in Urbe,
& bona fideicommissaria pro intranti quan-
titate detractionum competentium Comiti
Roberto alteri ejus Auctori possedisse huc-
16 usque, & adhuc possidere. Quo sanè casu
eo minus dicta bonorum, & jurium hæredi-
tariorum dimissio operari valet ejus favore
optatam exemptionem à solutione debitorũ
hæreditariorum, quia imperfecta est quoad
fructus ex bonis possessis perceptos, & in
17 proprios usus consumptos, quos tamen de-
tectis Creditoribus suos facere non poterat,
sed hęreditatem ipsam augebant, ad *Text.
express. in l. Item veniunt §. Item non solum,
ff. de petit. hæredit.*, & latè probat *Vincent.
18 de Franch. dec.613. n.19.*, & proinde teneba-
tur etiam de illis rationem reddere tanquam
illorum merus Custos, & Administrator, *l.
Certum C. de rei vindic.*, *Surd. cons.115. n.4*,
Rot. dec.535. n.5. & 6. p.5. rec., *& in Sutrina
census 26. Iunii 1709 §. final cor. bo. me. Moli-
nes, & 13. Maii 1712. §. Eodem cor. Eminentis-
19 simo D. Card. Scotto*; itaut ex sola stabilium
dimissione, & assignatione favore Credito-
rum non liberetur, ea præcipua ratione,
20 quod inventarium præservat quidem hęre-
dem à damno, sed lucrum illi cæteroquin
non parit, *Bart. in l. cum emptor in fin. ff. ad l.
falcid.*, *Cyriac. contr.24. num.6.*, *Rot. dec.245.
n.5., cor. Duran. dec.88. nu.5.*, & per hæc ferè
verba *decisio 168. à num.8. ad 12. cor. Card.
Cerro.*

Et ita remissivè in reliquis ad meam decisionem, quæ confirmatur, responsum fuit omnibus Dominis suffragium ferentibus, & Parte utraque &c.

ROMANA CAMBIORUM.

Lunæ 6. Februarii 1719.

ARGUMENTUM:

Hæc est confirmatoria duarum præcedentium sub diebus 1. Julii 1716., & 10 Maii 1717.

Solidaliter in cambio passivo obligatus si ab illius Creditore cessionem de eo cum obligatione in casu evictionis reportet, casu quo communis debitor deficiat, non solum fit liber à sua fidejussione, sed ulterius, si istum non solvendo reperiat, eadem jura cambii per cessionem sibi adepta potest adversus ipsum Cedentem retorquere, & experiri, eo modo, quo contra eundem debitorem cessum.

SUMMARIUM.

1 *Fidejussor potest jura personalia, & hypothecaria, tam contra principalem debitorem, quàm contra expromissores exercere, qui ipsum indemnem reddere promisissent.*

2 *Cessionarius cambii activi, qui à cedente retulit promissionem realitatis, & exigibilitatis, tam quoad sortem, quàm fructus, addita etiam obligatione evictionis, contra ipsum cedentem actionem adipiscitur, si nomen cessum deficiat*; amplia ut in n.5.

3 *Exigibilitas facti, & juris promissa dicitur, quando cedens promisisset nomen exigibile, tam quoad sortem, quàm quoad fructus imposterum decurrendos, & in perpetuum manutenere tale.*

4 *Decisiones quorum merita non discutiantur, veniunt semper præsupponendæ.*

6 *Fidejussor in cambio activo, non solum dicitur à creditore liberatus, sed ulterius ab isto abilitatus ad retorquenda eadem jura cambii adversus ipsum, quando ei cambium cederet cum obligatione evictionis in casu, quo nomen cessum deficeret*, amplia ut in num. sequenti.

8 *Testes vilis conditionis, pendente lite, & post editas resolutiones expiscati nil probant.*

9 *Iudex non debet subtilitus inquirere qua ratione sic, & sic Partes inter sese contraxerint, vel cur aliquis fidejusserit, vel donaverit, cum ejus partes sint, jus suum, secundum acta, & probata, unicuique tribuere.*

10 *Iudex tenetur exequi facere pacta inter Partes conventa, nec tenetur, quare sic contraxerint, inquirere.*

DECISIO MCII.

ET si in omnibus hujus Causæ propositionibus primo rei aspectu durum quodammodo, ac subasperum visum fuerit cessionem jurium à Bussio Creditore expositam favore Joannis Antonii Petti fidejussoris ita interpretari, ut ejus virtute Cessionario liceret, ne dum jura cessa contra Petrum Fontana Principalem debendi reum experiri, sed insuper eo minus idoneo reperto eadem jura contra cedentem ipsum retorquere; quia tamen coventio partium publicis litteris demandata, non ambigua, aut in obscuro posita, sed claris disertisque verbis concepta hanc solam patiebatur interpretationem; tutius censuerunt Domini, quemadmodum alias sub diebus 1. Julii 1716., & 10. Maii 1717., ita quoque hodie, potius ab eo, quod ęquius videretur, quam à scripto, & voluntate contrahentium recedere, atque adeo

congruo dubio per Me proposito *in decisis standum esse* responderunt.

Nulla inquam ambiguitas, nulla prorsus obscuritas in conventione partium versabatur.
1 In ipso enim actu, quo Pettus fidejussor scuta quingenta Bussio Creditori persolvit, in causam Cambii à Petro Fontana sub ejus fidejussione contracti, idem Bussius ne dum jura dicti cambii cum omnibus accessionibus ab inde citra obventuras in ipsum Pettum transtulit, ac cessit, ut illa contra principalem debitorè experiri posset, parendo in hoc dispositioni *Tex. in l. modestinus 76., ubi Bart., & reliqui ff. de solut., & in l. 2., & l. cum alter 11. C. de fidejuss.*, quibus, & aliis pluribus juris nostri locis cavetur expressè, ut is, qui pro alio fidem suam penès creditorem accommodaverit offerendo de sua pecunia solutionem, possit à Creditore cessionem petere, isque cogatur ei cedere jura tam personalia, quàm hypothecaria contra principalem debitorem ejusque bona, & confidejussores.

2 Sed longè ultra ejusmodi obligationem sibi de jure incumbentem progressus, spopondit insuper, ac repromisit d. cambium cessum esse *verum reale, & exigibile tam quoad sortem principalem, quàm quoad fructus in futurum decurrendos, & pro tali semper, & in perpetuum illud manutenere, & in eventum contrarii teneri voluit de sorte, & fructibus, ac exigibilitate evictione, & ad omnia damna.* -- Ut propterea in tanta verborum claritate ambigi omnino nequeat, quin etiam contra se ipsum dicta jura retorqueri posse voluerit, si debitor cessus exigi de facto nequiret, quia minus idoneus esset, & non solvendo, ut latè probant *praecedentis causae decis. cor. Me editae, altera videlicet diei prima Iulii 1716. §. Ininstitia, & altera diei 10. Maii 1717. §. Cum enim & seqq.*

3 Neque enim, ut Garullus à memorato Bussio causam habens, & Reus in praesenti Conventus sibi blandiebatur, tam ampiae, effrenataeque obligationi ea congruere poterat interpraetatio, ut sola juris exigibilitas, non etiam facti promissa censeretur, ita nimirum, ut ipse praestare quidem deberet nomen cessum verum, reale, & antea non exactum, neque simulatum; nunquam verò, quod de facto solvendo quoque esset, ac locuples. Et si namque huic sensui aptari posse viderentur verba illa, quibus Bussius spopondit *Cambium esse verum, & reale*; nullo tamen pacto, aut nonnisi per violentam interpraetationem accommodari poterant alia, quae statim sequebantur -- *& exigibile tam quoad sortem, quàm quoad fructus in futurum decurrendos &c., & pro tali semper, & in perpetuum manutenere.* -- Ex his enim apertè, & ad litteram evincitur Partes nedum ad ejusdem Cambii veritatem, & realitatem in substantia, sed etiam ad idoneitatem debitoris cessi tam pro sorte, quàm pro iis fructibus, & accessionibus, quorum dies adhuc non venerat, principaliter, ac primario respexisse, ut singillatim ponderando vim, ac significationem praedictorum verborum observat *d. secunda dec. §. Neque talis, & seqq. cor. Me*, & de cessione alterius Cambii scutorum biscentum ab eodem Bussio favore ipsius Petti eadem die expositae, & eadem omnino verborum figura cceptae dixit *Rot. in dec. praecedentis instantiae 27. Iunii 1714. coram R. P. D. meo Crispo*, quae à
4 Garullo in ea parte impugnata non fuit, & ideo juxta stylum Tribunalis est hodie ad praesentis controversiae definitionem supponenda.

5 Longeque minus ejusmodi cessio in eum sensum detorqueri posse videbatur, ut respectu ipsius cedentis non aliter censeri deberet, quam uti pura, & simplex liberatio Cessionarii à nexu solidalis obligationis, qua ipse tanquam fideiussor principalis debitoris pro eodem cambio tenebatur. Si enim Cessionarius tanto verborum apparatu sibi caveri voluit de veritate, ac realitate nominis cessi, eiusque perpetua exigibilitate, ac manutentione, si in casu contrario, quo videlicet nomen cessum esset aut simulatum, aut exactum, aut debitor minus idoneus, & non solvendo, cedens teneri voluit de evictione, & ad refectionem damnorum, tam pro sorte, quàm pro fructibus, iam nemo non videt,
6 per eiusmodi adeo amplam effrenatamque conventionem longè ultra praeteritos fuisse limites simplicis liberationis, quae nulla prorsus verborum ope, nulla expressa stipulatione, nulla denique nova cedentis obligatione indigebat, sed sola fideiussoris solutione contenta erat, *l. pupillus ff. ad l. faleid. § 1. Insti. quib. mod. toll. obl. g Storing. de fideius. cap. 20. num. 1. & 5., Rot. cor. Cerr. dec. 722. num. 5.*

7 Verum enim verò tantum abest, ut ad solum effectum inducendae praedictae liberationis exposita fuerit promissio perpetuae exigibilitatis, & obligatio evictionis, ac refectionis damnorum, ut imo Bussius ex opposito expressè declaraverit se ideo Pettum Cessionarium à nexu fideiussionis liberare, atque eximere, ut nihil esset impedimento, quin ea promissio evictionis, & exigibilitatis, quam supra proximè exposuerat, & quae propter amplitudinem verborum secum trahebat facultatem retorquendi iura cessa contra ipsum cedentem, plenum ac liberum sortiri posset effectum, perinde, ac si idem Pettus nunquam fideiussisset. Quo sanè nil clarius exprimi poterat ad tollendam eam repugnantiam, quae oriri posse videbatur ex qualitate fideiussoris, & ad ostendendum, quod eo casu Cessionarius censeri deberet tanquam tertius omnino extraneus, non tanquam fideiussor, iuxta *Tex. in l. cum is 36. ff. de fideiuss.*, & advertit *Rot. in d. ultima dec. §. Et quidem cor. Me.*

Quibus ita se habentibus, parum curandum DD. censuerunt de testibus novissimè à Garullo inductis, quibus ipse probare contendebat,

rendebat, ea mente Bussium ipsius auctorem Jura Cambii in Petrum transtulisse, ut iis contra principalem dumtaxat debitorem, non etiam contra se ipsum uti posset: valde enim
8 suspectum faciebat eorum testimonium tum vilis atque humilis ipsorum conditio, tum quod pendente lite, & nonnisi post editam secundam resolutionem Rotalem traducti fuerunt, tum denique quod absque partis citatione, absque ullo examine extrajudicialiter tantum depofuerunt. In hisce enim circumstantiis digni minimè videbantur, quibus fides ulla adhiberetur, ex *vulgat. jur.* de quibus *dec.*221.*n.*4.,*& dec.*709.*n.*6.*cor. Emer. jun. dec.*316.*num.*14.*&* 15.*p.*19.*rec.*,& passim alibi.

Denique nec inquiri oportere visum fuit cur Bussius nullo cæteroquin jure præstare coactus debitorem cessum idoneum, ac locupletem, ita nihilominus erga Petrum sese obligare voluerit, ut quasi fidejussorem debitoris sui se constituerit. Ultra quod enim plura esse potuerunt in causa, cur ille hanc obligationem susceperit, & præsertim illud, quod non aliter forte Petrus præsenti pecunia emisset aliud cambium scutorum biscentum sine ejus fidejussione à Politangela con-
9 tractum; hoc unum sufficere videbatur, quod ita per liquidas, & minime dubias probationes contrahere voluisse constet, & quidem non per vim, aut dolum, sed spontè, ac consulto in exequutionem tractatus præcedenter habiti. In civile namque videtur à libero, & sui juris homine voluntatis suæ rationem quærere, ad *Text. in l. non usqu. adeo ff. si quis a Parente fuerit manum.* Neque partes Judicia sunt subtilius inquirere, an sine causa quis pro alio intercesserit, fidejusserit, aut etiam rem suam donaverit, aut projecerit,
10 sed solum quid inter Partes actum fuerit, ut pacta, & conventiones, quæ semel constitutæ fuerunt diligenter, ac religiosè observentur, *l. juris gentium §. Prætor ait ff. de pact. l. prima §. Si conveniat ff. de posit., cap. cum amplius in fine de reg. jur. & cap.* 1. *de pactis.*

Et ita utraque &c.

ROMANA RELEVATIONIS.

Veneris 10. *Februarii* 1719.

ARGUMENTUM.

Satis est Fidejussori, ut valide, & omni jure adversus Expromissorem pro sui relevatione obligatum actionem reverrere dicatur, quod à principalis debitoris creditoribus molestetur. Extractio partitarũ facta à ratiocinatore ipsius creditoris optimè probat, quando publicus esset Officialis.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio instrumentalis paratam habet exequutionem.*

2 *Indemnitatis promissio importat de sui natura, quod fidejussor, qui de tali sibi cavit expromissione, ne damnum sentiat, adversus expromissorem via exequutiva damnum possit repetere.*

3 *Liquidatio debiti, ad quod teneatur expromissor favore fidejussoris, fit ex examine partitarum à debitore solvendarum, & solutionum, quibus idem fidejussor succubuisset.*

4 *Extractio partitarum facta ab officiali publico ipsius creditoris debitum probat, & liquidat*; & vide casum, ac amplia, ut in n.12, & 14.

5 *Expromissor, ut teneatur favore fideiussoris summam ab isto pro communi debitore persolutam refundere, sat est, quod idem fideiussor ostendat suas pecunias in talem causam cessisse, & in istam creditorem easdem recepisse*; amplia, ut in n. seq.

7 *Cessionarius in omnibus cedentem repræsentat, istiusque jura, tum contra ipsum, cum eius fideiussores valde experitur.*

8 *Expromissor tenetur relevare fideiussorem, qui menstruas solutiones salariatis persolvisset, licèt à debitore communi solutæ apparerent, quando, hoc non obstante, fideiussor eas fuisset coactus persolvere*, & vide casum, nec non amplia, ut in num. 10.

9 *Exceptio de non numeratis pecuniis intra triginta dies datur etiam adversus publicum instrumentum.*

11 *Expromissor, ut fideiussorem indemnem pro summa ab isto favore communis debitoris persolutam, restituere obligetur, sat est, quod ostendat hac de causa molestiam ab illius creditoribus fuisse sibi illatas, & se solvere coactum.*

13 *Fideiussor eo minus potest impugnare creditum, de cuius realitate principaliter obligatus non potest excipere.*

14 *Partita debiti non potest cum prætenso credito à debitore contraponi adversus liquidationem generalem omnium computorum factam à perito ratiocinatore, & quare.*

15 *Excipiens, in sua exceptione dicitur actor, cum id, quod asserit, probare teneatur*; amplia ut in n.19.

16 *Fideiussor obligatus in uno negocio pro aliquo favore alterius, extra istud non tenetur.*

17 *Obligatio non extenditur de uno ad alium casum, præsertim in materia fideiussionum odiosissima.*

18 *Minister non potest allegare, quod ex causa administrationis debitor banci remansisset, & pecunias sui domini ibi depositatas hac de causa fuisse à banco retentas, quando iste pulsatus à domino earum, easdem restituisset.*

20 *Solutio in causam à creditore expressam, & acquiescente debitore, approbatam refertur, nec ad diversam extenditur, neque est locus regulæ imputandi eam in causam duriorem.*

21 *Creditor recipiens pecunias suum creditum non equantes cum clausula* sine præiudicio & salvo jure, *non lædit suum ius, dotq; intelligere*

re sub tali solutione sua iura restricta noluisse.

22 *Correspectiva, ac correlativa, sunt pari iure diiudicanda.*

DECISIO MCIII.

ASsumpti fuerunt sub anno 1702. Joannes Franciscus, & Philippus fratres de Valentinis in Administratores illius Officinæ Sacri Palatii Apostolici, quæ communiter nuncupatur *Dispensa*, quod munus usque tunc exercuerat Joannes Dominicus ipsorum Pater sub obligatione reddendi rationem eorum omnium, quæ occasione huius administrationis ad eorũ manus pervenissent, & exsolvendi salaria ab aliis addictis familiaritati & servitio Summi Pontificis præstari solita, juxta notulam vulgò *Rollo* de mense in mensem ipsis tradendam ab ejusdem Sacri Palatii Ratiocinatore.

Accesserunt uti fidejussores huic obligationi tum Joannes Hieronymus, & Canonicus Joseph Antonius alii fratres de Valentinis, tum etiam Vincentius Sepius ipsorum Avunculus, quem non tantum dicti Administratores indemnem servare promiserunt, verùm alii quoque Confidejussores sese omnes pro illius relevatione insolidùm obligantes.

Ære alieno pressi foro cesserunt in principio mensis Martii anni 1707. Joannes Franciscus, & Philippus Administratores, & illico Sacrum Palatium Apostolicum urgere cæpit Vincentium Sepium fidejussorem, quem idoneum, & habilem solvendo præcæteris existimavit ad solutionem non modicæ summæ, cujus sibi debitorem esse ex partitarum extractione dictos de Valentinis contendebat; Sepius verò molestias retorsit contra Canonicum Josephum, & Jo. Hieronymum, (ut supra dictum est) pro sui indemnitate coobligatos, sed isti implorato interim in Curia Eminentissimi Vicarii Beneficio Cap. Odoardus, jura illius deludere satagerunt.

Nihilominus suas adhuc Sepius in eodem Tribunali promovit instantias, & mandatum pro sui relevatione obtinuit in summa scutorum 1367. 89., adversus quod habuere recursum Canonicus Joseph, & alii fratres de Valentinis ad Signaturam Justitiæ, & ista rescripsit cum Clausula -- *sine præiudicio quoad scut. 500., in reliquis si quid exequendum.* -- Ad formam istius bipartiti Rescripti Sepius, seu Joannes Franciscus, & alii ejusdem filii pro dicta quantitate scutorum 500 jura sua exercere continuarunt super fructibus Canonicatus, qui, dempta Congrua in Judicato Eminentissimi Vicarii reservata, supererant quousque ille vixit, & eo successive defuncto contra Jo. Hieronymum superstitem, & alios omnes Causam prosequentes, & opportuna commissione idcirco mihi directa, disputandum curarunt Dubium in Audientia diei 8. Junii 1716. -- *An constet de credito, itaut mandatum sit exequendum, & novum relaxandum* -- sed ratione involucri Partitarum, quas opus erat examinare, nulla capta resolutione, injunctum fuit, quod *eligeretur Peritus*, cujus relatione postmodum superventa, & adhuc facti ambage non dissoluta, iterum in Audientia diei 7. Februarii 1718. dictum fuit -- *Dilata, & concordetur factum.*

Hoc itaque tandem coram Me jam adimpleto, rediit ad Dominorum trutinam idem dubium in hodierna Rota, eique responderunt -- *Affirmativè juxta modum* -- inferius explicandum.

1 Porrò nulla fuit difficultas, quin esset optimè fundata Actorum intentio pro consequenda tum eorum crediti canonizatione, tum executione mandati, tum etiam novi mandati relaxatione in eo publico instrumento, in quo præstita per Vincentium eorum Auctorem fidejussione favore Sac. Palatii pro Joanne Francisco, & Philippo, se se ad ejusdem Vincentii relevationem obligarunt Jo. Hieronymus hodie Reus conventus, & Canonicus Joseph alter frater de Valentinis;

2 ex hac enim obligatione resultat, quod cum fuerint Sepii Sacro Palatio Apostolico constricti plurium partitarum emendationem refundere, teneatur Jo. Hieronymus indemnem illum relevare, & dicatur factus locus stipulationi promissæ relevationis, ut latè docet *Cen. de cens. q. 75. n. 11. & 13.*, & firmat *Rot. dec. 140. n. 2. post eumdem Cene.*, & *dec. 64. nu. 2. cor. Bich. dec. 477 n. 1. cor. Danozz. iun. dec. 561. n. 1. p. 18., & dec. 23. num. 8. p. 19. recen.*

3 Stetit verò omnis quæstio circa quantitatem, pro qua deberetur à Jo. Hieronymo, aliisque de Valentinis talis relevatio, ad quam stabiliendam procedentes Domini cum facto coram Me concordato, & singillatim examinantes Partitas tum debiti à Valentinis contracti erga Sacrum Palatium Apostolicum, tum etiam solutionum factarum à Sepio, vel ejus Successoribus, tum demum exactionum in causam ejusdem relevationis factarum ab iisdem de Sepiis, ponebant in primis debitam esse relevationem pro partita illa scutorum 1515. 89., quæ deposuit Vincentius Sepius in Banco Monrhioni pro reintegratione Sacri Palatii, statim ac fuit ab illo (detecta Administratorum decoctione) vocatus in judicium,

4 non enim impugnari poterat ullo modo illius effectiva solutio, quia resultabat ex libris publicis Banci suprad.ti Monthioni Depositarii Generalis Rev. Cameræ, quos tam attento stylo Curiæ, quàm probitate Scribentis etiam inter tertios facere plenam probationem ambigendum non est, *Rota dec. 57. n. 3. & 4. cor. Card. Cerr. dec. 167. nu. 4. & 5. p. 12., dec. 587. n. 5. & 8. p. 18., & dec. 424. n. 21. p. 19. rec. tom. 2.*

5 Neque obstat hujusmodi depositum expletum fuisse antequam ullo modo debitum illorum de Valentinis recognosceretur, quippe quia ad effectum ut debeatur de tali partita Sepiis relevatio, satis superque est, quod recognito ex post debito in longè majori summa, ut ostendetur inferius, dictam quantitatem

titatem ab eis depositam Sacrum Palatium acceptaverit in causam debiti illorum de Valentinis, ut constat ex bonificatione talia summæ, & facta in iisdem Monthioni libris ejusdem partitæ transportatione in creditum dicti Sacri Palatii, ex ea evidenter ostenditur versio summæ depositæ in præcisam causam debiti illorum de Valentinis, *Rota dec.11.n.5 p.18, & dec.104.n.3. .19.rec.*

6 Secunda Partita pro qua debetur relevatio est illa scutorum 366. 10. pro totidem, quæ urgentibus nonnullis ex addictis servitio Sanctitatis Suæ pro præstationibus sibi assignatis, & decursis jam, sed non solutis, fuerunt Sepii constricti, reportata jurium cessione, persolvere, & in hac partita parum visum fuit esse immorandum, quia sive atten-

7 to principio relevationis debitæ pro solutis in causam debiti illorum de Valentinis erat Sepiis bonificanda, vel stante dicta jurium cessione admittenda, quia illius vigore habent omnia jura, & actiones, quæ cedentibus competiissent tum contra principales debitores, tum contra illorum fidejussores, inter quos est Jo.Hieronymus, juxta regulam, de qua *Text.in l.emptor*, ibique *Gloss. Cod. de hæredit., & act.vendit., Rot. dec.54.nu.5., & dec.388.n.4.cor.Cerr.dec.128.nu.4 p.18.rec.*, & passim.

8 Tertia scut.247. 31, pariter à Dominis admissa, illa fuit, quæ provenit ex solutione aliorum, qui pariter menstrua Salaria, seu Emolumenta à Valentinis consequi debebât, uti Ministris ad illa persolvenda destinatis, & obligatis, qui pro hujusmodi effectu à Reverendæ Cameræ Depositario ingentem quantitatem habuerant, neque juvit adversus istam partitam opponere, quod isti Salariati, quando Sepii illos dimiserunt jam suas receptas in Sacri Palatii libris exposuerant, quæ solutionem jam sequutam præsupponebant, & sic debitum solverint, quod jam ex dictis receptis constabat esse solutum. Etenim cum contigerit ex abrupto decoctio illorum de Valentinis sub initio mensis Martii, ac proinde ipsi cessaverint usque tunc accedere ad dictam Officinam, & hoc medio tempore sub spe ipsorum reditus, & futuræ solutionis fuerint exaratæ dictæ receptæ, prætendit Sacrum Palatium illorum nomine, qui receptas conscripserant, illas non esse cessatorias obligationis à Valentinis susceptæ, & propterea adhuc eos teneri solvere Salaria, quæ in effectu soluta non fuerant, atque attenta rei veritate institit pro illorum satisfactione contra Sepium. Et licèt iste opposuerit constare de solutione ex receptis prædictis, attamen impedire non potuit, quin Salariati, qui sub spe futuræ solutionis eas fecerant, suum creditum consequerentur, opposita statim exceptione non

9 sequutæ numerationis, quam cæteroquin opponi posse etiam adversus publica instrumenta intra triginta dies præscribit *Text. in l.contractibus §.Super cæteris Cod. de non numerat.pecun., Rot.dec.309.n.3.p.19.rec.*

10 Maximè quia hujusmodi non sequutæ numerationis exceptio admissa non fuit ab ipso Sepio, sed à Mansueto Successore in eodem munere, qui recognita veritate bonæ fidei, cum qua quietantiæ supra relatæ fuerant exaratæ, devenit ad illorum, qui conscripserant, effectivam solutionem, reportando ab unoquoque specialem receptam cum declaratione, quod annullata præcedenti sine effectu solutionis conscripta, secunda cum tali declaratione facta, pro unica intelligeretur facta solutione; nequit itaque redargui Sepius de ulla negligentia, si post propositam sui, & principalis debitoris exonerationem, adhuc solutionis incommodo subjectus fuit.

11 & satis ipsi est allegare, quod pro tali quoque summa molestias passus sit, ut à suis Expromissoribus ejusdem quoque partitæ liberationem consequatur, *Bartol.in l.Lucius §. Tres hæredes nu.1.ff. ad Senat.Consult. Trebell., Rot.dec 266.n.5.cor.Bich., dec.572. n.5. p.18., & dec.27.n.9.p.19.rec., & dec.145.nu.7. cor.Emer.jun.*

12 Quarta Partita consistebat in scut.204.72., quorum fuerunt debitores constituti fratres de Valentinis *in conto di spese minute*, eaque ponenda visa fuit ad creditum illorum de Sepiis, tamquam comprobata ex computo extracto ex libris publicis Sacri Palatii per Claudium Vodrè ejusdem Palatii Ratiocinatorem, quod sanè computum in his terminis ea ratione, quod fuit exaratum ab Officiali Sacri Palatii, viro probo, ac perito,

13 cui stare debuissent etiam ipsi principales debitores, impugnari non potest, *Rot. decis. 1368.n 4 cor.Seraphin., dec 345. n.7.p.10., & dec.54.n.7. p.19.rec.*

14 Neque attendenda visa fuit exceptio contrapositionis alterius partitæ scutor.190.31., cujus se creditores Sacri Palatii asseruerunt Valentini; quoniam aut ista partita fuit jam bonificata à Vodrè Ratiocinatore in diminutionem prædictæ *di spese minute*, quæ majorem quantitatem alioquin constituisset, ut verisimile est, cum eamdem qualitatem expensarum minutarum respiciat etiam dicta summa scutor. 190 31., aut saltem nullatenus est approbanda, quia etiamsi id semper Sepii opposuerint, tamen nunquam ulla ejusdem partitæ instificatio deducta fuit, neque coram Perito, neque coram Me in concordatione Facti, neque demum in Actis, quando

15 tamen Valentini in hujusmodi eorum exceptione gerebant Actoris figuram, eamque probare concludenter debuissent, ex regula, de qua sunt *Text.in l.quoties, & l.ei incumbit ff.de probat., & l.1. ff. de except.*, & latè firmat *Rot.dec.36.n.18., & dec.199 nu.9.p.17. recent.*

Superest circa creditum illorum de Sepiis examinanda quinta partita scutor. 1048., de qua in facto concordato coram Me habetur specialis sermo agendo de debito Valentinorum respiciente mensem Martii anni 1707.:

16 ea verò pro nunc poni in calculo à Sepiis non potuit, quia quidquid esset, si pro illa agerent

agerent in congruo Judicio contra principales debitores, in præsenti contra Expromissores admitti posse visa non fuit, quia istorum obligatio, & indemnitatis promissio restricta fuit ad ea, quæ respiciunt prædictum negocium, seu administrationem Sacri Palatii, ideoque trahi non potest ad alias causas particulares respicientes interesse inter Valentinos, & Monthionum, cuius favore facta fuerat dictæ summæ solutio, seu loco solutionis creatio Cambii passivi: hoc enim
17 regulare est cuiuscumque obligationis, ut ultra id, quod expressum à promittente fuit, nullatenus extendatur, ad *Text. in l. quidquid adstringendæ ff. de verbor. obligat. Surd. dec.* 201. *n.* 9. & 10., *Rot. dec.* 231. *nu.* 5. *cor. Card. Cerr., dec.* 373. *n.* 41. *p.* 19. *rec.*, & in puncto relevationis *dec.* 560. *n.* 14. *cor Dunoz. iun.*

18 Absque eo quod referri posset, & ista partita ad eamdem administrationis causam ex iis, quæ asserebantur ex parte illorum de Sepiis in facti concordatione, quod scilicet proveniat illa partita ex debito Valentinorum contracto cum Mõthiono occasione dimittendi Salariatos, quos iuxta eorum obligationem illi non dimiserant. Etenim potius ex facto resultare videbatur, quod Monthionus esset creditor fratrum de Valentinis ex alia diversa causa, cuius ratione intendebat retinere correspondentem quantitatem ex iis pecuniis, quæ depositę fuerant in suo Banco pro dimissione, ut supra dictum fuit Salariatorum, quodque videns id obtinere non posse, quia iussu Præfecti Sacri Palatii præpeditus fuit, cæpit urgere Vincentium Sepium, & iste ad molestias evitandas crea-
19 vit Cambium controversum; utrum autem originarium debitum inter Valentinos, & Monthionum esset ex dictæ administrationis causa, nunquam Sepii demonstrarunt, prout ceteroquin ad fundandam eorum intentionem facere debuissent, ad vulgat. *Text. in l. 2. ff. de probat., & l. Actor, Cod. eod. tit.*

Dempta igitur è credito illorum de Sepiis partita ista, remanebant illi quatuor præcedentium creditores, quæ in totum constituebant scut. 2334. 2., & pro hac summa putarunt Domini constare de credito, & esse respectivè exequendum, ac relaxandum mandatum, facta tamen ulteriori subductione solutionum interim à Sepiis obtentarum,

Quæ quidem solutiones in duplici consistebant partita, prima scut. 258. 80. pro totidem, quæ post Rescriptum Signaturæ Justitiæ canonizans Mandatum Eminentissimi Vicarii in scut. 500. exegerunt Sepii ex fructibus Canonicatus possessi per Josephum Antonium alterum ex Fratribus de Valentinis obligatis pro illorum relevatione, & istam ultrò iidem Sepii admittebant.

Erat secunda in scut. 131. 25. in eaque non concordes Domini inter se, ferre iudicium
20 in præsenti suspenderunt, licèt enim, & ista conflata esset ex fructibus eiusdem Canonicatus per Sepios sub sequestro positis, & subindè exactis, itaut iuxta præcedens Judicis Mandatum cedere debuisset in exgravium debiti jam Canonizati, fecit tamen difficultatem, quod cum idem Vincentius Sepius esset ejusdem Canonici creditor ex alia causa consimilis summę, declaravit in actu exactionis, acquiescente debitore, illam recipere pro illo diverso credito, itaut stante hujusmodi declaratione, non esset locus regulæ imputationis faciendæ in causam duriorem, ad *Text. in l. 1., & l. Creditor §. Cum de forte ff. de folut., Rot. dec.* 190 *n.* 9. *cor. Cels., & dec.* 262. *n.* 14. *cor. Bich.*

Quibus ita positis nullatenus obstare Sepiis visum fuit, quod tam à Sacro Palatio contra ipsos, quàm ab ipsis contra Valentinos petita fuerint mandata in minori quantitate, quàm sit ea, quæ resultat ex supra fir-
21 matis partitis. Omnis enim objectio cessabat ex lectura hujusmodi petitionum; continebant quippe illæ clausulas præservativas, -- *salvo jure &c., & sine præjudicio majoris, seu verioris summę &c.* -- quarum vis ea est, ut nullatenus creditor ex hujusmodi petitione restrinxisse sua jura præsumatur, sed liberas habeat habenas quoad residualem quantitatem Judicis officium implorandi, suasque actiones promovendi, ut aliis relatis concordantibus, dictum fuit in *Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 14. *Junii* 1697. *§. Hinc non obstat cor. Rmo dell'Olmo.*

Demum immorandum sibi non esse Domini censuerunt in firmanda (prout Partes inter se contendebant) quantitate debiti inter Valentinos, & Sacrum Palatium Apostolicum; illud enim ad effectum, de quo hic agitur, dici minus non poterat eo, quod ex præmissis resultabat jam liquidum, & satis probatum in suprarelatis quatuor Partitis, quæ non minus interesse illorum de Sepiis, quàm Sacri Palatii concernebant ad hoc, ut istud debitam ab iisdem Sepiis solutionem consequeretur, & Sepii promissam à Valentinis
22 relevationem. Sunt enim creditum Sacri Palatii, & illorum de Sepiis isto casu inter se correspectiva, ac correlativa, ideoque pari jure censenda sunt, *l. final. ff. de acceptil., l. si quis Servo C. de furt., Rot. dec.* 816. *nu.* 8. *cor. Card. Cerro, & dec.* 341. *n.* 5. *p.* 17. *rec.*

Et ita in quarta causæ propositione decisum fuit juxta modum superius expressum utraque Parte &c.

BONONIEN. IMMISSIONIS.

Lunæ 13. *Februarii* 1719.

ARGUMENTUM.

Varia est Doctorum opinio; aliqui enim tenent, quod quando Testator jure institutionis hæredem usufructuarium universalem, istoque defuncto, alterum proprietarium sibi scripsit, isto præmoriente, illum usque ab initio hæredem, tam in proprietate, quàm usufructu in ejusdem Testatoris mente fuisse, & onere fideicommissi gravatum. Alii verò Doctores

Doctores è contra, nullum in hujusmodi dispositione considerari posse fideicommissum, sed eidem institutioni eam inesse conditionem, quatenus nempe institutus usufructuario fuerit superstes, & ab eventu dictæ conditionis pendere, uter eorum usque ab initio hæres extiterit. Istis verò opinionibus seprobatis, Sacra Rota hodie in hac versatur sententia, nempe, quod post obitum hæredis usufructuarii universalis, Proprietarius usque ab initio, & pure hæres in proprietate directus intelligatur, adeo quod ad suos hæredes hanc possit hæreditatem quandocumque transmittere.

SUMMARIUM.

1 *Institutus in usufructu omnium bonorum, alio post ejus obitum hærede proprietario scripto, usque ab initio de mente Testatoris hæres in omnibus intelligitur, secundum aliquos Doctores.*
2 *Amplia, ut institutio alterius post mortem usufructuarii concepta non alio jure, quam fideicommissario, substineatur, perinde ac si usufructuarius gravatus fuisset post sui obitum alteri hæreditatem restituere.*
3 *Hæres usufructuarius quando dicatur adipisci hæreditatem per fideicommissum, ob prædecessum substituti.*
4 *Institutio concepta sic, quod post obitum hæredis universalis usufructuarii locum habeat, hanc continet conditionem, quatenus Institutus usufructuario fuerit superstes, & ex tali eventu dependeat, uter eorum usque à principio hæres extiterit:* intellige, ut in num. seq.
5 *Conditio in institutione apposita ad diem obitus Testatoris retrotrahitur, & institutio habetur, ac si esset pura.*
6 *Usufructuarius universalis, quando jure legati dicatur usumfructum percepisse.*
7 *Usufructuarius universalis vocatus à Testatore in casu prædecessus Instituti, isto premoriente, talis hæredis evanescit institutio, & proprietas usque ab initio eidem usufructuario dicitur accrevisse.*
8 *Institutio conditionata evanescit, si deficiat conditio, sub qua fuit concepta.*
9 *Hæres proprietarius post mortem usufructuarii, usque ab initio hæres in proprietate directus, & pure intelligitur,* & vide rationem, istaque est magis recepta per Doctores opinio.
10 *Hæreditas adita quoad proprietatem transit ad hæredes proprietarii, excluso usufructuario in casu prædecessus instituti, imo decedente usufructuario, in eosdem hæredes etiam quoad usumfructum pertransit.*
11 *Amplia, ut neque admittantur conjecturæ dubiæ in contrarium ex mente Testatoris deductæ, & quæ sint istæ?*
12 *Ususfructus bonorum à filio matri relictus, ea non reclamante, in legitimam imputatur.*
13 *Testator matri, & sorori suorum bonorum usumfructum relinquens, dat intelligere proprietatem in alium transtulisse.*
14 *Amplia, quando talis ususfructus cum illarum morte cessare debuisset, & illicò cum proprietate consolidari.*
15 *Subamplia, quando jussisset, quod hæredes usufructuariæ in usufructu nunquam essent molestandæ, quod nisi ex parte proprietarii provenire posset.*
16 *Hæres quod in mero usufructu institutus intelligatur, deducitur, ex quo istud relictum inter cetera legata Testator descripsisset.*
17 *Amplia, quando iure legati in eo aliquem instituisset hæredem, & ad meram cauthelam verbo -- Instituo -- usus fuisset.*
18 *Hæreditas tunc etiam quoad proprietatem usufructuario accrescit, quando ususfructus titulo institutionis relinquitur, & quid in isto casu sequatur.*
20 *Hæres usufructuarius ut etiam in proprietate intelligatur institutus, à conjecturis deducendum non est, quando loquendo de hærede, verbis institutionem denotantibus, & loquendo de usufructu, verbis isti aptabilibus Testator fuisset usus.*
21 *Transmissio non cadit in relictis conditionalibus, nisi conditio in vita transmittentis fuisset purificata.*
22 *Conditio, quod soror Testatoris sine liberis decedat, purificata dicitur, quando illa ætatem filiis concipiendis idoneam transgressit.*
23 *Amplia, ut nec eius mors sit expectanda, cum effectus tantum talis purificandæ conditionis ad mortem deferatur.*

DECISIO MCIV.

Jacobus Tonellus relicto jure legati, & quatenus opus esset jure institutionis universo hæreditatis suæ usufructu Laviniæ Matri, & deinde ea defuncta Catharinæ sorori tunc innuptæ, hæredes universales, ac proprietarios instituit filios ex eadem Catherina nasciturus, iisque non extantibus, filios Dionysii Grippi ejus Avunculi, Catherina nullos omnino liberos suscepit, sed cum jam eiset ætatem transgressa filiis concipiendis idoneam, ab humanis decesserunt Archangelus, & Antonius filii Dionysii: hine ipsajactare cœpit liberam sibi ex illorum prædecessu, absolutamque remansisse facultatem disponendi de bonis hæreditariis ejus fratris; verum super hoc instructo in Partibus ad instantiam filiorum, & hæredum eorundem Archangeli, & Antonii præventivo judicio contrariam ab Auditore Generali Legationis Bononiæ passa fuit sententiam, nec meliorem hodie fortem experta est in nostro Tribunali, ad quod causa appellationis ascendit, dum proposito per Me dubio -- *An sit danda immissio* - Domini *affirmativè* juxta modum responderunt, nempe *post obitum Catharinæ.*

1 Quamvis enim in casu, quo Testator alicui iure institutionis universum hæreditasis suæ

suæ usumfructum reliquerit, & post huius
mortem alterum instituerit universalem hæ-
redem varia, & multiplex fuerit DD opi-
nio, nonnullisque, eorum præsertim antiquio-
ribus placuerit hæredem in usufructu insti-
tutum, dempta certæ rei, & usufructus men-
tione, censeri usque ab initio universalem
2 hæredem, institutionemque alterius post
mortem usufructuarii conceptam non alio
iure valere, ac substineri posse, quam titulo,
ac iure fideicommissi, perinde ac si gravatus
fuisset usufructuarius, cum moreretur illi
alteri hæreditatem restituere, ut docuit
Bald. in l. Id quod pauperibus 24. n. 27. vers. sed ego ostendo, C. de Episc & Cler., Castren. in l. 1. §. 1. ex fundo n. 2. ff. de hæred. instituen., Peregr. de fideic. art. 5. nu. 21., Mart. Medic. dec. 5. nu. 2., aliique plures, quos refert, & se-
quitur *Fusar. conf. 195., & quatuor seqq., Mantic. de coniect. ult. vol lib. 4. titul. 5. art. 7.*
3 *n. 5., & seqq.*; & secundùm hanc opinionem
videri potuisset hæreditas de qua agitur pe-
nès Catharinam ex causa caduci libera re-
mansisse, quia Archangelus, & Antonius
hæredes per fideicommissum illi substituti
ante ipsam decesserunt, ut firmant *Cephal. conf. 716. n. 49., Menoch. conf. 273. num. 27., & conf. 525. n. 6. Peregr. conf. 58. n. 4., & conf. 63. n. 10. lib. 3., & conf. 44. n. 1. vol. 5., & de fideic. art. 5. d. n. 21., Mart. Medic. d. dec. 5. nu. 3.*

4 Alii verò senserint nullum in hoc fidei-
commissum considerari posse, sed institutio-
ni eo modo conceptæ, tamquam ex die in-
certo, & post mortem usufructuarii, eam
inesse conditionem, quatenus nempe institu-
tus usufructuario superstes fuerit, ac proin-
de ex eventu dictæ conditionis pendere
uter eorum usque à principio hæres extite-
rit; quippe quia si conditio per supervien-
tiam instituti purificetur, & ipse tunc hære-
ditatem adeat, censetur usque ab initio hæ-
5 res extitisse, quia conditio quandocumque
existens retrotrahitur ad tempus mortis Te-
statoris, & institutio perinde habetur, ac si
6 purè facta fuisset. Usufructuarius autem, quia
alius ab initio hæres extitit, censetur iure
simplicis legati usumfructum percepisse, si
7 verò conditio per Instituti Prædecessum de-
ficiat, institutio hæredis fit caduca, & eva-
nescit, ac si facta non fuisset; usufructuario
autem, quia nemo alius ab initio hæres ex-
titit, censetur hæreditas, ac proprietas sta-
tim post Testatoris obitum accrevisse, quem-
admodum voluit *Imol. in l. Filius à Patre 28. n. 6. ff. de Liber., & Posth., & in leg. hæreditas ex die 34. nu. 9. ff. de hæred. instit., Picus in l. Titia 35. § fin. nu. 102. & seq. ff. de leg 2. Ruin. conf. 51. n. 15, & conf. 54. n. 14. & seqq., & conf. 206. nu. 21. & 22. lib. 2., Facchin. lib. 4. contr. cap. 16. vers ego priorem.* Et iuxta hanc
secundam opinionem dicendum pariter fuis-
set Catharinæ usufructuariæ totam hæredita-
8 tem usque ab initio liberè accrevisse, quia
institutio Archangeli, & Antonii, defecta
conditione superviventiæ, sub qua concepta
erat, prorsus evanuit, ut prosequitur *Picus in d. l. Titia § fin. n. 104.*, & declarant *Cephal. d. conf. 716. nu. 41. & 42., Peregrin. d. conf. 63. lib. 3., & de fideic. d. art. 5. n. 21. Mart. Medic. d. dec. 5. n. 6., Bellon. de iur. accresc. cap. 7. q. 16. n. 340.*

9 Quia tamen hodie apud omnes ferè recen-
tiores alia æquior invaluit sententia, cui, re-
probatis dictis duabus opinionibus, hoc no-
strum sacrum Tribunal, articulo fortiter dis-
cusso, pluries adhæsit, ut hæres post mortem
usufructuarii universaliter institutus, cen-
seatur usque ab initio hæres directus in pro-
prietate, & quidem purè, itaut hæreditatem
ipsam non expectata illius morte, sed statim
adire possit, cum videatur Testator, non
ideo adiecisse diem mortis usufructuarii,
quod voluerit institutioni universalis hære-
dis conditionem inserere, aut eam quoad
ius adeundi suspendere; sed solùm, quia vo-
luit in illud tempus eius respectu differre
commodum usufructus, ne interim usufru-
ctuarius molestiam ullam pateretur, ut latè
docuit *Vigl in §. Hæres n. 6. Instit de hæred. instit. Covar lib. 2. var. cap 2. nu. 5., Bellon. de iur. accresc. d. cap. 16. n. 342. cum plurib. seqq. Card. de Luc. de hæred. disc. 2. n. 4, & de fideicommis. disc. 60 n 12., & disc 110. num. 7.*, latè
Rot. cor. Merlin. dec. 505 per tot., & cor. Dunoz. sen. dec. 116. n. 1., & cor. Cels dec. 411. n. 22. & cor. Bich. dec. 349. nu. 9. & 10, & cor. Rmo Ansald. Decan. dec. 7. nu. 3., & in Fanen hæreditat 18. Febr. 1697. §. Cum enim, & §. Quocirca cor. Emo Priolo, & sæpe alibi.

Hinc tamquam ex necessario antecedenti
10 consequebatur, ut licèt Archangelus, &
Antonius superstite Catharina decesserint,
non ideo tamen liberum eidem sit, de fra-
terna hæreditate disponere, cum imo illa
quoad proprietatem, si adita ab ipsis fuit,
iure communi, si verè non adita, saltem tam-
quam purè delata speciali beneficio transmis-
sionis, quod Statutum Bononiæ amplissimè
impartitur *lib. 4. tit. de success. ab intest. Ascenden., & collat. §. Item*, omnia hæreditas in
illorum filios, & hæredes transierit, apud
quos, cum ipsa Catharina fato cesserit, usus-
fructus cum proprietate tamquam cum sua
causa consolidabitur, ut bene prosequitur
Bellon. d. cap. 16. n. 345., Rot. cor. Merlin. dict. dec. 505, n. 20., & d. dec. 7. n. 19. cor. Rmo Decano.

11 Neque Dominos ab hac sententia movit
coniectura contrariæ voluntatis Jacobi Te-
statoris ex eo desumpta, quod cum Lavinia
Mater titulo institutionis honoranda esset,
usufructus eidem relictus non de formali à
proprietate disiunctio, sed de causali cum
proprietate coniuncto intelligi omnino de-
beat. Etenim ultra quod argumentum istud
in se spectatum leve admodum, & æquivo-
12 cum videbatur, cum sæpe contingat Matri
à filiis relinqui simplicem usumfructum for-
malem omnium bonorum, eaque non recla-
mante illum in eius legitimam imputari, ut
advertunt *Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 86. d. n. 10., Rot. cor. Seraph. dec. 1365. n. 15., & cor.*

Gregor.

*Gregor.dec.*186.*n.*3., & post *Merlin.de legit.*
*dec.*31. *n.*13.*& seqq.*

Tot prætcrea in hypothesi concurrebant
conjecturæ,atque argumenta in contrarium,
ut sepofita etiam magis communi , ac recep-
ta opinione Doctorum, ac Sacræ Rotæ ,
si præsens controversia ex verisimili defuncti
voluntate tantummodo definienda fuisset ,
nil aliud statui posse videretur , quam quod
Archangelus , & Antonius fuerint usque ab
initio hæredes in proprictate purè instituti,
Lavinia verò , & Catharina simplici , ac par-
ticulari legati jure ad usumfructum vocatæ.
13 Enim verò hoc in primis suadebat,quod non
aliis verbis Testator respectu earum relictū
concepisse legitur,quam *usufructus,& gau-
dimenti*, quæ sanè juxta propriam,& natura-
lem vim significāt quidem jus utendi fruēdi
rebus alienis , & sic proprietatem ab eo jure
seperant , & penès alium supponunt , ut do-
cuit *Imperator in* §.1.*Instit.de usufruct.l.uti
frui in princ.ff.eod.tit.*,& in terminis adver-
tunt *Roc.disp.jur.cap.*30.*n.*16., *Rot.dec.*124.
*n.*1.*cor.Ubald dec.*70.*n.*3.*cor.Cerro,& in rec.
dec.*162.*n.*4.*p.*2.,*& dec.*120.*n.*3.*p.*9.*tom.*1.,*&
dec.*45.*n.*10.*p.*16.,*& d.dec.*7.*n.*5.*&* 10.*coram
Rmo Decano.*
14 Rursus idem Testator usumfructum ipsum
ultra tempus , quo illæ vixissent , prætendi
posse negavit, quinimo expressis,dissertisque
verbis jussit illum post earum obitum cum
proprietate consolidari. Erat igitur juxta
ejus mentem à proprietate disjunctus , si ad
hęredes transire nequibat, §.*Finitur instit.
de usufr.*,*Bellon.de jur.accresc.d.q.*16.*nu.*366.
& seqq.,*Rot.cor.Merlin. d. dec.*505. *n.*23.,*&
cor.Cels.*411.*n.*6., *& cor.Cerr.d.dec.*70.*n.*4.,
*& d.dec.*7.*n.*11.*cor.Rmo Decano*,ubi alii con-
cordantes, sique debebat ad proprietatem
reverti, §.*fin.Instit.eod.tit.*, & in specie nota-
vit *Rot.d.dec.*116.*n.*4.*cor,Dunoz.sen.*
16 Denique speciali nota dignum videbatur ,
quod nedum Testator relictum ususfructus
inter cætera legata posuit,quam circumstan-
tiam considerant Doctores , quos congerit ,
& sequitur *Bellon. d.cap.*16. *n.*365., sed insu-
17 per,quod illud jure legati , & solum ad cau-
thelam quatenus opus esset jure institutionis
censeri voluit. Ex hoc enim præclarè conse-
quitur, illas non hæredes , sed merè legata-
rias semper fuisse, nec umquam potuisse pro-
prietatem earum usufructui accrescere. Si-
18 quidem quæstio à Doctoribus agitata , utrū
proprietas , & hęreditas usufructui accres-
cat,tunc solum locum habet,cum ususfructus
19 titulo institutionis relictus fuit. Cæterum
si titulo , ac jure legari , prout hic , omnes
conveniunt , quod non accrescit , sed eo casu
si universalis hæres deficiat , testamentum
corruit , & hæreditas defertur venientibus
ab intestato , ut benè ad rem declarant *Ce-
phal.cons.*436.*n.*82., *Laderch.cons.*3. *num.*1.,
*Menoch.lib.*4.*præs.*141. *n.*33., *Fachin.contr.
lib.*4.*cap.*18.*vers. nec improbabiliter*, *Bellon.
de iur.accresc. cap.*7.*q.*11.*n.*10.,*& per tot.*,*&
d.q.*16. *n.*291. Licet eo tunc Legatario pluri-
bus modis consultum sit pro usufructu con-
sequendo , de quibus idem *Bellon. d.q.*16.
*n.*116.*cum plurib.seqq.*
20 Sed quod his omnibus , licèt in se gravissi-
mis conjecturis, magnum , & grande pondus
addebat , illud erat , quod Testator longè
aliter se gessit,quoad filios Dionysii;eos enim
non , ut Laviniam , & Catharinam in usufru-
ctu,non Legatarios, non denique verbis obli-
quis , aut communibus , sed in proprietate ,
ac per verba merè directa , ac civilia univer-
sales hæredes instituit , ac ore proprio nomi-
navit. Hic autem discretivus disponendi mo-
dus , evidenter ostendit diversam disponen-
tis voluntatem , quodque Testator quos hæ-
redes esse voluit, hęredes, ac proprictarios,
nuncupavit ; quos verò Legatarios, illis jure
tantum legati , & particularis institutionis
usumfructum reliquit,*Odd. cons.*91. *num.*55.,
*Bellon.d.q.*16.*n.*363.*&* 375.,*Rot.dec.*162.*n.*3.
*p.*2.,*& dec.*7 *n.*9.*cor.Rmo Decano.*

Ex his itaque penitus rejecto principali
fundamento , cui defensio Catharinæ innite-
batur , minus obstare compertum fuit aliud
objectum pro ejus parte secundo loco pro-
motum , quod nempe si dies obitus Laviniæ,
& Catharinę conditionem non injecit insti-
tutioni filiorum Dionysii, controverti tamen
nequeat , quod ea saltem concepta fuerit sub
alia conditione , quatenus nimirum Cathari-
na decedente,nulli ex ea liberi superessent ,
quodque propterea cum hujusmodi conditio
purificata non fuerit viventibus Archangelo,
& Antonio , quia purificari nequibat , nisi de
tempore obitus Catharinæ,quæ hodie adhuc
superstes est , hoc sufficiat , ut hæreditas in
modernos Actores transmitti nequiverit ,
21 cum in relictis conditionalibus certi juris
sit, transmissionem non admitti, nisi conditio
in vita transmittentis purificata fuerit,vulga-
ta *l. liber Homo*, §. *Si ita scriptum ff. de hæ-
red.instit.*,*& l. A testatore ff. de cond.& de-
monstr.*

Placuit enim Dominis responsio , quod
22 imo ea conditio evenerit viventibus adhuc
Archangelo , & Antonio Dionysii filiis , sta-
tim videlicet, ac ipsa Catharina ætatem su-
pergressa liberis concipiendis idoneam, im-
possibilem fecit contrariæ conditionis even-
23 tum ; absque eo quod opus fuerit eiusdem
Catharinæ obitum expectare , quia dies obi-
tus illius attendi quidem debuisset, si ex ea
filii nati fuissent , & quamdiu nasci poterant,
quia tunc incertum semper remansisset usque
ad eius mortem , an futuri fuissent Matri su-
perstites , haud verò, cum propter ętatem
iam spes omnis concipiendæ prolis defece-
rat. Hoc enim casu,sicuti liberorum procrea-
tio , ita etiam multò magis eorum supervi-
ventia impossibilis reddita fuit , ut per *Tex.
optimum in l. Cum ita legatum* in illis ver-
bis -- *Aut certum fuerit nasci non posse ff.
quan. dies legat.*, *vel fid. ad.* , dixit *Fusar. de
substit q.*415.*n.*1.*in fin.Gamm.dec.*160.*nu.*5.,
*Rot.dec.*358.*n.*14.*& seqq.p.*10.*rec.*

Et ita utraque &c.

ROMANA DOMUS, SEU DOMORUM SUPER RESERVATIS.

Veneris 10. Martii 1719.

ARGUMENTUM.

Laudemia secundum rei emphyteuticæ valorem in quinquagesima parte taxantur, quindennia verò secundum valorem in prima alienatione de manibus mortuis progredientem regulantur propter verisimilem alienationem, quod lex fingit fuisse sequuturam, si res emphyteutica penes laicos permansisset, omnibus melioramentis, sive augumentis intermedio tempore superventis postabitis; & quando secus hæc omnia procedant. Quomodo verò, & ex quibus ad hæc regulanda valor rerum emphyteuticarum desumatur, distinctè, & accuratè sequens refert.

SUMMARIUM.

1 *Concordia semper à Judicibus, partibus diù litigantibus proponenda est.*

2 *Laudemiam taxatur in quangesima parte valoris rei emphyteuticę.*

3 *Liquidatio veri valoris rei emphyteuticæ etiam per coniecturas, & adminicula fieri potest*; amplia ut in n.11.

4 *Valor domorum quantus sit, ut dignoscatur multum extimationibus, quas de eis Testator fecisset, est deferendum.*

5 *Testator non præsumitur assignasse fundum imparem oneri legati à se relicti.*

6 *Factum proprii authoris nemo potest impugnare.*

7 *Valor domus ex locationibus probatur, maximè si ęstimationi ex eis deductæ adderentur adminicula.*

8 *Nemo suum iactare præsumitur.*

9 *Valor domus de tempore antiquo, licèt ex venditione illius medietatis, quæ de ea tunc fuisset facta, de rigore, & valide non probetur, attamen nisi de intermediis melioramentis constet, idem præsumitur*, & vide casum in n.24.

10 *Amplia, quando Architectorum relationes concurrerent, ex quibus haberetur, quod domus in eodem valore etiam de tempore antiquo preexistebat, quo esset in præsenti.*

11 *Liquidatio non potest fieri per coniecturas, quando probatio valoris in illis singulariter, & de per se sumptis constitueretur, secus verò si omnes simul iunctæ ponderentur.*

12 *Valor domus ad effectum liquidandi laudemia non deducitur per hoc, quod primus acquirens se obligasset in ea infra triennium impendere scut.200., inde inferendo quod eiusdem valor summam hanc excedere non potuerit*, & vide rationem, & in num. seq.

13 *Empyteuta in acta acquisitionis promittens domi emphyteuticę se erogaturum scuta 200. cum dictione* -- ad minus -- *dat intelligere se non coarctasse ad hanc summam taxativè, sed animum suum ultrò progredi*, & vide rationem, ac amplia ut in num. 15.

14 *Dictio* -- ad minus -- *est denotativa eius, quod minus fieri permittitur, non vetans maius fieri.*

16 *Emphyteutę longè pluris, ut plurimum, impendunt eo, quod promiserunt.*

17 *Melioramenta, seu augumenta facta ab emphyteuta super re emphyteutica isti cedunt, & augent laudemium in nova eiusdem rei translatione.*

18 *Valor rei, seu domus ex venditionis instrumento, in eoque expressa quantitate probatur.*

19 *Venditio semper pro iusto pretio facta pręsumitur.*

20 *Quindennia semper iuxta antiquum rei emphyteuticæ valorem regulantur, & de tempore primæ translationis in manus mortuas, non computatis melioramentis, ac augumentis, quæ subinde supervenissent, quando de simplici renovatione de quindecim in quindecim annos ageretur, & quare.*

21 *Limita in nova translatione de una in aliam personam vigore novi contractus, quo casu secundum valorem istius liquidantur.*

22 *Quindennia, & laudemia debentur etiam ab herede, quando quis acquirit non ex lege primę investiturę, sed ex novo contractu.*

23 *Consensus Domini directi reportandus est à fratre acquirente portionem rei emphyteuticæ ab altero fratre per medium venditionis, licèt uterque per antea ab eodem fuisset approbatus.*

24 *Liquidatio valoris rei ęmphyteuticæ, maxime ad effectum regulandi laudemia, & quindennia defertur arbitrio Judicis, quando valor ex antiquis venditionibus esset desumendus.*

25 *Partitæ ex calculo arithmetico optimè liquidantur, & depurantur.*

26 *Rota strictè ad dubia sibi proposita respondet, et non se extendit ad ea, quæ sub illis non comprehenduntur.*

DECISIO MCV.

TErminata jam ea controversia, quæ prima fuit inter has partes super qualitate emphyteutica originariæ concessionis earum domorum, ubi nunc adest Collegium Bandinellium favore Reverendissimi Capituli Sancti Petri in Vaticano per acceptationem factam à Ven. Archiconfraternitate S. Joannis Decollati *Decisionis editæ 13. Januar.* 1708. *cor. bon. mem. Molines*, assumpta fuit alia quæstio coram Eminentissimo D.Card. Scotto respiciens Laudemia, & Quindennia respectivè debita eidem Reverendissimo Capitulo in sequelam sui directi dominii, & proinde disputatum extitit in Audientia diei 9. Junii 1713.-- *Pro quibus Laudemiis, et Quindenniis sit exequenda res indicata* -- & responsum prodiit *esse exequendam rem indicatam* juxta modum *in decisione exprimendum.* Isque fuit, quod distinguendo tempora, & alienationes, licèt non deberetur Laudemiũ

pro

pro illa alienatione secuta de anno 1523. favore Matthæi de Ancisa, deberetur tamen pro alia recentiore ejusdem rei emphyteuticæ translatione ex Testamento d. Matthæi Ancisæ partim in Archiconfraternitatem S.Joannis Decollati, & partim in aliam Archiconfraternitatem S. Rocchi, & abinde citra deberentur Quindennia; atque ita quid juris esset, decisum fuit, non verò quid facti, *ut inquit decisio tunc edita sub §. fin. coram Eminentissimo Scotto*, nempe deberi quidem Laudemium, & Quindennia in genere sine ulla quantitatis definitione, seu liquidatione, quam ratione discrepantię Partium super valore domorum determinare non licuit, & proinde injunctū in hac quæstione fuit, quod coadjuvarentur probationes.

Hujus igitur postremæ inspectionis examen reassumi Partes institerunt coram Me in ejusdem Eminentissimi D.Cardinalis Scotti locum subrogato, & proposui ideirco dubium in Audientia diei 21.Junii 1717. -- *Pro quibus Laudemiis, & Quindenniis sit exequenda res judicata, & pro qua summa* -- quod tamen, cum adhuc nulla certi valoris probatio concurrere videretur, resolutum non fuit, sed à Dominis in ferendo judicio, ex materiæ dubietate, fluctuantibus, rescriptum extitit -- *Ad D. Ponentem juxta mentem* - Eaque mihi patefacta in eo stetit, quod procurarem honesta concordia Partes componere.

Obsequens Ego Sac. Rotæ mandatis ope-
1 ram illico meam interposui juxta monitum *Text.in cap.fin.de transaction.*, ut Partes relicto forensi strepitu protractū jam per plures annos litigium, grata hinc inde extinguerent compositione; quoniam verò summam illam, quam in concordię tractatu arbitrabar taxandam, tam pro Laudemio, quàm pro Quindenniis, gravem adhuc, & sui juris læsivam Defensores Archiconfraternitatis censuerunt, spem omnem fefellit eventus, & maluerunt judicii aleam experiri, & causam prosequi, quàm meis acquiescere insinuationibus. Hinc propterea factum extitit, ut dubium supra relatum iterum disputandum exhibuerim in præsenti Audientia, in qua Causæ statu denuo mature discusso, & præsupposito, ut par erat, deberi juxta præcedentem resolutionem, tum Laudemium, tum Quindennia, actum tantummodo fuit de illorum quantitate, & sic *super reservatis in decisione Eminentissimi Scotti*, & rescriptum prodiit -- *rem judicatam esse exequendam pro summa inferius exprimenda* - Illa scilicet (ut dicebant Domini) quæ à Me amicabiliter Partibus oblata fuerat in supradicto compositionis tractatu, quo nempe ad Laudemium, & Quindennia debita ab anno 1545. usque ad annum 1667. in scut. 30. pro quolibet, & abinde citra in scut. 45.

Procedendo igitur cum hac temporum
2 distinctione responsum fuit, deberi pro primo dicto tempore Laudemium, & Quindennia in scut. 30. Quippe quia, licèt nulla certa concurreret probatio valoris rei emphyteuticæ, seu domorum, de quibus agitur, cujus ratione tuto pede fieri posset liquidatio ad formam *leg.finalis C.de jur.emphyt.* in quinquagesima parte ejusdem valoris, adhuc ta-
3 men tot concurrebant adminicula, totque graves conjecturæ ex quibus videbatur, quod controversus valor non fuerit in minori admodum quantitate, ut si de illius quinquagesima parte agendum esset, ista majori potius summa, quàm prædicta scut. 30. correspondere. In materia verò liquidationis procedi posse etiam cum conjecturis, & adminiculis pluries firmavit *Rota*, præsertim *decis. 924. n.2.& 3.cor.Card. Cerro, dec.703.nu.22. part. 18.rec.*, & in puncto tradiderunt *Bald. cons.225.n.1.lib.1., Amad.de Ponte de Laudem.q 44 post med., Mans.consult.2. num.14. tom.10.*

4 Et quidem valoris in majori potius quantitate existentis non leve pręber argumentum dispositio ipsa Matthæi de Ancisa, cujus vigore de anno 1545. transierunt illæ domus in supramemoratas Archiconfraternitates, in ea namque Matthæus disposuit, quod ex fructibus, & redditibus non universæ hæreditatis, ut è contrario supponebatur, sed pręcise dd. domorum traderentur singulis annis sc. 40. Lucretiæ ejus uxori superstiti, ac Franciscæ, & Cęsariæ sororibus, hisque defectis mandavit, quod ex iisdem redditibus dotarentur duę singulis annis pauperes Puellæ cum dote centum florenorum in Urbe currentium pro qualibet, & existentibus Puellis Agnatis ipsius Testatoris hujusmodi dos du-
5 plicaretur. Quod si domorum valor suisset admodum exignus, ut prætenditur ex parte Archiconfraternitatis, quis non videt, quod fuissent redditus domorum incapaces admodum gravis annuæ impositionis, ut advertit *Paulut.dissert.legal.29.n 46.& seqq. tom.1.*, itaut fatuus fuisset Matthęus Testator, & pro tali redargueretur ab ipsa Archiconfraternitate, si vellemus concludere, quod pium hujusmodi dotium legatum præstandum ex redditibus domorum non haberet ex ipsius Testatoris judicio fundum sufficientem, & ejus oneri correspondentem, contra regulam
6 quod Auctoris factum redarguere, & impugnare hæredi non licet, ex *Text.vulgatæ leg. cum à matre C.de rei vindicat.*

7 Collimant in idem saltem in linea puri adminiculi, tum locatio, quæ subinde ostenditur facta anno 1657. Petro Nerlio pro annua pensione scutorum 178., quę sane locatio, cum fuerit effectuata, simul cum aliis sumpta conjecturis, & adminiculis non dubitatur, quin etiam probet valorem domorum locatarum ad ingentem summam ascendisse, cum
8 nemo jactando suum, præsumatur in conductione plus debito voluisse Domino pensionem constituere, *Adden. ad Gregor. decis.101. n.5., Adden.ad Buratt.dec.253.n.20., Rota*
9 *dec.20.nu.13.p.18.rec.*, tum valutatio earumdem domorum facta de anno 1664. occasione venditionis medietatis, quam fecit Archi-

confraternitas S. Rochi alteri Archiconfraternitati S. Joannis Decollati, ex qua licèt argui valorem earum præcedentem de rigore non possit, tamen fatendum est, quod non constito de melioramentis intermediis, imo concurrente eadem identitate status antiqui ob expressam inibi dirutionem dictarum domorum in parte, & imminentem ruinam pro alia parte intuitu d. antiquitatis, plurimum ea sit attendenda, præsertim in Prædio Urbano, ut notavit *Caren. resol.*65. *num.*9., *Rot.cor.Bich.dec.*179.*n.*3., *dec.*266.*n.*2.*p.*17. *dec.*525.*n.*12.*p.*18., *dec.*307. *nu.*7.*p.*19.*rec.*, & *dec.*161.*nu.*10.& 11.*post Constantin.ad Stat.*
10 *Urb.* Tum denique etiam iudicium quinque Architectorum, qui interrogati super præmissis facti circumstantiis pro stabiliendo cõtroverso valore retulerunt, quod fabricaraliter reperta de annis 1664. 1667., ut ex publicis resultabat instrumentis, debebat præexistere in eodem valore etiam de antiquiori tempore, anno nempe 1545., quibus sane, uti in arte versatis, & Peritis, semper à Judicibus in liquidando rerum valore deferri suevit, teste *Rot. dec.*358.*n.*1.*cor.Cavaler.*, *dec.*718.*n.*5.*cor. Card.Cerr.*, cum aliis *in Fulginaten. successionis*, & *dotium* 21. *Martii* 1707. §.*Non obstante*, & 20.*Junii eiusdem anni* §.*Ante executionem cor. Emo D.Card. Scotto.*

11 Absque eo quod attendi meruerint exceptiones illæ, quas promovebant adversus prędictas valoris in tanta quantitate coniecturas Defensores Archiconfraternitatis singulas examinando, & reflectendo. Procederent quippe eo casu, quo valoris probatio in illis singulariter, & de per se sumptis constitueretur. Secus tamen est, quando, ut hic, omnes simul iunctæ ponderabantur, prout in materia antiqua, & liquidationem respiciente fieri posse, imo etiam faciendum esse tradunt *Andreol.contr.*390.*n.*28., *Rota cor.Merlin.dec.*665.*n.*5.& 6., *dec.*1331. *nu.*5. *cor.Emerix iun*, *dec.*232.*nu.*11.*p.*15., & *dec.* 114. *n.*19.& 20.*p.*17.*rec.*

12 Neque ad eas destruendas allegare iuvit certum valorem resultare ex prima concessione Hortorum, seu sitius, in quo domus constructæ fuerunt, facta Bindo Salvatori Bindi de anno 1516. cum promissione, & obligatione inibi construendi domos habitabiles, & infra triennium ducatos 200. ad minus erogandi, inde inferendo, quod talis fuerit successivus valor de tempore, quo ex Testamento Matthæi Ancisę successoris d. Bindi fuerunt domus translatę in Archiconfraternitates S. Joannis Decollati, & S. Rocchi; quandoquidem, præter alias responsiones à Capituli Defensoribus adductas, iectura concessionis prædictæ, huius obiecti tollebat amaritudinem. In eo enim Bindus primus Acquirens non expressit taxative summam erogandam in fundo emphyteutico, sed se obligavit domos inibi habitabiles construi facere, & demonstrative tantum, ac relative ad tempus triennii expressit velle erogare ducatos 200. Id quod non excludit multo maioris summæ erogationem, ut in individuo ponderavit *de Luc.disc.*72.*num.*5.*de em-*
13 *phyt.* Tanto magis quia obligatio verè dicit de erogandis ducatis 200. *Ad minus*, quæ clausula tamquam implicativa, non taxativa tanto magis dat intelligere animum contrahentium non restrictum ad expressam quantitatem, & propterea minime excludunt extensionem, vel intra triennium, vel ex post ad majorem summam, ut de consimili clausula *Saltem*, *Barbos. dict.*355. *nu.*2. & *seqq. Card.de Luc.de jurepatr.disc.*73.*nu.*2, *Rota cor.Seraphin.dec.*787.*n.*8., *cor.Gregor.decis.*
14 434 *n.*7. Est enim hujusmodi dictio denotativa ejus, quod minus fieri permittitur non vetans majus fieri, *Bald.in* §.*Codicillis nu.*5. & 6. *instit.de Codicillis*, *Castren.cons.*79.*n.*7. *lib.*1., *Mans.consult.*40.*n.*18.

15 Isque sensus eo facilius capiendus est, quia idem Bindus emphyteuta non unam duntaxat domum, seu domos habitabiles construere promiserat, pro quibus sane plusquam verisimile est non potuisse sufficere ducatos tantum 200., sed longe majorem quantitatem in actu fabricæ, ut plerumque contingit, fuisse necessariam, & experientia rerum ma-
16 gistra docet, quod emphyteutæ semper longe pluris impendunt eo, quod promiserant, ut testatur *idem de Luc.de emphyt.dist.*
17 72. *sub num.*6., omnia verò cedunt solo, & augent Laudemium in nova rei emphyteuticæ translatione, *Panimoll. decis.*4. *annot.*1. *n.*34. aliisque adductis *Rot.dec.*203.*num.*10. *cor.Ubald.*

Et hæc erant ea, quæ respiciebant primum tempus usque ad annum 1667.; abinde verò citra majorem deberi summam, scuta nempe 45. pro quolibet Quindennio Domini responderunt, ex quo majoris valoris probationem resultare crediderunt ex instrumento acquisitionis, seu emptionis factæ ab Archiconfraternitate S. Joannis Decollati de alia medietate, quæ ex Ancisæ Testamento pervenerat in Archiconfraternitatem S. Rocchi. Ces-
18 sat quippe omne dubium, ubi certa hujusmodi concurrit probatio ex publico instrumento venditionis, quo nil aptius ad osten-
19 dendum rei valorem, cum venditio justo semper pretio facta præsumatur, *Rot. decis.* 158. *n.*4.*p.*11., *dec.*174.*n.*24.*p.*17., & *dec.*297. *n.*8 *p* 19.*rec.*

Non obstante responsione, quod Quin-
20 dennia uniformiter semper debeantur juxta valorem antiquum rei emphyteuticæ de tempore primæ translationis in manus mortuas, non computatis melioramentis subinde factis, & absque ullo illorum augmento *juxta plures authoritates ad id allegatas*; procedit enim huiusmodi opinio, ubi agitur per viam simplicis renovationis de 15. in 15. annos favore eiusdem primæ manus mortuæ propter verosimilem alienationem, quam lex fingit sequuturam fuisse, si res emphyteutica fuisset penes Laicos, iuxta *dec.*113., & 181. *per tot.cor. Benincasa*, & *in Romana Quinden-*

Quindenniorum 13.*Maii* 1701.*cor.bo.mem.*
21 *Molines*, secus tamen quando, prout in casu nostro, vigore intermedii contractus veræ alienationis pro certo pretio factæ per manum mortuam, non sumus in terminis continuationis primæ investituræ, ejusque renovationis, sed in præcisis terminis novæ translationis de una in aliam personam vigore novi contractus; tunc enim Quindennia secundum valorem in ultimo venditionis instrumento concordatum deberi, ita distinguendo firmat *Rota d.dec.*113.*n.*3.*&* 4.*decis.* 181. *n.*1.*&* 2.,*&* *dec.*313.*nu.*7.*cor.Bevincasa. In ead. Romana Quindenniorum* 13. *Maii* 1701. §.*Et sane cum seqq.cor.bo.me. Molines.*

Neque fuisse per novum contractum secutam d.ann. 1667. alienationem inde excludebatur, quod facta fuerit favore Cohæredis;
22 quippe quia dum Cohæres non ex lege investituræ, aut alia dispositione per Dominum directum approbata rem emphyteuticam acquirit, sed, ut diximus, ex novo contractu, gerit figuram extranei emptoris, ut
23 habemus in terminis plurium fratrum dividentium rem emphyteuticam, si enim alter post divisionem vendit alteri Compossessori suam portionem, licèt iam iste Emptor sit à Domino directo in sui portione approbatus, tenetur tamen reportare consensum, & tamquam novus homo, & extraneus habetur, *Gabr.consl.*84.*nu.*3.*lib* 1., *Amad.de Pont. de Laudem.q.*25.*nu.*5. *vers. quid si totum Tiraquell.de retract.lign.*§.1.*glos.*14. *nu* 77., *Redoan.de reb.Eccles.non alien.q.*11.*n.*26., *Gratian.discept.*180.*n.*23.

Quoniam verò huc usque firmata procedunt dumtaxat in ea medietate, quæ pervenit in Archiconfraternitatem S. Joannis ex isto contractu, non verò in alia, quæ semper
24 fuit penes ipsam, & cuius idcirco adhuc incertus remanet valor, & sub prædictis tantum adminiculis, & coniecturis non rigorose iuxta d. summam, sed iuxta arbitrium tali casu sibi à legibus impartitum, ex firmatis in *dec.*213.*n.*15.*cor. Bich.*, *&* *dec.*27.*nu.*2.*coram Rmo D.meo Decano*, debitum controversum Quindenniorum in d.tantum minori quantitate scut. 45. constituerunt pro utraque medietate integrante quodlibet Quindennium à d.anno 1667. usque in præsens, & futurum tempus, itaut, omnia in unum colligendo, debitum dictæ Archiconfraternitatis, iuxta dd. temporum distinctionem, ascendat ad rationem scut.30. pro d. Laudemio, & Quindenniis usque ad annum 1667. in scut.270., abinde verò ad rationem scut. 45. pro Quindenniis maturatis usque ad diem 4. Julii 1712., augeatur idem debitum in aliis scut. 135., & sic in totum firmetur in scut. 405., pro qua summa iuxta ultimam dubii partem censuerunt DD. exequendam modo esse d. rem iu-
25 dicatam, ducto ad prædictam rationem calculo arithmetico, qui plenam constituit probationem, *Rot.dec.*349.*nu.*6. *&* 7. *coram Priolo.*
26 Et ita relicta disputatione, utrum ex hac postrema medietatis acquisitione debeatur Laudemium, utpote quia non cadebat sub præsenti dubio restricto ad reservata coram Eminentissimo Scotto, & sic ad solam liquidationem, responsum fuit utraque &c.

MONTIS FALISCI CANONICATUS.

Lunæ 13. *Martii* 1719.

ARGUMENTUM.

Beneficiatus requisitis à Testatore volitis destitutus instituendus non est, maxime ad exclusionem Provisi Apostolici, suas litteras iustificantis.

Juspatronatus activum semper præsumitur ad suæ domus splendorem fuisse per Testatorem directum, & passivum semper ad consanguineos, & illos erga quos maiori affectione ducebatur.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ paratam habent exequutionem.*
2 *Idoneitas Provisi ex attestatione Ordinarii probatur.*
3 *Vacatio Beneficii sequuta in mense Sanctæ Sedi reservato, ex ipsius contradictoris confessione probatur.*
4 *Litteræ Apostolicæ pro qualificato reportatæ cum supposito passivæ vocationis in Beneficiato, quando satis iustificatæ non dicantur*, & n.5.
5 *Præsentatus non habens qualitates à Testatore requisitas, tamquam veste nuptiali carens, non est instituendus*: amplia, ut in n.12., & declara ut in n.13.
6 *Litteræ Apostolicæ fiunt subreptitiæ, quando Beneficiatus certas sui qualitates Papæ reticuit, quas si expressisset, vel gratiam ille non reportasset absolute, vel difficilius.*
7 *Amplia, ut multo minus impedimento sint, quin litteræ alterius Provisi in omnibus iustificatæ exequerentur.*
8 *Juspatronatus activum favore agnationis strictè intelligendum est fuisse à Testatore fundatum.*
9 *Limita in passivo, in quo solum naturalis affectio, & major dilectio erga suos spectanda est*, & num.seq.
10 *Vocatio ad juspatronatus passivum non interpretatur, quod contineatur sub ampliori significato, quod etiam illos de cognatione comprehenderet.*
11 *Amplia in concursu cum totaliter extraneo.*
13 *Affinitas stat inter virum, & consanguineos uxoris, & qui affines, quique consanguinei dicantur.*
14 *Observantia demonstrans ad juspatronatus passivum fuisse institutos totaliter extraneos, & non consanguineos à Testatore prædilectos, denotat tamen istos vel non adfuisse,*

fuisse, vel si adfuerint, qualitatibus ab illo volitis caruisse.

DECISIO MCVI.

DOmini dixerunt *procedendum esse ad legitimam executionem Litterarum Apostolicarum* Albini decretam in praecedenti instantia à R. P. D. meo Corio, juxta decisionē editā 21. Februarii superioris anni 1718.
1 Iterum enim plene doctum fuit illas esse in omni sui parte justificatas, tum scilicet quoad
2 Clericalē idoneitatem, & attestationem Ordinarii passim approbari solitam à nostro Tribunali, ut in *Monasterien. Beneficii* 30. *Jan.* 1713 § *Clericatus cor. R̃mo D. meo Aldrovando, & alia* 22. *Jan.* 1716. §. *Quantum*
3 *cor. Me*, tum etiam quoad reservationem vacantis Cannonicatus ratione mensis per confessionem ipsius Andreani contradictoris, qui in suis quoque litteris hujusmodi reservationi innixus fuit, ad *Text. in l. cum praeeum C. de liber. Caus. in consimilibus terminis adduct. dec.* 192. *n.* 5. *p.* 16., *& dec.* 219. *n.* 2. *p.* 17. *recent.*
4 Absque eo quod è contrario censeri possent justificatae aliae litterae d'Andreani pro qualificato reportatae cum supposito passivae vocationis illius in dispositione testamentaria Joannis Petri fundatoris. Quoniam licèt in dicta dispositione praesentari injunctum sit ad Canonicatum illos de agnatione, vel illius Testatoris, vel ejus uxoris; tamen cer-
5 tum erat, quod Andreanus non est, neque de una, neque de alia agnatione; ideoque exutus veste nuptiali, non habet fundamentum, ex quo in alterius exclusionem admitti possit, ad *Tex. in Clement. quia contingit de relig. dom*, *Garz. de Benefic. p.* 7 *cap.* 15. *n.* 2. *&* 3., *Rot dec.* 8. *nu.* 3. *cor. Duran. dec.* 661, *n.* 3. *cor. Bich.*, & passim alibi.
6 Ex hujus itaque qualitatis defectu, procul dubio consequens erat, quod litterae ejusdem Andreani remanebant subreptitiae, quia nisi Papae fuisset supposita qualitas asserta cognationis, illas non concessisset, vel difficilior in concessione fuisset, *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 54. *n.* 3., *Rot. dec* 680. *num.* 6 *p.* 19. *rec. tom.* 2.
7 & propterea multo minus possunt esse impedimento, quin litterae Albini in omnibus justificatae ulteriori demādarentur executioni, *Rota in Bononien. Beneficiorum de Castello super executione Litterarum Apostolicarum* 2. *Maii* 1712 § *Litterae cor. R̃mo D meo Crispo, & in Abulen. Cappellaniae* 31. *Januarii* 1718. §. *Inconcussa cor. Me*

Neque excusari valuit, seu suppleri dictae
8 qualitatis defectus, ex eo, quod hic agatur, non de jurepatronatus activo, in quo agnationis vocatio directa ad splendorem domus stricte venit intelligenda, sed agatur de pas-
9 sivo, in quo spectatur solum naturalis affectio, & charitas erga suos, & idcirco non
10 ampliori significatu apto comprehendere etiam eos de cognatione, d. vocatio inter-
11 pretāda sit, praesertim *in concursu totaliter extranei*, juxta ea, quae deducta fuerunt ab Andreano in praeterita instantia coram R. P. D. meo Corio.

Siquidem ruit obiectum ex luculenter animadversis in decisione coram illo edita, ubi praeter alias responsiones, ea adducta legitur
12 insuperabilis, quod Andreanus neque se probat esse de cognatione, vel Testatoris, vel ejus uxoris; procedendo enim cum arbore per ipsum ad hunc effectum exhibita,
13 constat eum descendere à Joanne Vincentio fratre Tagliaferri, cum quo nupsit Caecilia soror Marsiliae Matris fundatoris, ex quo patet nullam ne quidem affinitatem inter ipsum & fundatorem trahi posse, quia per coniugium inter Tagliaferrum, & Caeciliam fundatoris Materteram, orta solum fuit affinitas inter Virum, & consanguineos Uxoris, & inter Uxorem, & Consanguineos Viri, non autem inter Consanguineos Viri, & Consanguineos Uxoris, juxta claras dispositiones Juris Canonici, & Civilis *in cap. super his de consanguin. & affin*, *& in l.* 4 §. *Affinis ff. de grad. affinitatis relat. in laudata decisione praecedentis instantiae* §. *Nibilo cor. R. P. D. meo Corio.*
14 Ea demum, quae ex observantia eruebantur argumenta, ita pariter corruebant in facto, ut contra potius Andreani intentionem retorquerentur. Cum satis superque demonstrarentur plurimum, imo fere semper fuisse admissos totaliter extraneos, vel à S. Sede provisos, vel praeelectos ab Ordinario, ratione alterius extrinsecae qualitatis Cantus Gregoriani, ut plene habetur in *ead. decisione R. P. D. mei Corii* §. *Minusque*, ad quam Domini in reliquis etiam relative se habuerunt.

Et ita Albino tantum informante, decisum fuit.

LAURETANA CENSUUM.

Veneris 17. *Martii* 1719.

Argumentum habetur in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum adversus inconsulto aditam haereditatem denegata, operatur, ut exequutioni adversus personas, & bona propria haeredum locus detur.*
2 *Inventarium nullum non praeservat haeredem, quin ad defuncti debita tum in persona, cum bonis propriis teneatur.*

DECISIO MCVII.

PRoprias tantum personas, & bona praeservare curantes Fratres de Dionysiis ab imminente executione vigore mandati, & exequatur contra ipsos relaxati ab A. C. Cincio, & per Sacram Rotam approbati *coram R. P. D. meo Foscaro, praevia Decisione diei* 22. *Martii* 1715. favore heredii Luce Angeletti Creditorum censuum impositorum à Joanne eorum Patre, omne refugium posuerunt in restitutione in integrum, quàm sedulo expetierunt

tierunt à nostro Tribunali adversus inventarium nulliter confectum de bonis hæredita-
1 riis præfati debitoris: quemadmodum tamen Domini responderunt in Audientia diei 14. Junii 1717. coram Me, cui in gradu ulterioris appellationis causæ cognitio commissa fuit, *non esse dandam restitutionem in integrum*, ita etiam censuerunt *procedendum esse ad legitimam executionem etiam contra personas, & bona propria*.

Quia tamen concessa subinde nova Audientia, & iterum discussis dictæ restitutionis fundamentis, placuit Dominis quoad huiusmodi articulum recedere à decisis, & admittere ad iteratam inventarii confectionem debitoris hæredes, ita in eadem causę huius propositione sub die 10. Decembris 1717. rescriptum fuit quoad præsentem inspectionem *Dilata*.

Quoniam verò reassumptis hodie, suffragium ferentibus omnibus Dominis editarum Decisionum fundamentis, ad primo decisa super denegatione restitutionis in integrum Domini redierunt, *juxta contemporaneam Decisionem*, ita etiam putarunt non amplius suspendendam executionem memorati mandati, & exequatur, & quoad hanc quoque quæstionem juxta propositum dubium rescripserunt *Standum esse in decisis*.

Stetit ratio resolutionis in eo, quod, cum
2 inventarium confectum à Tutrice illorum de Dionysiis nullum fuerit, neque ipsis ob denegratam in integrum restitutionem ad alterius validi confectionem devenire licitum sit, remanent dubio procul destituti omni iuris beneficio, cuius vigore aut propriam personam, aut bona ab executione præservent, imo tamquam simplices debitoris hæredes, de proprio tenentur eorum Auctoris creditores dimittere; ad *Text. in §. Hinc nobis collat. 5. vers. si verò non fuerit Auth. de hæred. & falcid.* plenè *Salgad. in labyr. credit. p. 2. cap. 1. n. 7., Rot. dec. 25. n. 2. & seq. post Oleum de cess. jur.*, cum aliis *dec. 42. nu. 10. p. 17., & dec. 457. num. pariter 10. p. 19. rec. tom. 2.*

Et ita relativè ad *Decisionem*, quæ confirmatur, & ad aliam *contemporaneam super petita in integrum Restitutione*, in qua latè agitur de iis fundamentis hic inutiliter non repetendis, ex quibus in linea hæredum simplicium Dionysii considerandi sunt, responsum fuit utraque &c., & *omnibus Dominis &c.*

EADEM CORAM EODEM SUPER RESTITUTIONE IN INTEGRUM,

Veneris 17. Martii 1719.

ARGUMENTUM.

Hęc est confirmatoria alterius sub die 14. Junii, & respective alterius sub die 10. Decembris 1717. emanatę revocatoria.

Ad petendam restitutionem in integrum adversus male confectum inventarium quadriennium minoribus conceditur, quod currere incipit à die scientiæ nullitatis facti, & quis cum ex ignorantia facti etiam post lapsum cuiuscumque temporis coneedatur, secus ex ignorantia Juris, & quare?

Inventarium tutelare defuncti Creditores non ligat, sed tantum pupillum respectu Tutoris, similiterque simplex rerum descriptio inventarii vires non assumit.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum adversus male confectum inventarium non datur post lapsum 40. annorum, maximè si pupilli facti majores non reclamassent.*

2 *Amplia, quando de læsione non constat, & & nequit probari, quod de tempore delatæ hæreditatis tot, & talia bona dumtaxat in paterno axe reperta fuerint*; amplia, ut in num. 14. & 29.

3 *Restitutio in integrum adversus defectuosum inventarium infra quadriennium est petenda, & quare?*

4 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum adversus inventarium nullum non incipit currere, nisi à die scientiæ nullitatis inventarii tam facti, quam juris.*

5 *Restitutio in integrum probata læsione, adversus inventarium nullum conceditur minoribus non obstante quocumque temporis lapsu, quando agitur de ignorantia alicujus facti; secus si de ignorantia juris.*

6 *Ignorantia juris non est allegabilis post lapsum quadriennii, quia intra tale temporis spatium præsumitur, vel factus major, qui per medium Tutoris inventarium nullum fecisset, vel scire debuisse, & potuisse ea, quæ de iure sunt.*

7 *Restitutio in integrum adversus inventarium nullum post lapsum quadraginta annorum non datur ex sola ignorantia iuris, cum præsumatur quis scientiam habuisse de iis, de quibus inquirere tenebatur.*

8 *Heres, qui diù possedit hereditatem, quam scivit ęre alieno esse gravatam præsumitur iam lucrosam, & solutioni æris alieni non imparem recognovisse.*

9 *Hæreditas præsumitur opulenta, ex quo inventarium non fuisset confectum.*

10 *Restitutio restitutionis in integrum non datur.*

11 *Restitutio in integrum adversus inventarium nullum post lapsum quadraginta annorum non datur.*

12 *Amplia, quando res amplius non esset integra; hoc est quando minor factus maior bona hæreditaria distraxisset, & debita persolvisset.*

13 *Hæres solvendo debita, & exigendo credita hæreditaria, cum hæreditariis creditoribus contrahere dicitur, sique hæreditarium inventarium esset nullum, restitutionis in integrum remedio non suffragatur.*

15 *In-*

15 *Inventarium tutelare negativam coarctatam existentiæ tot, & non aliorum bonorum in hæridate non probat, nisi in heredis præindicium.*

16 *Limita in præindicium tertii, seu creditorum, quos tutelare inventarium non ligat.*

17 *Inventarium, quod ad simplicem descriptionem redigatur, necnon informe, & defectuosum, nullum operatur effectum.*

18 *Descriptio simplex mulieri describenti tantum suffragatur ad evitandam pœnam, qua damnaretur, si dolosam, vel minus fidelem descriptionem exarasset.*

19 *Pupillus factus maior non suffragatur ex informi descriptione de re hæreditaria per tutricem exarata ad probandam per negativam coarctatam adversus creditores hæreditarios non existentiam aliorum bonorum, preter descripta*; & vide rationem in num.seq.

20 *Inventarium respectu creditorum, sive dolo, sive ex negligentia, vel describentis simplicitate detegatur defectuosum, presumere facit, quod sicuti fuit erratum in uno, ita in omnibus fuisse erratum dicendum sit,*

21 *Inventarium defectuosum ob non descriptionem argentorum non sanatur excusatione, quod fuissent obpignorata, cum potuissent describi eorum schedulæ.*

22 *Fructus dotis vivente viro decursi, & ab isto non percepti, commodo hæreditatis cedunt.*

23 *Negativa coarctata non existentie aliorum bonorum preter adnotata per tutricem excluditur, detecto uno credito hereditario non descripto, cum id presumere faciat, alia etiam credita adfuisse, que per describentem consulto omitti potuerint.*

24 *Inventarium nullum tutelare non sanatur ex combinatione istius cum hæreditario ex post per tutricem confecto, quando illud etiam nullum detegeretur, ex quo fit, ut utrumque dici debeat vitiosum*

25 *Singula que divisa non prosunt unita simul iuvant, quando singula in genere suo sunt perfecta, secus si sint vitiosa, & in suo genere imperfecta.*

26 *Inventarium tutelare nullum non sanatur ex eius confrontatione cum redditione rationis ad formam localis Statuti facta ad idem inventarium cohærenter*, & vide rationem in num.seq.

27 *Accessorium corruit, corruente principali.*

28 *Lesio ad effectum obtinendi restitutionem in integrum adversus defectuosum inventarium non scatet ex simplici ostentione debitorum hæreditariorum, nisi simul pari probatione patrimonii quantitas probetur.*

DECISIO MCVIII.

Collatis invicem utriusque Decisionis in hac causa coram Me editæ fundamentis, in quarum prima diei 14. Junii 1717. fuit negativè responsum propositæ per Dionysios instantiæ restitutionis in integrum adversus malam inventarii confectionem, & in secunda diei 10. Decembris eiusdem anni è contrario rescriptum fuit *affirmativè*, divisa in utramque partem ita fuerunt Dominorum suffragia in Audientia diei 29. Aprilis anni præterti, ut demandatum fuerit, quod causa iterum proponetur, *Videntibus omnibus.*

Redierunt igitur hodie ad trutinã utriusque Partis, atque Decisionis jura, *omnibus Dominis suffragium ferentibus*, iisque maturo judicio ponderatis, prævaluit sensus negativæ opinionis, & proinde congruo dubio de morte dato, prodiit resolutio -- *Standum esse in primo loco decisis.*

1 Quippe quia petitam in integrum restitutionem, qua mediante possent Fratres de Dionysiis ad novi, validique inventarii confectionem de hæreditate eorum Patris admitti, & ejus beneficio se tueri adversus istius Creditores, rectè denegatam fuisse duplex iterum Dominis suadebat fundamentum. Primum deductum ex lapsu 40., & ultra annorum, quibus facti Majores acquieverunt primo inventario per eorum Matrem defectuosè, & nulliter, ut infra, exarato. Secundum
2 ex eo resultans, quod nullo modo constet de læsione, cum probari non valeat à Dionysiis, quod tempore sibi delatæ hæreditatis paternæ tot, & talia dumtaxat bona in illius asse reperirentur, firmando ex aliis documentis, & probationibus Statum ejusdem hereditatis.

Primum ex eo concludenter demonstrabatur, quod obitus Joannis Dionysii debitoris, & Patris respectivè sequutus fuit usque de anno 1671., & hujusmodi instantiam restitutionis in integrum non proposuerunt, nisi coram Me sub anno 1710. vigore commissionis ad id obtentæ à Signatura Justitiæ cum illius cognitionis remissione ad nostrum Tri-
3 bunal, *prout de Jure*, quando tamen jam contra ipsos uti heredes fuerat usque de anno 1675. instructum judicium pro iisdemmet censibus, de quibus agitur coram A. C. Caprara, & quando de Jure præfixus est quadriennii terminus ad petendam eamdem restitutionem in integrum, et sunt *Text. in l. final. Cod. de tempor. in integr. restitut.*, & *in cap. 1. & 2. de restit. in integr. in* 6. Post hanc igitur præter lapsi temporis antiquitatem non posse amplius indulgeri remedium illud à legibus non sine maturo consilio intra metam quadriennii limitatum, illa præcipuè ratio postulat, quod aliàs quadriennium transiret in infinitum, & legis limitatio frustranea redderetur, ut cum aliis *in prima mea Decisione* allegat. §. *final.*, tradunt *Jov. de solem. in contract. min. gloss. 15. §. 5. n. 13. & seq.*, *Rot. in Romana Cambii* 19. *Januar.* 1705. §. *Tum etiam cor. bon. me. Muto, in Anconitana, seu Recineten. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* 26. *Febr.* 1712. §. *Etenim cor. Rmo P. D. meo Aldrovando*, & *in Asculana restitutionis in integrum* 23. *Aprilis* 1714. §. *fin. cor. Me*, ubi aderat lapsus 16. annorum.

Neque suffragari valuit Dionysiis ea responsio, cum qua processit secunda Decisio

illorum

illorum favore edita §. *Demum*, & *seqq.*,
4 quod probata læsione, semper restitutio minoribus concedatur, non obstante quocumque temporis lapsu, quia præfixi à lege quadriennii tempus est utile, & non incipit currere nisi à die scientiæ nullitatis inventarii tam facti, quàm juris, juxta *plures authori-*
5 *tates ad id allegatas*. Locum enim tunc obtinet conclusio ista, quando agitur de ignorantia alicujus facti, ex cujus præcognitione descendit scientia juris, non autem quando, ut in præsenti casu, agitur de ignorantia juris clari, quale est facere inventarium juxta
6 solemnitates à lege præscriptas. Talis namque ignorantia non est post lapsum Quadriennii allegabilis, quia intra hujusmodi temporis spatium lex præsumit, majorem factum eum, qui in minori ætate nulliter inventarium confecit, scivisse, aut scire saltem debuisse ea, quæ juris clari sunt, & in hac opinione semper fuit nostrum Auditorium, ut videre est *in Romana, seu Ferrarien. Cambii* 30. *Januarii* 1711. §. *Minus officiebat coram Emo D.Card. Scotto, in Eugubina fideicommissi super detract., & melioravent.* 16. *Martii ejusdem anni* §. *Quin ad declinandam cor. Emo D. Card. Priolo, in Romana, seu Florentina Census* 6 *Junii* 1712. §. *Hinc nihil cor. Me, & in d. Anconitana, seu Recinetea. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* §. *Minusque cor. Rmo Aldrovando*, in quibus concordan.

7 Quantò autem magis procedere hæc opinio debet in præsenti, dum ulterius concurrit non tantum solius Quadriennii lapsus, sed imo 40., & ultra annorum, in quibus terminis nullus unquam ex receptis Doctoribus dixisse ostenditur posse dari restitutionem in integrum ex sola juris clari ignorantia, tum quia isto casu præsumitur quis eorum omnium, quæ scire, & inquirere tenebatur, scientiam habuisse, ut inquit *Rebuff. ad constit. reg. tom. 2. tit. de restit. ort. a. glos. r. n.* 10. & 11., & latè *Jov. de solemn. in contr. min.*
8 *glos.* 15. §. 5. *n.* 23. *cum plur. seqq.* Tum quia hæres ille, qui tanto tempore tacuit, possidendo hæreditatem, quam sciebat debitis gravatam, & præcisè illomet, qui controvertitur ex instantiis factis usque de anno 1675., præsumitur, eam recognovisse lucrosam, & plusquam sufficientem ad solutionem
9 æris alieni, qualis etiam de jure præsumitur *ex regula* de qua *dec.* 1. *n.* 33. *coram Duran. dec.* 454. *n.* 7. *cor. Royas*, & *dec.* 426. *n.* 17. *p.* 19. *rec.* Tum demum quia si in his terminis admitteretur adversus Creditores hujusmodi
10 remedium, dare opus esset non restitutionem in integrum, sed cumulum plurium restitutionum, quem tamen admodum leges nostræ abhorruerunt, ut est *Text. in l. fin. C. si sæpius in integr. restit. postul.*, & probant ultra relat. *in prima dec. sub* §. *Ponderabant, Barz. dec. Bonon.* 107. *n.* 17., *Rot. in Romana Pecuniaria, seu Locorum Montium* 11. *Junii* 1706. §. *Nilque refert cor. bon. mem. Molines.*

Quodque ita sit, inde patet, quia jam Dionysii illam obtinuerunt de anno 1677. ex instantia eorum Tutricis coram Prætore Montis Cassini adversus nullo modo factum inventarium hæreditarium, quàm si ponere velint ad partes, tanquam ipsis inutilem, ut ipsimet allegant, fateri debent, consimilem aliam sibi necessariam esse, & hæc esset *prima* restitutio, *secunda* esset ea, quæ originariè petitur adversus inventarium eo tunc malè confectum ab eorum Tutrice. *Tertia* demum ea, qua pariter indigerent, adversus
11 legalem præscriptionem 30. aut 40. annorum supervenam etiam à die exarationis dicti nulli inventarii, adversus quem tamen quadragenarii temporis lapsum restitutionem non dari, probat præcisè *Marchesan. de commission. p. 2. tit. de commiss. restit. in integ.* §. 2. *n.* 48.

Nec levius obstaculum in hac parte facit instantiæ Fratrum de Dionysiis ea circum-
12 stantia, quod illam promovent non solum post tanti temporis defluxum, sed etiam re non amplius integra, postquam scilicet facti majores apposuerunt manus super universa substantia hæreditaria, faciendo ingentes stabilium alienationes, census hæreditarios extinguendo, & plura solvendo debita. Tot
13 namque actibus à se gestis novam aditionem hæreditatis fecisse dicuntur, ejusque medio noviter cum hæreditatis Creditoribus contraxisse, itaut superventa hac debitorum extinctione, & creditorum exactione, & universali rerum hæreditariarum commixtione, ex qua lucrum etiam reportare potuerunt, cum solum pro controverso censu credito hodie petito allegent læsionem, res dici non possit amplius integra, & jus sit quæsitum eorumdem censuum Creditoribus, ut & ipsis satisfiat, & proinde petitæ restitutioni amplius locus non sit, ad *Text. expressum in l. quod si minor* §. *Scævola ff. de minor.*, *Rot. dec.* 19 *sub n.* 6. *cor. Coccin.*, & prosequitur allegat. *Marchesan. d. par.* 2. *eod. tit. n.* 49. ita concludens -- *Si adest distractio, incassum restitutio petitur* &c.
14 Quanto vero magis ab eorum petitione excludi debent, dum nequidem documentum præbent assertæ eorum læsionis (& hoc est *secundum* resolutionis *fundamentum*) sine qua tamen in integrum se non posse restitui jam ipsi admittunt, & plene probant *authoritates late deductæ in prima decisione* 14. *Junii* 1717. §. *Et primò.*

Frustra siquidem ad effectum illam ostendendi se demonstrare posse asserebant quot bona, & effectus reliquerit Joannes Dionysius in sua hæreditate ex inventario tutelari, sive potius *informi descriptione*, sine *decreto Judicis, & debitis solemnitatibus* per eorum Matrem, & Tutricem statim post illius obitum confecta. Etenim, ultra quod inventa-
15 rium tutelare negativam coarctatam existentiæ tot, & non aliorum bonorum in aliqua hæreditate non probat nisi in præjudicium hæredis, & similium, in quibus termi-

nis loquuntur plures authoritates ad id ad-
16 ductę pro Dionysiis, non autem in pręju-
dicium Tertii, seu Creditorum, contra quos
hujusmodi probatio negativæ per jura nostra
data, non est, nisi inventario hęreditario legi-
timè exarato, ut in puncto probant *Mascard.*
de probat vol.2. conclus.938. num.9., Rot. dec.
491. n.3., cor Cavaler. dec.22. nu.39. & 40., &
dec.53. n.13. & 14., coram Royas, & dec.489.
17 *n.30. cum seqq. p.18. rec.* adhuc etiam exclu-
debatur omnis efficacia istius inventarii, seu
descriptionis ex eo, quod compertum erat,
illud non esse nisi informem descriptionem
non integræ hæreditatis plurimis laboran-
tem vitiis, & defectibus, quibus stantibus
impossibile erat, quod super eo basis ulla pro-
bationis ad effectum, de quo hic agitur, con-
stitui posset, ex firmatis *dec.149. num.27. &*
seq. p.9. recent. dec.79. n.2., ibique *Adden. n.6.*
cor. san. me. Gregorio XV. dec.877. n.3. & 4.,
& dec.1217. n.5. & 6. cor. Emer. jun.

Absque eo quod necesse fuerit iterum as-
sumere omnium hujusmodi vitiorum, & de-
fectuum examen; jam enim in prima mea
Decisione singulariter fuerunt enucleati, mi-
nusque singulis respondere excusationibus,
quæ adversus illos in secũda pariter mea De-
18 cisione datæ fuit; quippe ea satis videbatur
responsio ad hujusmodi excusationes in præ-
senti elidendas, quod illæ opitulari quidem
valuisse nt mulieri describenti, si per eam ad-
ducerentur ad evadendam pęnam, ad quam
teneretur ob minus fidelem, aut dolosam
descriptionem, non autem suffragari possunt
19 Pupillis factis Maioribus in præjudicium
Creditorum ad effectum, ut ex hujusmodi
defectuosa descriptione eruatur negativa
coarctata non existentiæ aliorum bonorum,
20 ea ratione, quia favore Creditorum sive
descriptio vitiosa facta sit ad malitiã, sive vi-
tia ex negligentia provenerint, aut simplici-
tate Describentis, habet semper locum præ-
sumptio, quod sicut fuit erratum in aliqua,
de qua constet, partita, ita erratum sit, & in
aliis, de quibus non constet, quod satis est ad
exclusionem negativæ coarctatæ, *Rot. dicta*
dec.79. n.2., ibique *Adden. n.6. cor Gregor.,*
& dec.473. n.2. & seqq., coram eodem dec.877.
n.3. & seq. coram Emer. jun., & dec.149. n.39.
p.9. rec.

Imo etiam easdem excusationes percur-
rendo, certum erat, plures earum ita insub-
sistentes detegi ex facto, ut vitia in prima
Decisione examinata adhuc in suo robore
21 permaneant. Et sane quantum attinet ad
omissam descriptionem argentorum, quæ
subinde ab ipsa Tutrice vendita fuerunt,
quam fidem promereri valebat illa excusa-
tio, quod essent oppignorata, & ideo adno-
tata cum suo pondere, & quantitate non
fuerint? quando in inventario descriptæ non
fuerunt notulæ, seu fides oppignorationum,
vulgo *Bollettini*, prout cæteroquin fieri de-
buisset. Idemque est, aliis omissis, quoad cre-
dita hæreditaria totaliter in eodem tutelari
inventario, seu descriptione omissa, quia etsi
dictum fuerit in secunda Decisione, quod il-
22 lud fructuum dotis ipsius Tutricis decurso-
rum, vivente Viro, & ejus proinde debito-
rum hæreditati esset extinctum, ostensum
tamen hodie fuit in facto, quod erat satis vi-
gens, & pręcognitum ipsi Mulieri, dum ip-
samet dedit suis filiis pro eodem credito in
solutum duo rubra terreni, ut in *Summar.*
23 *n.14.*, in quo etiam *sub nu.15.* ostenditur,
existisse, & alia credita in hæreditate, itaut
redeat hic quoque pręsumptio illa possibilis
aliorum plurium creditorum existentiæ,
quæ, & in hac parte negativæ probationem
excludat, *juxta authoritates superius alle-*
gatas, cum quibus concordat *Rota in Roma-*
na Cambii 19. Januarii 1705. §. Istaque cor.
bon. mem. Muto.
24 Posita autem evidenti huius inventarii tu-
telaris inefficacia, inutiliter iterum suadere
conabantur Dionysii, quod saltem sufficiens
probatio quantitatis bonorum hæreditario-
rum sui Patris deduci posset ex utriusque
inventarii combinatione, tum scilicet dicti
Tutelaris, tum alterius hæreditarii ex post
per Tutricem co fecti saltem ex regula,
quod *singula, quæ non prosunt, unita ju-*
vent. Cum enim, & illud indubitanter sit
nullum, utpote consimilibus laborans defe-
ctibus, quod amplius inquirere opus non
est, dum postquam fuerunt canonizati in
Decisione dici 22. Martii 1715. cor. R. P. D.
meo Foscaro, admissi sunt ab ipsis Fratribus
de Dionysiis, qui idcirco convolarunt ad
petendam adversus d. inventarium restitu-
tionem in integrum, nullo modo jungi pos-
sunt hujusmodi genera documentorum pro
astruenda valida, & sufficienti probatione,
25 quia tunc quidem *singula, quę non prosunt,*
unita juvant, quando singula in genere suo
perfecta sunt, non autem quando singula sunt
vitiosa, & in genere suo imperfecta, ut per
Text. in §. Ex eo instit. quib. mod. testam. in-
firm., declarat dictam regulam *Barbos in tra-*
ctat. var axiom.209. num.2., Menoch de præ-
sumpt. lib.3. præsumpt.39. nu.6., Rot. dec.821.
n.5 cor. Merlin., & late *dec.1724. n.6. & seq.*
cor. Coccin.
26 Parique facilitate ostenditur inefficax con-
junctio hujusmodi inventariorum, & præ-
sertim Tutelaris cum redditionibus rationis
factis sub annis 1676. & 1679. ad formam
Statuti Jocalis à Tutrice coram Prætore, &
Consanguineis. Ut enim optimè respondit
prima hujus causę *Decis. §. Absque eo quod*,
fuerunt hujusmodi redditiones factæ, nemi-
ne citato, & cohærenter ad idem Tutelare
inventarium, quod sicut nullum est, &
informe, dubitari non potest, quin infor-
mes, & nullæ ad effectum, de quo hic agitur,
dicendæ sint etiam dictæ rationum redditio-
27 nes, quia si corruit inventarium, quod est
Caput, & Basis redditionis rationis, corrue-
re necesse est etiam redditionem rationis ei-
dem accessoriam, neque majorem illa fidem,
ac ipsum inventarium obtinere potest, ad
Text. in cap. accessorium de regul. jur. in 6.
Rota

Rota dec.454.n.8., & dec.709. n.25.p.18.rec.

28 Demum nullo modo immorandum esse esse Domini censuerunt in examine calculi debitorum hæreditariorum sui Patris, quem exhibebant Dionysii ad ostendendum, impares esse potuisse vires illius patrimonii pro iis dimittendis, & concludendum, se tam graviter lęsos ex ejus hæreditatis aditione remanere, ut petitam in integrum restitutionem omnino promereantur. Quandoquidem ad effectum ostendendi, ut par erat, necessarium læsionis requisitum, satis non erat ostendere debita hæreditaria, licèt majora fuissent in duplo, nisi etiam coarctetur quantitas bonorum hæreditariorũ, quibus asserta debita contraponi possint, ut inde non minus Status passivus hæreditatis resultet, quàm activus; id quod *ex suprà firmatis*, cum nul-
29 lo modo explere valeant Dionysii, semper redit illud principium, quod lęsionem non probant, & in suæ petitionis principali fundamento deficiunt, neque ad petitum remedium admitti possunt, ex deductis tam in memorata *Decisione R. P. D. mei Foscarì* §.*Tum etiam*, quam in *prima* huius instantiæ *coram Me* §.*Et primo quidem*, & late *in Asculana restitutionis in integrum 23. Aprilis* 1714. §.*Tantoque magis*, & §.*Nec facilè* pariter *cor. Me*.

Et ita in *tertia Causa propositione*, *omnibus Dominis suffragium ferentibus*, & utraque parte informante resolutum fuit &c.

SPOLETANA PECUNIARIA.

Veneris 14. Martiè 1719.

ARGUMENTUM.

Emptor rei, cuius pretium non solvit, ad sui exonerationem non potest imputare aliquas solutiones huiusmodi contractui praecedentes, ex quo istæ de sui natura ad aliquam aliam causam referendæ forent. Socius de re sociali neque potest debitor constitui, nisi prius partitæ negocii, & computa dispungantur, & reliqua huius decisionis declarat sequens

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur, quando appellans, infra annum non citavit* ad dicendum contra commissionem, *& infra biennium, acta non transportavit.*

2 *Amplia, quando acta transportantur virtute rescripti Signaturę* -- de præfixione termini -- *pro moderatione inhibitionis.*

3 *Restitutio in integrum sine læsione non datur, istaque à validitate, & justitia sententiæ excluditur.*

4 *Apoca obligatione Camerali munita, paratam habet exequutionem.*

5 *Obligatus solidaliter cum altero, totum solvendo debitum pro medietate proprium solvere dicitur.*

6 *Solutio facta ab emptore unius prædii, & ante illius emptionem favore venditoris non*

refertur ad causam istius, sed ad causam debiti anterioris, & vide casum.

7 *Creditor venditoris non pręsumitur, qui eidem venditori rei emptę pretium se soluturum promisit, & suum creditum compensare noon curavit.*

8 *Socius non potest societatis debitor describi ante computorum dispunctionem, & redditionem rationis.*

9 *Amplia, si ille edoceret se plures summas in eadem societate erogasse.*

10 *Solutio facta à servo censetur pro Domino, deque istius pecuniis, cum summam solutam aliunde habuisse non pręsumatur.*

11 *Obligatio conditionalis, & à computorum revisione dependens, istis non dispunctis, non est exercibilis, nec credito liquido contraponitur.*

12 *Fructus semper debentur venditori rei fructiferę in casu retardatę solutionis.*

DECISIO MCIX.

AD implementum ejus obligationis, quam in se assumpserat Gelius de Parentiis in emptione Casalis Villæ Uncinani, dimittendi scilicet pro rata scutorum mille tot illorum de Corvis Venditorum Debitores infra sex menses, & pro alia ejusdem summę rata alios consimiles Debitores infra annum, petiit post quadriennii lapsum Philippus de Corvis unus ex Venditoribus judicialiter coram Vicario Generali Spoleti, assumptaque coram isto plurium partitarum inspectione, quas reus conventus allegabat sibi bonificandas in ejusdem obligationis adimplementum, non obtinuit Actor relaxationem mandati, nisi pro scutis 983., illorumque fructibus ad formam Apocæ venditionis; idemque censuit bon. mem. A.C. Gomez, qui in gradu appellationis exequi decrevit d. mandatum Judicis de Partibus.

Reclamante usque de anno 1708. in Signatura Justitiæ adversus hæc judicata Gelio de Parentiis, rescriptum prodiit --*sine præjudicio quoad scut.343., in reliquis alteri, qui ad legitimam*-- Ad cujus formam pacificè successivè solvit dicta scuta 343., pro quibus pręservata, & canonizata fuerat mandati ęxecutio. In reliquis verò ob neglectam usque ad hæc tempora appellationis prosecutionem, decretum A. C. transitum fecit in rem judicatam; cujus examen, cum in nostro Auditorio assumendum esset, causa mihi commissa, dedi dubium -- *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum*, fuitque Gelio non comparente responsum *Pro Corvo informante*.

1 Constitit namque de re judicata, quia post commissam Causam à Signatura Justitiæ sub anno 1708. Gelius appellans, neque infra annum citavit ad dicendum contra commissionem, neque infra biennium transportare
2 curavit Acta, sed solum hęc explevit vigore pręfixionis termini pro moderatione inhibitionis post decennium, quo casu rem judicatam subortam fuisse communiter Doctores

tradunt ex *Text. in cap. sit Romana de appellat.*, & *Auth. si qui de tempore appellat.*, & *Rot. in Pampilonen. decimar.* 11. *Maii* 1703. §. *Siquidem cor. bon. mem. Muto*, & *in Cavallicen. Vintenni* 9. *Aprilis* 1716. §. *Res enim*
3 *cor. Me*, neque locus esse potuit è contrario in integrum restitutioni, quippe quia non datur sine læsione, quæ tamen in præsenti ex validitate, & justitia Judicatorum excluditur, juxta *Tex. in cap. 1. de in integr. restit.*, *Rot. dec. 89. n. 5. cor. san. mem. Alexan. VIII.* cum aliis *in Romana, seu Veliterna successionis super reservatis 16. Ianuarii proximè præteriti* §. *Prolapsa cor. R. P. D. meo Foscaro*, & *in Romana Pecuniaria 13. Ianuarii hujus anni* §. 1. *cor. eodem.*

Validitas autem non impugnabatur, &
4 justitia resultabat ex apoca venditionis memorati Casalis Camerali obligatione munita, in qua litterale erat onus assumptum per emptorem ex pretio stabilito in sc. 2025. dimittendi debitores Philippi, Antonii, & Geliæ de Corvis venditorum infra annum, itaut elapso præfinito tempore, & non docto de integrali adimplemento, dicatur factus locus stipulationi, & jure merito mandatum relaxatum fuerit, *Rot. dec. 183. n. 1*, & *seqq. post Cenc. de Cens.*, *dec. 47. nu. 2.* & *3. coram Emer. jun.*, & *in Spoletana Census 2. Iunii* 1709. §. *De validitate coram bon. mem. Molines.*

Absque eo quod in diminutionem debiti, seu promissi adimplementi calculari possent favore Parentii plures partitæ, alias ab eo deductæ. Quandoquidem singulas percurrendo constabat ex iis non esse bonificanda, nisi scuta 469. 32. jam ultro ab Actore admissa. Prima siquidem respiciens Censum cum Massa Puellarum Spoleti calculari favore Gelii quoad sortem non poterat, nisi pro
5 medietate, quia cum fuisset à Philippo Corvo *insolidum* impositus cum ipso Gelio Parentio, iste illius sortem restituendo pro medietate debitum proprium dimisit, *Bald. in leg. si in rem 12. n. 1.*, & *seq. Cod. si cert. pet.*, *Rot. post Salgad. in Labir. dec. 191. n. 7.*, & *dec.*
6 135. *n. 18 p. 16. rec.* Quo verò ad fructus juxta solutiones adductas, nulla quantitas bonificanda erat, quia cum sint anteriores venditioni Casalis de cujus pretio agitur, referendæ sunt in satisfactionem portionis eorum fructuum, qui ab eodem Gelio uti Correo solvi debebant, ut prosequitur *Rota d. dec. 191. n. 8. post Salgad.*, & *dec. 386. num. 3.*
7 *p. 16. rec.*, alias enim si solvisset portionem debitam à Corvo venditore, id opposuisset in emptione ejusdem Casalis, nec se totius pretii debitorem constituisset, *Rot. dec. 148. n. 11. p. 16. rec.*

Hoc ipsum procedit quoad secundam partitam alterius Census cum Congregatione S. Philippi Nerei sub eadem solidali utriusque obligatione contracti, demptis ulterius favore Corvi scut. 25. supra suam medietatem solutis; itaut junctis simul hisce partitis pro medietate constituatur d. summa scutor. 469. 32. quam diximus admitti, & reliqua medietas è credito Gelii excludatur.

8 Tertia partita scutorum 528. solutionis factæ pro Appaltu subsidii Triennalis à Francisco Maria Terrano, qui jura cessit Gelio, ne quidem poni potuit in istius exonerationem, quia cum Appaltum d. Subdii insolidum pariter susceperint, & administraverint Gelius Reus, & Philippus Actor, non potest inter ipsos creditum, aut debitum constitui, nisi prius reddita de rebus socialibus ratione, & facta computorũ discussione, ad *Tex. in l. de illo ff. pro socio*, *Rot. dec. 148. nu. 9. post Merlin. de Pignor.*, & *dec. 648. n. 5. cor. Card.*
9 *Cerro*, maximè quia docet etiam Philippus se plures summas pro eadem societate solvisse, itaut contingere possit, quod in computorum solidatione potius sit Creditor, quam Debitor, ut observat in proposito *Reverendissimus Decanus de Commerc.* & *Mercat. disc. 38. n. 3.*, & *seq.*
10 Non obstat, quod solutio facta fuerit à Terrano, qui non erat socius, satis enim est quod esset Parentii socii famulus, ut censeatur solvisse pro Domino ex præsumptione, quod aliunde summam solutam habere non posset, *Rot. dec. 714. n. 11. cor. Merlin.*, & *decis. 673. n. 12. p. 11. rec.*, dum præsertim solvit pro persona nominanda, & subinde loco nominationis explevit cessionem favore sui Domini.

Quarta scut. 494. 40. proveniens ex Censu majoris summæ assignato Baroni Decio Ancaiano, & juxta obligationem Philippi Actoris rebonificando, excluditur eodem modo,
11 quia dicta obligatio est conditionalis, quatenus nempe in revisione computorum Appaltus supramemorati remaneret debitor idẽ Philippus; unde non facta tali computorum revisione remanet incertum, utrum ista partita debeatur, nec potest contraponi Credito pretii Casalis satis liquido, & undique certo, ut firmat *dec. 356. n. 3. cor. Cerro.*, *dec. 215. n. 1.* & *3. p. 18. rec.*, & passim alibi.

Quinta demum solutio facta Vannuccio, uti Creditori scut. 288. 90. non meretur adduci, dum non docetur ullo modo, quod competeret eidem Vannuccio tale creditum contra Venditores.

His partitis exclusis Creditum Philippi Actoris pro pretio Casalis venditi non soluto, neque in dimissionem Creditorum erogato, nedum remanet in solis scut. 983. pro quibus idem Actor mandatum reportaverat, sed in longe majori summa, juxta calculum aritmeticum relat. *in Summ. Informantis num. 2.*, & ideo mandatum illius favore relaxatum pro tali summa est undique justum.
12 Prout etiam aliud pro fructibus proportionabiliter debitis, illi enim semper debentur Venditori rei fructiferæ in casu retardatæ solutionis pretii, ex *Text. in l. curabit Cod. de Act. empti*; ne interim Emptor cum illius iactura rem & pretium retineat, *Rot. dec. 69. n. 1. cor. Emer. jun.*, *dec. 161. n. 10. p. 17. rec.*, & *in Pisauren.*, *seu Bononien. Pecuniaria 7. Iunii* 1706. §. *Creditum cor. Me*, & *in Eugubina*

Bonor.

Bonor. super primo dubio 8. *Martii* 1709. §. *Iam verò coram Eminentiss. D. Cardin. Polignac.*

Et ita Actore tantum informante responsum fuit &c.

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI DE GILIOLIS.

Lunæ 27. *Martii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 7. Martii 1718.

Alienatio prædii fideicommissarii pro dimittendo ære alieno ab eodem fideicommittente contracto præviis omnibus Statutariis solemnitatibus per Tutorem pupilli nomine expleta, à Successore in eodem fideicommisso in discrimen revocari non potest, maxime post lapsum centum annorum, qui idem prædium possidenti meliorem titulum de mundo præbet, & postquam ex tali actu illud idem de uno in alterum possessorem bona fide transitum fecisset.

Tutor pro solvendis collectis pupilli bonis infixis aliquod ex istis capitale tutò alienare potest, quando fructus eorumdem de tempore huius solutionis faciendæ sufficientes non fuissent.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum non potest adversus creditores ejusdem fideicommittentis allegari.*
2 *Bona fideicommittentis alienata pro dimittendo ære alieno ab eodem contracto fiunt libera.*
3 *Contractus non potest de nullitate redargui in judicio immissionis adversus possessorem pro se centenariam habentem, & extra judicium rescissorium ejusdem.*
4 *Centenaria meliorem de mundo titulum possidenti præbet.*
5 *Amplia quando centenaria à re judicata robur etiam assumeret.*
6 *Res judicata validissimum præbet titulum, & impugnari nequit, nisi prius restitutio in integrum reportetur.*
7 *Contractus initus cum omnibus Statutariis solemnitatibus, & Iudicis decreto roboratus, omnem boni juris validitatis, & justitiæ, præbet præsumptionem, donec causæ falsitas per univocas, & concludentes demonstrationes probetur.*
8 *Facultas data à Testatore limitate ad multiplici administrationem, ad generalem totius axis hæreditarii ingerentiam non extenditur.*
9 *Tutor habet mandatum à lege indultum cum libera facultate alienandi res pupillares ex causa necessaria, & pupillo utili.*
10 *Instrumentum publicum facit probationem probatam de contentis in ipso.*
11 *Interpellatio facta per Tutorem consanguineis ad interessendum contractui pupillari facit præsumere eosdem recognovisse necessitatem, ob quam Tutor ad actum devenit.*
12 *Amplia, ut opus non sit, quod de ista recognitione fiant acta judicialia, cum extrajudicialis sufficiet informatio.*
13 *Alienatio bonorum immobilium pupilli pro dimittendo ære alieno à Patre contracto per Tutorem, cum Iudicis decreto facta, præsumitur causa cognita, & utili*; amplia, ut in num. seq.
14 *Contractus à Tutore gestus, ut ex læsionis capite rescindatur, requiruntur probationes urgentissimæ obiectam læsionem præseferentes.*
15 *Pretium rei post decennium diminuitur.*
16 *Diminutio pretii, & rei valoris mutatio ex periti relatione probantur.*
17 *Creditum dotis non dicitur illiquidum, ex quo mulier fructus hæreditarios viri percepisset, quando pro vero, liquido, & claro fuisset ab Arbitris recognitum, & declaratum*, amplia ut in num. 19.
18 *Factum Tutoris post centum annorum lapsum non potest de læsione redargui.*
20 *Laudum in antiquis necesse non est, quod exhibeatur, ut præsumatur extitisse, sed sat est, quod per enunciativam in actu serio, & proportionato emissam illud promulgatum fuisse probetur.*
21 *Creditor exequutive agit adversus fideicommissum, quando haberet exequutive obligatum creditorem ipsius fideicommissi.*
22 *Exceptio, cuius veritas in obscuris lateat centenariæ antiquitatis, rejicitur.*
23 *Amplia, quando contra se urgentes præsumptiones haberet.*
24 *Hæres non præsumitur se immiscuisse in administratione multiplici per Testatorem ordinati, cuius curam certæ distinctæ personæ iste commisisset.*
25 *Compensatio crediti unius non datur cum credito alterius personæ distinctæ.*
26 *Amplia in præiudicium tertii habentis obligatum dictum creditum alterius.*
27 *Livellarius non tenetur pro debito campaticorum & onerum Cameralium pro prædiis distinctis ab iis, quæ sibi ad livellum fuissent concessa.*
28 *Onera Cameralia afficiunt etiam bona fideicommissaria, illorumque exactores nomine Cameræ istis potiri libere possunt.*
29 *Tutor potest alienare bona fideicommissaria pupilli pro solvendis Collectis Cameralibus*, amplia ut in num. seq.
30 *Tutor, ut redarguatur ex quo solvisset Collectas Camerales pupilli bonis infixas cum proprietate alicuius corporis fideicommissarii, & non cum fructibus bonorum, opus est, ut probetur de tempore secutæ solutionis tot fructus extitisse, adeout proprietatis alienatio fuerit superflua.*

DECISIO MCX.

Petitam à Comite Almerico iuniore de Giliolis Immissionem ad Prędium *del Serraiolo*, quod possident ex persona Margaritæ Fieschæ

Fieschæ Comites de Elphantutlis, vigore fi-
deicommissi conditi ab Almerico seniore
ejusdem familiæ, plures Judices in Partibus
modò pro majori, modò pro minori parte
concesserunt, donec re delata ad nostrum
Auditorium, datoque corā Me congruo du-
bio -- *An constet de re judicata, seu potius
de causis restitutionis in integrum, & ad cu-
jus favorem, & an respectivè danda sit im-
missio* penitus illam Domini rejecerunt edi-
to responso *in omnibus* favore Comitum de
Elephanturiis Possessorum, *juxta decisionem
diei 7. Martii superioris anni* 1718.

Adversus quam concessa de more nova au-
dientia plures in Causæ repropositione ad-
ductæ fuerunt exceptiones, quibus nondum
purificatis in Rota diei 12. Decembris proxi-
mè præteriti nulla capta fuit resolutio; ho-
die vero, quia insubsistentes compertæ sunt,
Causa super eisdem novo examini subjecta,
dictum fuit -- *Standum esse in decisis.*

1 Porro inutilis erat actio Comitis Almerici
vigore fideicommissi, & legis finalis adver-
sus prædium controversum, quando jam istud
ex contractu legitimè gesto usque de an. 1600.
totaliter exiverat, & abstractum fuerat à fi-
deicommisso ratione debitorum ejusdemmet
2 fideicommittentis, pro cujus ære alieno di-
mittendo alienatum fuit, argumento *Text.
in l. Mulier §. Cum proponeretur ff. ad Tre-
bell.*, aliasque auctoritates plenè allegatas in
decisiono quæ revidetur §. *Ratio autem cor.
Me* Posito namque quod prædium in hujus-
modi contractu libertatem acquisiverit, de-
ficiebat Actor in necessariis requisitis pro ex-
postulata immissione, & competebat è con-
trario Possessoribus retentio ex juribus eo-
rumdem Creditorum, in quibus illud ante
hujusmodi contractum, & alienationem jam
obligatum erat, juxta ea, quæ latè ponderat
in proposito *Rot. in Nursien. seu Sabinen.
Bonorum* 12. *Januarii* 1718. §. *Sive enim
cor. Rmo D. meo Ansaldo Decano.*

Absque eo quod prodesse ullo modo va-
luerit Actori duplex exceptio; prima nem-
pe, quod alienatio prædicta anni 1600. fuerit
nulla; secunda quod hujusmodi credita, pro
quibus facta fuit, non subsistant, & ideo li-
beras ipse ædes habeat prædium controver-
sum vindicandi vigore fideicommissi, & un-
dique claræ actionis sibi competentis.

3 Enim quantum attinet ad alienationis nul-
litatem, ponderabant Domini, quod illa al-
legatur modò non in judicio contractus res-
cissorio, sed in summario immissionis contra
Reum possidentem ex isto contractu inito
jam à centum, & decem novem annis, in
modum ut videatur exinde per indirectum
proponi infractio, & revocatio actus per
centenariam, & ultra observati, & habentis
omnimodam præsumptionem justitiæ, & va-
liditatis, cujus virtute transfundi non dubi-
tatur in Actorem onus concludenter con-
4 trarium demonstrandi, cum cæteroquin fa-
vore centenarii possessoris omnia jura cla-
ment, eique subveniant, supplendo quatenus
etiam opus sit titulum meliorem possidendi,
ut aliàs firmavit *Rot. dec. 152. n. 17. & seq. us-
que ad 23. p. 17. rec.*, & cum aliis punctualiter
in Romana Casalis Massæ 12. *Decembr.* 1712.
§. *Neque obstare & seqq. cor. Emo D. Cardi-
5 nali Scotto*, & multo fortius dum habet ille
centenarius possessor pro se non solum tran-
sactionem subinde initam anno 1600. secutæ
alienationis confirmatoriam, sed etiam rem
judicatam subortam ex sententiis jamdiu la-
tis de anno 1638. & 1639. in Tribunalibus
Venetis, ubi deducta fuit hæc ipsa nullitas
alienationis factæ anno 1600. per legitimum
Contradictorem, qualis erat. Alphonsus tunc
fideicommissi possessor, itaut resistat quoque
propositæ actioni res judicata ex post tanto
tempore non minus pacificè observata, ex
6 qua nova validitatis, & justitiæ præsumptio
supra aliam cumulatur, & quam nisi prævia
in integrum restitutione, & transportatis di-
cti judicii actibus, impugnare non licet, ut in-
quit in proposito *Rot. dec. 343. nu. 11. coram
Emerix jun.*, *dec. 542. n. 5. p. 19. rec. tom. 2.*, *in
Romana fideicommissi* 26. *Martii* 1708. §.
Verum, *& in Romana immissionis* 13. *No-
vembris* 1709. §. *Nihilominus cor. Rmo P.
D. meo Aldrovando.*

Quibus ita positis necesse sane non fuisset
ulterius progredi ad ipsius contractus spe-
7 cialem discussionem, ut tamen tutiori etiam
pede ad excludendas oppositas modo nulli-
tates procederent, superaddebant Domini,
quod ex publico illius instrumento constat
ritè, & rectè factum fuisse servatis omnibus
iis, quæ de jure, & ex Statutis Ferrariæ ser-
vanda erant: cum interventu nempe & ap-
probatione Trevisani Tutoris Testamentarii
Alphonsi, & Joannis de Giliolis hæredum
Almerici fideicommittentis, cum participa-
tione, & assensu tunc Comitis Scipionis pa-
riter de Giliolis unius ex Commissariis, seu
Executoribus Galeatii dictorum Pupillorum
Patris, tum etiam Serenissimæ Ducissæ Fer-
rariæ Executricis suæ voluntatis cum am-
plissima facultate ob eodem deputatæ, & de-
mum Judice Causa cognita decretum inter-
ponente, & Proximioribus interessentibus,
& contractum omnibus univocè approbanti-
bus; in quibus sanè terminis etiam in contra-
ctu de recenti tempore inito omnis militaret
præsumptio tum pro veritate causæ, tum
pro utilitate fideicommissi, aut necessitate
ita procedendi, tum pro cæteris omnibus in
eodem instrumento gestis, & narratis, do-
nec è contrario falsitas, & insubsistentia per
univocas, & concludentes demonstrationes
ostenderetur, ad *Text. in l. & si Præsul. Cod.
de præd. & reb. minor.*, *Rot. dec. 217. nu. 2. post
Pacific. de Salvian. dec. 149. nu. 19. & 20. post
Constant. ad Stat. Urb.*, *& in Perusina Pecu-
niaria* 16. *Martii* 1714. §. *Imo cor. R. P. D.
meo Falconerio Urbis Gubernatore.*

Tales utique non erant eæ demonstratio-
nes, quæ in præsenti à Comite Almerico de-
ducebantur, cum potius è converso omnes ab
asserta quavis falsitate vindicarentur. Quod
enim

8 enim non posset Trevisanus uti Tutor bona
fideicommittentis distrahere, frustra inde
eruebatur, quod idem fideicommittens pro
explendo multiplico librarum 47.mil. certos
Commissarios deputasset, nempe Serenissi-
mam Ducissem Estensem, & ipsa non accep-
tante, vel decedente Episcopos pro tempo-
re Adrien., & Ferrarien. Quoniam horum
Commissariorum facultates restricte legun-
tur in Testamento ad certum effectum cu-
randi multiplici, non autem ad alios univer-
salem assis fideicommissarii administrationē
respicientes, ideoque uti limitate tantum
cencellæ præter id, quod circa multiplicum
versabatur, non extenduntur, & in reliquis
remanet plena potestas penès hæredem, *Ca-
sanat.conf.29.n.7.,Carp.de exec.testam.lib.3.
cap.3.à num.1.ad plur.seq.,Thomat.eod.tract.
tit.1.nu.1.,& seq.,Rocc.disput. iur. cap.102.
n.8.& seqq.,Rot.dec.1048.n.6.cor.Seraphin.,
& dec.179.n.3.cor.sau.mem.Greg.VI.*, itaut
9 cum hæredes essent Pupilli, non ad dictos
Commissarios eorum contractū auctorizare
spectaret, sed ad Tutorem, qui solus manda-
tum habet à lege *cum libera*, & servatis so-
lemnitatibus alienare potest ex causa neces-
saria dimittendi æs alienum bona Pupillo-
rum, ad *Text. in l.1.ff.de reb.eorum &c.Ur-
ceol.consult.55.n.19., Gobb.consult.71. n.10.,
& seq., Rot.dec.396 n.6.& 7.p.15.rec.*

Nec validius argumentum erat illud, quod
eruebatur ex omissa Judicis informatione
circa qualitatem prędii alienandi, quod nem-
pe illud fuisset à Testatore concessum Ludo-
vico Fiescho emptori ad livellum pro annuo
canone scutorum tercentum, & adiecto pa-
cto, quod francari non posset, nisi pro pre-
tio librarum 24.mil. Inde duplex obiectum
inferendo nullitatis primum ratione omissæ
istius expositionis Judici, & secundum ratio-
ne utilitatis fideicommissi, & pupillorum,
quibus consultius fuisset vel alienare cano-
nem, vel curare affrancationem.

Neutrū tamen subsistere DD. censuerunt,
quippe quia quod non solum Judici, sed etiā
Consanguineis, qui contractui intervene-
runt, & quibus tamquā proximioribus agnatis
vocatis ad fideicommissum intererat illius
quo magis poterant curare indemnitatem,
fuerit satis candidè exposita qualitas prædii
10 testatur instrumentum publicum, ut sæpè
diximus, & solemne, quod plenam, & su-
perlativam probationem constituere dubita-
11 ri non potest, *ex vulgatis iuribus*, habita-
que per Judicem, & Consanguineos huiusmo-
di scientia, præsumptio statim altera super-
additur, quod etiam recognoverint necessi-
tatem deveniendi ad alienationem prædii
12 potius quàm canonis, non enim opus est,
quod de ista cognitione fiant acta, sed suffi-
cit extraiudicialis informatio, ut advertit
*Constant.ad Stat.Urb.annot.25.n.106.,111.,
& 113., Rot. dec.168.n.1.& seq., & dec.345.
n.4.pariter cum seqq.p.4.rec.tom.1.* Quæ qui-
dem in præsenti casu habita fuit à Judice cū
participatione proximiorum pupilli satis di-
ligens *visis videndis, & omnibus maturo
consilio ponderatis*, ut in eodem legitur in-
13 strumento. Quod si itaque his pręhabitis
tam à Judice pro sui officio legitimo tantum
actui, & valido decretum interpposituro,
quàm à proximioribus habentibus inter-
esse ex eorum vocatione in ipso fidei-
commisso conclusum fuit non posse minus
damnosum pupillis fieri contractum pro ære
alieno dimittendo, quàm prędii controver-
si alienationem, non est cur hodie post tot
personarum mutationem, tantique tempo-
ris lapsum curet modernus Successor in eo-
dem fideicommisso non ostendendo quomo-
do posset cogi Livellarius ad francandum,
neque probando promptam occasionem ven-
dendi potius eodem pretio canonem, con-
tractum adeo solemnem infringere per pos-
14 sibilitates, & discursus, sed requiritur, quod
reales, & præcisas probationes afferat, undè
constet minori damno pupillorum potuisse
urgentiæ Creditorum occurri, *Constantin.
loc.allegat.num.111., Rot.post Pich.ad idem
Stat.Urb.dec.47 n.11.cor Bich.dec.58. n.10.,
26., & 27., & in Perusina Pecuniaria 16.
Martii 1714. §. Comprobata coram R.P.D.
meo Falconerio Urbis Gubernatore.*

Neque ullum pupillorum damnum adfuis-
se in isto contractu contendi potest ex eo,
quod prędium venditum fuerit longe mino-
ri pretio, quàm conventa fuisset illius af-
francatio in antecedenti concessione ad li-
vellum facta à fideicommittente. Siquidem
15 conventio ista inita fuit anno 1590., & alie-
natio successivè facta extitit anno 1600., &
sic post decennium, quo sane temporis de-
cursu nemo non dubitat potuisse pretium
diminui, ex *Text.in l. pretia rerum ff. ad l.
falcid., Rot.in Ariminen. legitimæ 8.Ianua-
rii 1714 §. Neque & §. Absque eo quod cor.
Me* cum concordan. in *Decisione* quæ revi-
16 detur §.*Quod si*, prout de facto diminutum
fuisse probat relatio tertii Periti in discor-
dia duorum præcedentium electi, dum præ-
sertim fideicommissarius in successivè inita
transactione alias recepit libras 4000., qui-
bus ad omne peius censeri debet deventum
fuisse ad congrui, iustique pretii, si primum
fortasse non erat tale, supplementum, circa
quod non tenebatur Sebastianus transigens
curare de investimento, prout iterum oppo-
nebatur, quia transactio fuit facta relativè
ad instrumentum livelli anno 1590., in quo
nullum onus iniunctum legitur Livellaris
tali investimenti, prout prosequitur antece-
dens *Decisio §. Posthabita.*

Et hęc quoad contractus validitatem. Non
tamen erat minus evidens etiam subsistentia
Creditorum, pro quibus alienatio facta fuit
iuxta istè firmata in eadem Decisione quæ
17 revidetur. Absque eo quod primum credi-
tum dotis Annæ Trottæ uxoris fideicommit-
tentis nulatenus excludi posset, ex eo quod
ista retinendo mobilia hereditaria, & per-
cipiendo fructus illud reddiderit illiquidū.
Etenim pro illius repetitione institutum fuit in
Judicio

Judicio, initoque compromisso, & hac exceptione non obstante facto per Compromissarios calculo fructuum, & mobilium, & debitorum eiusdem Fideicommittentis per eamdem Annam extinctorum, pronunciarunt Arbitri dotem Annæ adhuc deberi in libris 7650. ideoque si solidatio computorii & laudum huiusmodi non docto de errore, etiamsi res esset recens mereretur executionem, *Rot. in Asculana redditionis rationis super bonis fideicommissariis* 28. *Novembr.* 1718. §. *Præcipuè & seq. coram R.P.D. meo*
18 *Crispo*, quanto minus poterat hodie post sæculi lapsum, & acceptationem factam solemniter à Trevisano Pupillorum Tutore, fideicommissi legitimo Defensore in controversiam revocari, *Rot. dec.* 1620. *nu.* 4. *cor. Coccin., dec.* 16. *n.* 7 *p.* 16., *& dec.* 694 *nu. final.*
19 *p.* 18. *rec.* Quid autem dicendum erit, ubi ulterius præter dictam Tutoris acceptationem. concurrunt ex parte ipsiusmet Comitis Almerici, qui adversus illud insurgit, tot aliæ eiusdem crediti confessiones, de quibus eadem *Decisia* §. *Confirmabat, & seq.*

20 Haud obstante replicatione quod laudum non exhibeatur; satis quippe est, quod adeo distincta, & accurata illius mentio fiat in sæpedicto alienationis instrumento, ut præcessisse illius pronunciationem, atque etiam emologationem censendum sit, cum in antiquis, præcipuè ultra metam, ut hic centum annorum, etiam enunciativa emissa in actu congruo, & proportionato plenam probationem constituat, *Bald in l. cum aliquis n.* 4. *versic. Item Cod. de iur. deliber.*, *Rot. dec.* 747. *n.* 2. *cor. Dunozet. iun.*, *dec.* 636. *n.* 12 *p.* 19. *rec. tom.* 2.

21 Minusque secundum creditum dotis Catharinæ Giliolæ inde excludebatur, quod non pertinuisset illius solutio ad fideicommissum, sed ad Galeatium. Fuit enim in *Decisione*, quæ revidetur §. *Alterum, & seqq.* plene firmatum, quod idem Galeatius erat ipse Creditor fideicommissi, unde Catharina agendo contra debitorem sui debitoris, potuit solutionem sui crediti contra fideicommissum obtinere, ex firmatis *in decis.* 295. *nu.* 3. *p.* 18. *rec.*, *& in Romana Pecuniaria* 14. *Maii* 1717. §. *Iustitia cor. R.P.D. meo Foscaro.*

Quin subsistat ullò modo exceptio noviter deducta, quod filii præfati Galeatii Creditoris fideicommissi tenebantur explere multiplicum ab Almerico demandatum usque ad libras 47. mil., unde cum se immiscuerint in hæreditate, & fructus consumpserint, eo non facto, censeantur compensasse, & extinxisse
22 proprium creditum. Hæc enim exceptio, cuius veritas latet in obscuris *centenariç antiquitatis*, nullæ sicut cæterç. supra relatæ
23 nititur probationi, habetque è contrario plures contra se validas præsumptiones, inde
24 prçsertim resultantes, quod cura multiplici iniuncta fuit à Testatore certis ab ipso designatis Commissariis, & quidem ad effectum erogandi dictum multiplicum, non in debitorum, ut supponitur extinctionem, sed in opera pia; unde oritur argumentum, & quod illi prout debebant multiplicum expleri fecerint, & quod vetuerint hæredibus sese immiscere in perceptione fructuum ad eum
25 effectum destinatorum, & demum quod nullatenus illis licuerit compensare, quia multiplicum erat destinatum favore tertii, nempe Operis Pii à Testatore dictis Commissariis injuncti, & creditum ad hæredes libere pertinebat, itaut non posset dari compensatio de credito unius ad creditum alterius, ad *Tex. in l.* 1. *&* 2. *ff. de compensat.*, *Rot. dec.* 366. *n.* 2., *ibique Adden. litt. A. cor. Gregor.*, *& dec.* 460. *n.* 2. *cor. Emer. iun.*, *& passim*
26 *alibi.* Et multo minus in præiudicium Catharinæ Lolliæ habentis obligatum dictum nomen debitoris, illud vel per compensationem, vel per confusionem extinguere licitum esset, *Salgad. in labyr. credit. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 25. *& seq.*, *Merlin. de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 15. *n.* 2., *Card de Luc de credit. disc.* 40. *n.* 5. *&* 6. *cum seq.*, *Rot. in Romana Salviani* 6. *Decembris* 1702. §. *Praterea cor. bon. mem. Molines, & in Romana Censuum, & Cambiorum* 27. *Martii* 1716. §. *Iustitia cor. R.P.D. meo Cerro.*

27 Superest postremum creditum Campaticorum, & incisionis Padi relatum in eodem instrumento alienationis, & admissum pariter in *decisione*, quæ revidetur §. *Resultat cum seqq.* adversus quod frustra modò obiiciebatur, quod illorum solutio pertineret ad Fieschum livellarium prædii alienati; hoc enim procederet, si actum fuisset de Campaticis, & impositionibus debitis pro prædio dicto Fiescho ad livellum concesso, secus tamen dum debebantur à Pupillis istæ impositiones ratione aliorum bonorum fideicommissariorum, & respectivè hæreditariorum Galeatii Patris Creditoris Almerici fideicommittentis, ut convincitur tum ex instrumento sæpedictæ venditionis, tum ex alio instrumento quietantię exaratę à Quæstori-
28 bus Venetis, quo casu dubitari non potest ad faciendam debitam solutionem, pro qua manu Regia, & nulla attenta oppositione ratione fideicommissi, licuisset Quæstori bo-
29 na Pupillorum occupare, potuisse Tutorem eadem bona fideicommissaria alienare, juxta auctoritates in memorata mea *decisione*
30 allegatas §. *Non attenta*, Nec juvat replicatio, quod dimitti Quęstores potuissent cum fructibus; post enim effectuatam solutionem ex bonis ipsis, onus est allegantis probare fructuum sufficientiam, & existentiam tempore ipso secutæ alienationis, ut in similibus terminis advertit *Rot. dec.* 391. *n.* 4. *cor. Cerr. cum aliis in Romana Immissionis* 13. *Novembris* 1709. § *fin. vers. Dotis cor. Rmo P.D. meo Aldrovando.*

Et ita omissis levioribus, habitaque plenaria in cęteris relatione ad decisionem, quæ revidetur, responsum fuit in secunda Causę propositione, utraque &c.

PISAU-

PISAUREN. IMMISSIONIS.

Lunæ 27. Martii 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 20. Junii 1718.

Immissio clara non retardatur ex titulo possessionis, quam quis super deliberatione nulla fundaret. Ex quibus defectibus deliberatio irrita non remaneat, ex quo per æquipollentes actus possit illis suppleri; & ex quibus affirmativè; inter cætera læsio, & excessus se offerunt, quæ inter nullitates insanabiles numerantur.

Actus nullus, ut approbatus dicatur, scientia nullitatis cum facti, tum juris in approbante requiritur; ex quibus verò aliis defectibus corruat deliberatio, distinctè declarat sequens

SUMMARIUM.

1 *Immissio necessariis verificatis extremis, semper conceditur.*

2 *Immissio clara non retardatur per exceptionem, ex quo quis possideret titulo deliberationis, quando ista vitiosa detegeretur, ac excessu, læsioneque laborans.*

3 *Quod nullum est, nullum validum præbet effectum.*

4 *Deliberatio non irritatur ex defectu citationis* ad videndum subhastari & deliberari, *quando soli defectui per æquipollens fuisset suppletum, hoc est per citationem* ad videndum exponi instrumentum deliberationis *in Curia Urbinaten.*

5 *Amplia, ut neque corruat, ex quo Judex intra brevius tempus terminum ad reluendum coarctasset, quando subhastatio elapso mense, sequuta fuisset.*

6 *Deliberatio irritatur ex affixione edictorum extra locum rei subhastandæ facta, etiam si fuissent affixa in loco peractæ causæ*, & vide rationem.

7 *Amplia, quòd etiam si res subhastandæ in pluribus diversis locis sitæ essent, in qualibet ex eisdem locis edicta essent affigenda, & publicanda.*

8 *Edicta subhastationis affigenda sunt in loco rei subhastandæ tam de jure communi, quàm ex Constitutione fa. me. Pauli V.* n. 71.

9 *Deliberatio ex capite excessus semper irritatur.*

10 *Subhastatio facta sine actu præambulo exequutionis omnino corruit.*

11 *Commissio nova necessaria est Creditori associato ad possessionem prædii ad effectum se satisfaciendi cum fructibus, quando vellet ad actum subhastationis devenire.*

12 *Subhastatio, & deliberatio pro credito turbido, vel illiquido factæ corruunt.*

13 *Census ex parte creditoris semper est irrepetibilis, & cujuscumque compensationis incapax, aut actus, cujus vigore, reluctante debitore, vetita repetibilitas inducatur.*

14 *Exequutio sine relaxatione, & expeditione mandati non datur, neque subhastationis consumptio.*

15 *Consensus debitoris deliberationi nullæ non probatur ex ejus epistolis, in quibus nisi de oblationibus augendis loquatur, nullumque de nullitatibus ex post supervenientis verbum faciat.*

16 *Amplia, quando ex tenore earundem epistolarum scientia de hujusmodi nullitatibus nullibi colligeretur.*

17 *Deliberatio nulla, ut sanata remaneat ex debitoris approbatione, illius scientia de nullitate tam facti, quàm juris in eo requiritur*; amplia ut in num 23.

18 *Testis unicus nil probat, maxime si suæ scientiæ causam non reddat.*

19 *Minor sicuti absque solemnitatibus contrahere prohibetur, ita actui sibi præjudiciali sine illis assentiri potest.*

20 *Transactio erroneo nixa supposito, validitatis nempe deliberationis, quæ de cætero esset nulla, illico ex se, errore detecto, rescinditur.*

21 *Consensus in contractu erroneo dicitur deesse.*

22 *Contractus sine consensu nunquam perficiuntur, & non subsistunt.*

23 *Actus nullus, ut dicatur ratificatus ob aliquo, plena scientia de nullitate tam facti, quàm juris in isto requiritur*, & n. 25.

24 *Amplia, ut neque scientia de actu gesto tantum sufficiat, aut præsumpta, ex generali relatione ad actum resultans.*

26 *Transigentes, quod de nullitate aliqua non cogitaverint, eruitur ex causa finali, quæ eosdem ad transigendum impulsisset.*

27 *Transactio, quæ enormissimam involvat læsionem, omnino corruit.*

28 *Hæres fideicommissarius agens ex propria persona, & ab ejus antecessore independenter, non curat de gestis contra istum.*

DECISIO MCXI.

Immissionem ad prædium *del Taccone* obnoxium fideicommisso Fabii de Biadrinis, quã Sac. Rota die 20 Junii superioris anni Ubaldo Andreæ concesserat ad formam præcedentium Sententiarum Vicarii Generalis Pisauri, & A C. dè Gentilibus, hodie quoque repropofita super iisdem Causa, persistentes Domini *in decisis* concedendam esse
1 censuerunt, cum concurrentibus, ut in præsenti casu, extremis omnibus, de quibus in *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. tollen.* illa denegari non possit, juxta firmata *dec. 159 nu. 1 post Merlin. de legit. dec. 179. nu 3. p. 19. rec.*, *& in reatina fideicommissi de Raucichettis 1. Julii 1718. §. Ut enim &c. cor. R. P. D. Corio.*

Neque ad repellendum Actorem à petita immissione suffragari visi fuerunt duo illi titulii, quibus iterum innitebantur Augustinus, & alii de Lapis memorati prædii possessores, deliberationis nimirum secutæ pro debitis ab eodem fideicommittente contractis, & transactionis initæ inter ipsos, & Ubaldum

Andream cum renunciatione juribus ex fi-
deicommisso isti competentibus. Quando-
quidem utrumque fundamentum intrinse-
cis inspecta sui natura ita corruebat, ut ne-
que deliberatio ullam pareret legitimam
Reis exceptionem, neque transactio ullum
obstaculum proferret Actori, quin etiam fa-
ctum proprium, velut erroneum, & nullum
pro sui libito impugnaret.

2 Quantum attinet ad deliberationem, illa
quidem pluribus tum nullitatum, tum ex-
cessus vitiis laborabat jam in præcedenti de-
cisione firmatis, ut ideo nullius efficaciæ
redderetur ad arcendum Actorem ab inten-
tata immissione, aut Reos in sua possessione
3 confovendos, quia quod nullum est, nullum
progignere valet effectum, ad *Text. in l. ejus
qui in Provincia ff. Si cert. petat.*, *Rot. decis.*
576. *n.* 10. *&* 11., *cor. Cerr. dec.* 392 *n.* 1. *coram
Emerix jun. dec.* 313. *n.* 17. *p.* 19. *rec.*, *& in Vi-
terbien. Salviani* 16. *Aprilis* 1706. §. *In præ-
senti cor. Rmo P. D. meo Ansaldo Decano.*

4 Et quamvis in præsenti dubitari posse vi-
sum fuerit de iis nullitatibus, quæ deductæ
fuerunt ex omissione citationis ad videndum
subhastari, & deliberari, & ex brevitate
temporis concessi ad reluendum, quia prima
salvari fortassè posset per æquipollentem ci-
tationem ad videndum exponi instrumentũ
deliberationis, juxta stylum Curiæ Urbina-
ten., & tradita per *Mangil. de subhast. qu.* 3.
n. 3 *& seq.*, *Gratian. discept.* 375 *n.* 1. *& seq.*,
Rot. dec. 34. *n.* 16. *penès Posth. de subhast.*, *&
dec.* 56. *nu.* 2. *cum seq ad Card. de Luc. de Dot.
5 lib.* 6. Seconda verò sanata videretur ex eo,
quod in effectu tamen deliberatio facta fuit
nedum post 30. dies à præfixione termini de-
cursos, sed etiam post elapsos fere tres an-
nos, quo casu etiam si Judex minorem termi-
num assignaverit, quam par esset ad reluen-
dum, conqueri tamen non potest delibera-
tionem passus, quin satis congruo cæteroquin
gavisus fuerit juxta firmata in *dec.* 64. *n.* 5. *&
seq.*, *ac dec.* 226. *n* 9 *&* 10. *apud citat. Posth. de
subhast*, *dec.* 237. *sub n.* 12. *& seq. p.* 15., *& dec.*
12. *n.* 11 *& seq. p.* 18. *rec.*

6 Adhuc verò insanabilis visa fuit ea nullitas
quæ profluebat ex omissa edictorum affixio-
ne in districtu, aut Civitate Pisauri, ubi sita
erant bona deliberanda; nequa satis esse po-
tuit illorum affixio in loco facti judicii, nem-
pe Urbini, quia cum ista solemnitas ad eum
introducta sit finem, ut facilius emptores ad
offerendum accurrant, & ideo certiores red-
dantur de facienda sub hasta publica vendi-
tione, non poterit hujusmodi finis uberius ad-
impleri, quàm affigendo edicta in loco ipso
rei sitæ, cum verisimile sit, quod ibi facilius
inveniantur emptores, & oblatores, quàm
alibi, præcipue propter affectionem vicino-
rum, quia sæpe confines fundos etiam supra
justam æstimationem nostra interest acquire-
re, ita inquit *Posth. de subhast. inspect.* 29.
n. 48. cum quo concordant *Rebuff. de præcon.
licit.*, *& subhast. art.* 1. *gloss. a. n.* 6., *Sol. ad de-
cret. Saband. lib.* 3. *de form. & ord. observan. in
pignorat subhast.*, *& deliberat. bonor. stabil:
glos.* 1. *n.* 14., *Glussian. de dation. in solut. cap.*
15 *n.* 226. *Iodocus Dembouderius Brugen de
subhast. cap.* 3. *num.* 14. *& seqq inter Tractat.
Magn. tom* 6. *p.* 1. *fol.* 79., *& Niger eod. tract.
7 cap.* 2. §. 4. *n.* 15. *&* 16., itaut si in pluribus lo-
cis res subhastandæ sitæ sint, in quolibet lo-
co ipsa banna, & edicta emittenda, & pu-
blicanda sint, *Rebuff. de præcon. licit. & sub-
hast. art.* 7 *gloss.* 1. *nu.* 5., & prosequitur *Post.
ubi supra num.* 47.

Non attenta responsione, quod ista nulli-
tas inducta solum fuerit ex particulari Con-
stitutione fa. me. Pauli V. *la* 71. pro reforma-
tione Tribunalium Urbis, qua demandatur
in subhastatione facienda vigore mandatorũ
Curiæ Romanæ esse necessariò affigenda
edicta pro inveniendis Oblatoribus in parti-
bus ubi sita sunt bona deliberanda, juxta il-
lius verba in proposito relata *decis.* 671. *nu.* 3.
8 *coram Cerr.*, non autem procedere de jure
communi servando, ubi non adsit, prout hic,
particulare Statutum in partibus. Etenim
allegati Doctores hujusmodi nullitatem de-
liberationis aliter secutæ infractivam non in
d. Pontificia sanctione consituunt, sed in
jure communi, ut constat ex illorum lectu-
ra, & præsertim ex eo quod eorum aliqui id
deducunt ex *Text. in l.* 1. *C. de fid. instrum.*, *&
jur. hast. fisc. lib.* 10., ut sunt *Dembouder. dict.
cap.* 3. *n.* 14., *& Niger cap.* 2. §. 4 *n.* 15. *&* 16., &
de facto aliqui etiam scripserunt longe ante
èditam d. Constitut., ut idem *Dembouder.
de subhast. Rebuff. de præcon. licit & subhast.*
& alii supra allegati.

9 Nullitati succedit excessus, quem etiam
approbavit *Dec.*, *quæ revidetur à* §. *Accedit
cum seqq.* Isque non solum ex se deliberatio-
nem irritat, sed etiam quia plures secum
trahit, & involvit consectaneas nullitates, ex
eo præsertim deductas, quod cum prædio
10 *del Taccone* sub hasta posito deliberata fue-
runt etiam alia bona illi contigua, scilicet
ager nuncupatus *il Marrone*, id quod fieri
ullo modo non poterat absque nullitatis vi-
tio, primò quia deficit super hoc secundo
prædio actus præambulus executionis man-
dati omnino in subhastatione requisitus, ex
traditis per *Papon. de arrest lib* 18. *tit.* 6. *art.*
2. *per tot.*, *& Posth. de subhast. inspection.* 11.
11 *n.* 29., & secundò quia idem deliberatarius
reperiebatur associatus ad portionem ejus-
dem prædii sub hasta positi ad effectum sibi
cum fructibus satisfaciendi de suo credito
fructuum census; unde ut legitime posset ad
subhastationem deveniri, necesse habebat
obtinere prius particularem Commissionem,
juxta praxim, quam tradit *Ridolph. p.* 2. *cap.* 6.
n. 92. & tenuit semper *Rot. ut in dec.* 161. *n.* 12.
& seq. p. 6. *rec. dec.* 115. *n.* 2. *post Pac. f. de Salu.
& dec.* 737. *n.* 11. *cor. Emer. jun.*

12 Æque gravis aut nullitas, aut excessus re-
sultat ex eo, quod præfatus Gordianus deli-
beratarius, ut etiam dictum fuit in decisione
quæ confirmatur §. *Coronat* deduxit in par-
tem pretii bonorum deliberatorum mox
enuncia-

enunciatum creditum fructuum census, postquam associatus fuerat ad alia terrena annexa pariter deliberata pro iisdem fructibus, & eadem terrena per viginti circiter annos detinuerat, & sic aut consumpserat, aut saltem turbidum inde reddiderat suum hujusmodi creditum; unde occurrit pro nullitate regula, quod ad faciendam validam deliberationem praecedere omnino debet liquidatio crediti, cujus vigore ad illam deveniendum sit, juxta firmata *dec.311. n.4. p.12. rec. dec.77.n.1.*, ibique *Adden.n.12. cor. san. me. Innocentio X. dec.94.n.49 coram Rmo P.D. meo Ansaldo Decano, & in Cesenaten. Spolii 27. Januarii 1712. §. Duplici coram eodem.*

13 Augetur hujusmodi excessus ex eo, quod non solùm creditum fructuum, sed etiam ipsius sortis principalis eodem modo in partem pretii excomputatum fuit; quando tamen notorium est non consentiente debitore ipso, id fieri non licuisse, cum sors census ex parte Creditoris sit irrepetibilis, & incapax cujuscumque compensationis, aut actus, cujus vigore illo reluctante ad istius libitum inducatur vetita irrepetibilitas, ut latè probat *Posth.de subhast. inspect.33 num.40., & post ejusdem tractat. de manut.*, *Rot.dec.38. num.15.*, & *decis.58. numer.8. post Mangil. de subhast.*

Neque hic finem habent argumenta nullitatis ex hac Creditorum excomputatione descendentia; quippe quia haec omnia facta sunt absque ulla Judicis interlocutione, sine 14 mandato: & tamen sine illius relaxatione, & expeditione neque executio fieri poterat, neque consumari subhastatio, late *Posth.inspect.11.n 39.& seq.*, *Rot.dec.15. n.4. vers. ulterius &c.*, & *dec.142.nu.2 & 3. cor.Duran. cum aliis in Tuscanen. seu Eugubina deliberationis 27. Junii superioris anni §. Haec festinatio cor. R. P. D. meo Falconerio Almae Urbis Gubernatore.* Haec itaque aliis omissis, dubitari in praesenti non poterat, quin aut in linea excessus, aut nullitatis considerata actum deliberationis, & subhastationis ita expletum, dubio procul infringetur.

Putabant iterum Lapii hujusmodi nullitates, & excessus opponi non posse, quia ratione consensus ab Ubaldo Andrea praestiti actui deliberationis sanatae fuisset. Dixe-15 runt verò Domini hujusmodi consensum satis non probari pro effectu praetensae convalidationis ex epistolis per Ubaldum Andream conscriptis; ultra enim, quod deliberatio secuta fuit contra Bartholomaeum Blachinum tunc possessorem bonorum deliberatorum à Gordiano pro possessore, & Reo semper citato, & ideo istius consensus fuisset fortasse capax importandi nullitatum contra ipsum commissarum sanationem, non autem consensus dicti Ubaldi Andreae, adhuc dictas epistolas percurrendo, nulla inde oriebatur efficacia, dum prima, quae ante deliberationem scripta fuit non loquitur, nisi de oblationibus augendis, nullamque prae-

fert scientiam conditionum, & modi factarum oblationum, minusque earum nullitatum, quae post in actu ipso deliberationis intercesserunt, & ideo ad istas consensus, si quis sit inde erutus ad omne pejus extendi non posset, ut arguit *decis.* quae revidetur §. *Neque ulla*, & optime firmat *Rot.dec.15.* 16 *n.4.penès Posth.de subhast.* Aliae autem quae deinde fuerunt ab eodem Ubaldo Andrea scriptae in requisitionem solutionis residui pretii, neque vim consensus, aut ratificationis habere possunt, dum neque istae ostendunt in eo scientiam nullitatum commissarū 17 in expleta deliberatione, quae tamen scientia erat omnino ad talem effectum inducendum necessaria tam respectu Facti, quàm Juris nullitatum, juxta vulgatas regulas, de quibus *dec.306.num 28., & seq p.18.*, *dec.422. num.19., & dec.643.num. pariter 19 p.19. rec. tom.2., & in Viterbien. Salviani 16. Aprilis 1706. §. Adhuc cor. Rmo P.D. meo Ansaldo* 18 *Decano.* Non attenta depositione testis hodie deducti ad talem scientiam ostendendam, quia fides unius, fides nullius, dum praesertim nullam praetensae scientiae causam reddit, neque verum est, quod in judicio deliberationis esset Gordiani Procurator, & sic ex dd. epistolis nullus consensus sanationis inductivus deduci potest, maxime quia 19 tunc temporis Ubaldus Andreas erat in minori aetate constitutus, ideoque sicut non poterat sine solemnitatibus contrahere, neque poterat contractui, vel actui praejudiciali sine illis consentire, *Jason.in l.certi conditio §. Si nummos n.14.ff.si cert.petat.*, *Rot.dec.7. n.6.lib.3.cor Puteo dec.174.n.7.p.17.rec.*, & *in Romana Dotis 26. Junii 1709. §. Minus cor. Emo D.Card.Priolo.*

Posita nullitate primi tituli, nempe deliberationis, frustra recurrebant Lapii ad transactionem per ipsos initam cum memorato 20 Ubaldo Andrea Actore; haec enim, ut dictum fuit *in decis.* quae revidetur §. *Corruente*, facta fuit sub erroneo supposito validitatis d.deliberationis, ideoque, sicut hodie detegitur ista omnino nulla, ita ratione erroris remanet etiam nulla, & insubsistens tran-21 sactio. Ubi enim error est, ibi consensus de-22 ficit, & sine consensu neque transactio, neque ullus umquam contractus perficitur, ad *Text.in l.falsa C de transact.*, aliasque auctoritates ibidem deductas.

Absque eo quod detorqueri valeat in aliū effectum potius ratificationis ista transactio, eo quia habita fuit in illa expressa relatio ad 23 instrumentum deliberationis. Ut namque inducatur ratificatio, requiritur, ut mox dictum fuit, plena scientia nullitatum tam Fa-24 cti, quàm Juris, nec sufficit scientia tantum actus gesti, aut simpliciter praesumpta ex relatione generali ad actum resultans, ut cum relatis concordat *Adden. ad Gregor. decis. 160. n.22.*, *Rot.dec.646.nu.15.*, *cor. Merlin. dec.278.n.24.& seq.post Cenc.de Cens.dec.80. n 3.& 5.p.10.*, & *dec.352.n.20.p.17. rec.*, quae 25 quidem certa scientia in praesenti numquam probata

probata hactenus fuit, & taoto magis pro-
26 banda fuisset, quia potius è contrsrio constat de ouliitatibus prædictis partes non cogitasse, dum exponendo transigendi causam, non ad illas se retulerunt, prout fecissent, si ex illis lis simenda fuisset, sed ad fideicommissum pro Ubaido Andrea purificatum, & ad reienſionem pretensam à Lapiis vigore detractionum.

27 Sed his etiam sepositis cessat quælibet vis istius transactionis ob enormissimam læsionem, quam ex ea passus fuit Biachinus, dum correspectivè ad tot jura, quæ cedebat fideicommissi satis clari super prædiis controversis, & patentis nullitatis (quatenus ad illam respexerit) sæpedictæ deliberationis, non recepit nisi scut. 25. monetæ Urbini, itaut etiam ex hoc capite illa totaliter corruat, juxta plenè deducta in *eadem decis. quæ revidetur §, Verum cor. Me.*

28 Nec demum juvit opponere defectum actionis ipsius Ubaldi Andreæ, ex eo quod nullitates commissæ fuerint contra Bartholomæum, cujus ipse hereditatem repudiavit. Quoniam id procederet, si ex Bartholomæi persona agere ipse contenderet. sed secus est, dum agit ex propria persona uti vocatus ad fideicommissum Fabii, cui bona deliberata subjecta sunt, & pro cujus debitis deliberatio facta fuit; tunc enim quia fideicommissum spolium passum est, potest illius actio à Successore in eodem fideicommisso promoveri, *Rot. in Melevitana reintegrationis* 5. *Decembris* 1691. §. *Præsuppositis cor. clar. mem. Card. Caccia, & in Cæsenaten. spolii* 25. *Iunii* 1700. §. *Respectu cor. bo. me. Muto,*

Et ita utraque &c.

PERUSINA IMMISSIONIS.

Veneris 21. *Aprilis* 1719.

ARGUMENTUM.

Fæminæ licèt veniant sub nomine *filiorum*, & *descendentium*; attamen, quando de contraria Testatoris constat voluntate ex conjecturis desumpta, regula hæc patitur limitationem, conjecturæ sunt, agnationis contemplatio, desiderium, quod bona in domo Testatoris conserventur, & dotationes, de quibus fæminis, eveniente casu, ipse consuluisset.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex non prosequutione appellationis infra legitima tempora.*

2 *Restitutio in integrum non datur adversus rem judicatam, quando sententia est justa, & valida, & læsio non adest.*

3 *Immissio vigore fideicommissi denegatur illi, qui non doceat se à fideicommittente vocari.*

4 *Feminæ. sicuti masculi veniunt sub appellatione* filiorum, & descendentium.

5 *Limita, quando ex littera dispositionis, vel ex conjecturis de contraria Testatoris voluntate constat, & ex quibus talis voluntas eruatur*, vide in num. seq., & amplia, ut in n. 7.

6 *Feminæ dicuntur exclusæ à fideicommisso, quando in probibitione alienationis Habilium casum dotationis filiarum Testator excepisset;* amplia ut in num. seq.

7 *Testator, qui discretive, & distinctè loquutus est in ultima voluntate, censetur, quod ubi de filiis sermonem babuit, numquam de feminis, sed de masculis tantum intellexerit.*

8 *Amplia, quando de dote eisdem consuluisset, permittendo isto casu bonorum distractionem, quod satis est ad earum exclusionem præsumendam*, & vide rationem in num. sequenti.

10 *Subamplia, quando Testator instituendo masculos aliquid aliud feminis reliquisset, & fuisset de eis disparate loquutus.*

11 *Fæminæ à fortiori à fideicommisso exclusæ præsumuntur, quando fideicommittens voluisset bona perpetuò manere in sua domo, & filiorum.*

12 *Amplia, quando dixisset* -- Io casa sua, e de loro figli, -- *cum hæc sint verba personalia, & masculorum tantum comprabensiva; nec ad alias extendantur personas.*

13 *Amplia, quando ex Patrio Statuto fideicommittentis fæminæ propter masculos excluderentur.*

14 *Testator præsumitur se voluisse patrio Statuto conformare instituendo fideicommissum, adeo quod si Statutam fæminas excluderet, eas se quoque voluisse excludere censendum sit, etiam si esset Clericus,* & in num. 9.

15 *Amplia, si concurreret observantia Testatoris, & ipsiusmet feminæ quæ consuccessionem in fideicommisso contenderent, & ex quibus hæc defluat observantia?*

16 *Subamplia, quando propter masculos feminas sibi magis dilectas Testator exclusisset, quo casu à fortiori de fæminis minus dilectis non cogitasse dicendum est.*

17 *Femina præsumitur se agnovisse exclusam à consuccessione in fideicommisso, quanda accasione qua nupsit, prędium fideicommissarium dotis titulo acceptasset, semperque acquievisset.*

18 *Testator etiam Clericus præsumitur in disponendo, quod voluerit se patrio Statuta uniformare.*

19 *Statuta fæminarum exclusiva locum babent tam activè, quàm passivè etiam in hæreditatibus Clericorum, & Ecclesiasticorum, ex Constitutione san. mem. Innocentii XI.*

DECISIO MCXII.

DElata successione in bonis fideicommissariis Antonii de Ferrantibus per obitum Angeli primi heredis ad istius filios, Flora licet femina, & ab eodem Angelo, dum viveret, congruè dotata, petiit immitti ad æqualem cum fratribus portionem, & obti-

nuit

nuit in partibus. Causa tamen ad R.P.D.Ansidæum tunc A. C. Locumtenentem devoluta, prodiit sententia primæ revocatoriæ in ejusdem Floræ exclusionem, quæ ob lapsum fatalium transitum etiam fecit in judicatum.

In gradu ulterioris appellationis disputari contigit in hodierna audientia ad instantiam ejusdem Floræ -- *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum*; fuitque responsum --*Constare de re*
1 *judicata*, quæ ex omissa infra legitima tempora appellationis prosecutione absque dubio inducta fuit ex dispositione *Text.in cap. cum sit Romana de appellat.,& Auth.ei qui,*
2 *ac l. fin. C. eodem tit.*, nec locus esse potuit restitutioni in integrum, cum ex validitate, & justitia sententiæ omnis læsio excluderetur, *Rot.in Maceraten.fideicommissi 4.Maii 1711. §.Etenim cor.Rmo P:D.meo Aldrovando cum aliis in Reatina Immissionis 2. Julii 1717. §.1.,& Hortana Sylvarum super qualitate lignorum 28.Januarii 1718. §.Ea namque cor. Me.*

Validitas quidem non erat in controversia; justitia verò inde satis clarè resultabat,
3 quod Flora non docuit se vocatam esse in testamento Antonii fideicommittentis in concursu masculorum ejus fratrum, ideo jure merito repulsa fuit vulgari regula, substitutio de re non loquitur, de qua in proposito *Rot.dec.385 n.3.cor.Emer.jun.,in Bononien.Primogenituræ de Cultellis 29.Januar. 1714. §.Inconcussa cor. R.P.D. meo Falcon, Almæ Urbis Gubernatore, & in Senogallien.fideicommissorum 21.Januar.1715. §.Et quidem cor.Rmo P.D.meo Decano.*

Nec sane vocationem ullam deducere
4 Flora valebat ex quo Testator Angelo hæredi instituto substituit *li suoi figlioli, e descendenti*, sub quorum appellatione tam masculi, quàm fœminæ continentur, ad *Tex. in l.si quis ita 16.ff.de testam, tutel. l. si ita scriptum 46. ff.de legat.1.,& l. Justa 201. ff. de verb. signific.* Licèt enim verissima sit in
5 suis terminis ista regula, æque tamen certum, verumque est, quod ab illa ex contraria Testatoris voluntate, vel ex littera dispositionis eruta, vel ex conjecturis, receditur, ut aliis relatis docet *Bart.in l.Hæredes mei §.Cum ita n.4 ff.ad Trebell*, probant *Altograd.jun.contr.38.n.1,& 4.Adden.ad Buratt dec.454. n.2., Rot. in Sutrina immissionis super fideicommisso 19. Aprilis 1709. §. Non relevante cor.bo.me.Molines.*
6 Voluntas autem ista Antonii fideicommittentis fœminas excludendi à consuccessione cum filiis masculis Angeli sui hæredis plusquam evidens reddebatur, præsertim ex eo, quod in prohibitione alienationis stabilium eidem Angelo injuncta, ut bona perpetuò remanerent in ipsorum domo, excepit casum dotationis filiarum, & nepotum ibi -- *Proibisca, che nè detto Pietro* (qui erat unius Prædii legatarius) *nè Angelo nè loro figli, & descendenti possino vendere &c. eccetto però in caso di maritare figlie, e nipoti,*
7 Oritur namque ex isto disponendi modo multiplex argumentum fœminarum exclusivum à successione; quorum alterum est, quod de facto Testator discretive, & distinctè locutus fuit de filiis masculis, ac de filiabus fœminis, ideoque censetur, ubi de filiis sermonem habuit, non intellexisse de filiabus, juxta eas, quæ ex discretivo loquendi modo in ultimis voluntatibus deduci solent, illationes, ut penès *Card.de Luc. de fideicommiss. disc.56 n.11., Terr.de Majorat.cap.36. §.9. n.85., Rot.dec.244.nn.35.p 11.rec., & in Romana, seu Interamnen.fideicommissi 3.Aprilis 1715. §.Nullum cor.R.P.D. meo Cerro.*
8 Alterum est, quod si providit fœminis de dote, permittens isto casu ejus bonorum alienationem, signum evidens, quod voluit illas excludere à successione, dum alioquin sequeretur absurdum, quod plus essent honoratæ fœminæ, quàm masculi. Reciperent enim duplex emolumentum ex eadem dispositione dotis, & consuccessionis, ut in præcisis terminis exclusionis fœminarum advertit *Menoch.de præsumpt. lib.4 præsumpt 84, n.9., Fusar.de substit.q 311.n.37., Rot.in Faventina fideicommissi de Taronis 10. Maii 1715. §. Non obstante cor. Emo Card. Scotto:*

Non obstante responsione, quod ideo Testator exceperit à prohibitione alienationis casum dotationis, quia cum esset Transversalis voluit cessare facere prohibitionem juris non permittentis ex suis bonis illas dotari
9 posse. Retorquetur enim hujusmodi animadversio; quia si Testator censuisset sub filiorum vocatione fœminas contineri; ideoque intellexisset illas posse succedere, ad quid necesse erat providere casui dotationis ex ejus bonis: tunc enim fœminæ portionem obtinentes in successione æque cum masculis satis provisæ fuissent ex hac ipsa successione, neque opus habuissent ulterioris dotationis, & cæteroquin sufficit ad illarum exclusio-
10 nem præsumendam, quod Testator instituendo masculos aliquid & ipsis reliquerit, ac de ipsis disparate locutus fuerit, latè *Rustic.in l.cum avus ff de condit.& demonstrat, lib 6.cap.10. n.12., & 25., Menoch.cons.215. n.70.,& cum aliis Pereg.de fideicom. art.25. num.45.*
11 His accedit, quod prohibitionem prædictam alienationis ideo Testator injunxit, quia voluit, quod bona perpetuò remanerent in ejus domo, & filiorum, & descendentium ibi -- *acciò in perpetuo remanghino in casa &c.* Consuccessio autem fœminarum cum masculis totaliter pugnat cum hujusmodi volita conservatione bonorum in domo, quia per illas bona transferuntur in alienas
12 domos, & familias; quod tanto magis procedit, quia Testator addidit -- *In casa sua, e loro* (idest Angeli, & Petri Fratris) *e de loro figli*, idest filiorum masculorum Angeli ex quo promanat ulterior declaratio exclusionis fœminarum, cum hæc verba sint personalia solummodo masculorum comprahensiva,

hensiva, neque ad alias personas extendi
possint, *Rot.dec.1180. nu.15. cor.Emer.jun.*,
*& dec.59 n.8, cor. Benincasa, & in Romana
Primogeniturae 10.Februar. hujus anni* §.*In
hanc coram R. P. D. meo Falconerio Urbis
Gubernatore.*
13 Coronat hæc omnia non minus certa ejus-
dem præmissæ regulæ limitatio profluens ex
statutaria dispositione Civitatis Perusiæ, de
qua apud *Cardin.de Luc.de statutar. success.
particul.* 128. excludente fæminas in concur-
su masculorum, quia tunc fæminæ non ve-
niunt sub nomine filiorum, *Mandell. Alb.
cons.19. per tot., Card Mantic.de conjectur.
ultim.vol. lib.8. tit.7 num 1. vers.sed adhuc,
Crass.in § fideic.q.12. n.3., Fusar. de substit.*
14 *q.311.n.42.ad* 47. Præsumitur enim, quod
Testator voluerit se conformare cum patriæ
suæ Statuto, & masculos tantum admissos à
tali Statuto ad successionem intestatam, in
sua dispositione ad successionem testatam in-
vitare, ad *Text.in l. conficiuntur §. Si quis
eum nullum ff.de Iur.Codicillor.*, *Peregrin.
de fideicomm.art 25. num.22.*, *Rot. dec.126.
n.25. cor.Duran.dec 527.nu.8 p.14 dec.487.
n.19 p.19.rec.tom.2., & in Fulginaten.succes-
sionis quoad Carolinam 1.Iulii* 1709. §. *Idip-
sum cor.bo.me.Molines.*
15 Eoque fortius habet locum præsumptio
conformationis cum Statuto, quia talis fuit
observantia tum Testatoris, tum ipsius Flo-
ræ hodie petentis ad successionem admitti.
Testatoris quidem observantia inde elicitur,
quia licet ipse haberet etiam sorores sibi
æque conjunctas, ac Angelum hæredem in-
stitutum, nihilominus illis legato honoratis,
ad titulum universalis successionis masculum
16 dumtaxat invitavit. Si autem exclusit soro-
res magis dilectas, sibique cognitas, ut suc-
cessionem transferret in masculum, multò
minus dicendum est fæminam remotiorem,
qualis est neptis ex fratre, incognitam, &
minus dilectam sub nomine filiorum in mas-
culi exclusionem comprehendisse, ut opti-
mè advertit *Peregrin de fideic. art.25.,n 43.
& 44.,Fusar q.311.num 58 & seq., & q.713.
n.18*, *Thesaur.dec.188 n.3., Rot. in Spoleta-
na Hæreditatum 13.Iunii* 1704. §. *Quoniam
cor. bo.me. Omanna.*
17 Minus clara non est observantia ipsius
Floræ, dum ipsa in sequelam dispositionis
Antonii permittentis pro fæminarum dote
bona sua alienari posse, occasione qua nup-
sit, recepit prædium illius hæreditarium
ejusdem dotis titulo, subindeque semper
hucusque acquievit, quod plurimum inservit
ad ostendendum, quod talem apud ipsam
quoque habuit interpretationem memorati
Antonii dispositio, R*ot.dec.663.n.9. p.2., &
dec.342.n.9 p 19. rec., & in Auximana, seu
Camerinen.fideicommissi 1 Iulii* 1709. §. *Quæ
quidem cor.*R. *P.D meo Crispo.*
18 Absque eo quod conformatio cum Statuto
evitari posset, ex quo Testator esset Cleri-
cus, ideoque Statuto laico nequaquam sub-
jectus; tum quia præsumptio ex indè ducta
non repugnat Ecclesiasticæ qualitati, neque
Clerici subjectionem inducit, sed ejus tan-
tùm voluntatis juxta morem, & Statutum
Patriæ declarationem, ideoque etiam in te-
stamentis Clericorum locum habet, ut præ-
cisè inquit R*ot.dec.436.num.7., cor. Priol., &*
19 *dec.595.n.30. p 19. rec. tom.2.* Tum quia ex
celebri Constitutione san. mem. Innocentii
XI. *de statut. succes. §. X.* Statuta fæmina-
rum exclusiva locum habent tam activè,
quàm passivè etiam in hæreditatibus Clerico-
rum, & Personarum Ecclesiasticarum, ut
tradit *Card.de Luc.ad eandem Constit* §. 15.
n 1.& seq., & advertit R*ot. in* R*omana Im-
missionis 27. Iunii* 1710. §. *Minimeque cor.*
R*mo P.D. meo Aldrovando.*
Et ita utraque &c.

CIVITATIS CASTELLANÆ
ELECTIONIS.

Veneris 21. Aprilis 1717.

ARGUMENTUM.

Discipulus, ut ad Locum Studii juxtà funda-
toris mentem, debitam sibi immissionem
reportet, ex quo cæteros concurrentes in-
genio superet, itque de illius Patria oriun-
dus, dicitur in probatis quoad utrumque
extremum, quando, respectu originis, suum
genitorem proprios lares ad ejusdem Fun-
datoris patriam, non accidentaliter, tran-
stulisse probet, sed animo ibi perpetuò per-
manendi, ubi etiam ad Communitatis mu-
nera, publicaque officia fuisset electus, &
quoad sui ingenii præeminentiam, fidem
publicam Religiosi examinatoris ad hoc sele-
cti deducat.

SUMMARIUM.

1 *Discipulus qualitates habens à Fundatore
loci studii requisitas, si in gratiam infe-
rioris æmuli fuisset per Ius nominandi
habentes injustè rejectus, ad illius exclu-
sionem reintegrandus est, cum præsumen-
dus sit ab ipso Testatore selectus.*
2 *Originarium alicujus Loci quem esse, sa-
tis ex fide Baptismatis probatur.*
3 *Oriundus, ut admittatur ad munera Civi-
tatis Oriundis deferenda, suam originem
per fidem prædictam satis probat.*
4 *Habilitas discipuli ex fide Magistri pro-
batur.*
5 *Filius sequitur originem Patris, & non
Matris.*
6 *Origo accidentalis non dicitur, quando Pa-
ter oriundi in aliquem Locum propriot la-
res transtulit, ibique ad publica officia
fuit admissus.*
7 *Civilitas acquiritur per admissionem ad pu-
blica officia, & Consilium Loci.*
8 *Assumptus in Civem ab aliqua Civitate, pro-
priæ Patriæ domicilium amittit, & ex
quibus hæc admissio deducatur.*
9 *Oriundus, ut quis dicatur, satis est, quod
probet*

probet matrem in eo Loco ortum habuisse, quando matris ortus ex Hataaria sanctione ad civilitatem in filio constituenda admitteretur.

10 *Testator, quando oriundos de sua Patria vocavit, præsumitur potius se Patrio Statuto uniformare voluisse, quàm Juris communis dispositioni.*

11 *Oriundus, ut quis dicatur pro obtinendo aliquo relicto, multum defertur observantiæ, & ex quibus hæc deducatur.*

12 *Origo necessaria ad consequendum relictum à testatore satis probatur ex ad missionem fratris ejusdem oriundi ad aliud consimile relictum, quod eandem originis probationem requireret.*

13 *Discipulus ad aliquem studii locum admittendus, qui duplici qualitate à testatore requisita egeat, non sufficit, quod altera tantum ex eis in ipso verificetur,* & num. 23.

14 *Habilitas à testatore in eligendis ad locum studii requisita spectanda est de tempore admissionis, & non attenditur ea, quæ posset tractu temporis supervenire.*

15 *Testes pendente lite expiscati, ac inscio collitigante deducti, reiciuntur.*

16 *Discipulus ad locum studii admittendus quando saltem esset habilis pro secunda classe gramaticæ, à fortiori diceretur à Fundatore prælectus, si habilis pro rethorica reperiretur.*

17 *Dictio* -- Saltem -- *subsidiara dicitur.*

18 *Examinator discipulorum, qui esset Religiosus, justus presumitur, & numquam partialis potius favore unius, quam alterius.*

19 *Amplia, quando examen electi fuisset ab alio condiscipulo, & æmulo approbatum, cui & ille se subjecisset.*

20 *Paupertas, ad quam testator non respexit, non est allegabilis ab illo, qui se ad Studii locum immitti petit adversus divitem se magis idoneum.*

21 *Origo in electione discipulorum demandata à testatore cæteris paribus quando attendenda sit, & quando secus.*

22 *Discipulus testatori consanguineus dicitur ad locum studii selectus ad exclusionem exteri, quando fundator de consanguineis loquendo, cæteris paribus, ingenio. præstantiorem studentem eligi voluisset.*

24 *Discipulus tam ex latere paterno, quam materno de Patria fundatoris loci studii oriundus non vincit contradictorem, qui ex latere tantum materno esset oriundus, quando iste illum ingenio superaret,* & vide rationem hic, & suprà in num. 9.

25 *Amplia, quando idem testator qualitatem istam perspicacioris ingenii in studente eligendo ad majus patriæ decus ordinasset.*

DECISIO MCXXIII.

CUM vacaret anno præterito unus ex quatuor locis studii debitis juxta dispositionem Theophili Gargani Juvenibus Gallesii aspirarunt ad illius consecutionem, admissique fuerunt à Communitate hærede, & Jus electionis habente ad concursum Laurentius Maisa, Angelus Antonius pariter Maisa, & Joannes Baptista Gattuccius. Et quoniã ex Testatoris præcepto requirebatur, quod admittendi non solum essent oriundi ex dicta sua Patria, verum etiam (ut alias, retulit *Rota decis. 66. part. 16. rec.*) *Bonæ, & egregiæ indolis, & litterarum studio operam dare volentes, & quo magis fieri posset pulcherorum ingeniorum, & aptorum ad studia, ac habiles & idonei, ut recipi, & admitti possent, saltem in secunda Classe Grammaticę Collegii Romani.* Hinc tres prædicti Competitores judiciali præmissa interpellatione descenderunt in litterariam Palestram coram examinatore deputato Collegii Romani, à quo tacto, prout moris est, exprimento, juxta argumenta singulis posita, & exaratas per ipsos compositiones, judicium prodiit super uniuscujusque indole, & habilitate ac relatum fuit cæteris præcellere Joannem Baptistam, eumque idoneum esse ut etiam inter Rhetoricæ auditores cooptaretur.

Nihilo tamen minus convocato successivè Concilio, in eoque perlectis omnium instantiis, positisque sub oculis interessentium Examinatoris attestationibus, deventum extitit ad Angeli Antonii prælectionem, concurrentibus ipsius favore pro majori parte Consiliariorum suffragiis. Flavius verò Antonius Joannis Baptistæ Pater, & legitimus administrator præsens uti civis ejusdem loci huic actui, statim ab illius irrationabilitate, & Injustitia reclamavit, atque ad S. Sedem, & competentes Judices appellavit, & prosecutus subinde coram A. C. de Gentilibus appellationem sententiam favorabilem obtinuit pro Joannis Baptistæ admissione in exclusionem Angeli Antonii Maisæ per Communitatem electi.

A qua sententia cum provocaverint ad nostrum Auditorium tam Angelus Antonius, quàm Communitas adhærens ejus Juribus dedi dubium -- *An, & cui sit danda immissio*, -- & responsum accepi in hodierna Rota -- *dandam esse Immissionem Joanni*
1 *Baptistæ Gattucio*, ut putè qui licet fuerit à Communitate habente jus ligendi exclusus à loci vacantis consecutione, cum tamen præditus sit omnibus requisitis à Testatore præscriptis habetur prò electo ab ipso met Testatore, & à Judice ex officio ad emolumentum sibi debitum admittendus est, juxta firmata in similibus Terminis *in Perusina subsidii Dotalis 2. Maii 1704. §. Siquidem cor. Emo Card. Scotto, in Imolen. Consortii 21. Januarii 1709. §. Justitia coram Rmo Aldrovando, & in Tridentina Cappellaniæ 14. Maii 1714. §. Prælatio coram R. P. D. meo Cerro, & in puncto ipsius relicti decis. 66. n. 18. par. 16. rec.*

Et quidem duplex illud requisitum voli-
2 tum à Gargano Testatore quod Juvenis eligendus sit oriundus à sua Patria, sitque egre-

egregiæ indolis, & pulchri ingenii, ac ha-
bilis recipi, & admitti saltem in secunda
classe Grammaticæ Collegii Romani, ple-
ne iustificabatur ex parte Joannis Baptistæ;
docebat enim ex fide Baptismatis se natum
3 esse Gallesii, quod satis esse ad obtinenda
Munera Civitatis oriundis debita in his ter-
minis dictum fuit in *dicta decis.* 66. *num.* 16.
4 *part.* 16. Sicut etiam se esse præstantis in-
genii, bonæque indolis, ac habilem ad Rhe-
toricæ studia ostendebat ex fide Examinato-
ris, cui standum esse in individuo prosequi-
tur *dicta decis.* 66. *n.* 3. *part.* 16 *rec.*

Absque eo quod respectu ad primam, scil-
licet originis qualitatem, opponi juve-
rit, quod Joannes Baptista natus accidenta-
liter fuerit Gallesii, dum licet ejus mater es-
5 set huius loci Civis, Pater tamen, cujus ori-
ginem Filius sequitur, erat ex Corchiano,
ideoque nullo modo oriundus ex Testatoris
Patria dici potuerit, Argumentum enim
istud, super quo principalis exceptio ex
parte Communitatis, & Angeli Antonii
constituebatur, nullius roboris in præsenti
remanebat ex pluribus. Et primo quidem
6 ex facto; constitit namque non ita acciden-
talem fuisse illius nativitatem Gallesii, ut
supponebatur, sed ex eo contigisse, quia
Flavius Antonius ejus Pater illuc proprios
7 lares transtulerat, ibique Civilitatem acquisi-
8 verat mediante admissione ad publica officia,
& Concilium, & vidimus de facto illum præ-
sentem uti civem fuisse rejectioni sui Filii,
& ab irrationabili cæterorum Consiliario-
rum judicio in ipsomet actu appellasse, in
quibus terminis certum est dici debere Jo-
annem Baptistam natum ex Cive Gallesino,
non minus quo ad Matrem, ac Patrem ipsum
ideoque propriè ex tali loco oriundum esse,
*ad Text. in L. filios C. de Municip. & Ori-
gin. lib.* 10., *ubi Luc. de Pen. Guttier.
consil.* 7. *num.* 6. *& seqq. Afflict. decis.* 384.
num. 4.

Cessabat secundo obiectum ex particulari
9 dispositione Statuti Gallesini per quod c. 33.
expresse disponitur; quod ij Cives Galle-
sii efficiuntur, *qui fuerint, & sint Orti,
sivè ex Patre, sive ex Matre Gallesina*, ex
quo probe dignoscitur, quod si satis est na-
sci ex Matre ejus Loci cive ad hoc ut Civi-
litas acquiratur, eodem modo satis id esse
debet ad constituendam alicujus ex eodem
loco originem. Præsumitur autem Testator
10 in vocatione Oriundorum ex sua Patria po-
tius cum Statuto ejusdem suæ Patriæ, quam
cum Juris communis dispositione se confor-
mare voluisse, *Rot. dec.* 119. *n.* 3., & 8. *post
Constan. ad Stat. Urb., & relat. concordan.
in Romana, seù Camerinen. Fideicommissi*
22. *Februarii §. Nec aliquid cor. R. P. D.
meo Cerro*.

Tollit tue demum omnem dubitandi cau-
11 sam observantia. Non solum enim non cu-
rata hujusmodi exeptione Consiliarii Galle-
sii sciente, & patiente Angelo Antonio, &
Laurentio competitoribus admiserunt in
præsenti vacatione Joannem Baptistam ad
concursum pro allequendo controverso reli-
cto, id quod non fecissent, nisi qualificatum
in hac parte illum censuissent ad formam
12 Testamentariæ dispositionis Gargani. Ve-
rum etiam fuit admissus jam aliàs ad consi-
milem alium locum alter frater Germanus
ejusdem Joannis Baptistæ, tanquam habens
omnes eas qualitates, sine quibus cætero-
quin consequi relictum non potuisset, Unde
inane est amplius controvertere civilitatem,
seù originem, & qualificationem istam,
quam toties ipsa Communitas approbavit,
& confirmavit, ut punctualiter firmatum
fuit *decis.* 117. *n.* 4. *&* 5. *cor. Carill. decis.*
172. *num.* 16. *cor. Bich. dec.* 186. *n.* 24. *part.*
15. *rec., & in allegat. Immolen. Consortii*
21. *Januarii* 1709. *§. id ipsum cor. Rm̃o Al-
drovando, & in Perusina subsidii Dotalis
super prælatione* 26. *Aprilis ejusdem anni
§. firmato cor. Em̃o Scotto*.

Posita autem in Joanne Baptista hujus-
modi qualitate, nullo modo dubitari poterat
de ipsius prælatione in concursu Angeli An-
tonii, quippe quia licet ille sit æque oriun-
dus ex eodem loco Gallesii, non tamen habet,
juxta fidem Patris Examinatoris, ut jam di-
ximus attendendam, supra memoratum se-
cundum requisitum perspicacis ingenii, &
habilitatis ad secundam Classem Grammati-
cæ, ideoque excluditur regula satis certa,
13 quod ubi duplex qualitas requiritur, non
sufficit altera tantum verificari, ut in propo-
sito adve tunt *Trancbedin. Consult.* 9. *n.* 16.
Mans. Consul. 67. *n* 3. *& Rot. aliis allegat.
in Augustana Canonicatus* 20 *Januarii*
1709. *§. atquando cor. Reverendiss. P. D. meo
Aldrovando*.

Neque ad evertendam probationem re-
14 sultantem ex relata fide Examinatoris at-
tendi meruerunt aliæ fides Præceptorum
ejusdem Angeli Antonii, tum quia non at-
tenditur habilitas, quæ fortasse potuit super-
venire, ut prosequitur *allegat. dec. in Au-
gustana Canonicatus §. Minimè cor. R. P. D.
meo Aldrovando, & in puncto dixit decis.*
15 66. *n.* 5 *par.* 16. *rec.* Tum quia fuerunt illæ
post factum examen expiscatæ absque ullo
experimento in concursu Joannis Baptistæ,
continentque, quod ad summum habilis es-
set ille ad secundam classem Grammaticæ,
& mediocri doratus ingenio, id quod non
16 tollit, imò confirmat ejusdem Joannis Ba-
ptistæ prælationem, quia ipse fuit renun-
ciatus habilis non ad secundam dumtaxat,
Grammaticæ Classem, sed etiam ad Rheto-
ricam, & non de mediocri, sed optimo, præ-
stantique ingenio commendatus, ideoque
injuste fuit in alterius concursu rejectus,
dum Testator tunc tantum admitti posse vo-
luit Adolescentes habiles pro secunda Clase,
quando deficerent alii magis idonei, & pul-
chrioris ingenii, ut denotat ipsius locutio per
17 dictionem illam, *Saltem*, quæ est subsidia-
ri, ut omnissis generalibus in puncto firmat
sepe laudata *dec.* 66. *num.* 7. *par.* 16. *rec.*

Nul-

Nullatenus obstantibus iis, quæ adversus examen, & Examinatoris attestationem cumulabantur exceptionibus. Non enim ullum habent certę probationis fundamentum,
18 sed iis è contrario resistit probitas viri Religiosi ad consimiles actus expiendos à Societatis Jesu superioribus deputati, quem nefas est suspicari voluisse in actu præjudicia-
19 li, uni potius favere, quam alteri, maximè quia illius personam approbavit Massa, comparedo, & ipse coram eo, & illius examini sese s biciendo, & ejus relationi acquiescendo, quando cæteroqnin si in tali actu gravatum se credidisset, potuisset ab Examinatoris judicio appellare, juxta ea, quæ in fortioribus terminis concursus ad Beneficia practicari tradit *Rot. dec. 965. num. 1. & 2. cor. Dunoz. Jun, decis. 515. n. 2., & decis. 538. n. 1. cor. san. mem. Gregor. XV., & decis. 175. n. 9. & 12 part. 18. rec.*

Minusque profuit Angelo Antonio allegare pro sui prælatione motiuum Paupertatis, & majoris qualificationis respectu originis, cum ipse sit indubitanter oriundus, tam ex parte Patris, quam ex parte Matris ex Civibus
20 Gallesinis. Quo enim ad paupertatem (ultra quod non benè probatur in facto) bene respondebat Joannes Baptista, quod nullam de ea consideraiionem habuit Testator, ideoque non poterat in sui præjudicium allegari, ut ad rem advertit *Guttier. conf. 2. n. 25. vers.*
21 *non obstat*. Quo verò ad originem recurrunt supradicta, & satisfacit animadversio, quod prælatio oriundorum ex Civibus Gallesinis fuit demandata cæteris paribus, secus autem ubi alius præcelleret in qualitate habilitatis, & ingenii, ut ostendit illa expræssio, qua usus fuit post præscriptam utramque qualitatem originis, & habilitatis ibi -- *Inter quos primario præferri debeant mei Consanguinei secundario illi adolescentuli, qui ex parentibus à dicta mea*
22 *Patria oriundi sint*, ea namque dictio *inter quos* importat quod tali casu prælatio consanguinei, & oriundi debeatur inter pares habilitate, & ingenio, *ad Text. in L. ut gradatim §. & si lege ff. de Muner., & honor., ibique Glossa Verb. conditionis homines Rot. coram. Mantic. dec. 275. n. 3., & in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. circa quod, & §. castatque cor. bon. mem. Molines, & in puncto concursus consanguinei à nostro Testatore prædilecti Rot. in d. dec. 66. n. 8., & plur. seqq. part. 16. rec.*

Cum itaque Angelus Antonius, nedum
23 sit inferior Joanni Baptistæ in qualitate idoneitatis, & perspicaciæ ingenii, sed ulterius neque qualitatem istam habeat in gradu sufficienti, quia pro tertia solum Classe Gram-
24 maticæ fuit approbatus, nullo modo illi suffragatur, quod in alia qualitate originis, tanquam natus ex Patre, & Matre oriundis Gallesii vincat contradictorem, quia istius qualitatis prępollentia, ubi cætera paria non sunt, inutilis semanet, juxta ea, quæ diximus supra §. *Posita, & ad rem deducta per Text. in l. quidquid §. cum Partes ff. de acquir. rer. Dom. l. & si non sunt ff. de Aur, & argent. legat. penes Guttier. dicto Conf. 2. n. 25. Mans. Consult. 67. n. 8. Rot. in allegat. Vaden. Canonicatus §. cestatque cor. bon.*
25 *mem. Molines*. Maxime quia constat etiam ex contextu Testamentariæ dispositionis quod magis principaliter fecundã istam qualitatem præclaræ indolis, & habilitatis majoris ad studia Garganus Testator requisivit, tanquam directam ad patriæ hęrendis institutæ majus decus, & incrementum, quod unicè, & enixè adeò præ oculis habuit, & exoptavit, & facilius ab habilioribus, & magis idoneis consequi poterat, ut alias ponderavit *Rot. in Sabinen. electionis Juvenis 9. Martii 1714. cor. R.P.D. Meo Crispo*.

Et ita, levioribus prætermissis, conclusum fuit utraque &c.

MONTIS FALISCI CANONICATUS SUPER LITTERIS JACOBI.

Veneris 28. Aprilis 1719.

ARGUMENTUM.

Qualificatus habens requisita à Testatore voita pro reportanda nominatione, & institutione ad Beneficium posponitur extraneo per Apostolicas literas Proviso, quando tempore habili, & post lapsum quadrimestris à die vacationis collationem sibi non postulasset; adeoquod de eo idem extraneus fuisset provisus, eædemque litteræ suum plenarium habuissent effectum, & exequtionem.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ fiunt subreptitiæ, quando Provisus narrasset Papæ se esse vocatum, & de vocatione non doceret, nec constaret.*
2 *Vocatio ad Beneficium ad agnatos Testatoris coarctata, & non ad extraneos extensibilis confirmata per decisionem contra unum, intelligitur contra omnes pari jure, & titulo collitigantes, eademque decisio semper est prępponenda.*
3 *Legittimus contradictor in Beneficio non dicitur ille, qui tantum signationem supplicationis reportavit, & nondum Apostolicas literas expedivit adversus alterum jam provisum.*
4 *Provisus Apostolicus non impeditur, quia Beneficio potiatur, ex quo alter signationem simplicem supplicationis reportasset, quando hæc signata fuisset post relatam victoriam adversus alterum contradictorem, & re amplius non integra?*
5 *Amplia favore provisi, qui diù litigasset super sua institutione, & victoriam adversus alterum legittimum contradictorem reportasset*, & nu. 7., & 10.
6 *Causa beneficialis dicitur summaria, & celeriter terminanda.*
7 *Nominatus ad beneficium, & qualificatus juxta mentem Testatoris, quando non pra-*

præferatur extraneo per Apostolicas litterat Proviso; intellige ut in n. seq.

8 *Vocatio ad Beneficium semper intelligitur sub conditione illa, si talis persona vocata se ad illud nominari petat, & velit.*

10 *Qualificatus à Testatore post annum comparens ad institutionem petendam, & postquam alteri Apostolico Proviso jus fuisset quæsitum, postque exequtam gratiam ab institutione reiicitur.*

11 *Qualificatus, ut institutionem reportet, tenetur debito tempore sua jura deducere, neque expectare, quod alteri Jus quæratur*, & vide rationem in n. seq.

12 *Provisio Apostolica non irritatur, ex quo Papa ante comparitionem qualificatorum a Fundatore providisset, cum neque Ordinarius teneatur talem comparitionem expectare.*

13 *Contradictor in Beneficio adversus Apostolicum Provisum præsumitur informatissimus de omnibus qualitatibus necessariis, quando uti Procurator in Causa collationis hujus Beneficii comparuisset.*

14 *Scientia, quam quis habuit de aliquo facto, ex illius epistola concludenter probatur.*

15 *Epistola contra scribentem apprime probat.*

16 *Probatio ex ore proprio Confitentis deducta, omnium probationum dicitur maxima.*

DECISIO MCIV.

VIX Albinus eas superaverat controversias, quas in assecutione Canonicatus vacantis in Ecclesia Terræ Martæ obviam habuerat ex persona Andreani, stantis in judicio cum pari titulo litterarum Apostolicarum obtentarum cum supposito passivæ vocationis in sui favorem scriptæ in Testamento Joannis Petri Fundatoris, quando novus in arenam judicialem adversus ipsum prodiit contradictor, nempe Jacobus Rabaschinus, qui pariter innixus passivæ vocationi, quam sui favore magis explicatam in eodem Testamento contendebat, consimilis provisionis litteras sibij à SSmo signari curaverat. Sed quemadmodum dictum fuerat non esse exequendas literas Andreani prius coram R. P. D. meo Corio, juxta decisionem editam 21. Februarii superioris anni 1718., & deinde coram Me, juxta aliam decisionem 13. Martii hujus anni in concursu aliarum literarum, quas reportaverat idem Albinus, tanquam de vacato in mense S. Sedi Apostolicæ reservato, & plenariè justificaverat, ita etiam dato dubio in hodierna Audientia -- *An litteræ Jacobi sint exequendæ*. DD. *negativè* responderunt.

Licet vero ex parte Albini tria cumula-
1 rentur fundamenta pro Jacobi literis excludendis à petita executione, quorum primum erat illud, quod nullatenus esset vocatus, ut Papæ cæteroquin asseruerat in sua supplicatione in Jurepatronatus passivo, ex quo illud restrictum esset ad illos de agnatione Testatoris, juxta firmata in decisione primæ instantiæ contra Andreanū 21. Februarii 1718. §. *Præter coram R. P. D. meo Corio*,
2 quæ sane decisio hic, & nunc contra Jacobum erat omnino supponenda, juxta praxim & regulas nostri Tribunalis. Secundum erat,
3 quod obstaret Jacobo regula de non indicandis literis non expeditis, dum ipse hùc usque non obtinuerat, nisi Signaturam suæ supplicationis, & dici idcirco non posset legi-
4 timus contradictor. Tertium denique ex eo deducebatur, quod licet beneficium vacasset de Mense Aprilis 1707., adhuc idem Jacobus distulerat usque nūc comparere post actam litem cum alio prætenso vocato ad idem juspatronatus passivum, & post ab isto reportatam victoriam pro executione suæ gratiæ, atque ideo re non amplius integra.

Firmiori tamen pede DD. procedentes putarunt in præsenti nullatenus agendum de inspectione primi circa juspatronatus passivum, in quo de reliquo erant vocati non solum illi de agnatione Testatoris, sed etiam
5 ejus Uxoris; minusque de secundo curandum existimarunt, quia supposito, quod resolutio necessario capienda foret negativè ex tertio fundamento, ex eo non profluisset, nisi major Albini defatigatio in diutius expectanda literarum expeditione, quando jam ille à tribus jam annis litem substinuit
6 cum Andreano, & agitur de causa beneficiali, quo citiùs vacet expedienda. Et inhæ-
7 rentes propterea ultimo tantum fundamento serotinæ comparitionis Jacobi, inde procul dubio resultare putarunt illius exclusionem, quod certum in jure est, quod quali-
8 ficatus ex aliqua fundatione ad obtinendum beneficium tunc quidem præferri debet extraneo, & de eodem beneficio provideri, quando tempore habili ante lapsum quadrimestris, & antequam alius de d. beneficio provisus reperiatur, juxta plene deducta per *Garz. de benefic. p. 2. cap. 15. n. 10., & 11., Corrad. in praxi benefic. lib. 2. cap. 12. n. 15., & seq., Vivian. de jurepatr. lib. 7. cap. 7., Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 13. n. 50., & late Rota in Barchinonen. Beneficii 14. Martii 1692. §. Dato, & §. probata & 4. Julii ejusdem anni §. Placuit coram*
9 *bo. me. Ursino*. Semper enim hujusmodi fundamentum dispositionis intelligi debet sub conditione illa, si talis persona, juxta eorum voluntatem, qualificata id petat, & velit, ex argumento *text. in cap. si diligenti de for. competen., & l. penultima C. de pactis prosequitur cum Rebuff., & aliis concordan. idem Corrad. lib. 2. cap. 12. sub n. 59.*

Hic autem certum est in facto, quod Ja-
10 cobus, licet controversus Canonicatus vacasset per obitum Dominici Anibalis usque de Mense Aprilis 1717., adhuc verò ipse non comparuit ad illum sibi conferri petendum, nisi de Mense Martii superioris anni, & sic ferè post annum, & re amplius non integra, postquam scilicet plenarium jus in illo quæsitum fuerat Albino, non solum ex gratia SSmi, sed etiam ex ejusdem gratiæ exe-

executione obtenta in contradictione Andreani cor. R. P. D. meo Corio, quo sane casu amplius locum non esse ulteriori comparitioni vocatorum in jurepatronatus passivo plene firmatum fuit in supra relatis auctoritatibus, & dixit quoque *Rota in terminis juris patronatus activi in Capuana Beneficii* 27. *Januarii* 1698. §. *Fortius cor. Me*.

11 Non obstat, quod nullatenus requisitus fuit ipse Jacobus, utrum vellet assequi Canonicatum sibi debitum, & quod non habuit scientiam vacationis, & juris sibi competentis, nisi ex lite acta cum Andreano, quandoquidem illi potius incumbebat jura sua

12 debito tempore promovere, dum neque Ordinarius, neque Papa tenentur ullo modo requirere, imo neque expectare comparitionem eorum, qui sunt ex fundatione qualificati, ne iterum Beneficium vacet in præjudicium Divini Cultus, ut ex *text. in cap. ne pro defectu de elect.*, arguit respondens difficultati *Corrad. in prax. cap. allegat. n* 61.

13 Scientia autem ipsius Jacobi tum circa vacationem, tùm circa jus, quod ex fundatione valebat deducere, erat in præsenti satis superque probata, non solum ex eo quod in lite mota contra Albinum ab Andrea, o ipse semper comparuit tanquam ipsius Procurator, unde jura in causa deducta, & præsertim ipsum fundationis instrumentum centiès sub oculis habuisse negare non potest, & ex eo de omnibus ad rem facientibus scientiam plenariam habuisse, ut generalibus ommissis, in puncto firmat *Rot. in allegat Barchinonen. Beneficii* 14. *Martii* 1692. §. *Et tertio cor. bo. me. Ursino*. Ve-

14 rum etiam ex epistola originaliter mihi exhibita, quam conscripsit ejus Sorori sub data diei 15. Septembris 1717., in qua fatetur tum scire vacationem Canonicatus, tum jus ad illud assequendum sibi competens ex fundatione, & ulterius specifice dicit, se ad illum non aspirare, ex quo vocationem ad militiam Ecclesiasticam assumendam non haberet. Quibus sane positis, cum pienè

15 epistola contra scribentem probet, *ad text. in l. Publia §. fin. ff. depos.*, *Rot. dec.* 948. *n.* 1. *cor. Emer. jun.*, *& dec.* 51. *n.* 27. *cor. Reverendissimo Ansaldo decano*, non poterit impu-

16 gnare amplius id, quod ex propria confessione, probationum omnium regina, descendit, *ad text. in l. Generali C. de non numer. pec. L. cum precum C. de libert. caus. cum aliis vulgar.*

Et ita parcentes DD. ulteriori defatigationi, quam ex serotina ista alterius oppositoris comparitione sibi illatam conquerebatur Albinus, concluserunt utraque &c.

RAVENNATEN. MANUTENTIONIS.
Veneris 28. *Aprilis* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est in parte revocatoria alterius sub die 8. Aprilis 1715.
Fœminæ unius lineæ sub conditione — *Si sine filiis* — comprahensę cessantibus masculis ipsius lineæ primò vocatę, licet ad exclusionem masculorum substitutorum alterius lineę secundo loco vocatæ succedant, attamen quando coniecturæ, & circumstantiæ tanti ponderis sunt, ut testatorem ad suæ agnationis conservationem respexisse præseferant, semper exclusę presumuntur, masculisque de secunda linea locus datur, præsertim quando aedem ex facto prædecessorum exclusæ apparerent, quod statum facit tùm in linea confessionis, cum observantiæ dubię dispositionis interpretativæ, multoque magis ab eisdem prædecessoribus causam habentes afficir.

SUMMARIUM.

1 *Heres testamentum acceptans per hæreditatis aditionem non potest onus sibi à Testatore iniunctum respuere, & à sui authoris voluntate resilire*.

2 *Dispositio Testatoris non irritatur ab hærede per exceptionem fideicommissi aviti, cujus virtute non valuisset de bonis disponere, quando eadem dispositio vel ad declarationem, vel confirmationem ejusdem fideicommissi redigeretur*, & n. 7.

3 *Heres non potest sui authoris confessionem impugnare*.

4 *Confessio hæredis non tantum in linea puræ confessionis, quam etiam observantiæ interpretativæ fideicommissi, & dubiæ dispositionis attendenda est*, amplia, ut in num. 9.

5 *Decisio Rotæ canonizzans fideicommissum in uno judicio adversus unum litigantem, præsupponenda est adversus cæteros, qui illud contenderent*.

6 *Fæminæ existentes in linea ultimi possessoris in transitu de una ad aliam lineam dicuntur exclusæ, quando etiam fæmina Testatori proximior ob existentiam agnatorum etiam de linea contentiva à Testatore excluderetur*.

7 *Amplia, quando in Patria Testatoris vigeret statutum fæminarum exclusivum*, & *quare*.

8 *Testator præsumitur in dispositione se uniformare voluisse Patrio Statuto*.

10 *Testator potest disponere de re hæredit, sicut de propria, quando præsertim concurrit illius potestas ob majus emolumentum, attenta institutione in universo axe in hæredem transfusum*, & vide casum.

11 *Hæres simplex, vel Beneficiatus donec de hæreditate legittimam non reddiderint rationem, defuncti factum servare, ejusque imperia exequi tenentur*.

12 *Amplia, ut nequidem possint allegare bona non æquivalere gravamini iniuncto super bonis propriis, nisi id prius concludenter, mediante redditione rationis, probaverint*.

13 *Subamplia, ut neque suffragetur hæredi,* quod

quod se promptum exibeat rationi reddendæ, & quare.

14 *Voluntas in mente retenta, & ad actum non redacta nil operatur.*

15 *Verba non sufficiunt, quando factis opus est.*

16 *Hæres gravatus in bonis propriis non potest retardare exequutionem præcepti Testatoris sub prætextu, quod se promptum rationis redditioni exibeat.*

17 *Hæres gravatus sub prętextu inventarii non liberatur ab observatione gestorum à suo authore*, & n. 20.

18 *Legatarius, ut rem legatam consequatur adversus hæredem, qui eam esse propriam contenderet, & non testatoris, sat est, quod adversus illum de non reddita ratione excipiat.*

19 *Hęres, qui hęreditatem acceptavit, defuncti voluntati parere debet, nec potest ex una parte hæreditatem, & ex altera rem alteri legatam sub aliquo prętextu retinere, maximè quando sub pęna caducitatis legatorum onus eidem fuisset iniunctum*, amplia ut in n. 21.

20 *Testator mandans prestari legatum sine diminutione, censetur nolle, quod hęres sub prætextu inventarii ab obligatione illud solvendi se possit liberare.*

DECISIO MCXV.

Controversia, quæ post obitum Canonici Joannis Andreæ de Lovatellis orta fuit super pertinentia Prædii *della Torre* inter fratres ex una, & sorores ex altera pariter de Lovatellis, delata fuit ad nostrum Auditorium ex appellatione interposita per dictos Fratres à Judicato A. C. in Judicio tantum possessorio, & dato de more dubio definita fuit in Rota *diei* 8. *Aprilis* 1715. pro manutentione fratrum in medietate vigore Legati ipsis relicti in testamento memorati Canonici Joannis Andreæ, & pro manutentione eodem modo in altera Prædii medietate favore sororum, ex quo istius respectu idem Canonicus esset mere Usufructuarius, & proprietas ex testamento Hieronymi Fratris & respectivè earum Patrui ad Sorores pertineret.

Neutra tamen ex Partibus acquiescente concessa fuit facultas utrinque contra decisionem jura sua deducendi, ideoque proposui consuetum dubium *super resolutis*, in Audientia diei 10. Junii superioris anni, in cujus examine iniunctum fuit, quod *videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis*. In sequelam istius rescripti assumpta fuit inspectio boni juris, eaque ad DD. trutinam deducta die 6. Martii proximè prętetiti, sed cum nulla tunc prodierit ob suffragiorum scissuram resolutio, hodiè iterum quæsivi, *An, & de cujus bono jure constet etiam ad effectum manutentionis, itaut standam, vel recedendum respectivè sit à decisis*, & responsum habui *in omnibus favore Comitum fratrum de Lovatellis.*

Constitit enim de illorum bono jure ex dispositione testamentaria Canonici Joannis
Andreæ in qua ipsis, eorumque filiis, & descendentibus masculis in perpetuum jure legati relictum legitur Prędium controversum, institutis hæredibus in reliquo universali asse dd. Sororibus neptibus Testatoris, quæ cum hæreditatem adiverint, ideoque testamentum acceptaverint, non possunt amplius onus ipsis iniunctum præstandi hujusmodi
1 legatum respuere, & ab Auctoris sui voluntate resilire, *Rota dec.* 27. *nn.* 14., & 17. *p.* 18. *rec.*, *in Fanen. donationis* 7. *Martii* 1701. §. *Omnis*, & *prima Julii ejusdem anni* §. *Exordiendo cor. Emo D. Card. de la Tremoille*, *in Romana donationis de Corsinis* 3. *Julii* 1711. §. *Præsertim cor. Reverendissimo P.D. meo Aldrovando*, & *in Amerina redditionis rationis* 27. *Aprilis* 1714. §. *Et præmissa cor. Me.*

Non obstat, quod Canonicus de Prædio controverso disponere non valuerit, quia illud pertineret ad fideicommissum Equitis Joannis Lovatelli ipsius Avi, ad quod fideicommissum sunt vocatæ Sorores ad exclusionem Comitum in defectum earum lineæ substitutorum. Cessabat quip-
2 pe obiectum ex eodem Canonici testamentò, in quo ille professus ab initio fuit relictum particulare illius Prædii idcò facere favore Comitum Francisci, Caroli, & Hyppoliti fratrum de Lovatellis, ut effectum haberet fideicommissum ejusdem Equitis Ioannis, & deindè superaddidit, quod etiamsi difformis esset ejus Avi dispositio, volebat nihilominus, jubebatque quod adhuc in omnibus, & per omnia legatum adimpleretur, juxta ordinationes, vocationes, & alia ab ipso præscripta. Ex qua sane dispositione multiplex argumentum resultat contra sorores, & præsertim nova confessio ipsarum Auctoris, quod ad fideicommissum Equitis Joannis sunt vocati Comites Fratres, & non ipsę, dum pro hujusmodi vocationis effectuatione legatum exa-
3 rare professus fuit, quam quidem confessionem uti hæredes impugnare nullo modo non possunt. *ad text. in l. eum à Matre, ibique Gloss. C. de rei vindic.*, *Peregrin. de fideic. artic.* 33. *n.* 10., *Rota dec.* 638. *n.* 19. *p.* 19. *rec.*, & alibi passim.

Et hæc confessio non tantum in linea puræ
4 confessionis, quantum etiam observantiæ interpretativæ dubiæ dispositionis, & fideicommissi Equitis Joannis plurimum contra confitentis hæredes attendenda est. Non enim adeo clara dici potest sororum vocatio in memorato fideicommissò, prout ipsæ contendebant, quando jam istud canonizatum fuit agnatitium, & fæminarum exclusivum occasione recuperandi idem Prædium, de quo agitur in Tertios distractum ab uno ex gravatis, favore ipsiusmet Canonici Testatoris, tunc istius fideicommissi possessoris, ju-
5 xta decisiones nostri Tribunalis *cor. Emer. jun. inter ejus impressas* 251. 279., & 387. quæ procul dubio sunt hodiè supponendæ juxta praxim, de qua in *Urbevetana Immis-*

missionis 27. Junii 1718. §. Non obstat, & in Ferrarien. Cauthele Angeli, seu redditionis rationis 30. Jannarii hujus anni §. Atque hæc coram Me.

Licet vero urgeret ea replicatio, quod
6 in præsenti per obitum d. Canonici ultimi fideicommissi Possessoris in linea primo vocata,
agatur de transitu ad aliam lineam substitutam, ideoque ipsæ fæminæ existentes in linea ejusdem ultimi Possessoris defuncti tamquam comprehensæ sub conditione, si sine filiis, complexiva ex verbi generalitate etiã fæminarum, possint in exclusionem Substitutorum succedere; adhuc videbatur non parum obesse posse huic interpretationi voluntas tacita Testatoris, excludendi etiam isto casu fæminas in concursu masculorum agnatorum substitutorum, ex quo constet illam perpetuò directam fuisse ad admissionem Agnatorum etiam transversalium, seù existentium in linea contentiva, excludendo idcirco etiam fæminas proximiores ab ipso descendentes, id quod rationem à fortiori suppeditat exclusionis aliarum remotiorum, & minus dilectarum, ut in puncto arguit *Peregrin. de fideic. art. 25. n. 43., & 44., Fusar. de substit. q. 713. n. 18., Rota in Spoletana Hereditatum 12. Junii 1704. §. Quoniam cor bo. mem. Omanna*, dum
7 præsertim in Testatoris Patria, nempè Ravennæ viget Statutum exclusivum fæminarum relat. à *Card. de Luc. de Statut. succes.*
8 *partic.* 130., cum quo præsumitur conformare se voluisse, & ideo vocando filios de solis masculis intellexisse, juxta deducta *dec. 948. n. 15., & 16. cor. Card. Cerro, decis. 111. n. 4. cor. San. mem. Alex. VIII., in Fulginaten. successionis quoad Carolinam 1. Julii 1709. §. Id ipsum cor. bo. me. Molines & in Perusina immissionis præcedentis Audientiæ diei 21. hujus mensis, & anni §. Coronat cor. Me.*

Accedit huic Testatoris confessioni aliud
9 æquè validum contra illius hæredes obstaculum profluens ex præcepto, quod successivè ille iniunxit adimplendi idem legatum, etiam si Prædium tamquam dispositioni Avi subiectum Comitibus legatariis non deberetur, sed sororibus hæredibus institutis. Ete-
10 nim dubitari non potest, quin licuerit eidem Testatori disponere de re ad hæredes, ceteroquin proprio jure pertinente, quoties certa est circa hujusmodi dispositionem ejus voluntas optimè resultans ex narrato præcepto voliti in omnem casum adimplementi, & concurrit etiam potestas ob equivalens, imò majus emolumentum mediante institutione in universo asse eisdem relictum, ad *text. in l. Unum ex familia §. Si rem tuam ff. de legat. 1., & l. Imperator 72. §. Si centum, & §. Cum quidam, ac l. Cum Pater 79. § Titio ff. de legat. 2., Rota dec. 585. n. 2. p. 19. rec., in Romana Immissionis super Domo 27. Ianuarii 1713. §. Non attento coram Reverendissimo P. D. meo Aldrovando & in Amerina Redditionis rationis 27. Aprilis 1714. §. Frustra cor. Me*, & in puncto legati facti de re subiecta fideicommisso purificato favore hæredis *dec. 397. nu. 10. & seqq. cor. Cerr.*

Ad evitandam sui auctoris confessionem, atque etiam ad ostendendum, quod non concurrat æquivalens illud emolumentum in
11 earum institutione, opponebant sorores sese Canonici Testatoris hæreditatem adivisse cum beneficio legis, & Inventarii, sed hoc non obstante adhuc dixerunt DD. eas teneri servare factum defuncti, quousque non fuerit ab eis reddita legitima ratio de hæreditate sui Auctoris, cum ante redditam rationem eodem modo obstrictus sit hæres simplex, & Beneficiatus ad Auctoris factum servandum, *Rota dec. 297. n. 12., & seq. p. 12., dec. 371. n. 14. p. 13. rec., dec. 284. n. 3. cor. Emer. jun., & in Forolivien. fideicommissi de Torellis super Reservatis 27. Aprilis 1703. §. Quoad secundam cor. bon. mem.*
12 *Muto*, ne quidem allegare possit bona hæreditaria non æquivalere gravamini iniuncto super bonis propriis, nisi prius id concludenter probet prævia pariter redditione rationis, *Gratian. disceptat. 511 nu. 31., & seq., Rot. dec. 998. n. 4. cor. Dunoz. jun., dec. 58 n. 22., & plurib. seqq. cor. Bich. d. dec. 397 n. 15., & seq. cor. Cerro, & decis. 610. n. 3., & 4 p. 18. rec., & dec. 215. n. 2. dec. 216., & 284 utrobique n. 3. cor. Emer. jun.*

Absque eo quod suffragetur hæredi, prout
13 subdebant sororum defensores se promptum, & paratum exhibere ad reddendam rationem, ubi illi terminus ab opponente ad istum effectum præfigatur. Cum enim vo-
14 luntas in mente retenta nihil operetur, *l.*
15 *Si repetendi ff. de condict. ob caus.*, & ubi facto opus est verba non sufficiant, *l. Non*
16 *omnes §. final. ff. de re milit.*, hæres gravatus in bonis propriis non potest executionem præcepti Testatoris retardare mediante hujusmodi oblatione, quam non reducit
17 ad actum, neque recusare observationem facti sui Auctoris prætextu inventarii, *Rot. dec. 27. n. 14., & seqq. p. 18. rec., & in d. Forolivien. Fideicommissi de Torellis super reservatis 27. Aprilis 1703. §. Quoad secundam, & in confirmatoria 20. Martii 1705. §. Secundus titulus coram bo. me. Muto.* Sa-
18 tisque est legatario pro consequenda re, quam esse propriam heres contendit, & non Testatoris excipere de non reddita ratione, ut præcisè respondit proposito obiecto *Rot. inter collect. ad ornat. Card. de Luc. de test. tom. 1. dec. 27. n. 6.*

Procedunt autem eo fortiùs hæc omnia
19 attenta nova, ac strictiori ejus Canonici Joannis Andreæ dispositione in secundis Codicillis, in quibus prævidens molestias, quas sorores de Lovatellis hæredes institutæ illaturæ erant Fratribus Legatariis circa controversum Prædium, præcepit, & ordinavit, quod si dictæ hæredes Legati consecutionem impedire tentassent ex quavis earum præ-

tem-

tensione, decaderent ab earum institutione atque hæreditas ad eosdem legatarios devolveretur, & hujusmodi caducitas locum in quovis casu molestiarum obtineret. Quo ita posito quisque videt nullatenus permissum esse posse sororibus sub hac lege institutis retinere ex una parte vigore dispositionis Canonici istius hæreditatem, & ex altera vigore proprii juris, si quod habent, prædium legatum contra adeo explicitam istius prohibitionem, sed illas debere, vel omnino Testatoris præcepto parere, vel hæreditatem ad comodum substitutorum isto casu dimittere, & Jura propria experiri, juxta plene firmata *dec. 37. n. 17. cor. Benincasa*,
20 & si velint hæredes esse, uti non posse Beneficio Inventarii contra sui Auctoris voluntatem, & istius allegationis prohibitionem, ut arguunt *Thom. de inventar. tit. 18. n. 4. Gratian discept. 40. n. 13., Mangil. de impùt. q. 134. n. 1., Ciriac. contr. 160. n. 102., Cardinalis de Luc. de hæred. disc. 18. n. 2, & 3., Conciol. eodem tract. art. 1. n. 116., & seqq., Rota in Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo 18. Junii 1700. §. Nec subsistit cor. Rmo dell' Olmo*.

Si igitur ex huc usque deductis consequitur, non posse se tueri Sorores de Lovatellis proprio jure vocationis (etiam si ista concurreret) ad fideicommissum Equitis Joannis, inde etiam resultat, quod neque possint allegare proprio pariter jure sibi debitam esse medietatem ejusdem Prædii legati ratione investituræ, quam obtinuerunt ab Abbatia S. Mariæ in Portu Domina directa, Canonicus Testator, & Hieronymus prædefunctus ejus Frater, cujus sunt hæredes proprietariæ eædem Magdalena, & Gentilis sorores illius filiæ, inferendo ex d. investitura obtenta *pro se, & hæredibus*, quod medietas acquisita Hieronymo, & in usufructu tantum relicta Canonico post istius obitum ex consolidatione ususfructus cum proprietate ad ipsas redierit, juxta ea, quæ fuerunt firmata in *dec.*, quæ *revidetur §. Ac sa-*
21 *ne*. Quandoquidem recurrit semper adversus ipsas vis, & efficacia dispositionis testamentariæ, & Codicillaris ejusdem Canonici, ac qualitatis hæreditariæ in ipsas ex aditione impressæ cum coactione, & necessitate servandi ejus voluntatem, & à rejecto favore Fratrum non reclamandi, ex auctoritatibus superius adductis. Quod procedit sivè Prædium sit emphyteuticum, sivè potius uti allodiale censendum ex concordia antiquitus inita inter Clerum, & Populum Ravennaten., de qua *Rota in Ravennaten. Emphiteusis 12. Junii 1710. cor. Rmo P. D. meo Ansaldo Decano*.

Et ita omissis aliis quæstionibus, quas assumere superfluum DD. censuerunt, responsum fuit utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.
Veneris 5. Maii 1719.

ARGUMENTUM.

Rei stabilis Possessor, qui censum super ea impositum cum reportatione jurium extinguit, debitoris figuram gerere dicitur, ita ut prædicta cessio nullam actionem ei pariat, sed in simplicem quietantiam, & liberationem resolvatur. Actio tam pro evictione, quam liberatione à molestiis non competit adversus illum, qui per transactionem nil tradidit, sed tantum penes possessorem, cum quo transegit, eam rem, super qua jus habere prætendebat, recepto pretio, & absque ulla de reportando obligatione relaxavit.

SUMMARIUM.

1 *Actione carens, nullum potest reportare mandatum.*

2 *Cessio jurium facta favore solventis pecuniam pro extinctione census impositi super fundo, quod iste possideat, inutilis est, cum in simplicem quietantiam resolvatur*, & num. 10.

3 *Legatarius nullum dominium super re legata sibi vindicat, si ista fideicommissi onere gravaretur.*

4 *Decisiones canonizzantes fideicommissum, de quarum meritis in alio judicio non agatur, sunt præsupponendæ, maximè si res judicata à partibus acceptata supervenisset.*

5 *Possessor domus transigendo cum creditoribus hypothecariis, debitoris figuram gerere dicitur*, & vide casum.

6 *Legatarius, qui super re legata molestias passus est ex parte creditoris hypothecarii, si easdem vellet revertere adversus fideicommissarium super ea jus habentem, repellitur exceptione legis* vindicantem ff. de evict., & vide casum.

7 *Cessionarius in omnibus cedentem repræsentat, & dicitur Procurator in rem propriam à cedente constitutus.*

8 *Cessionarius non potest petere restitutionem census de sui natura irrepetibilis, quæ ipsi cedenti non competeret.*

9 *Cessionarius aliquoties agendo repellitur exceptione, qua ipse cedens non repelleretur, ex diversitate actionis*, & vide casum.

11 *Evictio, aut liberatio à molestiis non competunt adversus illum, qui nil tradidit in vim transactionis, sed tantummodò rem in manibus jam possidentis relaxavit.*

12 *Cedens jura cum declaratione, & obligatione manutentionis eorundem intra factum proprium tantum, & non alias, extra istud de evictione numquam tenetur.*

13 *Obligatio evictionis facta ab hærede cum clausula præservativa* nisi ex dato, & facto proprio *dumtaxat, non extenditur etiam ad factum proprii authoris, quando ante istud jus ad eandem rem, super quam cadit evictio, hæredi fuisset quæsitum ab illo independenter*, & vide casum.

14 *Pre-*

14 *Promissio evictionis, seu manutentionis ad jura fideicommissi tantum restricta cum clausulis* tantum, & non alias *ad molestias ex alio capite illatas minimè extenditur.*

15 *Jus per rotales resolutiones canonizatum clarum dicitur.*

16 *Transigentes disparem contractum inisse non præsumuntur, & quod alter ex istis pro minimo rem magni valoris consocio cesserit*: Intellige, ut in num seq.

17 *Contractus, qui ex parte unius ex transigentibus redderetur iniquus, non præsumitur, quod ita fuerit à contrahentibus intellectus, & volitus.*

18 *Nemo locupletatur cum aliena jactura retinendo rem magni valoris pro miserabili summa.*

DECISIO MCXVI.

SUper Domo sibi legata cum onere Missarum ab Agatha Sansonetta, Ven: Conventus S. Carolis ad quatuor Fontes duplicem passus est controversiam, quarum prima promota fuit à Philippo, & aliis de Brembis vigore fideicommissi conditi à Bartholomæo de Quadris, & eorum favore purificati, in eaque Actores immissionem obtinuerunt ad dictam domum etiam in nostro Tribunali per sententiam latam à Rmo P. D. meo Ansaldo Decano præviis decisionibus editis sub die 20. Aprilis 1700. coram bon. mem. Jacometto, & 7. Martii 1701. coram eodem Rmo P. D. meo Ansaldo, quas aliæ subsecutę sunt editæ 7. Aprilis 1704., & 26. Junii 1705. coram bon. mem. Molines. Fuit verò ista controversia sopita mediante amicabili transactione, in qua receptis per illos de Brembis à Patribus S. Caroli scutis 500. recessum fuit à lite cum promissione alias non inferendi molestias super possessione ejusdem domus, & restitutione pensionum lite pendente perceptarum.

Altera fuit illa, quam deduxit Ven. Monasterium S. Stephani supra Caccum habens uti hæres celebris Juris Consulti Stephani Gratiani hypothecatam dictam domum pro censu scutorum 250. in sorte ejus favore imposito à memorato Bartholomæo de Quadris, & in ea pariter Patres S. Caroli succubuerunt non minus coram A.C, quàm in nostro Auditorio, juxtà decisionem editam 3. Decembris 1714. coram Me. Eodemque modo curarunt dicti Patres hanc etiam controversiam transactione dirimere, in qua pro extinctione census, & solutione omnium fructuum solverunt sc. 775. præfato Monasterio S. Stephani, ab eoque jurium cessionem reportarunt.

Curantes post hæc supradicti Patres S. Caroli de habitis occasione hujusmodi litium, & transactionum dispendiis aliquam obtinere relevationem, ad quam etiam antè secundæ transactionis stipulationem interpellaverant fratres de Brembis, uti hæredes Bartholomæi de Quadris: Vocarunt illos in Judicium coram Judice ab A. C. deputato, & mandatum exequutivum obtinuerunt tùm pro scu. 775. solutis Monasterio S. Stephani, etiam pro damnis, & interesse. Cum verò in gradu appellationis à Signatura justitiæ mihi commissæ cum clausula *Si quid exequendum*, actum subinde fuerit in nostro Auditorio de executione talis mandati, pluries proposui congruum dubium sine ulla resolutione, donec adscitis in ultima propositione ad suffragium ferendum *omnibus Dominis*, rescriptum hodiè fuit, *non esse exequendum.*

Fundamentum resolutionis, cum de nullitate quęstio non esset, præbuit injustitia,
1 quia cum Patribus S. Caroli non competeret ulla actio adversus fratres de Brembis, non poterat contra istos ullum relaxari eorum favore mandatum, ad *Textum in leg. si Pupilli §. Videamus, & l. quoties §. Item ff de negoc. gest., Rot. decis. 83. num. 3. parte 19. recent.*, & cum aliis in *Romana, seù Albanen. Pecuniaria 12. Decembris 1718. §. 1. coram Me.* Et quoniam dicti Patres S. Caroli ad fundandam suam actionem modò super una, modo super altera ex præmissis transactionibus insistebant, hinc Domini singularitèr unamquamque examinando, neutram eorum votis obsecundari concludebant.

2 Non quidem initam cum Monasterio S. Stephani, in qua ipsi Patres S. Caroli solverunt præcisè summam illam, pro qua fuit à Judice ab A.C. deputato relaxatum eorum favore mandatum consentaneè ad amplissimam Jurium cessionem, quam pro ea reportaverant; quia cum actio intentata à dicto Monasterio S. Stephani pro censu hæreditario Stephani Gratiani, ideò directa fuisset adversus ipsos, quia Domum censu gravatam possidebant, & ideo quoad illud debitoris figuram reprȩsentabant, indè sequitur, quod talis cessio remanet inefficax, & nullius actionis productiva, cum resolvatur in simplicem quietantiam, & liberationem, *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2 quæst. 63. per tot., Palm. Nep. decis. Lucen. 59. num. 26., Rota decis. 127. num. 18., & seq. post Cenc. de Cens. decis. 280. num. 5. part. 15. recent., in Romana Cambiorum 27. Junii 1714. §. Contrarium coram R. P. D. meo Crispo, & in Romana Domus ad Cartharios 9. Decembris 1715. §. Nec magis coram R. P. D. meo Cerro.*

Neque hujus assumpti efficaciam evitare ex eo possunt, quod non possideant Domum jure hæreditario Bartholomæi de Quadris debitoris Census, sed vigore Legati ipsis relicti ab Agatha Sansonetta, & sic uti Tertii, ideoque potuerint translativam cessionem à Creditore Census obtinere, ex eaque agere contra hæredes debitoris, qui sunt illi de
3 Brembis. Statim enim corruit hujusmodi exceptio, advertendo, quod licèt verum sit, delatam fuisse prædictam Domum ipsis Patribus S. Caroli ex Legato Agatę Sansonettæ, tamen non valuerunt ex isto titulo illius do-

dominium acquirere, dum Agatha non po-
terat de ea disponere, cum esset subiecta fi-
deicommisso Bartholomæi de Quadris, ut
latè firmatum fuit in suprarelatis decisioni-
bus *Romana fideicommissi de Quadris 26.
Aprilis* 1700. *coram bon. mem. Jacometto,
& 7. Martii* 1701. *coram Reverendissimo
P. D. meo Ansaldo Decano, & 7. Aprilis*
1704. *coram bon. mem. Molines*, quæ deci-
4 siones de stylo sunt supponendæ, maximè
eum supervenerit res judicata sine restitu-
tione in integrum non impugnanda, & ac-
ceptatio Partium, contra quam reclamare
non licet, juxtà notorias regulas.

Hoc autem posito, vel necessario debent
admittere, quod habent causam à Bartho-
lomęo de Quadris debitore Census median-
5 te cessione ejusdem Domus, quam in alia
transactione, de qua infrà, habuerunt ab
hæredibus fideicommissariis transigendo su-
per lite promota ad vindicandam dictam
Domum uti subiectam fideicommisso, &
jam indè patet, quod debitorem repręsenta-
6 bunt; aut verò volunt adhuc insistere super
titulo Legati, & cum habeant hęredes fi-
deicommissarii, qui sunt illi de Brembis Rei
conventi canonizatum super eadem Domo
fideicommissum, cujus vigore Domum vin-
dicare possunt ab eorum manibus, indè se-
quitur, quod agendo pro relevatione mole-
stiarum passarum super ipsamet Domo con-
trà ipsos de Brembis fideicommissarios, re-
pelluntur exceptione, quod frustrà petunt,
quod intus habent, vel alia exceptione *legis
vindicantem ff. de evict.*, ut in proposito fir-
mavit *Rota Lucen. apud Balducc. ad Ra-
mon. decis.* 42. *nu.* 62. *tom.* 2., *& Rota nostra
decis.* 464. *num.* 1. *cor. Emer. Jun.*

Nullumque pręsidium in ea valent con-
stituere animadversione, quod sicut Brembi
non possent effugere solutionem Census im-
positi ab eorum Auctore, si ageret contra
eos Monasterium creditor, ita neque possint
eamdem solutionem evitare, dum agunt ipsi
Patres S. Caroli, uti ejusdem Monasterii
7 cessionarii, ex regula, quod Cessionarius
representet personam cedentis, & sit veluti
Procurator in rem propriam à cedente con-
stitutus, cum aliis similibus. Pręter enim
quod non videntur in præsenti dicti Patres
egisse uti Cessionarii Monasterii S. Stephani
vigore reportatæ cessionis, sed potiùs diver-
sa actione ex empto, & vigore transactionis,
8 dum petierunt contra Brembos restitutio-
nem capitalis Census, quod cum esset de sui
natura irreperibile Monasterium creditor
petere non potuisset, atq; etiam damna, & in-
teresse, quę eidem Monasterio non compe-
tebant: Cessat ulterius quælibet difficultas
9 ex eo, quod nullatenus novum est, ex plu-
ribus exceptionibus repelli posse Cessiona-
rium, quę cœteroquin cedentem non affice-
rent, quando respectu Cessionarii diversa
militat ratio, quam quoad ipsum cedentem,
ut benè probant *Olea de cess. Jur. tit.* 6. *qu.*
11. *num.* 56. *in fin.*, *& Catan. decis.* 2. *num.*
44., *&* 45., & de facto in casu nostro diver-
sitas satis evidens concurrit, dum Monaste-
rio S. Stephani nullatenùs objici potuisset,
quod retineret Domum eodem Censu gra-
10 vatam, proùt retinent Patres ejus Cessiona-
rii, & cujus retentionis vigore vel cessio ab
ipsis reportata resolvitur in extinctionem
juxtà superius firmata §. *Non quidem*; vel
repelluntur à Reis conventis ope fideicom-
missi super eadem Domo ipsorum favore pu-
rificati, ex proximè deductis.

Quemadmodum ex his patet, nullam
competere actionem Patribus S. Caroli ex
transactione inita cum Monasterio S. Stepha-
ni, ita etiam certum redditur, quod neque
ullum agendi fundamentum deducere va-
lent ex alia, quam præcedenter inierant
cum fratribus de Brembis, dum isti agebant
ad Domum vigore fideicommissi. In hac
enim alia transactione recessum fuit ab ea
lite, quæ pendebat in nostro Tribunali, &
super qua pro fideicommissariis prodierant
supra relatæ Decisiones, & ad effectum ut
Patres S. Caroli Rei conventi retinere pos-
11 sent liberè Domum controversam, ipsis
cesserunt Brembi fideicommissarii *Jura ta-
lia, qualia*, ideoque in natura ipsiusmet actus
inter partes gesti sequitur, quod nulla com-
petat actio pro evictione, aut liberatione à
molestiis, cum numquam habeat locum talia
actio adversus illum, qui non tradit per
transactionem, sed solum dimittit, & rela-
xat penes possessorem rem, super qua jus
habere prætendit, & jura sua cedit, ut est
Text. in leg. si pro fundo 33. *Cod. de transact.*,
ibique *Alex. sub num.* 4., *& seqq.*, *& Bald.
num.* 1., *&* 4., aliique Doctores relati per
Cancer. var. resol. parte 3. *cap.* 15. *nu.* 191.,
& seqq., *Gusman. de evict. quæst.* 30. *num.*
2., *Olea de cess. Jur. tit.* 6. *quæst.* 7. *nu.* 15.,
Urceol. de transact. quæst. 76. *num.* 1., *&
seqq.*, *de Marin. ad Reverter. decis.* 170.
num. 15.

Cui Juris dispositioni famulatur in omni
sui parte contextus totius Transactionis;
12 quippè quia illi de Brembis se obligarunt
amplius non molestare, nequè directè, ne-
que indirectè Patres S. Caroli vigore litis
jam intentatæ, aut alterius tituli jura pro-
pria cedendo in eam præcisè causam, ut eo-
rum vigore in possessione dictæ domus pos-
sent se confovere, adjecto tamen pacto, quod
nullo unquam tempore cogi possent iidem
de Brembis ad restitutionem pecuniarum
receptarum in eadem transactione, minus-
que teneri intelligerentur ad manutentio-
nem Jurium cessorum, nisi ex dato, & facto
ipsorummet, ibi -- *Minusque cogi ad resti-
tutionem dictarum pecuniarum, minusque
ad manutentionem jurium cessorum, nisi ex
dato, & facto eorundem Dominorum de
Brembis, & non aliàs &c.* Quod si itaque
noluerunt teneri ad manutentionem jurium,
nullo modo verisimile est, quod teneri vo-
luerint de evictione rei, quam penès Pos-
sessorem relaxarunt, non uti propriam, sed
uti

uel alienam, & sic affectam omnibus oneribus, & obligationibus illi infixis, ut in his terminis advertunt *Donell. in comment. jur. Civil. lib. 14. cap. 15. §. Sed ut regula circa med.*, *Redenas. b. cons.* 48. *num.* 12., & *Burgund. de evict. cap* 15. *num.* 1., & *sequ.*

Frustrà verò promissio manutentionis jurium cessorum ex dato, & facto proprio dumtaxat extendi prætendebatur ex parte Patrum ad factum Auctoris promissum, itaut consequentèr tenerentur Brembii pro molestiis illatis ex Censu imposito per Bartholomæum de Quadris, cujus sunt ipsi mediati hæredes, & sic præcisè ex facto eorum
13 Auctoris. Quoniam cum transactio inita fuerit, postquam Brembiis jamdiù quæ sita fuerat successio in hæreditate Bartholomæi, & eorum promissio restricta dignoscatur clausulis taxativis *tantùm*, & *non aliàs* &c. ad factum unicè proprium; isto casu dicitur restricta obligatio evictionis taliter ad eorum factum dumtaxat, ut stet exclusivè ad factum sui Auctoris, & istud nullatenus in ea compræhensum intelligatur, ut probant in individuo *Adden. ad Alex. cons.* 18. *lib.* 5., *Gusman. de evict quæst.* 49. *num.* 11., & *Mangil. eodem tract. quæst.* 11. *num.* 22.

Et hoc ipsum alia etiam demonstrabat
14 ponderatio, quod in præsenti casu promissio manutentionis, seù evictionis ex dato, & facto proprio non respicit traditionem, aut cessionem rei, sed jurium fideicommissi, ex quibus agebant Cedentes, ut constat ex relatis verbis Tranlactionis, quæ sanè jura adhuc Patribus cessionariis intacta remanent, neque ex eis ullam passi sunt molestiam, ideoque promissio evictionis ad talia jura restricta cum suprammemoratis clausulis *tantùm*, & *non aliàs* &c. minimè extendi valet ad molestias illatas ex alio capite, quam jurium fideicommissi, *Palm. Nep. allegat.* 158. *num.* 2. *cum pluribus seqq.*, *Bonden. collect.* 33. *nu.* 138. *paritèr cum seqq. lib.* 2., & allegat *Guzman. de evict. quæst.* 33. *sub num.* 36.

Libentius hujusmodi interpretatio capienda videbatur in præsenti casu, tum ex quo verosimile nullatenùs est voluisse Brem-
15 bios, quorum jus super domo relaxata Patribus S. Caroli erat clarum, tanquam à no-
16 stro Tribunali toties canonizatum, cedere domum ex tali jure cœteroquin sibi debitum valoris scutorum 3000. pro solis scutis 500., & insimul teneri de illius evictione, & sic sese exponere periculo refundendi supervenientibus molestiis integrum illius valorem, ducto argumento ex iis, quæ à verisimili mente contrahentium deducunt *Angel. cons.* 261. *num.* 4, *Rota decis.* 1425. *nu.* 4. *coram Pen.*, *decis.* 113. *num.* 18. *part.* 1. *divers.*, & *decis.* 64. *num.* 8. *post Zacch. de*
17 *societ. Offic.* Tùm etiam quia si è contrario tenerentur Brembii de evictione ex facto quoque sui Auctoris, aut alia daretur contra ipsius transactionis intelligentia, talis contractus manifestam præseferret iniquitatem. Ipsi enim, qui in transactione receperunt sola scut. 500 cum expresso pacto, quod nullo casu tenerentur illa restituere, tenerentur hoc non obstante restituere sc. 775. unà cum omnibus damnis, & remanerent expositi periculo etiam refundendi omne residuum valoris domus, quatenùs alii detegerentur Creditores, & è converso PP. S. Caroli, qui in lite, super qua transactum fuit, malum jus fovebant, & erant in proximo periculo
18 amittendi domum, locupletarentur cum aliena jactura, retinendo domum ipsam dicti valoris scutorum 3000. pro solis scu. 500., & acquirendo talem securitatem pro evictione ejusdem domus; quod quidem quantum absonum sit ab omnibus Justitiæ, & æquitatis principiis, omissis generalibus in proposito probant *Olea de cess. jur. tit.* 9. *quæst.* 7. *num.* 11. *in fine*, & *Urceol. de transact. quæst.* 76. *num.* 6. apud quos concordan:

Et ita in quarta propositione responsum fuit omnibus Dominis suffragium ferentibus, & Partibus jura sua validè deducentibus &c.

AUXIMANA JURISPATRONATUS.

Veneris 12. *Maii* 1719.

ARGUMENTUM.

Gratia *pro Præsentato* à medietate Patronorum justificata dicitur, etiam si inter Compatronos aliquis intercessisset contractus de alterum præsentando, quando vel iste esset nullius, vel symoniacus, neque Gratia ob hanc reticentiam inficitur ex quo Papam non retraxisset, & quare, ac quando similis inter compatronos concordatio obliget, vel ne, explicat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ justificatæ paratam habent exequtionem.*

2 *Contractus ex actibus ad illum præparatoriis non dicitur completus.*

3 *Contractus symoniacus non obligat contrahentes ad illius observantiam.*

4 *Contractus initus sub reservatione Beneplaciti Apostolici, donec illud non obtineatur, perfectus non dicitur, & ob eo, ante quam illud obtineatur, partes possunt resilire.*

5 *Quadrimestre datur Patronis Laicis ad præsentandum.*

6 *Patronus non excusatur ex allegatione impedimenti ab aliquo præstiti quando non docet se adhibuisse diligentias ad illud de medio tollendum.*

7 *Contrahens sibi imputare debet id, quod ex propria culpa sibi obvenit*, & vide casum.

8 *Juramentum non parit conjunctio dexteræ, sed Dei invocatio requiritur ad illud explendum.*

9 *Promissio facta in contractu nullo, inanis dicitur.*

10 *Paria sunt non esse, & esse nullum.*
11 *Præsentatio Superiori instituere debenti non justificata nullum jus Præsentato tribuit*, & num. seqq.
13 *Litteræ Apostolicæ quando dicantur justificatæ in casu, quo Præsentatus dixisset, se vocum medietatem habuisse.*
14 *Gratia non vitiatur ob non expressum contractum, seu quidquid aliud, quod nullum fuisset, & Papam verisimiliter non retraxisset.*

DECISIO MCXVII.

PRocedendum esse Domini responderunt, *ad legitimam executionem litterarum Apostolicarum* provisionis controversi Beneficii nuncupati *Donnæ Sorutiæ*, quas Jacobus Vincentius ab Aqua obtinuit à Sanctissimo cum Gratia pro præsentato infra legitima tempora à medietate Patronorum, quia con-
1 stitit eas esse in omnibus plenarie justificatas, ex luculentèr deductis in Decisionibus editis in præcedenti instantia 11 Martii, & 27. Junii superioris anni coram R.P.D. meo Rovault de Gamaches, ideòque omnimodam promereri visæ sunt executionem, *Rota in Abulen. Cappellaniæ 31. Januarii 1718. §. Inconcussa, & in Montis Falisci Canonicatus 13. Martii hujus anni §. Ex hujus coram Me.*

Porrò nulla quæstio erat super Clericatu, & idoneitate Provisi. Tota verò controversia restringebatur ad Juspatronatus, non tamen quoad ejus pertinentiam, quæ jàm dudùm favore Philippi, & Canonici Servilii ab Aqua Patris, & Patrui respectivè Jacobi Vincentii firmata fuit in alia Auximana Jurispatronatus 27. Junii 1701. cor. Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano, & 9. Martii 1703. coram bon. mem. Muto, cum successiva re judicata, quam in præsenti nullatenùs impugnare fas erat, sed illo uti non posse dumtaxat in præsenti vacatione prætendebatur ex eo, quod post secutam eamdem Beneficii vacationem inter dd. Fratres ab Aqua, & Alexandrum de Florentiis Compatronum inita fuerit conventio, à qua recedi non posset, de præsentando Josephum dicti Alexandri filium, & hodiernum Competitorem.

Inutilis autem, prout in præteritis, iterùm hodiè visa fuit hujusmodi oppositio, quia vel ista conventio nullo modo ad fuit interCompatronos, ut patet ex lectura relationis omnium actuum gestorum inter eos factæ
2 per Testes omni exceptione majores, cum simul juncta omnia ea, quæ ab illis referuntur numquam sonent in perfectionem alicujus contractus, sed restricta sint intra limites meri tractatus circà personam ad vacans Beneficium nominandam, ex quo tractatu nulla sanè promissio oriri valuit, cum juxtà vulgatum axioma multa quotidiè tractentur, quæ non perficiuntur, ut probant Auctoritates plenè allegatæ in secunda decisione præcedentis instantiæ §. *Etenim coram R. P. D. meo de Gamaches*; vel talis fuit, ut ab ea fratres ab Aqua potuerint pro suo libito, absque Florentii Compatroni injuria resilire.

Siquidem prætèr alias rationes, ea semper
3 urget, quod etiam si contractus ex mutuo Partium consensu perfectionem assumpsisset, nihilo tamen minùs tùm ratione pacti dimissionis domus, tùm alterius pacti reservandæ favore Jacobi Vincentii pensionis, Simoniaca labe infectus remansisset, & ideò talis, ut ex eo nullum Jus Josepho acquireretur, neque ullo modo attendendus esset, ut probat prima decisio 11. Martii anni præteriti § *Eoque certius cor. R. P. D. meo de Gamaches*, & secunda 27. Junii ejusdem anni §. *Secunda*
4 *ratio cor. eodem*. Non suffragante, quod pactionata fuerit ista conventio sub reservatione Beneplaciti Apostolici, quia donec, & quousque illud non fuit obtentum, licita erat alterius contrahentis pænitentia, ut cum aliis in laudata secunda decisione relatis §. *Imò verò, concordant Salgald. in labyrint. credit. par. 1. cap. 33. num. 22., Rota cor. Achill. de Graff. dec. 2. n. 3., de pact. dec. 12. num. 3. cor. Veral. dec. 52. num. 24. & 25. cor. Dunoz. sen. & dec. 477. n. 2. & decis. 624. nu. 12. par. 1. rec.*; neque satis fuit pro validitate contractus sola illius reservatio, sed subsequi debebat illius impetratio
5 intrà quadrimestre datum Patronis laicis ad præsentandum, ut expendit prima decisio hujus Causæ §. *Frustraque cor. R. P. D. meo de Gamaches*, ac aliàs firmavit *Rota decis. 227. sub num. 32. vers. undè debuit cor. Bich.*

Absque eo quod replicari valuerit præpeditos fuisse illos de Florentiis, ne idem Beneplacitum obtinerent ex facto fratrum ab Aqua, & Jacobi Vincentii ab eis præsenta-
6 ti. Quoniam non sufficit allegare hujusmodi impedimenti præstiti excusationem, nisi probetur adhibitis diligentiis non potuisse beneplacitum consequi ex oppositione, quæ tale impedimentum facere valida fuerit, ad *Text. in l. 2. §. Quod diximus ff. si quis Caut, & l quibus diebus ff. de condit. & demonstrat.*, & deducta per *Surd dec. 4. num. 3., Sperell. dec 83. num. 28., Rot. cor. Buratto dec. 386. num. 6. & decis. 742. num. 5.* Et hæc sanè probatio in præsenti statim excluditur non solum ex actuum, & temporum combinatione, quibus liberas manus, habuerunt Florentii ad beneplacitum impetrandum, ut ostendunt decisiones præcedentis instantiæ, prima §. *Frustraque*, & secunda §. *Nec turbat cor. R. P. D. meo de*
7 *Gamaches*; verùm etiam ex ea animadversione, quod de facto post annum, pendente inter præsentatos lite, illud obtinuerunt, & ideò obtinuissent, etiam si longè antea debito tempore idem Beneplacitum petiissent, itaùt non impedimento ab altera parte præstito, sed eorum negligentiæ tribuendum sit, si id non curarunt, & non obtinuerunt, ut arguit in simili *Cyriac. controv. 67. nu. 12. &*

12. & *seqq. Rota in Hyoporegien. Parochialis* 21. *Iunii* 1700. §. *Est certum cor. bon. mem. Molines*; & *in Osnaburgen. Canonicatus* 14. *Iun.* 1715. 1715. §. *Haud relevante cor. R. P. D. meo Crispo*.

Non est itaque cur dicatur datam de præsentando Josepho fidem irrevocabiliter acquisivisse ex conjunctione dexteræ, de qua Testes deponunt, & ex qua juramentum
8 deducebant ejusdem Josephi Defensores. Præter enim, quod talis manuum porrectio inter Partes nullo modo juramentum importare potest, cum expleatur iuramentum per Dei i. vocationem, & ex ista tantum fiat irrevocabile, incurratur & perjurium, ad *Text. in cap. etsi Christus vers. in quo de jurejuran. Lambertin. de jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 4. *art.* 13. *num.* 3., *Rot. dec.* 80. *par.* 17. *rec.* & *dec.* 593. *n.* 3. & *seq.*; Adhùc cessat
9 omnis efficacia, quæ alioquin exindè oriri posset circà strictiorem inter ingenuos Viros promissionis suæ observantiam, quando certum est, quod contractus erat nullus, & ideò promissio quævis erat inanis, imò talis,
10 ac si nunquam facta fuisset, dùm paria sunt non esse, vel esse nullum, ad *Text. in l. duo sunt Titii ff. de testam tùtel.*, & *l. non putavit* §. *Non quævis ff. de bonor. possess. contr. tabul.*, *Parif. de resignan. lib.* 8. *q.* 8. *nu.* 34. *cumseqq.*, *Surd. dec.* 51 *num.* 14. & *dec.* 222. *num.* 2.

His demùm additur, quod qualiscumque fuerit inter Compatronos promissio, & quo-
11 vis juramento munita; cum tamen agatur de sola promissione alterum præsentandi, non fuit nisi destinatio personæ, à qua ad instar simplicis nominationis factæ extrà præsentiam Superioris habentis facultatem instituendi, potuerunt promittentes utendo jure suo, & idcircò nemini injuriam inferendo recedere, *Lambert. de jurep. lib.* 2. *par.* 7. *qu.* 7. *art.* 2. *n.* 3. & 5. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 36. *Rota dec.* 739. *n.* 14 & *seq. par.* 18. & *dec.* 52. *n.* 9 *cor. Reverendiss. P. D.*
12 *meo Ansaldo*, quia ex hujusmodi destinatione, seù nominatione, seù præsentandi promissione facta citrà auctoritatem, & præsentiam debentis instituere, nullum jus neque in re, neque ad rem acquiritur destinato, vel nominato, ut plenè firmatum fuit in *Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1707. & 3. *Februarii* 1708. *coram Eminentiss. D. Card. Scotto*, & in confirmatoria 14 *Maii* 1714. *per tot. cor. Me, in Mediolanen. Beneficii* 7. *Iun.* 1715. §. *Paritèr coram R. P. D. meo Crispo*, & *in Augustana Canonicatus* 15. *Fearuarii* 1717. §. *Tantumque coram Eodem*.

Consequens itaque hinc est, quod plenè
13 justificatæ sint Jacobi Vincentii litteræ etiam in ea parte, qua se dixit præsentatus à Patronorum medietate, absque eo quod ulteriùs opus fuerit, quod exprimeret hujusmodi præcedentes tractatus, sive contractus,
14 quia cum illi nulli fuerint, neque Papam retraxissent, neque difficiliorem reddidissent in gratia concedenda, & ideò nulla post ex eorum omissa expositione subreptio resultaret, juxtà firmata in similibus terminis *decis.* 476. *num.* 27. & *dec.* 533. *n.* 6. & *seq. par.* 18. & *dec.* 472. *n.* 6. *par.* 19. *rec. tom.* 2.

Et ità habita in reliquis pienaria relatione ad decisiones editas in præcedenti instantia cor. R. P. D. meo Gamaches, responsum fuit Jacobo Vincentio tantum Informante, Josepho verò conguè expectato, & frustrà dilationem petente.

ARIMINEN. IMMISSIONIS.

Veneris 2. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Monasterium ex persona Monaci ad bonorum usumfructum in istius vita admittitur, ad quæ bona illius Mater filios agnationis conservandæ capaces vocasset, quæ etiam in Monaco servatur; secùs verò, si Testatrix filios uti familiæ propagandæ aptos nominasset, quod non est in Monaco verificabile. In primo casu, neque illi obstat renunciatio conditionate, & pactionate concepta, ob quam in caducitatem à Testatrice comminatam diceretur incursus, quando illa ob conditionis inadimplementum fuit resoluta, & sic cum ipsa etiam caducitas evanuit, quæ etiam ex quavis levi causa removetur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, quando concedenda esset Monaco, ut in sæculo viveret, & extra Monasterium, isti conceditur quando est bonorum capax, cum illius personam in omnibus repræsentet.*
2 *Monasterium non venit loco filii, quando testatoris voluntas resisteret.*
3 *Monacus non dicitur tacitè à successione exclusus, ex quo testator vocasset masculos ad conservandam agnationem, quando ad vitam tantum successionem peteret, & Monasterium capax esset bonorum*, & nu. seq. ac limita ut in n. 5.
4 *Testator volens, quod bona sua in familia conserventur, Professum non excludit, sive Monacum, donec vixerint*; & quare?
5 *Monacus dicitur exclusus, quando testator vocasset masculos uti aptos propagationi familiæ*; amplia ut in n. 6.
7 *Qualitas à testatore volita in uno substitutionis gradu, in altero non censetur repetita, nisi expressam de ea mentionem testator fecisset.*
8 *Amplia, quando ageretur de inferendo præjudicio primò vocatis.*
9 *Pater, cui à Matre data sit facultas dividendi hæreditatem in casu discordiæ inter communes filios, non potest majorem partem illius potius uni, quàm alteri subministrare, ita dispositionem alterando.*
10 *Monacus quando non dicatur ex facto proprio à successionis commodo cecidisse.*

11 *Renunciatio facta cum pacto resolutivo in casu non adimplementi resolvitur, si ex parte renunciatarii pactum adimpletum non fuisset.*

12 *Caducitas ex quavis levi causa rejicitur.*

13 *Amplia, si allegaretur ex causa renunciationis, quę resoluta remansisset.*

14 *Cadacitas in casu distractionis capitalium comminata non dicitur in cursa, quando fuit solum dispositum de commoditate percipiendi fructus, sive de usufructu.*

15 *Amplia, quando renunciatio facta est cum cessione jurium à renunciante.*

16 *Caducitas, ut excludatur ab alienante contra præceptum Matris, sat est, quod alienatio possit referri ad bona paterna non prohibita, ad quæ directa, pro evitanda caducitę presumitur.*

17 *Caducitas ex sola dubietatę an fuerit incursa, vel ne, excluditur.*

18 *Iudicium, ubi cæptum est, ibi terminari debet, neque potest una causa cum altera misceri.*

DECISIO MCXVIII.

QUæstio successionis in bonis fideicommissariis Casimiræ Nanniæ de Bouadies inter Hieronymum ejus filium, ac Ven. Eremum Camandulensium Arimini venientem ex persona P. Prosperi alterius filii, & fratris respective, delata fuit primum in Partibus ad Vicarium Generalem Curiæ Episcopalis, & deinde in curia ad A. C. de Gentilibus, & conformi sententia utrobique definita exitit pro immissione dictæ Eremi in possessionem omnium bonorum hæreditariorum Casimiræ pro indiviso cum Hieronymo retinentis, & donec, & quousque Pater Prosper naturaliter vixerit, & hoc idem dictum fuit etiam in nostro Auditorio, ad quod Hieronymus ulterius provocavit; proposito namque per Me dubio -- *An sit danda immissio*, Domini *affirmative* responderunt.

1 Litteralis enim est vocatio P. Prosperi sub
nomine, quod gestabat in sæculo Sebastiani
Alexandri in Testamentaria Casimiræ dispositione ad coæqualem successionem unà cum Hieronymo altero filio, & fratre respective, qua sane vocatione posita, sicut concedi deberet immissio eidemmet Prospero, ita concedenda est Monasterio bonorum capaci, in quo ipse professus fuit, quia istud illius personam in omnibus, & per omnia repræsentat, illiusque jura plenariè retinet, T*ext. in cap. Cum ad* M*onasterium* 6. *de stat.* M*onach., et* §. *Si* M*onachus* A*uth. de SS. Episcop.*, R*ot. dec.* 591. *n.* 5. *cor. Bich., dec.* 22. *n.* 1., *et seq. cor.* M*erlin., dec.* 315. *nu. fin. p.* 17., *et decis.* 689. *n.* 2. *p.* 18. *rec.*

2 Et licet vulgaris regula sit, quod Mona-
sterium loco filii venire non potest, quoties resistat in contrarium voluntas expressa, vel tacita Testatoris; hanc tamen in præsenti regulam nullatenus applicari Domini censuerunt. Quippe quia seposita Francisci Patris dispositione, de qua infra, & strictè agendo
de Casimiræ Matris voluntate, nulla neque
Religiosi, neque Monasterii exclusio in Te-
3 stamento expressa legitur, tacita verò nullo
modo deduci valuit, ex eo, quod eadem Casimira Testatrix masculos vocaverit sub illa expressione, quod essent apti ad conservandam agnationem. Quoniam cum in casu nostro Monasterium, sive Eremus venire non prætendat ad successionem loco filii in eo professi ad exclusionem perpetuam substituti, sed veniat tantum repræsentando personam P. Prosperi quousque iste vivit, in quo vivente conservatur dubio procul agnatio de Bonadies, quàm à suis natalibus ex Francisco Patre sortitus est, *Paris. cons.* 47. *n.* 62. *lib.* 3., *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 12.
4 *n.* 53., *Rot. dec.* 108. *n.* 14. *cor. Cerr.*, utique
non est ambigendum, quod idcirco nullam patitur exclusionem, & imo possit, & debeat in fideicommisso ad conservationem agnationis condito admitti, ut distinguendo casus in his terminis respondit *De Luc. disc.* 63. *nu.* 8 *de fideicm.*, & firmavit *Rot. dec.* 57. *n.* 9. *& seqq. p.* 13., *& dec.* 392. *n.* 1., *& seq. p.* 14.
5 *rec.* Contrariis procedentibus in casu, quo
Testatrix, aut masculos invitasset uti aptos ad propagationem familię, quæ sanè propagatio ex viro in Religione professo haberi non posset, & in his de facto terminis loquitur *Rot. in Romana Immissionis* 12. *Martii* 1714. *cor. Rmo P. D. meo Ansaldo Decano*, aut expressè Religiosos, & Monasterium exclusisset, ut in casu, de quo *in alia Arimi- nen. Successionis* 9. *Martii* 1716., *&* 29. *Januarii* 1717. *coram R. P. D. meo Foscaro.*

6 Cęterum omnis removetur hæsitatio ex
facto, dum in suo Testamento Casimira post Institutus simpliciter, & absque alia adjectione Hieronymum, & Sebastianum Alexandrum hodie Prosperum, ad alias successive post eorum obitum digressa fuit masculorum vocationes, iisque adjecit hujusmodi qualitatem aptitudinis ad conservandam agnationem, ibi *E venendo il caso, che tutti due i suoi figlioli, come sopra, instituiti morissero senza figli, di modo che non restasse alcun descendente da quelli &c. atto à conservare la loro agnazione.* -- Unde patet, quod istam qualitatem habuit pro certa quousque viverent, in persona filiorum institutorum, & solum adjecit in casu istorum obitus ulterioribus vocatis, itaut tantum in istis, si quem potest habere effectum Religiosorum exclusivum, considerari illa possit, non autem in primis hæredibus, quos simpliciter, ac nominatim instituit, ut in puncto probat *Card. de Luca disc.* 67. *nu.* 9. *de fideic.*
7 Consentaneè ad omnia juris principia, qui-
bus docemur qualitates à Testatore volitas in uno substitutionis gradu, nullatenus in aliis censeri repetitas, nisi expressè dictum fue-
8 rit, præsertim in gravamen eorum, quos Te-
stator primo vocavit, & cæteris prædilexit, *Surd. cons.* 21. *num.* 9., *Adden. ad Buratt. dec.* 272. *n.* 19., *Rot. dec.* 265. *nu.* 17. *cor. san. mem.*
Alexand.

Alexand. VIII. dec. 170. nu. 5. & 10. p. 14., &
dec. 638. n. 5. p. 18. rec.
Sicut autem ex his clarè constat de P.
Prosperi vocatione, etiamsi sit Religiosus in
Casimiræ Matris Testamento, ita etiam nul-
la resultat ipsius exclusio quoad bona ma-
terna ex Testamento Francisci Patris; quam-
9 vis enim hic licitum sibi fecerit in ultimo
suo Elogio excludere totaliter ab ista suc-
cessione eundem Patrem Prosperum ex as-
serta facultate sibi tradita ab eadem Casimi-
ra Uxore, illum dumtaxat instituendo in
tenuissima quantitate scutorum sex unica vi-
ce præstanda, notandum tamen in facto, quod
hujusmodi facultas nullatenus legitur in Ca-
simiræ Testamento, ubi tantum præviso ca-
su discordiarum inter filios institutos deman-
datum fuit, quod illi stare deberent paterno
judicio, & acceptare portionem unicuique
à Patre constituendam, & ideo concessa illi
fuit opportuna facultas, ibi - *Di dividere*
detta sua eredità egualmente con detti suoi
filioli, e fratelli respettivamente -. Ex quo
fit, quod restricta hujusmodi facultate ad di-
videndum dumtaxat, & quidem servata in-
ter communes filios æqualitate, nequivit
Franciscus Pater devenire ad diversum ac-
tum dispositionis favore unius filii in totalem
exclusionem alterius, non servando, prout
debuisset, sed imo in totum alterando suæ
Uxoris voluntatem, juxta deducta in simili-
bus terminis per *Rot. dec. 793. n. 4. cor. Cerr.,*
in Romana, seu Reatina Fideicom. de Vin-
centinis 14. Martii 1701. §. Adhuc cor. Emo.
D. Card. Scotto, & in Romana Fideicom. de
Palozzolis 18. Aprilis 1704. §. Nec contra
cor. bo. me. Muto.
10 Neque in ejusdem Patris Prosperi exclu-
sionem allegare juvit, quod ipse ex facto
proprio ceciderit à commodo controversæ
successionis, sive quia renunciationem fece-
rit omnium, & quorumcumque bonorum,
& jurium sibi competentium tam in paterna,
quàm in materna hæreditate favore Fran-
cisci sui Patris, & Hieronymi Fratris, sive
quia in eadem renunciatione voluerit aliena-
ri bona valoris scut. 1100. ad effectum, ut ista
summa erogaretur à Patre Superiore Camal-
dunensium juxta syngrapham sigillo munitam
& eidem consignatam, & in casu non adim-
plementi renunciationem censeri factam suo
Monasterio, itaut vel ex hujusmodi volita
alienatione, vel ex eadem renunciatione
Monasterio, & sic extraneo facta, caducita-
tem incurrerit à Casimira Testatrice commi-
natam.
11 Quantum enim attinet ad renunciationem
factam Patri, & Fratri, nullum illa in præ-
senti præbere valuit obstaculum, dum con-
cepta legitur non sub una dumtaxat, sed
pluribus conditionibus ab iisdem Renuncia-
tariis certo tempore adimplendis, & cum
pacto resolutivo in contrarium, quamobrem
cum illi omnino in adimplemento defece-
rint, utique vel evanuit renunciatio, quia
correspectiva, vel ratione pacti, sub quo sti-
pulata fuit, resoluta remansit, ac si nunquam
exarata fuisset, ex natura talis pacti, de quo
dec. 772. n. 3., & dec. 811. n. 8. cor. Cerro, dec. 21.
n. 14. p. 17., & dec. 64. n. 3. p. 19. rec.
12 Quo verò ad caducitatem, pro qua cæte-
roquin excusanda, levis etiam causa sufficit,
ad *Text. in l. Igitur ff. de liber. caus., & l. Fa-*
ctum §. In pœnalibus ff. de reg. jur., animad-
13 verterunt DD., quod dum illa deducitur
ex eadem renunciatione, quæ ut diximus, re-
soluta fuit, evanuit cum eadem renunciatio-
ne, & ita cum non habuerit effectum renun-
ciatio, nullum pariter effectum habere debet
ipsa caducitas, sed etiam aliis pluribus ejus
obstaculum responsionibus tolletatur, distin-
guendo actus, ex quibus inducta prætenditur.
14 Et sane si illa deducitur, ex quo resoluta
renunciatione favore Francisci, & Hierony-
mi in primis facta, voluit Pater Prosper eam
censeri exaratam favore sui Monasterii, sa-
tisfacit aliis omissis ea ponderatio, quod ex
tali actu non intelligitur facta distractio, seu
alienatio capitalium à Testatrice prohibita,
sed unicè dispositum dicitur de commodita-
15 te, & usufructu, dum præsertim, ut hìc, fa-
cta est renunciatio cum cessione jurium, quo
casu nulla contra Renunciantem inducta
fuit caducitas, *Urceol. de transact. q. 56. nu.*
63. vers. Et juxta prædicta, Card. de Luc. de
renunciat. disc. 4. nu. 20., Rot. cor. Emer. jun.
dec. 893. n. 1., & seqq.
16 Si autem ejusdem caducitatis incursus erui
vellet ex relata voluntate erogandi sc. 1100.
juxta Chirographum, sive syngrapham Su-
periori traditam, lectura dispositionis om-
nem removet difficultatem, cum ibidem Pa-
ter Prosper nequaquam dixerit retrahi de-
bere hujusmodi quantitatem ex bonis ma-
ternis alienari prohibitis, idemque ut volun-
tas correspondeat potestati, verificari potius
debet in bonis paternis, circa quæ nulla
17 prohibitio, & hac posita dubietate actus
hujusmodi ab omni caducitatis pœna censeri
debet immunis, *Rot. 799. n. 21., & dec. 955.*
n. 3. cor. Dunoz. jun., dec. 54. n. 5. cor. san. mem.
Alexand. VIII. dec. 168. num. 19. p. 19. rec., &
passim alibi.
18 Ea, quæ dicuntur de exhibitione memo-
rati Chirographi ad effectum inspiciendi,
utrum contineat conditiones, ex quibus ali-
quod aliud promanet exclusionis fundamen-
tum, rejecta à DD. fuerunt ad illud judicium,
quod actu pendet super eadem exhibitione
coram A. C. Cincio, ne ita incidenter in
alienam messem, falcem immittere videren-
tur, & deceat prius ubi cœptum est, ibi fini-
ri judicium, *l. Ibi cœptum ff. de Judic. cum*
Gloss. in cap. Proposuisti de For. comp. Gra-
tian. disc. 906. n. 5. Giurb. dec. 23. n. 1., & seq.
Et ita utraque &c.

EUGUBINA FRUCTUUM CAMBII.

Lunæ 2. Iunii 1719.

A R G U M E N T U M.

Hæc est revocatoria alterius sub die 1. Julii
1718. emanatæ.

Loca

Loca Pia cambiales contractus inire prohibentur, quodque talia sint, & non profana etiam per conjecturas probatur; præsertim si inter cæteras adduceretur, quod Episcopus super eis jurisdictionem exerceret, eorumque bona in Ecclesiasticorum Catastro apparent descripta, atque etiam aliæ, ad id probandum, circumstantiæ admittuntur, de quibus distincte loquitur sequens.

SUMMARIUM.

1 *Cambium non potest contrahi à Persona Ecclesiastica.*
2 *Qualitas Ecclesiastica ut inducatur in aliquo Loco Pio, requiritur demonstratio illius fundationis facta auctoritate ordinaria.*
3 *Fundatio Loci Pii facta auctoritate Ordinaria etiam per conjecturas potest probari.*
4 *Qualitas Ecclesiastica inducitur in Loco Pio ex approbatione eius regularum facta ab Episcopo.*
5 *Locus an dicatur Ecclesiasticus, vel Sacularis probatur ex inscriptione marmorea illius fundationis super ianua illius sculpta.*
6 *Dictio -- ob -- causam impulsivam designat.*
7 *Qualitas Ecclesiastica in Loco Pio inducitur ex verbis eam denotantibus, & ab illius Directore in actu ferio prolatis, & quæ sint ista verba?*
8 *Testis de facto proprio deponens plenam fidem facit.*
9 *Qualitas Ecclesiastica Loci Pii probatur, ex quo Episcopus facultatem eligendi illius Ministros sibi, eiusque Successoribus reservasset*, & quare, ac amplia ut in n.11.
10 *Locus in sua origine laicalis tractu temporis potest fieri Ecclesiasticus.*
12 *Conservatoria Puellarum, quæ perpetuam non servant clausuram ab Episcopis non approbantur.*
14 *Locus dicitur Ecclesiasticus, quando reperitur erectus sub invocatione alicuius Sancti, & ab Ordinario visitatur.*
15 *Amplia, quando eius erectio facta reperitur prævia assignatione dotis, & cum ex emptione à collectis Cameralibus.*
16 *Assignatio dotis non est necessaria, quando Locus, cui assignatur, non est Ecclesiasticus, secus si talis sit.*
17 *Locus dicitur Ecclesiasticus per hoc, quod eius bona non fuissent collectata, & fuissent inter bona Ecclesiastica descripta, talisque exemptio fuisset à Congregatione Boni Regiminis approbata.*
18 *Amplia, ut quando talis qualitas Ecclesiastica approbata fuit in uno Iudicio, in quocumque alio statum facere debeat.*
19 *Bona Ecclesiastica non possunt gravari collectis Cameralibus.*
20 *Bona dicuntur Ecclesiastica, quando in Ecclesiasticorum Catastro reperiuntur descripta.*
21 *Diversitas bonorum infertur ex diversitate confinium, præsertim invariabilium, quale est in istis est flumen.*
22 *Diversitas bonorum probatur ex diversitate eorum descriptionis in Catastro.*
23 *Locus Pius citatus præsumitur, & defensus in eodem iudicio, in quo cætera Loca defensa fuissent, & de communi interesse actum fuisset.*
24 *Res judicata non infirmatur per hoc, quod eam passus diceret se non fuisse defensum, donec restitutionem in integrum non reportaret.*
25 *Loca Pia, & Ecclesiastici neque per se, neque per interpositam personam negociagerere possunt.*
26 *Limitatur tamen hæc regula, quando Ecclesiasticus tali premeretur bonorum angustia, ut ad vitam onestè peragendam suas pecunias fructiferas reddere cogeretur.*

DECISIO MCXIX.

Procedendum esse ad legitimam executionem mandati, & exequatur pro fructibus sortis cambii scut 560. debitis Refugio Puellarum Civitatis Eugubii, sive ejus Administratori à Fratribus de Ciucciolis, responsum fuit in audientia *diei prima Iulii superioris anni coram Me*, non obstante quod acriter ex parte Debitorum propugnaretur, quod idem Cambium nulliter contractum fuisset à Loco Pio Ecclesiastico, & Religioso, cui vetita est à Sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus negociatio, itaut hujusmodi nullitate posita quæsitum esset jus in tali cõtractu Cameræ Apostolicæ, à qua iidem Ciuccioli jurium cessionem reportaverant.

Concessa tamen successivè præfatis debitoribus facultate ex stylo, & benignitate Dominorum jura sua deducendi adversus captam resolutionem, de illius viribus statim dubitari adeò cæpit, ut bis causa proposita sine resolutione, injunctum fuerit, ut *videretur etiam à quinto, & sexto*, post ordinarium turnum sedentibus, quibus hodie suffragium ferentibus reassumpta sub congruo dubio disputatione, contraria prævaluit sententia, & rescriptum fuit *recedendum esse à decisis*.

1 Supposito omnque principio, quod ubi contractus Cambii gestus sit à persona, vel loco Ecclesiastico non pariat ei actionem agendi pro illius fructibus, sed illi Fisco Ecclesiastico, & sic Rev. Cameræ Apostolicæ debeantur, cum qua Ciuccioli debitores transegerunt, tota causæ controversia ad duplicem reducebatur inspectionem; alteram utrum Refugium Puellarum Eugubii esset locus Ecclesiasticus, qui censeretur prohibitioni negociationis subjectus; alteram utrum etiam Ecclesiasticitate posita, contractum Cambii inire valuerit per alios, Ministros scilicet laicos eidem prohibitioni de per se non subjectos, juxta ea, quæ super utraque hac disputatione deducta fuerunt in decisione, quæ revidetur coram Me.

Quoad primam concordes erant Domini cum eadem Decisione, & Auctoritatibus in

ea

2 ea allegatis §. R et *ulterius*, quod ad qualitatem Ecclesiasticam inducendam necesse foret, vel fundationem ostendere auctoritate saltem Ordinaria, quàm alia etiam certissima argumenta concurrere, ex quibus pro Ecclesiasticitate concludendum esset, per ea, quæ tradunt ad rem *Bellett. disq. Cleric. tit. de favor. Cleric. real.* §. 5. *nu.* 86., *Cortiad. dec.* 64. *n.* 20. & 21., *Rot. dec.* 313. *num.* 5. *p.* 10., & *dec.* 245. *n.* 24 *p.* 11. *rec.*

3 Porrò quantum attinet ad fundationem cum auctoritate Ordinaria, licèt illa realiter non exhiberetur, verificabatur tamen per tot probationes, & conjecturas, ut omnino admittenda veniret ad sensum *Felini. in cap. de quarta num.* 13. *vers. item puta de prescript.* cum quo *Guttier. canon. quæst lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 26., *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 71. *n.* 2., *Cortiad. d. dec.* 64. *n.* 23, *Panimoll. dec.* 12. *annot.* 5. *n* 14., *Rot. dec.* 248. *n.* 24. *p.* 11. *rec.* Has

4 itaque conjecturas, & probationes percurrendo, sese offerebat in primis circumstantia illa facti, quod cum fuisset erectum sub die 25. Martii 1635. à piis Confratribus Societatis Misericordiæ, & Sanctissimæ Trinitatis Eugubii, in actu hujusmodi erectionis pro bono, pioque loci regimine fuerunt stabilitæ, & præscriptæ certæ regulæ à clar. mem. Cardinali Ulderico de Carpinea tunc d. Civitatis Antistite, ut refertur non in uno tantùm, sed in duobus antiquis Codicibus ejusdem Confraternitatis. Hæc verò sive traditio, sive approbatio regularum facta per Episcopum benè ostendit ipsam loci fundationē eo modo, quo poterat fuisse ab illo approbatam, dum est actus auctoritatis, & superioritatis exercitio consentaneus, ad communiter tradita per Canonistas in Capitulo *Cum accepissæ de constit., in cap. quæ in Ecclesiarum, & in Capitulo Solitæ de majoritat. & obbedien.*

5 Hoc ipsum demonstrat non solum inscriptio illa marmorea, de qua etiam in prædicta decisione, quæ revidetur §. *Et sanè* Januæ majori hujus Loci Pii super imposita in laudem, & obsequium memorati Cardinalis Episcopi reddita ratione *ob apertum Orphanarum Refugium*, quæ verba non ad temporis indicationem, ut inquit dicta decisio, sed ad causam exponendæ posteris memoriæ de re gesta magis congruè referuntur ex

6 sensu dictæ dictionis *ob*, quę causam impulsivam designat, ex relatis per *Alex in l. divortio* §. *Si vir ff. solut. matrim. Calder. consf.*

7 282. *n.* 2., *Menoc. cons.* 383. *n.* 15. Verum ea quoque instantia, quæ per piam mulierem Lauram Conventinam primam Refugii directricem eidem Cardinali exposita fuit anno post secutam erectionem pro deputatione Ministrorum in Gubernium ejusdem Refugii sub ea expressione -- *quod cum annis proximè elapsis fuerit in Civitate Engubii cum auctoritate E. V. fundari inceptum Locum Pium &c. sub directione etiam comparentis de mandato E. V. Viventet &c.* Quæ sanè expressio non uti simplex enunciativa in casu quo de enunciato dubitetur omnino spernenda, sumi debet, sed junctis præmissis circumstantiis, cum quibus concordat, plurimum est attendenda, dum præsertim processit à persona, quæ ratione muneris Directricis loci à Cardinali ipsi injuncti, credi debet scivisse illius regulas, & qualitates, ita ut

8 haberi debeat quasi pro teste de facto proprio deponente, & plenam fidem faciente, ut advertit *Castren. consf.* 109. *n.* 1. *vers. sed hic*, *Rot. dec.* 325. *sub n* 4. *cor. Mantic.*, & *dec.* 13. *n.* 4, & 13. *p.* 19. *rec.*

9 Accedunt his de auctoritate Ordinaria factam fundationem suadentibus argumentis alia, quæ eodem modo certam reddunt qualitatem Ecclesiasticam hujus Refugii Puellarum, & ea signanter, quæ resultant tàm ex facultate, quàm sibi, & successoribus fuit reservavit d. Cardinalis Episcopus Ministros deputandi etiam in futurum, & approbandi Puellas in Refugio admnittendas, & quidem consecutivè ad prænarratam instantiam Conventinæ; undè sequitur, quod vel tacitè approbaverit uti veram enunciativam, & expressionem illam, quam ea fecerat circa sequtam cum auctoritate E. S. fundationem, & vivendi modum Puellarum de mandato ipsius sub directione ejusdem Conventinæ, vel quia actum hujusmodi gessit sub illa expressione *visis, & consideratis precibus &c.* saltem indè erui valeat, quod voluerit mediante hoc actu, si non prius fecerat, auctoritatem tunc suam exercere, & imprimere qualitatem Ecclesiasticam, quam anteà non

10 habebat, quod sanè ad præsentem controversiam decidendam sufficeret, cum non repugnet, quod aliquid sit in sua origine laicale, & postea successu temporum fiat Ecclesiasticum, ex firmatis *decis.* 682. *num* 8. *coram Ubald. decis.* 337. *n. eodem par.* 17. *rec.* & *in Firmana Beneficii* 11. *Iannarii* 1715. §. *Sed quamvis coram Rmo P. D. meo Ansaldo Decano*.

11 Tùm ex aliis actibus successivè gestis ab omnibus Episcopis pro tempore deputationis Ministrorum, ac etiam Procuratorum ad effectum exigendi pecunias legato relictas eidem Refugio, & approbationis semper continuatæ Puellarum, quæ in eo admittuntur. Sunt namque tales ii actus, ut excedant eam simplicem tolerantiam, & permissionem, ad quam restringi è contrario præ-

12 tendebantur, juxtà Constitutionem S. Pii V. prohibentem approbari similia Conservatoria Puellarum, quæ perpetuam Clausuram non servent; cum (relicta quæstione utrum etiam d. constitutio intelligi debeat quoad approbationē cū qualitate Regulari,

13 non Ecclesiastica tantum) semper verum sit, quod excedunt terminos simplicis assertæ permissionis, & indicant potestatem, quæ in locis laicalibus ab Episcopis exerceri non solet, & quæ ubi exercetur locum è contra ostendit esse Ecclesiasticum, ut optimè advertit *Cortiad. allegat. decis.* 64. *num.* 51., & *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 75. *sub. num.* 5. *Panimoll. decis.* 12. *annot.* 5. *num.* 18.

Consi-

14 Consimilis generis conjecturas, seù probationes præseferunt aliæ circumstantiæ, quod nempè Refugium erectum fuit sub Invocatione Divi Josephi, habet annexam Ecclesiam jam ferè completam sub titulo ejusdē Sancti, & visitatur ab Ordinariis, juxtà alia, quæ latè probat relatus *Cortiad d. decis.* 64. *num.*49. *& seqq.ubi.concordant*, sed his etiam prætermissis, duo magis urgebant apud Dominos argumenta, quæ pro coronide ad qualitatem Ecclesiasticam demonstrandam adhuc
15 supererant. Primum quod erectio Refugii facta fuit sub assignatione dotis, & istius exemptione à solutione collectarum, quæ exemptio indubitantèr ostendit Ecclesiasticam qualitatem loci, cui dicata fuit, *Guttier. de gabell.quæst.*65.*num.*1. *&* 2.*del Ben. de Immunit.Eccles.tom.*1.*cap.*2. *dub.*2. *sect.* 7. *num.*43. *Panimoll.decis.*6. *annot.*2. *num.*11. *& Reverendiss. Zaul. ad Stat.Favent lib.*6.
16 *rubr.*7.*n.*34 sicut ostendit etiam ipsa dotis assignatio in primordiali loci erectione, quæ non requiritur, nisi ubi res est de loco pariter Ecclesiastico, ut probant *Antonin var.resol. lib.*1.*cap.*13.*num.*2. *Barbos. in cap.ad hanc de Relig. Dom.num.*9. *Merlin. Pignatt.centur.*1 *cont.*65.*num.*5. *&* 18.*del Ben.de Immunit.loco allegat. num.* 38. *Bar. decis. Bonon.* 124. *num.*5. *& Rot coram Mantic decis.*38.*num.*5
17 *&* 6. Secundum quod orta lite inter Communitatem, & Ecclesiasticos Eugubii super observantia transactionis confirmata à san. mem. Clemente X. in qua facultas datur eidem Communitati collectandi bona, quæ non sunt Ecclesiarum, & locorum Regularium, aut Ecclesiasticorum dotalia ex prima erectione, eaque delata ad Sacram Congregationem Boni Regiminis, prodiit ab illius R. P. D. Secretario sententia sub anno 1706. de voto ipsius Congregationis, in qua inter cætera loca Ecclesiastica condemnatum fuit Refugium, seù Domus Orphanarum ad dictæ
18 transactionis observantiam, in modum, ut habeamus hodie super qualitate controversi Refugii sententiam adeò solemnem, & in Judicatum transactam, & successivè etiam executam, ut præclusus sit aditus ad diversum Judicium de eadem qualitate constituendum, cum pro veritate haberi debeat, & nequeat incidentèr impugnari, juxtà regulas, de quibus sunt *Text. in l. cum putarem ff. famil. ercifcund. l. ingenuum ff. de stat. hom. & l. res judicata ff de regul. Juris cum concordan. in Romana Distributionis dotium* 22. *Febr.* 1717. §. *Non tamen cor. Me.*

Neque suffragari visa est ad evitandam efficaciam exemptionis bonorum dotalium à collectis responsio illa, de qua in decisione, quæ revidetur §. *Nec suffragatur*, quod eadem exemptio Civium pietati tribuenda sit. Dum enim habemus contrariam Civium declarationem circà confectionem collectarum ex bonis ejusdem Refugii ad illas solvendas obligatis ex eadem lite, in qua prodiit memorata sententia, utique id amplius
19 illorum pietati tribui non potest, sed referri omninò debet ad causam promanantem ex præscripto Sacrorum Canonum, prohibentium, ne bona primæ erectionis gravari possint in *cap.* 1. *de cens. Panimoll. dec.* 6. *annot.* 2. *n.* 11., *Reverend. Zaulus ad Stat Faventiæ lib.* 6. *rub.* 7. *num.* 34.
20 dum præfatim permiserunt quoque, quod eadem bona in Catastro Ecclesiasticorum describerentur, quod etiam non permisissent, nisi agnovissent non propriæ, sed Jurisdictioni Ecclesiasticæ esse subjecta, ut arguit *Spad. cons.* 11. *n.*28.*lib.*2.; proindèque inutilitèr etiam impugnabatur assignatio dotis facta Refugio in sua erectione arguendo, quod bona descripta in eodem Catastro sint eadem per quondam Prodocinum Vandinum relicta Confraternitati Misericordiæ;
21 ultra quod enim diversitas istorum bonorum certò concurrebat ex diversitate confinium, & præsertim invariabilis, ut est flu-
22 men, contrarium ostendebat littera ipsius Catastri, dum descriptio facta ibidem est non sub nomine Confraternitatis, sed ipsius Refugii, ex qua descriptione rectè infertur talia bona isti fuisse quæsita etiam Jure dominii, *Soccin. sen. cons.* 46 *sub. num.* 2. *lib.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 273. *num.* 4. *&* 5. *Rot. decis.* 227. *num.* 13 *par.* 8. *recent.*
23 Minusquè validè robur prænarratæ sententiæ, & rei judicatæ evitari contendebatur ex quo non constet illas eo tunc fecisse Conservatorium, seù Refugium defensiones super qualitate, quam hodie tuetur, laicali. Si enim fuit in Causa ab initio legitimè citatum inter cætera loca Ecclesiastica, & Religiosa se exempta à Collectis prætendentia, & si videmus in eadem lite in hac Urbe comparuisse Procuratores Capituli, & totius Cætus Ecclesiasticorū Eugubii, aut dicendum est
24 verè fuisse ab illis defensum, aut concludendum saltem, quod hoc rei judicatæ vim non tollit, quin ea sinè prævia restitutione in integrum impugnari non possit, ut dictum fuit cum aliis *in Romana distributionis Dotium* 22. *Februarii* 1717. §. *Neque propterea cor. Me.*

Posita ex his non ita separatè dumtaxàr, sed simul unitis, ut regulare est in probationum materia faciendum esse, qualitate Ecclesiastica Refugii, agendū supererat de alia
25 inspectione, utrum ipsi licuerit cambia contrahere per interpositam Ministrorum laicorum personam. Sed facilis apud Dominos fuit in hac parte resolutio negativa, quidquid enim dixerit *Card. de Luc. in ejus discursu impres. penès Zaul. ad Stat.Favent. lib.*3.*rubr.*6. *sub num.*53. *& in tract.de camb. disc.* 18. *sub num.* 8. *vers. nihilominus*, verior, & communior opinio illa visa est, quod Personæ Ecclesiasticæ neque per se, neque per interpositam personam possint cambia activa contrahere ex præscripto *Concilii Aurelianensis* 3. *can.* 27. ibi -- *Ne in exercendis negociis turpis lucri cupiditate versetur, aut sub alieno nomine interdicta negotia valeat exercere* -- & discusso longitèr articulo di-

lo dictum fuit *in Romana Pecuniaria* 14. *Martii* 1717. §. *Adeoùt ecram R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, ubi plures, & rationes, & auctoritates cumulan-
26 tur; contrariis procedentibus in eo solùm casu, quo Ecclesiasticus ad talem inopiam redactus sit, ut propriis indigentiis consulere nequeat, nisi pecuniam fructiferam reddat per ejus transmissionem ad nundinas, ut limitando declaravit *Rot. decis.* 41. *sub num.* 13 *decis.* 143 *sub num.* 8. & 9. & *decis.* 251. *in fin. par.* 14. *recent.* Quæ sanè paupertas, cum in Refugio Puellarum Eugubii, de quo hic, non concurrat, imò excludatur ex supra memorata plurium bonorum possessione, utique in casu regulæ nos limitationis non versari certum remanet.

Et ità resolutum fuit in tertia Causæ propositione quintò, & sextò suffragium ferentibus, & partibus jura sua validè deducentibus &c

ROMANA, SEU ALBANEN. PECUNIARIA.

Lunæ 5. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 3. Februarii proximè præteriti emanatæ.

Emptor unius prædii, qui ex ejus pretio venditoris creditores dimittere se obligavit, ordinem scripturæ circa eorum notulam sibi ab illo designatam servare non tenetur, sed bene solvit, quando creditorem in eadem notula non expressum dimittit, dummodo iste potior descriptis, seù anterior reperiatur, cum talis creditorum disignatio demonstrative tantum, & mere enunciative stare dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor posterior, cujus pecuniæ in dimissionem anterioris cum reportatione jurium cesserunt, instituit loco, & hypothecæ succedit.*

2 *Sententia inter alios lata, sicut & res inter alios acta tertium non citatum, nec auditum non ligat.*

3 *Emptor, simulque accollatarius debitorum sui venditoris non tenetur sibi disignatos ab illo creditores dimittere, quando creditores anteriores adessent, quibus anterioribus si solveret, bene agit*; amplia, ut in nn. seq. & 6.

5 *Obligatio sibi assumpta ab emptore de solvendo venditoris debita stricti juris est, nec ullam patitur extentionem.*

6 *Accollatarius debitorum non tenetur servare ordinem scripturæ, quo Creditores essent adnotati, sed eorum anterioritatem, cum talis ordo dimonstrative dicatur stare.*

7 *Accollatarius, & simul emptor non præsumitur se voluisse etiam ultra vires rei emptæ de proprio ad venditoris creditores dimittendos obligare.*

8 *Heres contra factum sui authoris, & re prius diù discussâ, venire prohibetur.*

9 *Nova audientia concessa per Rotam restricta ad unum punctum, extra illud non extenditur;*

DECISIO MCXX.

CUM in Rota diei 3. Februarii proximè elapsi peteretur ab Hærede Magdalenæ Eschinardæ expeditio Causæ ad formam duarum decisionum coram Me ejus favore editarum sub diebus 12. Martii 1717., & 12. Decembris 1718., opposuerunt Hæredes Annæ Corradæ memoratam Magdalenam ex pretio bonorum Albani ab ipsa emptorum, non dimisisse Creditores fratrum de Eschinardis anteriores, ac potiores ipsa Anna Corrada (uti suppositum fuerat in præfatis decisionibus) sed quidèm longè posteriores; quamvis autem usque tunc istiusmodi exceptio insubsistens videri potuisset, tamquàm adeo serò deducta, & aliena à fundamentis, quibus iidem Hæredes innixi fuerant in omnibus aliis Causæ propositionibus, ut tamen res maturiùs definiretur, placuit DD. super hoc tantùm puncto iterùm Partes audire, quo hodiè proposito sub consueto dubio -- *An sit standum, vel recedendum à decisis* -- in decisis standum esse responsum fuit.

Siquidèm ex legitimis, & authenticis documentis pro parte Rei conventi exhibitis, luculentèr constitit ex summa illa scut. 5300., quam Magdalena sibi appropriavit ex pretio dictorum bonorum pro totidem jamdiù anteà solutis Creditoribus fratrum de Eschinardis venditorum, nihil ab ea erogatum fuisse, nisi in satisfactionem eorum, qui jure, vel tempore Annam Corradam vincebant; quatenùs enim in præsenti opponebatur, ipsam ex dicto pretio dimisisse Guarnerium Cavallerinum Creditorem Cambii sc. 1250.,
1 objectum cessabat ex facto. Nàm licèt Magdalena Cambium hujusmodi in totum extinxerit, in calculo tamen solutionum, quæ ab ea fieri debebant ex lege venditionis Creditoribus anterioribus dictorum fratrum, non posuit nisi ratam sc. 264. 20., quæ utpotè erogata in extinctionem cujusdam Societatis Officii anterioris, dubium non erat, quin temporis privilegio frueretur, *l. prima C. qui in prior. Credit. loco succed., de Luc. de Cred. disc.* 4. & 5. *utrobique num.* 15. & 16. *Rota coram Bich. decis.* 204. *nu.* 7., & *in rec. dec.* 649. *num.* 3. *par.* 19., & *sæpè alibi*.

Parùm relevante sententia quadam ab A. C. lata anno 1669., in qua condemnata fuit Magdalena ad relevandum indemnem Aloysium Benedellium, qui interim eadem bona ab ipsa emerat ab omnibus damnis, quæ pati potuisset ex causa solutionis factæ Cavallerino. Quoniàm dicta sententia talia damna non canonizzavit, sed tantùm de futuris, & possibilibus dictum Benedellium cautum vo-
2 luit, & insupèr cùm fuerit res inter alios acta, non potest ab Hæredibus Annæ Corradæ in eo judicio non comparentibus, neque

 cita-

REATINA FIDEICOMMISSI SUPER DELIBERATIONE.

Veneris 9. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Subhastatio bonorum, quæ in manibus Creditorum communis patrimonii quis dimisit, non retardatur per hoc, quod iste se creditorem anteriorem esse ex titulo fideicommissi contenderet, quando Judex concursus pretium ex ea retrahendum, ut deponeretur, jussit; et sicut & eidem clausula -- *non amoto* --, quam ex titulo maternæ dotis desumere prætenderet, deneganda est.

SUMMARIUM.

1. *Debitor ad evitandam sui carcerationem potest in manibus creditorum omnia sua bona dimittere, ea eorum subhastatione consensum præbere.*
2. *Creditor ex titulo reintegrationis fideicommissi non potest bonorum subhastationem retardare, quando decreta est ad effectum deponendi.*
3. *Æqualitas in judiciis strictè servanda est.*
4. *Debitor, qui omnia sua bona favore creditorum obligavit, censetur etiam sub illorum generalitate jura legittimæ sibi competentia comprahendere intellexisse.*
5. *Creditum semel detractum, amplius detrahendum non est in tertii præjudicium;* intellige, ut in n. seq.
6. *Obligatio clara, sive quæ est in implicito statu validitatis non retardatur per exceptionem eius nullitatis, de quà non disputetur.*
7. *Clausula* -- non amoto -- *non competit filio iura materna pro dote repræsentanti, quando omnia bona in manibus Creditorum, ad effectum illa subhastandi, dimisit, & ipse met super eorum pretio, uti con creditor, concurreret.*
8. *Judex Concursus possidet pro omnibus concreditoribus.*
9. *Retentio possessionem supponit, & sine possessione non datur, secuti non datur privilegium clausulæ* -- non amoto --.
10. *Clausula* -- non amoto -- *est species retentionis.*

DECISIO MCXXI.

Duplici titulo Fratres de Blanchinis contendebant cum Creditoribus Sylvij, & Josephi paritèr de Blanchinis pro impedienda executione mandati de deliberando, & subhastando bona ab his dimissa favore eorundem Creditorum relaxati ab A. C., quorum primus erat reintegratio fideicommissi conditi à Joanne & illorum favore purificati, & secundus erat dos Apolloniæ de Unionibus eorum Aviæ, sed quemadmodum uterque fuit inefficax coram eodem A. C., ità, & in Nostro Tribunali. Proposito namque dubio -- *An sit procedendum ad legitimam executionem* -- responsum prodiit -- *Affirmativum.*

1 Certum namque in facto erat, quod constabat de legitimis creditis adversus prædictos Sylvium, & Josephum de Blanchinis, quorum ratione isti bona dimiserant in Communem satisfactionem expressè consentientes, juxtà Commissionem à Sanctissimo impetratam eorundem bonorum deliberationi ex praxi, quam ad ignominiam Carcerationis evitandam servari solere tradunt præcæteris *Rodriquez de concursu, & Privil. Credit. par. 1. in discurs. generali num. 69., Salgad. in labyrint. Credit. par. 1. cap. 1. num. 6. & per tot.*

2 Neque ad remorandam subhastationem
profuerunt allegati tituli. Quantum namque
attinet ad creditum reintegrationis Fidei-
commissi, satis cautum videbatur Fratribus
de Blanchinis fideicommissariis in decreto A.
C., dum in eo deliberatio decreta fuit, non
quidem indefinitè, sed cum obligatione de-
ponendi pretium, illudque postmodùm
consignandi cui, vel quibus de jure;
undè fit quod secuta deliberatione,
depositoque pretio poterunt ipsi in illius
consignatione concurrere cum aliis, & obti-
nere, quatenus reintegratio, ut asserunt, an-
teriora jura ipsorum favore producat juribus
aliorum Creditorum concurrentium, neque
conqueri debent, quod in hac parte commu-
nem cum aliis Creditoribus sortem expe-
3 riantur, & juxta paritatem in Judiciis servan-
dam judicentur, ex monito *Text. in l. non
debet actori ff. de regul. jur., cap. non licet, &
cap. in Judiciis eodem tit. in 6.*

4 Quantum verò attinet ad Creditum Dota-
le Apolloniæ non transcendens sc. 700., in
primis ex eo facienda erat deductio legiti-
mæ competentis ejus filiis Sylvio, & Josepho,
inter cætera istorum bona Creditoribus obli-
gatæ, subindeque ex eo detrahenda erant
scuta 365. 15., vigore obligationis ab eadem
Apollonia vivente contractæ, soluta Comiti
5 Petro Giraud, cum ista summa non possit uti
semel detracta amplius bonificari, nè ex ea
duplicem jacturam Patrimonium pro illa ob-
ligatum patiatur, ut in similibus terminis di-
xit *Rot. in Reatina fideicommissi de Clavel-
lonibus 3. Junii 1701. §. Cum namque cor.
Reverendissimo dell'Olmo, in Bononien. Im-
missionis 21. Junii 1709. §. Quandoquidèm
cor. bo. me. Kannitz*, & cum aliis *in Sancti
Severini Immissionis 22. Januarii 1714. §.
Quamobrèm cor. R. P. D. meo Falconerio
Almæ Urbis Gubernatore.*

6 Non attenta replicatione, quod fuerit nulla obligatio favore dicti Giraud -- Hic enim modo non est in causa, & dum cæteroquin eadem obligatio non fuit rescissa, aut nulla per Judicem declarata stat in implicito statu validitatis, in modum ut pro cauthela hæredum Mulieris obligatæ satis sit reservatio illa jurium, qua usus fuit A. C. deducendi suo congruo tempore, & in proportionato Judicio eandem nullitatem.

His autem subductionibus è dicto credito factis evidens est, & patet ex Calculo, quod illud ad modicam reducitur quantitatem scutorum 101. 52. circitèr, pro qua paritèr poterunt Blanchini cum aliis Creditoribus concurrere.

7 Inutilitèr cæteroquin allegabant ratione
hujus Crediti Dotalis, non potuisse deman-
dari deliberationem, nisi cum clausula *Non*
amota &c. quoniam (quicquid esset si vive-
ret eadem Apollonia, ut recognovit A.C.)
secus est in præsenti quo illa mortua con-
currunt ipsi pro hoc Credito super bonis à
Sylvio, & Josepho dimissis in concursu favo-
re omnium ejus Creditorum, quo casu defi-
cit ipsis possessio translata per cessionem fa-
8 ctam à Debitore in Judicem Concursus, qui
9 idcircò dicitur pro omnibus possidere, & si-
ne possessione neque retentio competit, ne-
que habet locum privilegium. *Non amota à*
10 *Possessione*, quæ species est retentionis, ad
Text. in l. 1. in princ. ff. quibus mod. pign.
vel hypot. solu., & l. cum qui à debitore 18. ff.
qui potior. in pignor. habean. Rot. cum aliis
concordan. dec. 53. n. 9. par. 17. rec.

Atque ita utrique parti responsum fuit.

REATINA FIDEICOMMISSI SUPER REINTEGRATIONE.

Veneris 9. Iunii 1719.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum, quod in negocio fundacali consisteret, & esset de mente Testatoris reintegrandum, si quæreretur in qua quantitate standum non est statui illius de tempore obitus fideicommittentis reperto, sed statui de tempore illius cessationis, seu divisionis, quando ejus continuationem post sui obitum ille in hæredum arbitrio reposuisset.

SUMMARIUM.

1 *Quantitas fideicommissi reintegrandi, an desumenda sit à valore reperto de tempore obitus testatoris, vel ab eo de tempore divisionis, & quando;* ac declara, ut in num. sequenti.

3 *Calculus aritmethicus plene probat.*

4 *Reintegratio fideicommissi facienda est ad formam sententiæ, & non diversimode ob aliquem alium titulum, de quo non disputaretur, & diversum involveret judicium.*

5 *Actiones sicuti activè inter heredes dividuntur, ità passive inter eosdem considerantur.*

6 *Societas fundacalis quamdiù inter socios duraverit, quomodo, & ex quibus probetur*

7 *Societas non probatur dissoluta ex confectione bilancii, quia istud est potius ad recognitionem status illius referibile.*

8 *Ampliu, quando de eo tempore non fuissent inter socios inita illa pacta, quæ vere in actu dissolutionis fuerunt subsequta, quod potius illius continuationem arguit,* & vide casum.

9 *Dissolutio societatis non inducitur ex desertione illius facta ab uno ex consociis, ex quo testator hæredum arbitrio negocii continuationem remisisset, cum talis desertio contraria Testatoris menti non præsumitur,* & vide rationem.

10 *Clausula* — eodem modo — *modos tantum percutit, qui sunt cum testatoris mente compatibiles.*

11 *Negocium semper remanet idem, quamvis diversi socii in eo fuissent assumpti.*

DECISIO MCXXII.

PRopugnantes Franciscus, & alii de Blanchinis Jura fideicommissi conditi à Joanne pariter de Blanchinis in ultimo cumquo sub anno 1674. decessit elogio, & eorum favore purificati, & videntes cœteroquin ex Creditorum concursu ita dilaniari heredum gravatorum bona, qui non solùm plura hinc indè debita contraxerant, sed etiam Fideicommissum ipsum deterioris effecerant conditionis, se se opposuerunt imminenti deliberationi bonorum ab his concorditèr, juxta commissionem à Sanctissimo reportatam, dimissorum favore eorundem Creditorum, petentes memorati fideicommissi reintegrationem; undè eodem contextu, quo dubium proponebam ad instantiam Creditorum super executione Mandati de deliberando ab A.C relaxati, de quo incontemporanea decisione, curarunt disputari per aliud dubium — *An, & in qua summa sit reintegrandum Fideicommissum Ioannis* — cui Domini responderunt *Affirmativè* pro summa in præsenti Decisione exprimenda.

Nulla sanè quæstio erat inter Partes super reintegratione Fideicommissi debita Blanchinis hodiernis ejus Possessoribus, unicè verò difficultas erat in quantitate, cujus liquidationem concordabant Partes ab ea pendere inspectione, utrum capitale societatis negocii Fundacalis relictum à fideicommittente in sua hæreditate calculandum esset favore Fideicommissi, vel juxtà statum in quo erat de tempore obitus Testatoris, vel juxtà formam Bilancii confecti de an. 1680., vel demum juxtà divisionem subinde factam anno 1694.

1 Dixerunt autem Domini procedendum cum hoc postremo statu anni 1694. Testator enim, licèt voluerit capitale negotii pro parte erogari in solutionem pretii quorundam bonorum ab ipso acquisitorum, & pro parte investiri in Locis Montium, dedit tamen illis facultatem continuandi negotium *nel medemo modo quanto parera à detti suoi Eredi*. Qua facultate posita, duo in necessariam veniunt consequentiam; primum, quod standum non sit statui negotii reperto de tempore obitus Testatoris; secundum, quod continuatio subindè secuta ejusdem negotii consectaneè ad eandem Testatoris voluntatem ad commodum, & damnum ipsius hæreditatis te-

referenda sit, per ea, quæ tradunt *Molin. de
contract. disput, 414. §. Alia limitatione, de
Luc. de fideic, disc. 191. num. 1., Rot. in
Romana Societatis 11. Martii 1701. §. Ta-
les coram Eminentiss. D. Cardinali Priolo*;
2 itaut cum ista continuatio pervenerit usque
ad annum 1694., juxtà Bilancium tunc confe-
ctum ab hæredibus gravatis, facienda sit li-
quidatio, & cum hoc Bilancium importet
portionem hæreditatis ascendere ad sc.700.,
his subdivisis in tres hæredes Joannis, quo-
rum duorum tantùm personas repræsentant
Actores, patet, quod summa Fideicommisso
reintegranda non transcendit sc. 466. 66. ju-
3 xtà calculum arithmeticum, qui plenam pro-
bationem constituit, *Rot. dec. 349. n. 6., &
7. cor. Priolo*, & in *Romana Domus, seu
Domorum super reservatis 10. Martii hujus
anni §. Quoniam cor. Me.*

4 Nec reintegratio pro tota summa scuto-
rum 700. sustineri valet, sub prætextu in-
teresse, quod habent illi de Blanchinis Acto-
res etiam super portione Antonii tertii cohæ-
redis, virtute reciprocæ inter omnes à Te-
statore ordinatæ. Hic enim non agitur de
declaranda reintegratione tantùm in genere
Fideicommissi, sed procedendo ad formam
sententiæ A. C. decernentis reintegrationem
faciendam ex pretio bonorum deliberando-
rum, determinanda est quantitas pro qua
præcisè reintegratio facienda est respectivè
ad bona deliberanda; quæ cum ad portio-
nem Antonii minimè pertineant, sed tantùm
ad alios pro eorum tantum portionibus, hic,
& nunc talis reintegratio demandari potest;
5 decet enim, quòd sicut activæ, ita etiam pas-
sivæ actiones dividantur inter hæredes pro
ratis, & quotis hæreditariis, *l. secunda, & l.
finali C. de hered. action. Conciol. de hered.
artic. 1. num 577., Rota cor. san. mem. Gre-
gor. XV. dec. 442. num. 3.*, ibique *Add.
lit. A., & cor. san. mem. Alex. VIII. dec.
47. num. 2.*

6 Quod autem negotium omninò continua-
verit usque ad annum 1694. inde patet, quod
hæredes sub hoc anno devenerunt ad capita-
lis divisionem, non solùm illud liquidando
in d. summa, sed se se ad formam Testamen-
ti Joannis Fideicommittentis obligando,
quod idem capitale, juxtà præscriptam il-
lius voluntatem reinvestiretur, imò expres-
sè narrando in eadem divisione, quod ad hoc
usque tempus dividentes possederant pro in-
diviso tàm bona patrimonialia, quam etiam
negotium fundacale, ex quibus circumstan-
tiis, & expressione facta tanto tempore ante
cessionem bonorum, negari non potest, quod
certa oriatur probatio, quod usque tunc pri-
mum negotium fuerit continuatum, & num-
quam anteà dissolutum, ut advertunt *Mica-
lor. de Fratr. par. 2 cap. 14. nu. 21., & seqq.
Reverendiss. P. D. meus Ansald. de com-
merc., & mercat. disc. 50. num. 11., Rot. de-
cis. 246. n. 2. par. 13. rec.*, & in *d. Romana
Societatis 11. Martii 1701. §. Hoc obiectum
cor. Eminentiss. D. Card. Priolo.*

7 Neque è contrario dissolutio suaderi valet,
ex alio præcedenti bilancio inter hæredes
facto de anno 1680.; cum enim deindè quo-
que constet de expressa continuatione, dici
illud non potest confectum ad negotii disso-
lutionem, sed potiùs tribui debet curæ, &
sollicitudini hæredum recognoscendi statum
illius, & necessitati firmandi portionem debi-
tam consocio discedenti à societate; dum
8 præsertim non fuit isto casu, & tempore ab
hæredibus emissa illa obligatio, quam emise-
runt de facto sub anno 1694. reinvestiendi
capitale ad formam testamenti Fideicom-
mittentis, sed illud quoad ipsos in negotii
prosecutionem relictum fuit, & ideò non
dissolutio per hunc actum concluditur, sed
potiùs ejusdem negotii continuatio, & pro-
rogatio, *Bald. in leg. si Patruus num. 9. C.
commun. utriusque Iudic., Decian. respons.
22. n.5., & 6. lib. 3. Mans. consul. 55. n. 37.,
& 39. Magon. dec. flor. 1. n. 58.*

9 Absque eo quod ullatenus relevet, quod
Testator continuationem permiserit qualifi-
catè, eo scilicet modo, quo per ipsum nego-
tium exercebatur, id quod non potest veri-
ficari post annum 1680., dum discessit à So-
cietate Lauretus, qui interesse in negotio
habuerat cum Testatore, itaut intercedente
illa personæ mutatione, & præexistente præ-
dicta Testatoris voluntate, tunc dici debeat
facta negotii dissolutio. Etenim ultra quod
verba illa importantia continuationem *eo-
dem modo* non fuerunt à Testatore prolata
respectu societatis, è qua discessit Lauretus,
sed respectu negotii, quod ipsi ex se eodem
modo potuerunt continuare, urget etiam
responsio, quod intelligenda veniunt de mo-
do compatibili cum libera facultate conti-
nuationis tributa hæredibus, non autem illius
facultatis destructivo, qualis esset si admit-
teretur, quod continuatio fieri non posset
sine Laureto, tunc enim non amplius ab hære-
dum arbitrio, sed ab arbitrio Laureti volentis
vel nolentis à societate discedere penderet
facultas, quam cæteroquin illis dumtaxat ex-
pressè Testator reservaverat contra naturam
10 dictæ clausulæ *eodem modo*, quæ modos
tantum repetit compatibiles cum Testatoris
voluntate, ut notant *Spad. cons. 349. sub
num 8 lib. 2. Vel a disert. 49. num. 108. lib. 2.
Rot. decis. 123. num. 16. & seqq. par. 14.
rec.*

Quod si dissolutio negotii isto casu non
provenit ex Testatoris voluntate, multò mi-
nus provenit ex mutatione personæ secuta
per discessum dicti Laureti eodē anno 1680.
à societate. Quippè quia adhuc potuerunt
11 subindè iidem hæredes consocii negotium
prosequi, itaut diceretur illud idem, quod
à Testatore relictum fuerat, cum certum sit,
quod per solam mutationem personæ, super-
stitibus ità volentibus, negotium ipsum non
immutatur, sed idem formalitèr adhuc, &
materialiter remanet, *Text. in l. verum 71.
§. In hæredum ff. pro soc., Rot. decis. 114. nu.
8. cor. Bich. decis. 269. num. 27. par. 16.* &
per

per hæc ferè verba *decis. 15. num. 9. par. 19. rec.*

Et ità responsum fuit utraque &c.

ROMANA OFFICII MAZZIERATUS APOSTOLICI.

Lunæ 12. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius editæ sub die 10. Decembris 1718.

Mutuo dans pecunias alicui pro emptione Officii Vacabilis animo pro rata mutuo datæ condomioium cum Titulari acquirendi, Condominium effectivè, non verò simplicem hypothecariam actionem voluisse adipisci censetur.

Ordines fructuum in faciem ejusdem Titularis per Componendarum Ministros diriguntur, ad effectum tamen solvendi favore illius, cujus stat decreti reservatio.

SUMMARIUM.

1 *Dominium super Officio Vacabili non adipiscitur, qui pecunias illius emptori mutuo dedit, licet sui favore decretum reservasset, quando inter emptorem, & mutuò dantem pecunias aliquis alius contractus precessisset, quo casu iste simplicem hypothecam super eo sibi vindicat, & quando secus.*

2 *Dominium super eodem pariter adipiscitur ille, cujus favore in decreto libera sortis, & fructuum dispositio reservatur.*

3 *Amplia quando iste in ordine directo Banco hanc servandam expressisset legem*, quod pecuniæ non solverentur, nisi sui favore reservatio decreti præcessisset; amplia, ut in num. 6. & 10.

4 *Praxis in materia Societatum Officiorum ex attestatione Administratoris Componendarum probatur.*

5 *Mutuum perficitur, vel per pecuniarum, vel alterius rei traditionem.*

7 *Dominium super Officio vacabili consistit in libera dispositione sortis, & fructuum.*

8 *Ordo conditionatus, & sic exactus facit, ut eum exigens omnes in eo appositas conditiones approbasse dicatur.*

9 *Liber privatus licet non probet; junctis tamen adminiculis plenam probationem facit.*

11 *Dominium super Officio vacabili probatur ex participatione fructuum, ad quam pro rata sui capitalis in emptione erogata quis fuisset admissus.*

12 *In materia probationum omnia simul juncta, & non divisim sunt consideranda.*

13 *Enunciativa mera unius ex contrahentibus qualitatem initi contractus non probat.*

14 *Mutuum, ut perficiatur, consensus mutuò dantis pecunias, easque recipientis requiritur.*

15 *Verba contrahentium licet diversum haberent sonum, menti tamen contrahentium sunt adaptanda.*

16 *Contractus, ut dicatur talis, qualis esse prætendatur, multum defertur declarationi, quam circa ejus qualitatem vir integræ famæ exarasset.*

17 *Negociator mutuo dare pecunias non præsumitur, ex quo eas otiosas Negociatores retinere non præsumantur.*

18 *Usura ut excludatur, omnis amplectenda est interpretatio.*

19 *Dominium super Officio vacabili non probatur ex annunciativa Titularis, cum hæc ad simplicem tituli adeptionem sit referibilis*, & quando declara ut in n. 21.

20 *Fides pendente lite deducta nil probat.*

22 *Officium vacabile non adipiscitur, donec Papæ auctoritas non superveniat.*

23 *Actus preparatorii à successiva perfectione contractus declarantur.*

24 *Adeptio Officii vacabilis perficitur ex sequta resignatione cum reservatione decreti liberę dispositionis.*

25 *Fructus Officiorum vacabilium, in Titularem adeptorum cum reservatione decreti favore alterius, ad eundem Titularem pertinent, istique ordines diriguntur, & quomodò.*

26 *Attestatio ad aliquos particulares casus restricta refellitur vulgari illa regula* non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

27 *Solemnitates non requiruntur in recognitione bonæ fidei, quam Minor in veritatis obsequium fecit.*

28 *Minor non potest de nullitate actus excipere, quem factus major, habita scientia nullitatis facti, & juris, ratificavit.*

DECISIO MCXXIII.

Condominium in controverso Officio, validitatem Apochę illius declaratoriæ, & debitum fructuum, quæ canonizata extiterunt favore Joannis Aloysii Magni in decisione edita 5. Decembris superioris Anni coram Me frustra hodie iterum impugnavit Marcus Antonius Januarius ad novam Audientiam ex DD. benignitate admissus; quia proposito dubio -- *An sit standum, vel recedendum à Decisis* -- assumptoque iterum examine repetitarum exceptionum, cum subsistere visa fuerint ejusdem Decisionis fundamenta, responsum fuit -- *In decisis.*

1 Quantum enim attinet ad condominium, super quo principalis inspectio causæ versabatur, præmittebant Domini distinctionem illam, de qua etiam in decisione, quæ revidetur §. *Posita*, quod scilicet, aut inter personas, inter quas ex reservatione decreti prętenditur Condominium in Officio ratione acquisitionis factæ communi sumptu, pręcessit aliquis alius contractus, & deindè reservatur decretum favore credentis pecunias ex hoc alio contractu Emptori Officii, & tunc nullo modo acquisitum eidem pecunias credenti dici potest condominium, sed ex dicta Decreti reservatione inducta tantum dici valet specialis hypotheca, juxta fir-

firmata in his terminis in *Romana Pecunia-
ria* 14. *Junii* 1688. *coram bon. mem. Ursino*
confirmat 31. *Januarii* 1689. *coram eodem*;
2 aut verò nullo prævio inter partes contractu,
reservatur in decreto favore alicujus libera
sortis, & fructuum dispositio, & tunc sanè
expressio ista liberæ dispositionis favore re-
servatarii debet operari quid plus simplici
hypotheca pro securitate Creditoris pecu-
niæ in pretium erogatæ, & indicat acquisi-
tionem Dominii in illius personam, sivè in
totum, sivè pro rata contributa, & in his ter-
minis procedunt *decis.* 603. *num.* 1., *& seqq.*
cor. Cavaler., *decis.* 481. *num.* 1. *cor. Coccin*,
& decis. 65. *num.* 3. *coram Bich.*, *& decis.* 3.
per tot. coram Ubago.
3 Quod verò hypothesis hujus causæ con-
grueret secundæ dumtaxat parti istius di-
stinctionis, statim probatur ex facto; dum
nullatenus constat, quod inter Magnum, &
Januarium ante exarationem ordinis directi
Banco Sancti Spiritus pro scutis 600. cum
conditione, quod non solverentur, nisi prius
sequuta reservatione decreti tàm pro sorte,
quàm pro fructibus, nullus alius contractus
4 unquam præcesserat; & cæteroquin præmis-
sam distinctionem impugnare Januario fas
non erat, cum non solum comprobetur ab at-
testatione Administratoris Componendarum
Datariæ testantis de continua praxi, circa
quam illi plena procul dubio fides præstari
debet, cum per ejus organum hujusmodi
contractus quotidiè expleantur, ex deductis,
decis. 1517. *num.* 27. *coram Coccin.*, *& decis.*
3. *num.* 10. *coram Ubago*; verum etiam plenè
firmetur *à Cardinali de Luca discurs. primo*
num. 3., *& discurs.* 7. *num.* 8., *&* 9. *de regal.*,
& in tract. de Offic. ven. cap. 6. *num.* 8.
5 Absque eo quod iterùm repetere juvaret,
quod verè Marcum Antonium, & Christo-
phorum Magnum præcesserit antè Officii ac-
quisitionem, & reservationem decreti con-
tractus Mutui; natura namque istius contra-
ctus illa est, ut perficiatur per pecuniæ, vel
alterius rei traditionem, ità ut de meo fiat
tuum, juxta ea, quæ explicat *Mantic. de ta-*
6 *cit.*, *& amb. lib* 8. *tit.* 1. *num.* 2.; hic autem
quærebant Domini quo tempore sequuta di-
ci posset in perfectionem istius asserti contra-
ctus traditio scutorum 600., & non invenie-
bant in facto illam fuisse sequutam, nisi in
actu ipso traditionis ordinis directi Banco
Sancti Spiritus, & exindè statim arguebant,
quod nullo modo mutuum concludebatur,
dum certum est, quod istemet ordo ita erat
qualificatus, ut è contrario evidentem præ-
seferret acquisitionem Condominii, ex ea
præsertim conditione, quod summa illa scu-
torum 600. eroganda in complementum
pretii Officii non solveretur, nisi constito de
sequuta libera reservatione decreti favore
ipsius Magni trahentis ordinem tàm pro sor-
te, quàm pro fructibus; quæ sanè conditio
expressè declarat animum ejus talem fuisse,
7 ut sibi pro rata contributa libera acquirere-
tur sortis, & fructuum dispositio, in qua

consistit peculiaris essentia Dominii, ut
cum aliis in præcedenti decisione allegatis
in puncto firmat *Rota dicta decis.* 3. *num.* 4.
8 *coram Ubaga*, quem quidem cum Januarius
ita cantantem acceptaverit, dici debet ac-
ceptasse cum suis conditionibus, & qualita-
tibus; ità ut probationem Dominii quoad
Christophorum Magnum indè resultans non
valeat impugnare; & tanto magis, quia de
facto conditionem ipsam adimplevit, & Ban-
co Sancti Spiritus adimplementum illius
consentaneè ad trahentis voluntatem consta-
re fecit ante solutionem.
9 Accedunt verò præter declaratam Chri-
stophori voluntatem in dicto ordine, & alia
plura argumenta eandem Condominii ac-
quisitionem concludentia, tàm ex facto ip-
sius Christophori, qui in libro, quem retine-
bat ejus Capitalium, adnotavit acquisitio-
nem ejusdem Officii pro sua rata una cum Ja-
10 nuario; tam ex facto Principis, qui reservando
in decreto liberam dispositionem sortis, &
fructuum pro rata Christophoro, expressit
hujusmodi dispositioni ad illum spectare de-
bere; & demùm ex facto etiam ipsius Janua-
rii, qui in Compromisso per ipsum inito, de
quo in contemporanea decisione super Lau-
do, fassus est emptionem fuisse sociatèr fa-
ctam cum Christophoro Magno ibi -- *In oc-*
11 *casione della compra fatta in campagnia*
del detto Cristoforo --- cum quibus con-
cordat continuata per tot annos fructuum
solutio adhæsivè ad hujusmodi comparteci-
pationem, & Condominium sequuta, quam
sanè non fecisset Januarius, si res ita se non
habuisset, ne quod suum de reliquo esset, ja-
ctare videretur, juxtà ea, quæ singulariter
hæc omnia examinando dicta sunt in eadem
decisione, quæ revidetur §. *Et non minus*, *&*
§. *Et ad hæc coram Me.*
12 Quibus sanè omnibus non tantum de per
se ponderatis, quàm potius simul junctis, ut
in materia probatoria fieri debere pluries
docuit nostrum Tribunal, non obstat excep-
tio illa, quod in Apocha contemporaneè ad
traditionem suprarelati Ordinis exarata
Marcus Antonius Januarius expresserit con-
tractum Mutui, ita dicendo -- *Perche detto*
Christofaro mi hà imprestato detto denaro di
scudi seicento, senza del quale non haverei
13 *potuto fare detta compra* -- Quoniam hu-
jusmodi genus probationis resultans ex enun-
ciativa Januarii dumtaxat visum fuit insuffi-
ciens ad mutuum concludendum, ex ea quip-
pè erui ad summum non posset, nisi consensus
in causam mutui ipsius enunciantis, cui sanè
magis erat expediens ita contrahere, quàm
Christophorum contribuentem in emptione
habere Condominium; sed non indè unquam
resultabit etiam consensus ejusdem Christo-
phori, cujus animus ex tot actibus pro Con-
dominii acquisitione declaratus fuit, ità ut
nulla proindè sit ejusdem enunciativæ effica-
14 cia; & cæteroquin utrinque contrahentium
animus in ineundo mutuo requiritur, ut ex
leg. 2. *in princ. ff. si cert. petat.* probat *Man-*
tic.

tic. de tacit. lib.8. tit.3. num.19., & 26., &
15 potiùs suprascripta Januarii verba, ut cohæreant contrahentium intentioni, improprianda sunt, & intelligenda de subministratione illa importante acquisitionem Condominii pro ea rata, sine qua non habens pretii complementum, Officium emere non valuisset, ut in puncto aliàs firmavit *Rota decis. 58. num. 19., & seq. par. 12. recent.*
16 Advertendo etiam ad hunc effectum, quod agitur de contractu inito per virum non minus integræ fidei candore præditum, & bonis moribus imbutum, qualem laudavit *Rota in Romana donationis* 17. *Aprilis* 1711. *coram*
17 *Reverendissimo Decano*, quam etiam in rebus suis de cætero valdè cautum, & negociis gerendis versatum, qui nullatenùs pecunias otiosas de facili retinere solebat, itaùt tanto fortiùs præsumendum sit, quod noluerit contrahere mutuum, in quo aut fructus ex sua pecunia non fuisset consequutus, aut si fuisset
18 consequutus, usurariæ labis maculam incurrisset, pro qua excludenda omnis interpretatio capienda est, ad *Text. in leg. Merito ff. pro Soc.*, & cum aliis *Rota decis.34. num.25. par.19. recent.*

Neque mutui probatio cofirmari valuit ex aliis circumstantiis, quas ad hunc effectum ponderandas exhibebat Januarius; sepositis namque iis, quibus satisfacit decisio, quæ revidetur, ne inutilis fiat repetitio; & assumendo examen earum, quæ de novo hodie pro-
19 ponebantur, nulla sanè vis constitui poterat in expressione alia, quam fecit eodem modo Januarius circa liberam sui favore Officii acquisitionem; illa namque omni jure intelligenda venit de libera acquisitione tituli, quem dubitari nullo pacto valet, quod consenserit etiam Magnus spectare debere ad eumdem Januarium, sed non debet è contrario trahi in sensum adversantem de directo ejusdem Magni voluntati explicatæ pro coacquirendo Dominio in Officio, ut supra demonstratum est.

Eodemque modo interpretari debent actus illi, qui resultant ex attestatione Piaz-
20 zini Venditoris, seù resignantis, de reliquo pendente hac instantia procurata, & sic in nihilo attendendenda, juxta vulgata princi-
21 pia; stat quippè benè simul, quod solus Januarius tractatum cum eodem Piazzino inierit, & compleverit super venditione, seù resignatione Officii, quodque idem Januarius curaverit signari supplicationem à Sanctissimo, cæteraque expleverit, & quod subindè in actu magis proportionato faciendæ
22 acquisitionis, quæ tantum perficitur, quando supervenit Principis Authoritas, in hoc casu totaliter militans pro condominio, juxta ponderata in decisione, quæ revidetur §. *Et non minus*, voluerit Magnus non alio modo subministrare eidem Januario complementum pretii, nisi per admissionem pro rata contribuenda ad Condominium Officii, sunt
23 enim illi actus præparatorii dumtaxat, qui declarationem recipere debent à successiva
24 perfectione contractus, & hæc sanè perfectio supervenit, quando ad formam ordinis tracti à Januario fuit facta resignatio cum reservatione decreti liberæ dispositionis, non quidem pro solo Januario, sed etiam pro Magno, juxtà ratam contributam, cononizzantem illius comparticipationem in Dominio Officii, juxtà firmata *in decis. 1517. num. 10. cor. Coccin. decis.65. num.3. coram Bich.*, & *in Romana fideicommissi de Curtis super Officio Parci Minoris* 15. *Februarii* 1715. §. *In nihilo, & seqq. coram Reverendiss. P. D. meo Ansaldo Decano.*
25 Parum denique refert, quod fructus Officii controversi fuerint per Officiales Collegii semper soluti Januario, nunquam autem Magno condomino, quando tamen juxta aliam attestationem hodierni Thesaurarii ejusdem Collegii ostenditur, quod praxis sit in contrarium, nempè quod ubi Officia ab aliquo acquisita sunt in titulum cum reservatione decreti favore alterius, tunc ordines solutionum diriguntur quidem ipsi Titulari, sed cum additione *E per esso al Sig. N. N.*, & hic adiicitur ille, cujus favore stat reservatio decreti. Etenim quicquid sit de universalitate istius praxis, non tamen concluditur, quod si diversimodè practicetur, inde resultet probatio exclusiva Dominii, ideoque non sit in arbitrio Condomini sequi fidem Titularis, cui cæteroquin ipsi promptè respondetur de fructibus ad ratam sui Condo-
26 minii, & de facto eadem attestatio non est ita generalia, ut practicari hoc dicat in omni casu, sed relativa ad aliquos dumtaxat; undè statim resellitur, vulgari regula *non probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse*, de qua cum aliis *decis. 1170. num. 3. cor. Emer. jun.*
27 Hinc descendendo ad validitatem apochæ contemporaneè ad supra relatum ordinem exaratæ per Januarium favore Magni, Domini iterum censuerunt nullatenùs obstare, quod servatæ non fuerint solemnitates requisitæ in contractibus Minorum; jam enim huic prætensæ nullitati occurrebat duplex æquè valida responsio, quod nempè non continet ista apocha nisi recognitionem bonæ fidei, & declarationem ejus, quod in rei veritate gestum fuerat in emptione Officii, & ideo solemnitatibus non indiget, juxta deducta per *Constant. ad Stat. Urb. annot.44. artic. 5. nu. 434.*, *Rota decis.63. nu. 38. coram Arguell. decis.315. num.8. part.13. decis. 301. num.5.*
28 *part.18. recentior.*; quodque in omnem eafum fuit prævia scientia nullitatis facti, & juris subindè pluries à Januario ratificata, postquam major effectus fuerat, itaut non possit ulterius illius nullitatem deducere, ad *Text. in leg, final. Cod. si major. fact. ratam habuer. Rot. decis.81. num.3., & per tot. part.8., & dec.337. num.7. par.17. rec., & in Romana Census* 26. *Martii* 1718. §. *Accedit cor. Reverendiss. P.D. meo Aldrovando.*

De fructibus debitis pro rata Condominii Christophoro, vel ejus heredi in præsenti ulte-

ulterior quæstio reassumenda non erat, cum sint ejusdem Dominii consecutivi.

Et ità relativè quoad reliqua fuit resolutum utraque &c.

ROMANA OFFICII MAZZIERATUS APOSTOLICI SUPER LAUDO.

Lunæ 12. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Condominus in Officio Vacabili ad ratam summæ in ejus emptione erogatæ fructur percipit. Titularis verò fructibus non gaudet pro ea rata, quam in emptione indumentorum necessariorum, ac expeditione erogavit, ex quo ad ipsum privative, uti Officialem, quidam fructus extraordinarii, ratione laboris, & assistentiæ pertineant, quibus Condominus non subjacet, nec respectivè gaudet.

SUMMARIUM.

1 *Laudum justum exequendum est, & moderandum in parte excessivo, & injusta.*

2 *Officium Vacabile à duobus adeptum parit fructus unicuique pro rata proportionabiliter ab utroque erogata.*

3 *Calculus aritmethicus plenissimam probationem facit super liquidatione particarum.*

4 *Apoca recognitionis bonæ fidei verè probat quid fuerit in emptione rei socialis impensum, licèt major summa appareret erogata.*

5 *Confessio propria, omni probationum genere est præstantior* : amplia ut in n. 15.

6 *Simulatio, quam quis allegat circa factum proprium operatur, ut eam concludenter probare teneatur, & copulative de illius causa docere.*

7 *Non præsumitur, nec attenditur, quando omni probationis adminiculo carere reperitur.*

8 *Amplia, quando causa, ob quam allegaretur, usura suspicionem in virum optimæ famæ induceret*, & vide rationem in num. sequenti.

9 *Usura, ut excludatur semper benignior est capienda interpretatio, præsertim favore viri optimæ famæ.*

10 *Conjecturæ leves, quæque ab æqualibus conquasantur adminiculis aspernendæ sunt.*

11 *Simulatio ut excludatur, quilibet contrariat actus, & contraria præsumptio sufficit*, amplia ut in n. 14.

12 *Fides testium, pendente lite expiscatæ, extrajudicialet, & informet nil probant.*

13 *Scripturæ, quæ non sunt in actis, extra mundum extare dicuntur.*

14 *Hæret non ita facilè potest præsumi, quod omnia à proprio auctore gesta sciat.*

16 *Liber privatus quando partitas in eo descriptas probare dicatur.*

17 *Indebitum, ut debeatur, concludenter probandus est excessus in facta solutione per illud repetentem.*

18 *Condominus in Officio Vacabili non tenetur ad expensas pro indumentis, & expeditione necessarias, cum istæ ad Officialem extraordinaria emolumenta privative percipientem pertineant.*

19 *Testis proxenneta de facto proprio deponens optimè probat.*

20 *Actor suam actionem fundare tenetur, & legalia documenta deducere.*

21 *Damnum ex aliena culpa nemo tenetur sentire.*

22 *Apoca sic & sic inter Condominum Officii Vacabilis, & Titularem illius disponens, non admittit statutariam dispositionem, sive praxim in contrarium adductas.*

23 *Expensæ litis in fine judicii taxandæ sunt.*

DECISIO MCXXIV.

Plures controversiæ, quæ post obitum Christophori Magni ortæ fuerunt inter Joannem Aloysium ejus hæredem, ac Marcum Antonium Januarium occasione Officii servientis Armorum, seu, ut vulgo dicitur, Mazzieratus Apostolici, quod pro rata una cum Januario emerat Magnus sub anno 1692., inito compromisso remissæ extiterunt arbitri judicio coram quo, cum diversæ à Partibus inspectiones assumptæ fuerint, prodiit Laudum tres continens partes. Primam in qua declaratur pretium Officii controversi non fuisse, ut in apocha inter Partes exarata dictum fuit in scut. 1400., sed ascendisse ad scut. 1600. (ex quibus tamen scut. 100 cesserunt in causam pretii indumentorum, & insignium) & quod consequenter Januarius participare deberet de fructibus dicti Officii pro rata scut. 900. Magnus verò pro rata scut. 600. Secundam in qua definitur non esse calculandam in Capitale Officii id, quod in causam expeditionis, atque emptionis indumentorum, & insignium erogatum fuit à Januario, tum neque per contributum ad id Magnus ullo modo teneretur: Et tertiam denium, in qua absolvitur hæres Magni à repetitione illorum fructuum, quos illum ultra ratam sibi competentem percepisse contendebatur.

Non acquieverunt Partes hujusmodi laudo, & quia interim jam coram Me agitabatur alia causa, in qua quæstio erat super condominio Magni in Officio, & validitate supradictæ apochæ, & prodierat super hac quæstione decisio diei 5. Decembris superioris anni 1718, fuit ex parte Januarii commissa pariter mihi illius revisio cum facultatibus A. C., & ideo concordato dubio omnium prætensionum complexivo -- *An, & in qua parte Laudum sit exequendum, mandata sint relaxanda, seu potius incret compensatio* -- illud proposui in hodierna audientia unà cum alio respiciente subsistentiam alterius jam captæ resolutionis, & sicut fuit rescriptum quoad condominium, & validitatem apochæ in alio *standum esse in decisis*, ita in præsenti responsum prodiit -- *Affirmativè quoad primam partem juxta modum,*

modum, & negativè in omnibus quoad seeunaam.

Ratio resolutionis quoad primam partem
1 illa fuit, quod Laudum præsuppouit in omni
sui capite Christophori Magni condominium
in Officio pro rata scut.600., ideoque in hac
parte venit omnino exequendum, quia justum,
cum illa tamen moderatione, quod
non debeat è contrario dici Condominus
etiam Januarius pro summa scutor. 900., sed
scut.800. dumtaxat (super quo idem Laudum
erat idcirco infirmandum) ita repartiendo
ratam condominii juxta modum consentaneum
quantitatis, quæ ab utroque condominio
impensa fuit in Officii acquisitione, ex
firmatis in contemporanea mea Decisione.

2 Quod verò condominium Januarii restringi
debeat ad solam ratam scut. 800., inde
Domini arguerunt, quod pretium integrum
Officii non transcendebat scut. 1400., unde
si certum est ex eadem mea decisione super
isto condominio, quod respectu Magni illud
constitit in scut.600., evidens statim fit, quod
respectu Januarii non potest in majori quantitate
consistere, quàm scut.800., ducta pro-
3 portione à calculo Arithmetico, qui cæteroquin
plenam probationem constituit, juxta
firmata *dec.249.num.6. & 7.cor.Priol., & in
Romana Domus, seu Domorum super reservat.* 10. *Martis hujus anni §. Quoniam
cor.Me.*

4 Omnis itaque quæstio in eo erat, utrum
verè pretium Officii constiterit in solis scutis
1400., aut verò ascenderit, detractis scutis
centum impensis pro indumentis, & insignibus,
ad scut. 1500. In hac autem quæstione
facti parum immorandum videbatur, dum
habemus apocham totius rei gestæ declaratoriam,
exaratam ab ipso Januario favore
Magni eodem contextu, quo eum admisit ad
comparticipationem dominii sortis, & fructuum
pro scut.600., in qua quidem apocha
litteraliter declaratum fuit, quod licèt ex
ordinibus directis Banco S. Spiritus ab unoquoque
ex contrahentibus in emptione istius
officii appareret illius pretium ascendere ad
scut.1600., verè tamen istud pretium non
erat nisi scutorum 1500., quorum ulterius
rata scutorum centum cedere debebat in
causam valoris indumentorum, & insignium
Officialis, nempe Januarii, & ad ipsius tantum
computum idcirco erat calculanda, itaut
proinde participare idem Januarius deberet
de fructibus pro rata capitalis scut.800.,
& pro rata residuali capitalis scut.600. Chri-
5 stophorus Magnus, qua posita declaratione,
utique habemus propriam ipsius Januarii cōfessionem,
qua nulla major probatio dari potest,
ad *Text.in cap perpetuas de probat.leg.
cum se C. de transact. leg. generaliter Cod.
de non numer.pecun.*, & passim alibi.

Absque eo quod efficaciam hujus suæ declarationis
evitare possit Januarius impugnando
apocham, vel uti nullam ex defectu solemnitatum
requisitarum in contractibus minorum,
vel uti simulatam ad augendos favore
Magni fructus suæ ratæ. Quo enim ad nullitatem
satis jam illa exclusa fuit in Decisionibus
super hoc articulo præcisè editis, in
illa nempe diei 5. Decembris 1718., & in
contemporanea hujus audientiæ coram Me,
unde ulteriori hic non indigebat discussione.
6 Quo verò ad simulationem allegatam in facto
proprio, Domini dixerunt procul dubio
onus ejus probationis spectare ad Januarium
docendo copulativè de causa, & conjecturis,
juxta plenè firmata in *dce.7. n 3., & dec.*1181.
n.5.cor.Emer.jun., & in Romana Immissionis
6 *Februarii* 1705. §.*Etenim cor. Me*, & in
præsenti neque causam, neque sufficientes
conjecturas deduci censuerunt.
7 Causa sane, quam eruere contendebat Januarius
ex augmento fructuum volito per
Magnum, indigebat omni probationis adminiculo,
& petebat principium, cum de
reliquo ei tantum ita asserenti credi non pos-
8 sit, maximè dum id refundebat quodammodo
in Magnum suspicionem usurariæ pra-
9 vitatis, pro qua excludenda omnis benignior,
præsertim favore probi viri, capienda venit
interpretatio, juxta firmata tam in Decisione
5.Decembris §. *Ad hæc*, quàm in alia contemporanea
§. *Advertendo cor. Me.*
10 Conjecturæ autem vel admodum leves
erant, ut parum concluderent, vel aliis probationibus,
seu adminiculis conquassabantur,
ut omnino spernendæ forent.

Non aliunde quidem illæ deducebantur,
quam ex eo, quod in ordinibus directis Banco
S.Spiritus occasione emptionis expressus
fuerit à Contrahentibus valor Officii in scut.
1600., sed hoc ad intentum visum est conferre
non posse, cum talis expressio hinc inde
à Partibus volita fuerit ad quandam ejusdem
pretii, & valoris ostentationem ad effectum,
ut quatenus successivè vendi Officium debuisset,
majorem inveniret æstimationem, & longe
pluris emeretur, quam ab ipsis fuerit ac-
11 quisitum. Et satis de reliquo est, quod istam
contrariam hujusmodi conjecturæ pati possent
interpretationem, seu præsumptionem,
ut eo ipso a probatione assertæ simulationis
rejiciantur, ut firmavit *Rot dec.365.nu.4. &
5. cor.Dunoz.jun.dec.378.nu.8.p.16., & dec.
529. n.4.p.19.rec.*

Neque vis ulla majoris probationis constitui
valet in attestatione Piazzini, qui resignavit,
Officium vendidisse pro scut. 1600,
aut alterius Testis deponentis se solvisse ultra
Ordines directos Banco S.Spiritus ascendentes
in totum ad scut. 1500. alia scut. 100.
12 manualiter eidem Piazzino, sunt enim hujusmodi
fides expiscatæ pendente lite, & penitus
extrajudiciales, & informes, unde
nullum probationis gradum constituere poterant,
juxta communiter deducta per *Rotam
dec.10.n.54.cor.sa mem.Alexandr VIII.
dec.813 n.2.cor.Card.Cerro, dec.40 n.6. cor.
Emer.jun.*, & passim alibi.
13 Notula vero illa, qua coadjuvari hæc omnia
prætendebantur, extracta è libris Collegii
Mazzeriorum, & ostendens hujusmodi

Officia

Officia sub anno 1692. non minori unquam pretio vendita fuisse, quàm pro scut.1600., non probat, quod ex contingentiis particularibus non potuerint aliquod minoris vendi, & tamquam in actis ex parte Januarii non exhibita, nullam promerebatur responsionem, cum haberetur ac si esset extra mundum, juxta vulgata principia.

14 De cætero facilius hæc omnia excludebantur advertendo, quod allegamur hodie per Januarium, non contra Christophorum Magnum, cui licet supervixerit multis annis post initum hujusmodi contractum, hęc nunquam oppofuit, sed contra Joannem Aloysium hæredem, qui res ab authore suo gestas
15 non admodum facile scire potest, & qui propterea tutior esse debet in ipsius Januarii confessione, præsertim quia cum hac ipsa confessione concordat identifice etiam alia
16 Christophori declaratio in ejus libris, in quibus adnotare fuevit capitalia ab ipso acquisita, ubi præcisè describendo partitam scutorum 600. ordinis tracti Mensę Mummulariæ S. Spiritus, expressit pretium Officii communiter acquisiti esse apparenter in scutis 1600., & quod Januarius solverat de facto scuta centum minus, quæ sane declaratio sequuto scribentis obitu, etiam si posita sit in libro privato, fidem in judicio consequi debet, ut probant *Gen. de script. priv. lib.1.n.79.& 81.fol.mihi 10., & Card.de Luc. disc.30.n.18.de judic.*

17 Quibus ita positis descendebant Domini ad examen petitionis fructuum, qui à Januario prætendebantur excessive soluti, habita ratione ad quantitatem pretii Officii in scut. 1600., sed quoniam huc usque firmatum fuit pretium constitisse in scut. 1400 dumtaxat, mole sua ruebat ista prætensio, & superflua reddebatur inspectio absolutionis, quam Magnus obtinuit ab Arbitro super repetitione indebiti.

Corollariè verò descendebat ex iis etiam resolutio secundæ partis propositi dubii circa relaxationem Mandatorum, & compensationem pariter à Januario petitas, & à Dominis, mediante *negativo responso*, rejecta consentaneè ad Laudum in hac parte absolu-
18 totium Magni, cum sane nullum Mandatum relaxandum esset pro contributione Magni in pretio indumentorum, & insignium (quod etiam pretium frustra sine ulla concludenti probatione prætendebatur lesivum) neenon expeditionis, quia hujusmodi pretium in emotione Officiorum de stylo solvi solet ab Officiali, qui correspectivè tam ad laborem, seu interessentiam servitio Summi Pontificis, quàm ad hujusmodi pretium percipit subinde emolumenta extraordinaria, juxta Pro-
19 xenetarum attestationem, qui cum deponant de facto prprio, fidem merentur, *Rot. dec.985 n.10.cor. Dunoz.jun., dec.129.nu.11. p.6., & dec.273.n.32.p.16. rec.*

20 Minusque ullum Mandarum relaxari poterat pro restitutione emolumentorum extraordinariorum perceptorum à Magno, & fructuum mensis Decembris anni 1692. ante præfatam acquisitionem Officii, deficiebat namque Januarius in fundamento suę actionis, dum nullum legale documentum attulit sequutæ hujus emolumentorum, quæ ratione exercitii deberentur, & fructuum exactionis.

21 Quo autem ad pęnam, quam Statutum Collegii Servientium Armorum, seu Mazzeriorum imponit Officialibus non interessentibus, putarunt pariter Domini illam contra Magnum habere locum non posse; quia cum emolumenta ratione interessentiæ debita perciperentur à Januario dumtaxat, æquum fuit, ut pęnam sentiret suę negligentię, quatenus debito tempore non interesset, nec debuit sua culpa commodi emolumentorum non participem efficere subjectum incommodo istius pænæ, juxta regulam, de qua *Text.in leg. Julianus §. Ex vendito ff.de action.empt.leg. secundum naturam ff. de regul.iur., & § Item pretium instit.de empt., & vendit.*

Eodem modo visus non fuit locus præstationi favore Officialis scuti unius pro quolibet mense ratione interessentiæ, & laboris, à quo exemptus remanet Condominus juxta id, quod disponere contendebatur aliud Statutum ejusdem Collegii, quia quidquid esset in aliis casibus, porro in præsenti tale Statu-
22 tum non applicabatur, dum inter Officialem, & Condominum initus fuit contractus nulla facta mentione istius præstationis, cum expressis pactis inter ipsos servandis juxta supra relatam apocham, qui propterea tum à d. Statuto, tum à contraria praxi recessisse censeri debeant, *Antonin. var. resol lib.6. resol.53.n.6., Rot.dec.1206. n.1.coram Emer. jun.*

Respectu verò ad repetitionem expensarum factarum occasione Laudi, quod revide-
23 tur, obstabant omnes nostræ regulæ, quibus docemur de expensis in lite factis agi non posse, nisi in fine judicii, ut præsertim dictum fuit *dec.909.nu.3.cor. Card.Cerro, & dec.1279.num.5.cor.Emer.jun.*, & frequentes alibi &c.

Et ita utraque &c.

ANAGNINA JURIS PASCENDI.

Veneris 16. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Ecclesia quando jure pascendi cum omnibus animalibus indefinite virtute Apostolici Privilegii gaudet, à resolutione prohibitiva per communitatem Loci promulgata non ligatur, etiam si ab Episcopo approbaretur; sique Papa in concessione Brevis ad damnum vicinorum, & Provincialium respexisset, de eo damno non intellexisse præsumitur, quod ex retentione Suvium simpliciter, sed de eo, quod ex excessivo eorundem numero progrederetur, & quando etiam talis reperire-

tur excessus comparative ad possessionem bbnorum, quibus eadem Ecclesia gauderet ad isterum tramites numerus prædictus est moderandus.

S V M M A R I V M.

1 *Jus pascendi alicui Ecclesię concessum per Breve Apostolicum non potest à resolutionibus Communitativis, neque à sacra Boni Regiminis Congregatione lædi.*

2 *Jus pascendi à Rota canonizatum in uno judicio, firmum remanet in alio, & inter diversos litigantes.*

3 *Amplia, quando superaccessissent sententiæ, quæ etiam in rem judicatam transitum fecissent*, & num. 6., declara ut in num. sequenti.

4 *Sententiæ latæ in causa Status, & cum legitimo contradictore faciunt jus quoad omnes etiam non citatos.*

5 *Generalitas verborum ea, quæ expressè non comprehendit, tacitè comprehendere dicitur.*

7 *Jus pascendi cum omnibus animalibus à Papa concessum cum reservatione*, dummodo grave damnum Provincialibus non inferatur, *moderationem pati debet circa numeram eorundem, eveniente damno, non verò ex eadem reservatione in casu damni sublatum intelligitur*: declara ut in nn 9, 19, & 22.

8 *Breve Apostolicum consuetis clausulis præmunitum, etiam si ex facto gaudentis redderetur læsivum, absque oris aperitione præventive concessa non potest infringi.*

10 *Clericus, & Regularis ordinationibus Laici, & Sæcularis non ligantur.*

11 *Privilegia Pontificia, & concessiones ex placito Consilii Laicalis nequeunt de medio tolli*; amplia ut in n. 13.

12 *Limita, quando resolutiones Consiliorum Laicalium à Papa fuissent appobatæ.*

14 *Judex Ordinarius non habet facultatem restringendi, seu alterandi Constitutiones Apostolicas, cum debeat eas submisse exequi.*

15 *Ecclesiasticus particulari Apostolico privilegio gaudens non ligatur Edicto Communitativo, etiam si istud ad bonum publicum tenderet, eidemque cæteri Ecclesiastici ses- subjecissent.*

16 *Major pars tunc ad se minorem non consentientem trahit, quando omnes veniunt jure universitatis ex eisdemque rationibus, secus si agatur de jure, quod omnibus, uti singulis competat.*

17 *Ecclesiasticus exemptus ab Edicto Communitativo in vim Apostolici Privilegii, nunquam ob eo ligari potest, etiam si istud Episcopus approbasset.*

18 *Privilegia Apostolica à solo Papa revocantur.*

20 *Jus pascendi animalia suina non extenditur ad tantum numerum, qui non æquipararetur quantitati bonorum, quę quis possideret, sed juxta illam proportionabiliter esset moderandas*, intellige ut in num. sequenti.

21 *Ius pascendi, quod læsivum, & excessivum Communitati reddatur iustam semper patitur moderationem,*

22 *Privilegium Apostolicum, quod esset amplum, nullum patitur moderamen.*

23 *Partes in una, eademque causa ad id imparia iudicari non possunt.*

DECISIO MCXXV.

INter cæteras controversias, quas passi sunt Patres Carthusiani S. Bartolomei de Trisulto, circa privilegia à pluribus Summis Pontificibus ipsis conce[ss]a pro universali jure pascendi omnia, & quæcumque Animalia ad ipsos pertinentia in toto Territorio Provinciarum Maritimæ, & Campaneæ, ea quoque fuit, quam mox excitavit Civitas Anagnina; cum enim illius providi Cives sub anno 1715. decretum generale edidissent pro ejectione Suvium, excepta Sylva tempore glandium, à toto ipsius Territorio, & huic decreto consensisset omnis Cœtus Ecclesiasticorum ibidem possidentium, & præsertim etiam Reverendissimum Capitulum S. Joannis Lateranensis, cui unita reperitur à san. mem. Sixto IV. Abbatia S. Mariæ de Gloria, contendere cœpit teneri eidem prohibitioni, & ejectioni consentire etiam dictos Patres Carthusianos, quantumvis essent adeò amplis, & effrænatis Pontificum privilegiis muniti. His verò renuentibus delata res fuit ad Judicium, expedito ex parte Communitatis Monitorio super decreti Conciliaris observantia contra Patres in Sacra Congregatione Boni Regiminis; sed quoniam inter easdem Partes jam aliæ lites actæ fuerant in possessorio super iisdem Privilegiis in hoc nostro Auditorio, ut est Testis *bon. mem. Seraphin. dec.* 971., & actu pendet coram Me consimilis controversia circa interpretationem eorumdem privilegiorum promota à Civitate Ferentina, hinc jure meritò declaratum fuit, quod Causa a Sac. Rota cognosceretur. Dedi propterea dubium plurium complexivum, ut omni Partium prætensioni adaptaretur -- *An, & in quo numero, & modo liceat Patribus Carthusiæ S. Bartholomæi de Trisulto retinere Animalia, de quibus agitur* -- eoque proposito in hodierna Audientia, responsum habui à Dominis *Affirmativum, juxtà* tamen *modum* in præsenti decisione exprimendum.

1 Quod enim liceret Patribus Carthusianis retinere Animalia, eaque immittere ad pascua Territorii Anagnini, nullum discrimen erat inter Partes, cum super hujusmodi jure litteralia nimis sint Apostolica Privilegia, & idem Jus toties fuerit à nostro Auditorio canonizatum, ut præter *dictam decis.* 971. *coram Seraphin.* videre est *in Alatrina Juris pascendi 7. Martii* 1674. *coram cla. mem. Card. Taya, & in Ferentina Juris pascendi* 30. *Aprilis* 1703. *&* 9. *Iunii* 1704. *coram bon. mem. Molines, &* 9. *Maii* 1707. *coram*

2 *rem Eminentiss. D. Card. Sotto*, quæ qui-
dem decisiones, licèt inter alios editæ de
Stylo Tribunalis sunt supponendæ, ut ultra
allegatas in iisdem decisionibus auctoritates,
dictum fuit *in Urbevetana Immissionis* 27.
Iunii 1718. §. *Non obstat*, *& in Ravenna-*
ten. manutentionis 28. *Aprilis proximè præ-*
3 *teriti* §. *Et hæc coram Me*. Maximè cum su-
peraccesserint etiam sententiæ, ex quibus il-
la Cardinalis Tayæ transitum etiam fecit in
4 rem Judicatam, & tales sententiæ, tanquam
latæ in Causa status, & cum legitimis sem-
per Contradictoribus, faciunt Jus quoad om-
nes etiam tunc non citatos, *l. Ingenuum ff. de*
Stat. homin. Rot. de if. 16. *n.* 18 *post Con-*
stant. ad Stat. Vrb. & firmatum quoque fuit
in iisdem decisionibus Ferentina Iuris pa-
scendi 30. *Aprilis* 1703. §. *Certius coram*
bon. mem. Molines, *& in confirmatoria* 9.
Maii 1707. §. *Juncta coram Eminentissimo*
D. Card. Scotto.

Et quatenùs contenderetur hujusmodi pri-
vilegia, sivè concessiones non ita effrenatè
intelligi debere de quibuslibet Animalibus,
ut caperent etiam Sues, substineri id sanè
non poterit, dùm perspecta prædictorum In-
dultorum littera, vel illi expressè in aliquo
sunt comprahensi, ut in concesso à san. mem.
5 Martino V., vel tacitè in aliis continentur
sub generalitate verborum restrictionem
6 non patiente, ac de facto in eadem sæpecita-
ta Ferentina Juris pascendi actum precise
fuit de Animalibus Suinis, & pro iis cano-
nizatus extitit usus Pascuorum eidem Mo-
nasterio S. Bartholomæi Trisulti, itaut ad
hanc quoque quæstionem porrigatur jus De-
cisionum, quæ in dicta Causa emanarunt, &
& supponi debent, ut dictum est, & rerum
Judicatarum, quæ prodierunt coram diver-
sis Judicibus, & in specie contra Communi-
tatem Anagninam coram A. C. Justo, ut in
Summ. Patrum num. 4.

7 Neque robur assumebat hujusmodi exce-
ptio, ex eo quod in iisdem Privilegiis habe-
rentur præservata jura aliorum Possidentium
in Territoriis, ubi hujusmodi effrenatus Pa-
scuorum usus concessus fuit, ex iis verbis ibi
-- *Absque tamèn gravissimo*, *& evidenti*
præjudicio Provincialium, *& Habitatorum*,
& Incolarum, itaùt proindè cum tale gravis-
simum præjudicium oriatur ex retentione Su-
vium, ea propterea in Indultis ex mente ipsa
Pontificum comprahensa dici non debeat.
Redeunt enim etiam hùc mox datæ respon-
siones indubitatæ comprehensionis tùm ex
vi litteræ, tùm ex vi generalitatis verborum,
qua posita hujusmodi, & aliæ exceptiones
proponi adversus Pontificia Indulta non po-
terant, quamvis tractu temporum, & præju-
dicium creverit, & damnum Provincialium
effectum sit majus, dùm præsertim illa munita
8 sunt consuetis clausulis, itaùt adversùs ea non
liceat ita pro libito reclamare absque prævia
oris apertione, *Pelin. in cap. nonnulli nu.* 22.
de rescript. Rot. dec. 1254. *n.* 6. *& dec.* 1223.
n. 9. *cor. Emer. Iun.*, quod quidem semper
9 intelligendum est de damno, quod ex reten-
tione in genere Suvium oritur, non verò de
eo, quod ex eorum numero profluit, de quo
infra.

Hac autem generali Patrum Carthusiano-
rum facultate posita, nequaquam attenden-
dum erat Decretum illud Conciliare, quod
editum fuit à Communitate Anagnina circa
hujusmodi Animalium ejectionem à suo Ter-
ritorio. Quippè quia indubitata est utriuf-
10 que Juris regula, quod Laicis, & Sæcula-
ribus nequaquam permissum est in minimo
præjudicare per eorum ordinationes, aut
Clericis, aut Regularibus, ut sunt *Text. in*
cap. non minùs de Immunit. Eccles., *in cap.*
Ecclesia S. Mariæ de Constit., *ubi Doctores*,
& in auth. cassa Cod. de Sacros. Eccl., ibi-
que pariter DD. cum aliis cumulatis apud
Cobell. ad Bull. Bon. reg. cap. 35. *num.* 82.
del Ben. de Imm. par. 1. *cap.* 8. *num.* 5., *&*
per tot. in & in puncto dixit *Rot. d. dec.* 971.
num. 6. *coram Seraphin*.

Quæ sanè regula eò fortiùs procedit in no-
11 stra hypothesi, quia ultra id, quod de jure
favet Regularibus ob Ecclesiasticam immu-
nitatem omninò servandam, adsunt quoque
præmissæ Pontificæ concessiones, quę nul-
lam recipere valent diminutionem ex solius
Concilii Laicalis placito, ejusque edicto,
12 sivè decreto. Quidquid secùs esset, si illud
à Summo Pontifice, cui unicè reservata est
facultas abolendi, & restringendi Apostoli-
cas Prædecessorum Constitutiones, confir-
matum, & approbatum extitisset, ut fuerat
practicatum *in Interamnen. Iuris pascendi*
cor. Emer. Ian. juxta ejus decisiones supra
allegatas 1254., *&* 1223., quæ ideò non sunt
præsenti casui applicabiles.

Absque eo quod profuerit Communitati
13 argumentum ductum à bono publico, cui
directa fuit Statuentium Consiliariorum in-
tentio, quodque commune fiet & ipsis Pa-
tribus ratione minoris damni, quod contin-
get in futurum, stante prædicto decreto, in
eorum Prædiis, ex vetita aliis idem habenti-
bus Jus pascendi Suvium retentione. Quo-
niam valeat quantum valere potest hujusmo-
di argumentum in aliis casibus, sane in præ-
14 senti de eo curandum non erat, dùm ob-
stant sæpedictæ Pontificiæ Constitutiones,
& nostri Auditorii, quod non Principis, sed
Judicis dumtaxat figuram gerit, munus est
non illas ex aliqua causa alterandi, vel re-
stringendi, sed submisse semper exequendi
Text. in cap. cum Capitulo, *ibique gloss. verb.*
exequatur de concess. præbend. in 6. *Rot. de-*
cis. 3. *n.* 6. *coram Reverendiss. P. D. meo*
Ansaldo Decano, *& in Romana emolumen-*
torum Parochialium 1. *Iulii* 1718 §. *Prius*
coram Me.

Sicùt autem non possunt ex boni publici
15 ratione cogi PP. Carthusiæ ad sese submit-
tendum Edicto Communitatis, ita neque ad
id obstringi debent in sequelam exempli,
quod illis præbuerunt cæteri Ecclesiastici,
& Regulares possidentes in illius Territorio,
quasi

quasi quod ex majoris partis facto, & ipsi remanserint obligati. Siquidem nullatenùs id procedere valet in præsenti casu, ubi non docetur alios prædictos Ecclesiasticos, sive Regulares, qui consenserunt, habuisse, præter Juris assistentiam, Pontificarum quoque concessionum præsidium, ex quo adversus ipsos Laicorum Statuta, & dispositiones multò minùs operari possunt, & imò etiamsi talia haberent Privilegia, ut de facto habere videri potest Sagrosanctæ Basilicæ Lateranensis Capitulum, quod prævio Apostolico Beneplacito consensum præstitit eidem edicto, sive decreto, adhùc id extendi ad Patres præfatos non posset, cum regula sit,
16 quod factum majoris partis, tunc minorem reluctantem, & non consentientem obligat, quando scilicet omnes jure Collegii, & Universitatis veniunt; non vero quando agitur de jure, quod omnibus quidem competat, sed uti singulis, ut hic, quo casu majori parti nulla potestas est ad minorem suo facto obligandam & quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, ut distinguit *Gloss. in cap. cum omnes verb. constitutum, & Felin. ibid. n. 15. de Constit. Rot. dec. 572. n. 2. cor. Coccin. & dec. 210. n. 12. par. 18. rec.*

Nec vim auget hujus assumpti approbatio
17 Reverendiss. Episcopi Anagnini, cujus primarium de reliquo munus est Ecclesiasticam Immunitatem tueri, & tamen eidem Edicto auctoritatem suam præstitit. Hæc enim ipsius approbatio, ad quam motus ille de facto fuit à publico, melioríque bono suæ Mensæ Episcopalis, ac etiam cæterorum suæ Diœcesis Ecclesiasticorum Prædia possidentium, quæ per antea à promiscua, & immoderata Suviū retentione damnum patiebantur, ligare non valuit PP. Carthusianos non ratione tantùm Ecclesiasticæ Immunitatis à Laicorum legibus exemptos, sed ratione etiam Privilegio-
18 rum Apostolicorum, quibus per solum Sanctissimum Pontificem derogari posse inquit *Rot. dec. 225. n. 8. cor. Merlin. dec. 646. n. 16. cor. Cerr.* & passim alibi.

Nullatenùs attenta replicatione illa, cum
19 qua sæpiùs Communitas hæc sua confirmabat argumenta, quod cum Summi Pontifices Concessores in iisdem Indultis præjudicium gravissimum, atque evidens Provincialium, & Civium damnum præservaverint, circa id præjudicium cadere videretur tùm eorum edictum, tùm cæteri omnes actus, itaut per istos dicta Privilegia non læderentur, aut saltem cum eisdem fierent compatibiles. Hoc enim fortasse procederet, quatenùs hujusmodi gravissimum in præsenti verificaretur præjudicium ex immoderata Suvium retentione, secus autem dicendum erit, quando assumpta per Dominos disputatione secundæ partis propositi dubii, æquum Patribus moderamen præfixum erit, circa numerum, & modum eadem Animalia retinendi.

Hinc proinde agendo de numero, & mo-
20 do retinendi controversa Animalia, quæ postrema erat inter Partes contentio, Domini dixerunt, modum illum imposterum servandum esse, quem alias præscripsit nostrum Tribunal iisdem Patribus Carthusianis in Ferentina Juris pascendi super numero Animalium, & Sociis 22. Junii 1707. coram Eminentissimo D. Card. Scotto, ut scilicèt Suvium retinendorum à Patribus numerus redigatur ad eam quantitatem, quam secundum Artis Agrariæ usum ferre possent bona, & Prædia, quæ Monasterium possidet in Territorio Anagnino juxtà proportionem, quam in terminis habent illum pascua communia tenendam esse tradiderunt *Alberic. in l. Imperatores num. 2. ff. de servit. rustic. Prad. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 4. n. 66. & seqq. Pacimoll. decis. 25. annot. 2. nu. 27. Pignatell. consult. 85. à num. 2. tom. 7.*, sub
21 quo sanè modo ità Partium juribus utrinque consultum visum est, ut neque sit locus excessui Communitatis gravissime læsivo, pro cujus moderamine semper habet locum *Tex. in cap. suggestum de decim*, ut in puncto probat *Otter. de pasc. cap. 24. num. 11., ibique Adden. Bonden. num. 7. & seqq.*, & neque
22 fiat violentia Privilegiorum amplitudini jam in Monasterii favorem admissæ, juxtà ea, quæ arguit *dicta decisio in Ferentina Juris pascendi super numero Animalium, & sociis §. fin. coram Eminentissimo D. Card. Scotto.*

Quam sanè decisionem frustrà Patrum Defensores impugnare conabantur pluribus ad id cumulatis animadversionibus; semper enim non minùs erat illa contra ipsos supponenda, quam essent supponendæ contra Communitatem aliæ decisiones editæ in eadem Causa, & superiùs allegatæ circa generalitatem, & amplitudinem eorum Privilegiorum, nè alio-
23 quin Partes in una, eamdeque Causa ad imparia judicari viderentur, contra montium *Text. in l. fin. Cod. de Procurat. l. non debet Actor. ff. de regul. jur. & cap. non licet eodem tit. in 6.*

Et ità utraque &c.

ROMANA VIRIDARII AD NAVICULAM.

Veneris 16. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Legittima an fuerit soluta de bonis fideicommissariis, ex diminuta eorundem quantitate deducitur, ac eorum existentia per descriptiones ab hæredibus gravatis factas concludenter probatur, quæ numquam erroneæ præsumuntur.

Hæres gravatus hæreditarias pecunias exegisse præsumitur, neque eas in contrahendis Officiorum Societatibus erogare potest risico fideicommissi, sed si Vacabile ad Cameram devolveretur ad quanti interest favore illius teneretur, parique jure, sequto illius obitu sors earundem societatum, si eas contraxisset repetibilis ad effectum reinvestiendi favore fideicommissi fieret.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Res judicata oritur ex lapsu fatalium, & ob non prosequutam appellationem.
2 Restitutio in integrum quando constat de justitia Sententiæ, & læsio non reperitur, nunquam conceditur.
3 Immissio à re judicata suffulta non retardatur ex retentione, quam ex aliquo titulo eam passus allegaret.
4 Legittima, quando est probibita, non detrabitur.
5 Legittima consumpta, & exuberanter satisfacta non detrabitur.
6 Detractio legittimæ non dicitur probibita, quando neque expresse, neque tacite cauthela Soccini servata est.
7 Legittima præsumitur soluta de benis fideicommissariis, si eorum quantitas diminuta reperiretur.
8 Existentia bonorum fideicommissariorum probata dicitur adversus illum, qui ea descripsit, nisi erroneitatem descriptionis concludenter probaret.
9 Error in describente aliquod corpus pro fideicommissario, quando esset liberum, non præsumitur.
10 Societas Officii per obitum illius, qui eam contraxit dissolvitur, forsque sit repetibilis, tametsi esset superstes persona nominata properi nlo vita, & num sequenti.
11 Societas Officii unice substantiatur inter personam dantis, & recipientis pecunias, non verò cum persona à cujus vita periculo illud dependeat.
12 Heres præsumitur exegisse pecunias ad bereditatem spectantes, ac de eis rationem reddere tenetur.
13 Heres gravatus contrahens societatem Officii ad sui commodum cum pecuniis fideicommissariis; si illud pereat, fideicommissi debitor remanet de pretio cum illud beredis damno vacet.
14 Amplia quando testator jussisset beredi, ut venderet Vacabilia, & pretium in bonis stabilibus reinvestiret.
15 Heres tenetur servare præceptum defuncti, & si non servet, ad quanti interest præceptum non adimplevisse, obligatur.
16 Verba testatoris imperantia, ut heres quamprimum commode fieri poterit, vacabilia resignet, omnino ad talem venditionem obligant.
17 Heres non potest venire contrà factum illius, quem in suum authorem recognoscit.
18 Redditio rationis ab berede facienda de censibus fideicommissariis, debet fieri preportionabiliter justa summa ab eodem berede recepta.
19 Heres gravatus eredita bæreditaria in inventario descripta exegisse præsumitur, nisi docuerit de dil gentiis factis, & de effectiva illorum inexigibilitate.
20 Heres gravatus ex descriptione, quam fecit de creditis bæreditariis, se illorum constituit debitorem, deque eis rationem reddere tenetur, non verò fideicommissarius.
21 Immissio clara non retardatur ex retentione, quæ proponeretur vigore tituli non adauch clari.
22 Judex in re dubia multum attendere debet judicium Arbitratoris sequutum de tempore magis proximo facto Partium, & n. 24.
23 Declaratio mediatoris, nisi uti Laudum, & Sententia servanda esset, attamen multum attenditur.
24 Laudum antiquitùs promulgatum in Causa, à Iudice est extimandum, cum ei multum deferendum sit.

DECISIO MCXXVII.

Reassumpta coram Me antiqua lite, quæ diù discussa fuerat inter Auctores D. Principis de Sancta Cruce ex una, & Auctores D. Ducis de Matthæis ex altera, amicabiliter primum coram clar. mem. Card. Francisco Seniore Barberino, & judicialiter deindè coram bon. mem. Vincentio Muto Judice ab A. C. deputato, instaurata fuit inter Partes illa quæstio, cui causam in litis primordio dedit successio in hæreditate Claudiæ de Matthæis nuptæ Cyriaco pariter de Matthæis, pro æquali portione delata ad Erminiam ejus filiam Uxorem Honuphrii de Sancta Cruce, & ad Joannem Baptistam de Matthæis filium masculum Claudiæ, & respective ejusdem Erminiæ fratrem.

Quippe quià cum defecisset fine Prole masculina de anno 1566. Jacobus Matthæjus, institutis hæredibus filiabus fœminis Antonina, Fulvia, & Claudia prædicta, ordinato inter ipsas, & earum descendentes reciproco progressivo fideicommisso, per obitum subsecutum Antoninæ sine filiis tota ejusdem Jacobi hæreditas, de qua jam confectum fuerat Inventarium, consolidata fuit in duas superstites filias, Fulviam Uxorem Petri Pauli Mignanelli, & Claudiam nuptam, ut dictum est, Cyriaco de Matthæia, inter quas ad divisionem pacifice dventum extitit earum rerum, & bonorum, quæ illam prompte, & commode patiebantur relictis Censibus, locis Montium diversarum specierum, & Gregibus in comunione usque ad annum 1631., quo tempore hæc reliqua bona liquidata fuerunt in sc. 54. mil., & divisa inter DD. de Matthæis, & Mignanellis.

Hoc eodem tempore iam ab humanis sublata Claudia, Judicium Immissionis pro vindicanda in ejus bonis successione instruxerunt contrà eosdem de Matthæis tum DD. de Sancta Cruce ex persona Erminia, tum DD. de Torres ex persona Juliæ filiarum ejusdem Claudiæ, sed illud progressum non habuit, quià cum mediatione, & authoritate gravissimi, sapientissimique Viri, memorati nempe Cardinalis Francisci Barberini, ad concordiam deventum fuit, per quam portio Fideicommissaria Claudiæ debita in Jacobi Patris hæreditate, æqualiter tam Erminiæ restituta fuit, quam Juliæ, sive ejus hæredibus.

Quo-

Quoniam verò in Concordiæ tractatu ardua fuit inter Partes contentio circà Viridarium, seù Vineam prope Ecclesiam S. Mariæ in Dominica, hodie dictam ad Naviculam, pariter in hæreditate Jacobi repertam, licet in Inventario non descriptam, & pro summa scut 2000. ab eodem Testatore Claudiæ relictam inter prælegata, quæ fecit occasione prohibendi filiabus legitimæ detractionem, hinc idem Eminentissimus Arbitrator, ne subalterna hæc quæstio cætera jam composita iterùm subverteret, curavit per Partes eodem contextu, quo Transactionis Instrumentum stipulatum fuit, in Apoca ab omnibus Interesse habentibus subscripta illius definitionem sibi imposterum reservari, ut factum extitit, concordantibus omnibus in eadem Apoca subsignatis, quod ab illius pendere deberet Judicio: *An prædictum viridarium* (sunt verba Apocę *quoad partem à Iacobo relictam, remaneat in legitima Claudiæ, vel in restitutione fideicommissi casu quo legitima non sit jam consumpta*.

Prodiit post plures annos in sequelam istius Apocæ Laudum Cardinalis Barberini, in quo declaratum fuit: *Viridarium quoad partem provenientem à Iacobo subjectum esse fideicommisso ab eodem ordinato, & venire in illius restitutionem*. Verum quià post obitum dicti Jacobi in prænobilem Villam immutato illius veteri Vineæ statu redactum fuerat, *loco Immissionis debitæ vigore fideicommissi* Dominis de Sancta Cruce, condemnatus fuit Dux Hieronymus de Matthęis, tùnc Reus conventus *ad solutionem pretii dicti Viridarii juxtà statum antiquum, ac si esset Vinea, prout erat tempore obitus Fideicommittentis*; non acquiescente Duce huic Laudo, fuit actum de illius executione coram supradicto Judice, ab A. C. deputato, & ab isto prodiit ex integro sententia, quæ pariter declaravit, competere clar. mem. Cardinali Marcello, aliisque de Sancta Cruce Immissionem ad Viridarium, tanquam fideicommisso subiectum, ac fore in electione Ducis Possessoris vel pati prædictam Immissionem, vel refundere Actoribus pretium, juxtà statum antiquum, in quo erat de tempore obitus Fideicommittentis.

Appellatum fuit usque sub die 6. Februarii 1673. ex parte Rei succumbentis ab hac sententia, sed appellatione nunquam prosecuta, in hoc statu causa devenit ad nostrum Tribunal, in quo proposui in Audientia diei 13. Januarii hujus anni dubium -- *An constet de re judicata, vel potius de causis restitutionis in integrum* -- cujus resolutio dilata tunc fuit, donec, electo Perito, firmaretur status hæreditarius Jacobi; sed hodie superventa Periti relatione, prodiit Dominorum sensus favore D. Principis Actoris, median-
8 te rescripto -- *Constare de re judicata* - dubitari namque non poterat, quin per tot annos, quibus appellatio prosecuta non fuit, effluxo pluries, pluriesque utroque fatali, hujusmodi rei judicatæ robur assumpserit sententia bo. mem. Muti, ad *text. in Auth. hodie Cod. de appell.*, *Scacc. de appell. quæst. 15. art. 8. n. 119.*, *Rota cor. Rojas dec. 254. n. 2.*, *& in Comen. nullitatis contractus* 18. *Junii* 1706 §. *Motivum cor. bon. mem. Molines*; itaut cum etiam constet de illius validitate, & Justitia, excludentibus quam-
2 cumque succumbentis læsionem, neque locus esse valeat petitæ è contrario in integrum restitutioni, juxta plene deducta in *Romana Primogenituræ de Bubalo* 4. *Junii* 1717. §. *Dixerunt*, *& in Perusina Immissionis* 21. *Aprilis hujus anni* §. *In gradu coram Me*.

Porrò de validitate quæstio non est; Justitia vero ex eo dependebat articulo, utrum Viridarium controversum retineri posset à D. Duce ratione legitimæ sibi competentis ex persona Claudiæ in bonis Jacobi, cum
3 cæteroquin ipse non impugnaret extrema omnia concurrere, ex quibus sublato hujus retentionis præsidio competiisset D. Principi eadem Immissio, quæ in d. re judicata ejus Authoribus concessa fuit; hinc Defensores Principis duplex allegatunt fundamentum retentionis à Duce propositæ exclusi-
4 vum; primum, quod legitima in hæreditate Iacobi detrahi non posset, quia prohibi-
5 ta; secundum, quod etiamsi non esset prohibita, fuisset tamen consumpta, vel exuberanter satisfacta, ex quo aut minus debito fuerit post obitum Claudiæ restitutum ex bonis Jacobi vocatis ad ejus fideicommissum, aut potius legitimè rationem non reddat de bonis omnibus fideicommissariis, quę ad Claudiæ primæ hæredis manus pervenerunt.

Domini tamen, prætermissâ Juris inspectione circa prohibitionem, quæ plures pati posse difficultates visa est, vel quia super detractione istius legitimæ consensissent, quodammodo Partes in Apoca, cujus vigore consumptionis articulum remiserunt Judicio sæpius laudati Cardinalis Barberini, vel
6 quia sufficienter prohibita de facto non fuerit à Jacobo Fideicommittente, non servata, neque expressè neque æquipollenter cauthela Soccini, ut tutiori fundamento capta resolutio niteretur, ad inspectionem consumptionis, seu satisfactionis ejusdem legitimæ unicè examen causæ restrinxerunt, & hinc fuit, quod etiam in prima dubii propositione ejusdem articuli prohibitionis cognitione posthabita Periti electionem demandarunt.

In eadem porro facti quæstione concordes erant utrinque Partium Defensores, quod Ju-
7 dicium penderet à dispunctione quarumdam partitarum, quæ aut assem hæreditarium augere deberet, calculatæ juxta sensum D. Principis de Sancta Cruce, vel rejectæ juxta sensum D. Ducis de Matthęis, & Periti illum in minori quantitate constituerent, itaut exinde profflueret legitimæ ex persona Claudiæ petitæ satisfactio.

Ad dispunctionem itaque partitarum deserunt

cendendo, prima erat illa scut. 3701. 33. proveniens à quinque censibus inter bona hæreditaria Jacobi Fideicommittentis descriptis in ejus Inventario, de quibus nulla ratio reddebatur, ex eo quod illi reperti non sint veri, & reales, sed provenerint dumtaxat ex antiquis documentis repertis inter scripturas hæreditarias, ut inquit Peritus *fol.* 3. suæ relationis, censuerunt tamen Domini calculandam omnino fore in Asse hæreditario hujusmodi partitam in summa scutorum 3342. 97. liquidando scutum aureum ad rationem scuti unius, & obul. 33. & ducatum in ob. 75., in quibus speciebus monetæ census, aliæque partitæ subalternæ d. summam conflantes descriptæ fuerunt in Inventario, ex rationibus inferius subnectendis in tertia partita, quia dum isti census,
8 aliæque partitę fuerunt descripti inter alios effectus à fideicommittente provenientes,
inde resultat confessio eorum existentiæ perfectam constituens probationem adversus describentes, quibus contra eam nullum aliud præsidium suppetere valet, quam concludentissimis argumentis demonstrare errorem, & causam erroris factæ descriptionis, qui cæteroquin nullo modo præsu-
9 mitur, ut in terminis dictum fuit *dec.* 33. *n.*
10., *&* 11. *p.* 10., *dec.* 254. *n.* 16. *p.* 16. *rec. in Romana fideicommissi de Curtis* 25. *Jan.* 1715 §. *Absque eo quod*, *&* §. *Verum cor. R̃mo P. D. meo Ansaldo Decano*, *& in Romana Jocalium super margaritis* 27. *Aprilis* 1711. §. *Quibus cor. bon. mem. Molines confirmata* 30. *Januarii*, *&* 15. *Maii hujus anni cor. eodem R̃mo D. Decano*.

Consistebat secunda partita scutor. 9300. in quinque Societatibus officii descriptis pariter in Inventario, & de quibus ex parte Ducis non aliàs ratio reddebatur, nisi per illam assertionem, quod erant contractæ sub periculo vitæ, & sic per officialium mortem vacaverant, & capitalia perierant, sed insubsistentiam hujus assertionis duplex ratio statim demonstrabat. Prima quidem ge-
10 neralior, quod per obitum Fideicommit-
tentis, qui pecunias in societatum contractus impenderat, dissolutæ statim remanserunt dd. societates, & sic factus fuit locus repetibilitati sortis principalis, tametsi superstes esset alia persona nominata pro pericu-
11 lo vitę, cum hujusmodi contractus unicè
substantietur inter personam dantis, & recipientis pecunias, non verò cum alia persona, quæ pro regulando vitę periculo nominatur, & ideo per obitum ejus, qui pecunias dedit, non obstante hujus superviventia, dissolvitur, ut probant *Boccar. de Societat. Offic. n.* 9., *Castracan. eodem tractat. cap.* 8. *n.* 21., *& cap.* 27. *num.* 1., *Zacch. eodem pariter tractat. n.* 268. 273., *&* 278. *cum seqq.*, & in puncto firmat *Rota decis.* 454. *n.* 1. *p.* 19. *rec.*, & proinde sors princi-
12 palis effecta repetibilis, vel præsumitur
exacta per hæredes illo casu obligatos de ea reddere rationem, vel præsumitur relicta in continuationem earumdem societatum,
13 & hoc casu successiva vacatio non pericu-
lo fideicommissi, sed hæredis, qui renovavit, cedere debet, sicut etiam illius deperditio, ut prosequitur *Rota d. dec.* 454. *n.* 2., *& seqq. p.* 19. *rec.*

Altera vero ratio assumpti magis præcisè destructiva illa est, quod in præsenti con-
14 currit expressum Testatoris preceptum,
quod *bona mobilia semoventia*, *& Montes morte vacabiles*, *& omnia, quę diutius conservari non poterunt, vendi deberent*, *& pretium illorum investiri*, *& collocari in bonis stabilibus*, *vel quę inter stabilia connumerentur*, *& bona hujusmodi sint subiecta fideicommisso &c.* sub quo quidem præcepto quisque videt comprehensas dubio procul extitisse Societates Officii ita quidem, ut in illius adimplementum hæres gravata obligata remanserit ad curandum sortis principalis Investimentum in alia bona Testatoris
15 placito magis conformia, & si id non fecit,
sit in culpa, & teneatur de ea favore Fideicommissi, juxta deducta in *Romana*, *seu Cortonen. Pecuniaria super fructibus* 18. *Aprilis* 1704. §. *Fundamenta cor. Em̃o D. Cardinali Scotto*, *in Baren. Censuum*, *& legati* 20. *Januarii* 1710. §. *finali cor. Em̃o D. Cardinali Priolo*, *& in Romana Fideicommissi de Avila super noviter reservatis* 19. *Januarii* 1713. §. Redeundo, *& seq. cor. Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano*.

Quod quidem procedit, etiam si Testator
16 hujusmodi Investimentum faciendũ iniun-
xerit *quamprimum commode vendi potuerunt*; licet namque per hujusmodi verba coarctatum quodammodo videatur Testatoris præceptum ad tollendum præcipitantiam nimis sollicitæ venditionis, adhuc tamen intelligi semper debent compatibiliter cum eadem venditione omnino explenda, & non in effrenatum hæredis arbitrium trahi debent, ita ut illum constituant in libertate Testatoris præceptum totaliter contemnendi, vel inane penitus reddendi, contra regulas, de quibus *Rota dec.* 738. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 3., *& dec.* 207. *n.* 15. *p.* 19. *rec.*, & passim alibi.

Succedebat tertia partita originem habens à Censibus activis, & in inventario hæreditario descriptis (diversis tamen ab aliis de quibus in prima partita) & impositis per venditores eorum in scutis aureis. Quęstio erat inter Partes, utrum valutari deberent ista scuta aurea ad rationem juliorum undecim, prout currebant de tempore conditi fideicommissi, & sustinebant Defensores D. Ducis de Matthæis, vel potius essent calcuda ad rationem juliorum quindecim, ut è contrario prętendebant Defensores D. Principis de S. Cruce, ponendo in hæreditate Jacobi ex isto augumento hujusmodi partitam in scutis 5160. circiter. In hac vero quęstione DD. diversam viam, & quasi mediam elegerunt, statuentes dd. scuta aurea valuta-

ri debere in uno scuto argenteo juliorum de-
cem, & obul. 33. Moti sunt ea ratione, quod
in divisione inita anno 1631. Hęredes gra-
17 vati cesserunt, & assignarunt Auctoribus D.
Principis nonnullos ex dictis censibus in scu-
tis aureis impositos, eosque ęstimarunt ad
rationem scuti unius, & obul. 33. pro quoli-
bet scuto aureo, unde concurrit in hac par-
te declaratio, seu factum auctorum ejus-
dem D. Ducis, qui proinde talem hodie
valutationem impugnare non potest, con-
tendendo, quod fieri debeat in minori quan-
titate juliorum uudecim, vulgato *textu
in l. Cum a Matre Cod. de rei vindic.*

Comprobatque hujusmodi sensum etiam
mox relatum pręceptum Testatoris, & onus
ipsum fideicommissi super his censibus impo-
situm, juxta quæ hæredes gravati teneban-
tur, quidquid in retrovenditione, seu ex-
tinctione hujusmodi censuum ad ipsorum
manus proveniebat, reinvestire ad commo-
dum fideicommissi. Unde fit, quod sicut
18 facta fuit juxta talem valutationem præfa-
torum censuum extinctio, ita de illis pro-
portionabiliter ad illam summam, in qua
tunc currebant scuta aurea teneantur fidei-
commissariis reddere rationem, quibus tan-
ti interest non fuisse pecunias in extinctione
receptas, prout fieri debebat, investitas,
ex deductis per *Card. de Luc. disc. 176. n. 6.
vers. dicebam de fideicomm., & Rota decis.
843. n. 2. cor. Merlino.*

Emergebat quarta partita scut. 2857. 50.
pariter à Perito rejecta, sed à Dominis in
calculo assis hęreditarii juxta petitionem
Principis de Sancta Cruce reposita à pluri-
bus nominibus debitorum, quę in Inventa-
rio descripta ascendebant ad scuta 3964. 50.
sed ex parte Ducis de Matthæis non redde-
batur ratio, nisi de sola quantitate sc. 1107.,
& quoad alia se non teneri tantum conten-
debat ex propria assertione, quod exigi non
19 potuerint. Hæc vero assertio nullatenus il-
li prodesse valuit, cum haberet contra se
præsumptionem Juris stantem contra hæ-
redem describentem in Inventario pro se-
cura Creditorum descriptorum exactione,
nisi docuerit de diligentiis factis, & de ef-
fectiva illorum inexigibilitate, *Rota decis.
455. n. 7., & per tot. cor. Remboldo, &
dec. 158. n. 12. p. 15. rec.*; neque refundi po-
20 test onus probandæ exactionis in fideicom-
missarios, ut Ducis Defensores contendebant,
quia cum hæres gravatus per illorum des-
criptionem in Inventario sese constituerit
debitorem legitimam de iis rationem red-
dendi, ad ipsum pertinet docere de impos-
sibilitate exigendi, ut prosequitur *Rota
d. dec. 455. signanter n. 7. cor. Remboldo.*

Neque in his tantum partitis sistebant ex-
ceptiones cumulatæ per Defensores Domi-
ni Principis quoad defectus redditionis ra-
tionis bonorum hæreditariorum Jacobi per
Ducem assumptæ, seu verius quoad causam
satisfactionis legitimæ Claudiæ illius Auctri-
ci debitæ in bonis ejusdem Jacobi, pro qua
hodie allegabatur retentio controversi Vi-
ridarii, sed insuper aliæ plures partitę exa-
minandæ ab illis proponebantur, ex quibus
ad exuberantiam usque evidens prætende-
batur eadem satisfactio, quando tamen cum
præfatę legitimæ creditum vix ascenderet
supra scuta 2000., unius, vel alterius ex præ-
missis partitis subsistentia satis jam erat ad
eorum intentum, advertendo ad hunc effec-
tum, quod signanter secunda partita prove-
niens ab officiis vacabilibus de per se sola at-
tingit scuta 9300., sive verius regulando
scutum aureum ad rationem scuti unius, &
obul. 33., ut in §. Succedebat ad scuta 8246.
21 in modum, ut dubio procul Principi agen-
ti in Judicio immissionis, & docenti de ex-
tremis ad istam assequendam necessariis, op-
poni non valeat retentio vigore tituli tan-
tam illiquiditatem patientis, ex firmatis *dec.
21. n. 15. corom Reverendissimo P. D. meo
Ansaldo Decano, in Spoletana Immissionis
15. Februarii 1704. §. Recurrendo coram
eodem, in Romana immissionis 15. Aprilis
1712. § Non attento, & in Bononien. Fi-
deicommissi de Ghisleriis 11. Maii 1716. §.
Præter cor. Me.*

Hinc itaque factum est, quod superfluum
DD. existimarunt singulariter ulterius exa-
minare alias partitas Molendini, & Gregis
Bubalarum, in quibus sane adversus deducta
per dd Defensores D. Principis non modicæ
difficultates occurrebant, quarum ratione
inclinandum potius fuisset favore D. Ducis,
dum cæteroquin neque præmissa legitimæ
satisfactio. neque rei judicatæ confirmatio
illarum fulcimento ullatenus indigebant.

Omissis igitur hujusmodi partitis, super
quibus Partes hinc inde immorabantur sese
in hunc sensum moveri facilius DD. con-
cludebant, quia ita censuisse noscebant ex
22 ejus Laudo clar. mem. Cardinalem Barberi-
num, tot inter has Partes controversiarum
compositorem tempore rebus ita gestis ma-
gis proximo, & viventibus eo tunc personis,
de rerum statu, ut par erat, promptius in-
formatis, quod in judicando non parum at-
tendendum esse monuit aliàs *Rota decis. 20.
n. 23., & dec. 21. n. 3. lib. 9. in Mantiss. ad
Card. de Luc. tom. 1., in Romana redditio-
nis rationis 4. Junii 1692. §. Et Demum cor.
bon. mem. Ursino, & in Romana Pecunia-
ria 5. Maii 1700. §. Tantum cor. Reveren-
dissimo P. D. meo Ansaldo Decano*, cujus
23 quidem Cardinalis Judicium, si non uti
Laudum, & sententia servandum est, pluri-
mum tamen valere debet, saltem in linea pu-
ræ declarationis factæ à mediatore, cui stan-
dum esse à partibus in apoca non controver-
sa promissum fuerat, ex deductis per *Urceol.
de transact. quæst. 3. n. 2., & seq., Magon. dec.
Florent. 85. n. 7., & Constantin. ad Stat. Urb.
annot. 20. art. 1. n. 3. tom. 1.*

Inutile demum DD. putarunt agere de
augumento assis hæreditarii Jacobi fidei-
committentis ad quod postremo loco recur-
rebant D. Ducis Defensores illud deducen-
do

do ex legitima eidem Jacobo competenti in Bonis Petri Antonii sui Patris, sed quoniam ista legitima inter plures ejusdem Petri Antonii filios, ut ex arbore constitit, dividi debebat, & non erat deducenda, nisi ex altera legitima competente ipsi Petro Antonio in Bonis Ludovici Patris, & Avi respectivè, qui fideicommissum pariter in suis Bonis constituerat, statim compertum erat, quod prætensum augumentum ad modicam quantitatem reducebatur, nullo modo aptam contraponi superius recensitis partitis: & de
24 facto, quod res ita se haberet, ostendebat Laudum à clar. mem. Card. Farnesio latum anno 1543. inter eumdem Jacobum, & Ludovicum ejus fratrem ex una, & Virgiliam repræsentantem Personam Vincentii alterius fratris ex altera, in quo Laudo pro juribus dictę legitimę ad Vincentium spectantibus, necnon etiam pro dotibus Matris, & Aviæ unitim calculatis, Virginię tribuuntur scuta 4000., itaut liceat arguere ex horum titulorum complicatione, quod ex juribus talis legitimæ, vel modicum, vel etiam nihil consecutum fuerit.

Et ità Partibus bis auditis, & lato calamo informantibus resolutum fuit.

PERUSINA PECUNIARIA.
Lunę 19. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Metus ad effectum annullandi contractum allegatus, ille esse debet, qui cadat in constantem virum, nec in eo, qui cum omnibus solemnitatibus fuisset initus, intercessisse præsumitur. Sicuti nemo æs alienum de proprio dimittere voluisse, sed de pecuniis certi debitoris, quando declarationem, quod de proprio solvebat, referre non curavit similiterque neque error in publico instrumento præsumendus est.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum plenam probationem constituit.*
2 *Debitor, quando adventa solutionis die non solvit, stipulationem commisisse dicitur.*
3 *Metus ad effectum annullandi contractum plenè, & cum suis qualitatibus probandus est.*
4 *Amplia ut debeat ille esse, qui cadat in constantem virum.*
5 *Metus non potest allegari in contractu inito cum Notario, & testibus, ac mediatione viri integrę famæ, nec non, qui initus sit ab homine in negociis versato.*
6 *Amplia, quando in eodem contractu dilatio fuisset concessa debitori metum allegan*ti.
7 *Obligatio inita intra carceres debitorem non afficit, & nulla fit;* limita ut in num. sequenti.
8 *Obligatio facta à debitore, ut se à carcerationis periculo vindicet, non irritatur sicut illa intra carceres exarata.*
9 *Obligatio mulieris facta pro exbimendo viro à carceribus, tamquam ex justa causa, etiam sine solemnitatibus substinetur.*
10 *Metus non potest allegari in contractu inito pro debito, quod jam præexistebat.*
11 *Obligatio clara non retardatur ex reservatione cognitionis circa calculum, de qua debitor sibi in solvendo cavisset,* & num. 13.
12 *Error calculi semper deduci potest.*
13 *Error calculi adversus publicum Instrumentum summam liquidans non est allegabilis, & concludenter probandus est.*
14 *Debitum alienum nemo se solvisse præsumitur.*
15 *Solutio facta præsumitur de pecuniis illius, in cujus faciem partita cantat.*
16 *Solutio materaliter facta per manus unius, qui pecunias ad Bancum adsportavit pro debito alterius non concludit easdem pecunias ad illum spectasse;* declara ut in num. sequenti.
17. *Solutio facta ab uno pro debito alterius de pecuniis istius præsumitur, & non illius, qui eas ad bancum adsportavit, maximè si delator nullam sui favore declarationem,* quod de proprio solvebat, *reportavit.*
18 *Amplia, quando idem delator fuisset alias solitus, & sollicitus de eadem declaratione reportanda.*
19. *Subamplia, si in actu quo solvisset alias minorem summam, de tali declaratione sibi cavisset.*
20 *Actus dubius à discretivo agendi modo, & observintia declaratur.*
21 *Observantia multum operatur ad rem incertam declarandam.*
22 *Verbum* — recò — *diversimodè sonat ac verbum* — hauri.
23 *Solutio notabilis summa facta de proprio ab aliquo pro tertio absque receputa non præsumitur, maxime quando in aliis similibus solutionibus sibi de eadem cavisset.*
24 *Solutio facta pro debito alterius. ab aliquo; utrum dicendum sit de proprio; ejus conditioni, & qualitati multum defertur.*
25 *Partita nimis serotine deducta, tamquam suspecta non admittitur.*
26 *Partita semel bonificata, iterum bonificanda non est.*
27 *Culpa, & negligentia unius, alteri non debet parere detrimentum, & sibi commodum.*

DECISIO MCXXVIII.

PRævenientes Fratres de Matthæis instantiam, quam primùm deduci posse à Francisco Maria de Fargna vigore publici Instrumenti, in quo se se debitores illius constituerant in summa scutorum 1709. ratione reliquatus Administrationis, quam habuerant in Appaltu Thesaurariæ Civitatis Perusiæ per eundem Franciscum Mariam retento, Antonius, & Liborius duo ex eisdem Fratribus Judicium ipsi instruxerunt coram A.C.

A. C. de Gentilibus ſuper reſciſſione ejuſdem Inſtrumenti, proponentes ad hunc effectum, quod fuiſſet in computorum reviſione erratum in calculo, & minùs juſtè ipſis non bonificata extitiſſet partita ſcut. 2000.

Sed quoniam hoc interim lapſus fuis terminus ſolutioni ſcutorum mille in eodem inſtrumento præfixus, & ſic factus locus petitioni hujus ſummæ, prævaluit efficacia litteralis inſtrumenti eorum exceptionibus, & fuit à memorato Judice relaxatum mandatum pro eadem quantitate ſcutorum mille una cum fructibus decurſis, & non ſolutis ad formam conventionis, ſinè præjudicio reſidui, & declaratum per ſententiam, quod non eſſet locus bonificationi in cauſam hujus debiti partitæ ſcut. 2000.

Obtenta per debitores ſuſpenſiva appellatione ab hoc mandato in Signatura Juſtitiæ, ejuſque Commiſſione mihi directa cum clauſula -- *Si quid exequendum* --, propoſui in hodierna Audientia dubium illi de ſtylo conforme, cui reſponſum à DD. fuit -- *Mandatum A. C. eſſe exequendum* --, cum pari Juſtitiæ, ac validitatis fundamento fulcitum eſſet.

Es ſanè validitas reſultabat ex Actis; Juſtitia verò promanabat ex eo publico Inſtrumento, quod exaratum fuit inter Partes, ſub die 5. Novembris 1717., & in quo Fratres de Matthæis, accedente etiam obligatione Ceciliæ eorum Matris conſtituerunt ſe debitores Franciſci Mariæ in ſumma ſcutorum 1709.73., quàm pro rata ſcutorum mille poſt annum ſolvere promiſerunt una cum fructibus loco damnorum, & intereſſe decurren. à die 5. Februarii 1718., quatenùs infra terminum conventum debito Capita-
1 lis non ſatisfacerent; ſicùt autem certum eſt, quod hujuſmodi Inſtrumentum pleniſſimam probationem conſtituit eorum debiti, *ad Tex. in cap. Cum dilectus de fid. Inſtrum., & leg. cum precibus C. de probation., Rota deciſ. 424. num. 1., & 6oa. parte 19. recent. tom. 2.*, ita etiam indè ſequitur, quod
2 cum advento tempore ſolutionis, ſuſceptæ obligationis adimplementum illi neglexerint, commiſſa indè dicatur ſtipulatio tàm pro ſorte, quàm fructibus, & ideò ritè, ac rectè relaxationem mandati paſſi fuerint, *Text. in leg. Cedere diem ff. de verbor. oblig. Doctor. in leg. Qui hoc anno ff. eodem, Rot. dicta deciſ. 424. num. 2. part. 19. recent., & in Nullius Abbatiæ S. Hilarii 18. Februarii 1718. §. Ratio coram Me.*

3 Non obſtas duplex exceptio ad evitandam ſolutionē deducta per Fratres de Matthæis, quod ſcilicet contractus prædictus extortus fuerit ab ipſis cum confeſſione debiti, & aliorum coobligatione per vim, & metum; quodque erratum fuit in calculatione eorum debiti propter omiſſam bonificationem notabilis partitæ ſcut. 2000.; neutram enim DD. attendendam exiſtimarunt.

Non quidem primam, obſtabant enim illis nimirùm tritæ regulę, juxtà quas certum redditur, quod ad effectum annullandi aliquem actum ex iſto capite, aſſertus metus ab allegante probandus eſt plenè, & concludenter cum ſuis qualitatibus, *ad Text. in leg. Interpoſitas 13. ibique Doctores Cod. de tranſact., Palm. nep. alleg. 14. num. 1., Rota dec. 472. num. 2a. coram Bich., deciſ. 354. num. 4. parte 14., & deciſ. 514. nu. a 1. parte 18 rec.*,
4 itaut taliis etiam demonſtretur, qualis in conſtantem Virum cadere poſſit, ut probat *Farinac. in fragment. cap. 2. verb. metus nu. 69., & 4., Rot. deciſ. 266. num. 5. part. 18. rec.*; hic autem nulla illius relevans probatio deducebatur, & immò rei geſtæ ſeries potiùs illius excluſionem totaliter ſuadebat.
5 Quippè quia inita fuis Fratrum obligatio, & emiſſa debiti confeſſio prævio tractatu amicabili Viri ab utraque parte approbati, cum interventu Notarii, ac Teſtium, & etiam cum aſſiſtentia omnium quatuor Fratrum de Matthæis, cæteroquin hominum ad negocia peragenda diſpoſitorum, cum duo in hac ipſa adminiſtratione, & aliis rebus rerum gerendarum experientiam jam acquiſiverint, alter ſit Sacerdos, & alter publicus Notarius Peruſiæ, & etiam pateat,
6 quod Creditor ipſe in contractu benignè ſe geſſerit indulgendo dilationi à debitoribus petitę, & fructus non ſtatim laxando, ſed poſt terminum concorditer ſtabilitum; quibus quidem omnibus non de per ſe tantùm ponderatis, quam etiam ſimul junctis fit evidens, quod quævis violentia, & omnis metus abfuit ab illo contractu, juxtà ea, quæ in propoſito examinat *Bartol. in l. tranſact. la 2. Cod. de tranſact., Altograd. conſ. 5. ſub num. 1. lib. 1., & Rota dec. 385. num. 4. & ſeq. cor. Dunoz. Jun., & dec. 266. nu. 3., & ſeqq. par. 18. rec.*

Abſque eo quod ſufficiens probatio deduci valeat ex comminata carceratione manu Regia; quoniam ultrà quod hujuſmodi carceratio poterat tantùm incutere metum duobus Fratribus originariis debitoribus, non autem aliis duobus, qui tunc pro tutiori Creditoris cauthela illorum obligationi ſolidalitèr acceſſerunt, urget etiam ea reſ-
7 ponſio, quod quidquid ſit de contractibus ab iis initis, qui intrà Carceres de facto retinentur, de quibus nulla dubitatio, quod
8 ſint nullitatis vitio ſubiecti, illi tamen, qui ab iis fiunt, quorum tantum imminet ex cauſa æris alieni Carceratio, nullo Jure reprobantur, immò habemus certum in Jure, & quotidiè videmus in praxi, quod Mulieres,
9 quibus cæteroquin prohibitum eſt ſine cauſa contrahere, validè tamen obligantur pro eximendis Maritis ab imminenti carceratione, iſta cauſa ſufficiens pro earum contractuum validitate reputatur, ut in *deciſ. 227. poſt Pacific. de Salvian. deciſ. 509. num. 8. coram Emerix Jun., & deciſ. 56. num. 1., & per tot. cor. Benincaſ.*, alinquin fieret ſtrages hujuſmodi, & conſimilium obligationum, quæ tamen in judicio ſemper debitam executionem obtinuerunt. Cœ-

Cæterum omnis difficultas ea ulteriori
removetur animadversione, quod nulla cau-
10 sa metus excogitari valet eo casu in obliga-
tione, quandò verè præexistit debitum il-
lud, pro quo emissa fuit eadem obligatio,
cum tunc emissa dicatur non ex metus im-
pulsu, sed ex obsequio justitiæ, & veritatis,
Text. in leg. injuriarum §. 1. ff. de injur.,
*Bartol. in leg. Qui in Carcerem num. 1. ff.
quod met. caus.*, cum aliis penès *Larr. alle-
gat. fiscal. 35. num. 4.*, *Rota decis. 26. nu. 2.,
cum seqq. par. 6. recent.*, & hinc erat, quod
causæ inspectio reducebatur potiùs ad se-
cundam exceptionem erroris calculi.

Cujus examen DD. assumentes, ponde-
11 rabant, quod quamvis in ipso instrumento
controversiæ obligationis preservata fuisset
illius deductio, cum tamen ista preservatio
non aliud esset, quàm clarior specificatio
ejus, quod de jure inerat, à quo sanè pro-
12 fluit, quod error calculi semper deduci
possit, ut plenè probant *DD. in l. unic. in
princip. C. error. Calcul.*, *Munoz. de rat.
admin. cap. 41. num. 5.*, *Rota dec. 259. num.
21. coram Buratt. decis. 182. num. 4., & 5.
coram Carill.*, *& decis. 95. num. 7., & 9.
13 part. 16. rec.*, Hinc porrò est, quod nulla-
tenus ex ea relevati dici debent debitores
ab onere concludenter assertum errorem
justificandi, præsertim adversus publicum
instrumentum, in quo talis Calculus, qui
pretenditur erroneus, fuit ab ipsis seriò ap-
probatus, *Rot. cor. Gregor. decis. 220. nu. 4.
coram Coccin. decis. 972. num. 1. decis. 1214.
num. 12. cor. Emerix Jun.*, *& dec. 73. nu. 4.
part. 17. rec.*

Talis autem non erat ea probatio, quæ
14 deducebatur ex eo, quod bonificata non
fuerit Mattheis partita scutorum 2000 solu-
torum Constantino Capserio generali The-
saurariæ Umbriæ sub die 14. Decembris
1714., quam quidem solutionem factam esse
de propriis ipsorum pecuniis contendebant.
Quandoquidem in hac eorum assertione non
solum contrarium habent Juris præsumptio-
nem, secundum quam in nemine præsumitur
hujusmodi liberalitas in alienis negociis, ut
ponderant *Bartol.*, *& Bald. in leg. 1. circa
finem vers. Et magis ff. de solut.*, *Urceol.
15 controvers. 49 nu. 14.*, sed etiam descrip-
tionem ejusdem partite in Libris Capsæ per
ea verba -- *Havuti contanti dal Sign. Abba-
te Francesco Maria Fargna Tesoriere* --. Ex
quibus resultat invincibile argumentum,
quod solutio facta sit de pecunia illius, in
cujus faciem, & favorem cantat partita,
Magon. decis. Florent. 43 in princ., *& nu.
13. cum seqq.*, *Rot. decis. 885. num. 4. cor.
Dunozzett. Junior.*, *& decis. 284. num. 7.
ibique Adden. num. 3. coram san. mem. In-
nocentio X.*

16 Non relevat, quod idem Capserius decla-
raverit solutionem fuisse factam non à Fran-
cisco Maria de Fargna, sed ab Antonio de
Mattheis, quodque hoc ipsum deponant
aliqui Testes. Quoniam ex lectura declara-
tionis, & depositionum apertè convincitur,
quod Antonii factum non refertur, nisi ad
simplicem pecuniæ asportationem, & mate-
riale ministerium solutionis, nequaquam
verò ad solutionem factam de proprio, aut
de pecuniis per ipsum exactis, itaùt ad ejus
Creditum referri possit. Non est enim veri-
17 simile, quod si ità res se habuisset, non cu-
rasset Antonius in partita adjici sui juris, aut
reservationem, aut saltem genericam ex-
pressionem, ut advertit *Rota cum mox ad-
duct. decis. 9. nu. 20., & 21. part. 9., dec. 405.
num. 22., & 23. par. 19. recent.*, *& in Ro-
mana Pecuniaria 13. Junii 1718. §. Unicum
cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis
Gubernatore.*

18 Quod quidem eo fortiùs incalescit, quia
de facto Matthæi quoties explebant solu-
tiones ex pecuniis ad ipsos perventis in ad-
ministratione, quam exercebant pro Fran-
cisco Maria, nedùm curarunt hujusmodi
solutiones adnotari in Libris Constantini ve-
luti expletas per interpositam illorum per-
sonam, ibi -- *Per le mani del Signor Anto-
nio Mattei* --, sed etiam, vel eodem con-
textu, vel paulo post reportabant quoque à
Francisco Maria pro summa soluta recepu-
tas. Quamobrem si neutrum servarunt, quo-
ad istam partitam scutorum 2000., quisque
jam videt, quod ea non potest haberi in
illarum numero, quas fecerunt de propriis
pecuniis, sed credendum est partitæ, & ex-
pressioni demonstranti, quod immediatè ta-
lis summa proveniret ab eodem Francisco
Maria, ut prosequitur *Rota dicta decis. 9.
num. 20. par. 9.*, *& decis. 405. sub nu. 3 part.
19. recent.*

19 Evidens autem redditur hujus rei veritas
ex alia facti circumstantia, quod ipsimet de
Mattheis sub eadem die 14. Decembris per-
solverunt in manibus sæpedicti Francisci
Mariæ longè minorem quantitatem scuto-
rum 982., & tamen illicò pro ea reportarunt
quietantiam, *ut in Summario Creditoris
nu. 1. litt. B.*, quod si itaque de majori sum-
ma scutorum 2000. non curarunt consimi-
lem quietantiam sibi exarari, argumentum
indè certum resultat, quod ista summa nul-
latenùs ad ipsos spectabat, sed verè ad Fran-
ciscum Mariam, quem in libris Creditorem
20 fecerunt adnotari, ducta illatione à dis-
cretivo ipsorum agendi modo, qui tutam
cujuscumque Actus dubii probat interpre-
tationem, & ab eorundem met debitorum
21 observantia, quæ pariter valdè ad rei in-
certæ explicationem attendenda est, ex fir-
matis *decis. 582. num. 9.*, *& seqq. decis. 631.
num. 17. parte 19. recent. tom. 2.*, *& passim
alibi.*

Adversùs hæc omnia Fratres de Matthæis
insurgebant cum argumento ducto ex facto
ejusdem Francisci Mariæ, ostendentes istum
sibi bonificasse binas partitas, alteram scuto-
rum 1800., & alteram scut. 618. sub diebus,
11., & 17. Aprilis 1715. cantantes in Libris
Constantini sub consimili expressione -- *recè*

con-

22 *contanti P Abbate Francesco Maria Fargna*--. Verùm enim verò quicquid sit utrum aliqua possit constitui differentia inter verbum *recò*, quo concepta legitur istarum descriptio, & aliud verbum *bavuti*, quo concepta est alterius partitæ descriptio; hoc
23 unum in facto certum est, quod ideò bonificatę illæ fuerunt, quia subindè reportarunt juxtà solitum receputam ejus summæ à Francisco Maria, licèt non distinctam pro unaquaque partita, sed complicatam cum aliis pecuniis interim aliis personis solutis, cum ea tamen expressione -- *Compresi li pagati al Signor Constantini, e Quaglia* --; Ideoque cum bonificatio istarum partitarum sit correlativa ad receputam, inde potiùs crescit argumentum non admittendi eam scutorum 2000., pro qua non ostenditur contra omnem verisimilitudinem consimilis recepta, ut inquit *Rota decis.* 184. *nu.* 8. *cor. Cels.*, *& decis.* 64. *num.* 10. *part.* 18. *recent.*, removente de cætero omnem ambiguitatem calculo summarum, quæ à die suscepti muneris Exactoris pervenerunt in manus illorum de Matthæis usque ad diem 14. Decembris 1714., qua die fuit facta controversa solutio, & aliarum summarum, quas ipsi usque ad eandem diem solverunt Francisco Mariæ. Constat enim ex hoc Calculo, quod ista die de pecuniis provenientibus ab eorum exactione non habebant in manibus nisi scuta 24. circiter; undè per facti evidentiam demonstratur, quod non potuerunt de exactis solvere notabilem quantitatem
24 scutorum 2000., & quod solverint de propriis, nimium repugnat eorum conditioni, & qualitati.

Superaddebant Fratres de Matthæis ad probandum Calculi errorem ultrà istam partitam scutorum 2000., & alias duas scutorum 524. 95., & scutor. 89. 90. resultantes ex recapitis supradictorum Constantini, & Quagliæ, ultrà summas contentas in receputis exaratis die 11. Maii, & 12. Junii 1715.;
25 sed serotina nimis, & insubsistens visa fuit illa præteosio, dum ipsi facta subindè calcu-
26 latione super recapitis, quę contextualiter consignabant Francisco Marię, reportaverunt receputam pro certa, & determinata summa minori, itaut procul dubio de talibus recapitis occasione istius receputę habita fuerit omnis ratio, & si quis erat excessus, fuerit compensatus cum pecunia numerata ab eodem Francisco Maria manualitèr subministrata in complementum solutionis faciendæ Ministris Thesaurariæ, & ex illa ratione talis summa expressa non extitit in receputa. Quocirca excludebantur regula, quod cum partitæ hujusmodi jam suum sortitæ fuissent effectum, tanquam semel deductæ, & bonificatæ, iterum deduci, & bonificari non debent, *Leg. Bona fides* 58. *ff. de regul. jur.*, *Rot. decis.* 594. *num.* 5. *parte* 18. *recentior.*

Ad ea, quæ dicebantur de faciliori recognitione veritatis, quę haberi posset, ut peculiariter ex libris Capsæ; optima occur-
27 rebat responsio, quod si libri hujusmodi ex culpa, & defectu ipsorum de Matthæis retenti non sunt, promerentur ipsi quamcumque contrariam interpretationem, nè ex eorum culpa refundatur in Franciscum Mariam; & exindè ipsi commodum reporteot exemptionis à debito, quod jam in instrumento publico recognoverunt, *Rot. decis.* 611. *num.* 8. *cum pluribus sequentibus*, *coram Dunoz. Iun.*, *& decis.* 535. *num.* 21. *par.* 19. *rec.*

Et ità omissis levioribus, conclusum fuit utraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MARSILIIS.

Veneris 23. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Fideicomittens quando unicam tantù lineam in personam sui hæredis in stipitem designati constituit, si in casu defectus legitimorum ejusdem filios legitimatos habilitet, ejusque familia in duos dividatur columnellos; uno deficiente, legitimati ex isto, legittimis alterius super stitis non præferuntur, quia attento principio unius lineæ constitutivo, omnes de ea descendentes, de una eademque linea formali reputantur; maximè quando legitimati in defectum tantum legitimorum sedem in testamento habuerunt.

Hæredes gravati circa modum dividendi tantum, & fideicommissi substantia non læsa, in casu prædicto, ne illud ex minutatim factis destruatur divisionibus, ejus indemnitati possunt consulere.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex tribus Sententiis conformibus, quæ justæ sunt.*

2 *Reciproca in secundo ordine substitutionum, ex quibus verbis ordinata à testatore dicatur.*

3 *Filii Natureles legitimati, & cessantibus legittimis, substituti, sicuti donec duret legitimorum linea sedem non habent, à fortiori de eis Descendentes.*

4 *Legittimi alterius lineæ non dicuntur à testat. re prælati legitimatis delinea extincta, quando ex testatoris voluntate descendentes per fideicommissum instituti, plures distinctas lineas constituere valuissent.*

5 *Secus, quando Testator unicam tantum lineam constituit in personam hæredis fideicommissarii in stipitem designati, de qua omnes suos descendentes profluere voluit; amplia, ut in nn.* 7., & 24.

6 *Substitutio linearis volita præsumitur, quando Testator plures ab uno stipite descendentes conjunctim, & collectivè vocavit, & per modum unius lineæ omnes considerravit.*

7 *Filii legitimati quando sedem habuerunt in fidei-*

fideicommisso post finitam lineam legittimorum non itelliguntur discretive tantum exclusi de uno columnello per existentiam legitimorum, sed etiam in uno quoque, denec legitimi in utroque reperiuntur.

8 *Nomen* -- Lineam -- *in singulari prolatum, aliquando in pluralitatem resovitur*; intellige, ut in n. 10.

9 *Testator Juris consultus præsumitur veram verborum significationem intellexisse, sub qua suam voluntatem explicavit.*

10 *Testator an unam tantum lineam in conditione posuerit, sive plures, deducitur ex discretivo ejus loquendi modo, taliter ut si voluisset nomen -- lineæ -- esse plurium significativum, in plurali eum protulisse, reperiretur; secus si in singulari*

11 *Discretivus loquendi modus Testatoris in ultimis voluntatibus interpretandis multum attenditur.*

12 *Ordo Successionum à Testatore præscriptus tunc dicitur inter gravatos inversus, quando nova succedendi forma ab illis præscriberetur, quæ inconciliabilem cum testatoris voluntate contrarietatem involveret.*

13 *Divisio stabilita inter hæredes gravatos juxtà unum modum, ne fideicommissaria res in minutas partes disperdatur non potest dici ordinata ad eversionem voluntatis testatoris.*

14 *Amplia, quando iidem devidentes reciprocam linearem à testatore ordinatam inter vocatos legittimos, & naturales ad exclusionem legitimatorum primario inter eos servandam fore convenissent.*

15 *Legittimati subsidiarie vocati semper exclusi præsumuntur, quando de mente Testatoris etiam tacite concurrunt omnia requisita à lege Titia Sejo.*

16 *Requisita legis* Titia Sejo *inducuntur, quando instituti fuerunt alii in totâ hæreditate substituti, & ultimo morienti alia facta extitit substitutio.*

17 *Hæredes gravati in actu divisionis in se suscipientes onus restituendi portionem deficientis superstiti, id fecisse præsumuntur relative ad dispositionem fideicommissariam jam praexistentem*, & n. 18.

19 *Amplia, quando iidem in divisione hinc inde præservassent illesa jura fideicommissi.*

20 *Devisio inter hæredes facta cum præservativa jurium fideicommissi non inducit novationem quoad substantiam fideicommissi, sed solum quoad modum succedendi inter eosdem.*

21 *Verbum* -- Proximior -- *est aptum comprehendere non minus legittimos, & naturales, quam etiam legitimatos.*

22 *Limita, si juxta mentem fideicommittentis nullam aliam pateretur intelligentiam, quam circa legittimos, & naturales, non autem legittimos, & in legittimorum concursu.*

23 *Titulus possidendi non adminiculatur ab observantia, quæ ex combinatione temporum controversa appareret.*

24 *Reciproca dicitur inter hæredes à fideicommittente volita, quando hæredes sibi substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*

25 *Unica linea suorum descentivum dicitur à testatore contemplata, quando omnes collective vocavit*, & vide casum.

DECISIO MCXXVIII.

QUamvis DD. Comes Generalis Aloysius, ac Philippus Fratres de Marsiliis, nec non Senator Alexander, & Marchio Georgeus pariter de Marsiliis, atquè illi de Casalinis litis Consortes tribus conformibus Sententiis succubuerint in Judicio Immissionis ab Bona Fideicommissaria Alexandri Senioris de Marsiliis, concessæ primùm à bon mem. Thomato Comiti Anibali, & deindè à nostro Auditorio Comiti Sylvio Antonio, juxtà Decisiones editas coram Reverendiss. P. D. meo Ansaldo Decano, & R. P. D. meo Corio, quas etiam Sententias canonizavit Signatura Justitiæ cum Clausula *sinè prejudicio*; nihilo tamen minùs adhùc non acquiescentes, iterùm curarunt coram Me reassumi quæstionem totiès nagativè definitam, utrùm in Successione fideicommissaria dicti Alexandri admitti possent una cum Descendente legitimo, & naturali etiam Legitimati, sed proposito dubio juxtà relatum Signaturæ rescriptum -- *An constet de Re judicata, seù potiùs de Causis restitutionis in integrum* -- responsum fuit -- *Constare de re judicata.*

1 Cum enim prodierint favore D. Com. Sylvii Actoris tres conformes Sententiæ, dubitari nequit, quin super illius instantia concurrat Res judicata, quam hujusmodi Sententiæ semper constituunt, quotiès aliquam, aùt nullitatis, aùt injustitiæ exceptionem non patiuntur, ad *Text. in Clement. ut Calumniis de re Judic.*, *Rot. dec.* 28. *n.* 2. *cor. Bichio, dec.* 53., *& dec.* 96., *utrobique num.* 1. *cor. Emer. Iun.*, *& dec.* 667. *nu.* 3., *&* 4. *part.* 19. *rec.* Et quidem in præsenti validitas non est in controversia; Justitia verò resultat ex Decisionibus Causæ editis 17. Februarii 1716., & 25. Januarii 1717. coram Rmo P. D. Ansaldo Decano, & 3. Decembris ejusdem anni 1717. cor. R. P. D. meo Corio.

2 In quibus sanè Decisionibus optimè firmatum fuit cohærentèr ad litteram Testamentariæ dispositionis Alexandri in secundo ordine substitutionum satis expiicitam, intèr omnes Descendentes legitimos, & naturales Jacobi Antiqui de Marsiliis considerati ab eodem Testatore uti stipite istius familiæ inductam fuisse reciprocam, & legitimatos non habere sedem vocationis nisi post obitum omnium dd. Descendentium ex Jacobo ibi -- *Finita autem linea prædd. descendentium legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio natorum, & non legitimatorum*

mato rum succedant, *prout supra dispositum est in sua substitutione dd. descendentium naturales legittimati dd. descendentium modo,*
3 *& forma, quo supra proximè &c.* -- undè fit, quod adhuc superstite, & non finita linea legitima, & naturali ejusdem Jacobi per existentiam Comitis Sylvii, sicut non possent legitimati, ità neque ab illi descendentes valent illi impedimento esse, quin ad Bona fideicommissaria Immissionem consequantur, *Rot. in Firmana Immissionis 15. Maii 1716. §. Siquidem coram Me, in Bonon. Fideicommissi de Foscherariis 30. Aprilis 1717. §. Immissioni cor. R. P. D. meo Herrera, & in dec. præcedentis Instantiæ §. Justitia cor. R. P. D. meo Corio.*
4 Neque obstare visum fuit iterum repetitum objectum, quod prælatio legitimorum voluta fuerit in legitimatorum exclusionem, non ità indefinitè, sed discretivè in una quaque linea, in modum ut aliqua ex lineis constituta à filis, & descendentibus Joannis de Marsiliis adhuc durante per existentiam legitimatorum, non liceat legitimis, & naturalibus alterius lineæ descendeo., Bona fideicommissaria ab illis avocare. Hoc namquè procederet quoties ex voluntate Testatoris descendentes Jacobi de Marsiliis plures li-
5 neas distinctas valuissent constituere; secùs tamen est, quando Testator unicam dumtaxat lineam constituit in personam Jacobi in stipitem designati, à quo profluere voluit omnes descendentes ad suam successionem invitatos. Id quod apprimè dignoscitur non solum ex littera ejus substitutionis, in qua vocavit eosdem Jacobi Descendentes iis collectivis verbis - *hæredes esse voluit omnes descendentes natos, & nascituros ex olim D. Jacobo* --
6 qua sanè posita simultanea omnium vocatione, extranei sunt termini plurium linearum, quamvis descendentes ab eo in plures ramos divisi fuerint, quià attento principio constitutivo unius lineæ, omnes ab ea descendentes de una, eademque linea formali reputantur, ut ex *Text. in l. unica §. His ità definitis versic. hæc ità Cod. de Caduc. tollen., probant. Peregrin. de fideic. art. 13. n. 63., Card. de Luc. eod. tract. disc. 57. nu. 21.*, & cum aliis in utraque Decisione R. P. D. mei Decani allegat., firmat *Rot. in Præcedtina Fideicommissi 23. Januarii 1713. §. Nec quicquam coram Me, & in Romana, seù Licien. Fideicommissi 6. Martii 1713 §. Exclusio, & §. Proindè cor. R. P. D. meo Falconerio*
7 *Almæ Urbis Gubernatore*. Verum etiàm optimè resultat ex conditione illa, sub qua juxtà superius relata verba posuit substitutionem legitimatorum, & juxtà quam illos admitti non voluit, nisi finita linea descendentium legitimorum à Jacobo, Lineam illa in singulari designando, ita ut non pluribus, sed uni tantùm à Jacobo semper efformatæ congruere possent, ex auctoritatibus plenè relat. in Causæ Decisionibus coram Reverendiss. Decano §. *Quòque*, & coram R. P. D. meo Corio §. *Sivè etiàm.*
8 Et quamvis aliquando nomen lineæ in singulari prolatum ob relationem quam habet ad plurium descendentium, seu hæredum personas resolvatur in pluralitatem, juxtà deducta per *Rodulphin. alleg. 40. num. 7., & Rot. Luc. apud Torr. de Primog. part. 3. dec. 25. num. 18.*; id tamen ne quidem in ea-
9 su nostro verificari poterat, quia Testator cæteroquin Juris Consultus, qui propterea præsumi debet propriam verborum significationem intellexisse, & sub ea suam voluntatem explicasse, ut advertit *Decis. 17. Febr. 1715. §. Sed in universum coram Reveren-*
10 *diss. P. D. meo Decano*; evidens argumentum volitæ constitutionis, seu efformationis unius lineæ dumtaxat ex persona Jacobi nobis præbuit ex discretivo ejus loquendi modo in antecedenti substitutione propriorum Descendentium; in ea quippè consimilem conditionem concepit per hæc verba -- *Et aliqua ex dictis lineis finita* -- undè patet, quod ubi Testator verbum lineæ voluit plurium significativum, expressè dixit, lineas in plurali designando, ideoquè ubi ipse id non dixit, lineamquè in singulari posuit in conditione, signum est, quod de unica tan-
11 tum intellexit, argumento ducto ex discretivo loquendi modo, quod in ultimis voluntatibus interpræcandis plurimum atteodendum esse passim docuit *Rot.*, *& signantèr in Romana Legatorum 12. Martii 1717. §. Accedente cor. Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano*, & advertit Decisio ultimæ præcedentis Instantiæ §. *In nihilo cor. R. P. D. meo Corio.*

Sicut autem hæc linearum distributio, & prælatio masculorum legitimorum restrictivè ad quamlibet lineam non resultabat ex Testamentaria dispositione, ità multò minus deduci poterat ex Divisione post delatam Successionem ad Descendentes Jacobi per
12 illos inita: Præmissò namque quòd tunc tantùm ex Divisione inter hæredes gravatos interversus dici valeat ordo successionum à Testatore præscriptus, quandò concorditèr nova forma succedendi ab illis sit stabilita, quæ inconciliabilem habeat contrarietatem cum Testamento, juxta firmata *dec 99. n. 41. cum sequen. cor. Arguel., in Romana Censûs 25. Junii 1705. §. fin. cor. bon. mem. Omanna, in Firmana Primogenituræ 19. Februarii 1712. §. Hinc nullo cor. R. P. D. meo Falconerio cum aliis adductis in prima hujus Causæ decisione §. Attenta cor. Reveren-*
13 *dissimo P. D. meo Ansaldo*; statim ex lectura divisionis consequimur, quod illa contrarietas, & iste recessus à Testamento volitus nō fuit, nisi quoad modū illū succedendi à Testatore ordinatum in Capita, quem Dividentes numero plures, quatenùs etiam plures filios post se reliquissent, & hi plures nepotes &c. agnoverunt fore causam dispersionis totius fideicommissi, & illus distributionis in modicas particulas, & ideò correxerunt unanimitèr decernendo, quod in posterùm successio deferretur in stirpes, & non in capita; quotiès autem certum est ad hunc præcisè

præcisè finem tantummodò directam fuisse Dividentium voluntatem, non potest ex divisione fieri diversa illatio, quæ trahatur ad interversionem in aliis partibus Testamenti, nè effectus secutæ divisionis excedat causam ipsam dividendi, ex deductis *Decis.* 182. *num.* 14. *coram Priol.*, *decis.* 607. *num* 11., *&* 12. *part.* 19. *rec.*, *in Ravennaten. Fideicommissi Hjeronymi de Abbiosis* 7. *Aprilis* 1710 §. *In hoc autem coram R. P. D. meo Crispo*, *& in Maceraten. Fideicommissi super reservatis* 26. *Ianuarii* 1711. §. *Eoquè certius coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo*.

14 Sed in præsenti casu cessat ulteriùs quævis difficultas ex duplici circumstantia facti, quarum prima illa est, quod in cæteris, præter dictum modum succedendi, supposuerunt Dividentes procedendum esse ad formam Testamenti, & signanter quòad reciprocam linearem, quam ab Alexandro Testatore volitam fuisse inter omnes vocatos legitimos, & naturales etiam ad exclusionem legitimatorum plenè firmatum fuit in Decisione *R. P. D. mei Corii à § Exclusio ad finem*,
15 illã saltèm tacitam deducendo ex concursu omnium requisitorum *per Text. in Leg. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.* 2., nem-
16 pè quod omnes descendentes Jacobi sunt honorati, quod ipsis fuit facta substitutio in tota hæreditate, & quod etiam ultimo morienti facta extitit alia substitutio consentanea ad sensum nostri Tribunalis, de quo plenè in *Prænestina fideicommissi* 23. *Januarii* 1713. §. *Et sanè, & per tot. coram Me*, *& in Romana, seù Nicien. fideicommissi* 6. *Martii ejusdem anni pariter per tot. coram R. P.*
17 *D. meo Falconerio*; supposuerunt quidem etiam in divisione hujusmodi reciprocam, de qua alias nullum in ejusdem divisionis Instrumento verbum fecerant, in posterum quoque permansuram illis verbis ibi -- *quæ imposterum eidem obveniret, & accresceret*
18 *ob mortem aliorum, ac alicujus eorum*, quod tamen onus invicem susceptum restituendi deficientis portionem superstiti intelligi in his terminis non potest, nisi ad formam Testamenti, & sic etiam in exclusionem legitimatorum in concursu legitimorum, & naturalium, ad tradita per *Rotã decis.* 41. *num.* 28, *&* 29., *post Constant. ad Stat. Urb. in Placentina Bonorum* 25. *Junii* 1708. §. *Non obstante coram Me*, *& in allegata Ravennaten. Fideicommissi Hjeronymi de Abbiosis* §. *Dividentes cor. R. P. D. meo Crispo*.

19 Altera fortior illa est, quod de facto Dividentes præservarunt expressè fideicommissum Alexandri, ibi -- *Citra tamen præjudicium fideicommissi* --, de quo in dicto Te-
20 stamento, ex qua præservativa, cujus virtus est relinquere in suo statu, & firmitate intactum totaliter id, quod præservatur, planè sequitur, quod non sit ex Divisione inducta novatio, nisi respectu prædicti modi succedendi in stirpes, & non in capita, & nullo pacto respectu vocationis legitimatorum in subsidium dumtaxàt, quam ita Dividentes præservatam voluisse censeri debet, sicut erat in eodem Testamento demandata, ut cum aliis in prima Causæ *decis. allegat.* §. *Et quæ* probat *De Luca de fideicomm. disc.* 127. *num.* 12., *Rota in Bononien. fideicommissi de Grisonibus super reservatis* 11. *Aprilis* 1707. §. *Verùm coram bon. mem. Omanna*, *& in Camerinen. fideicommissi* 19. *Junii* 1711. §. *Præsertim coram R. P. D. meo Falconerio*.

21 Quibus ità positis, nihil oberat, quod in eadem divisione usi fuerint Dividentes, indigitando futuros successores, verbo *proximiores* apto comprehendere non minùs legitimos, & naturales, quàm etiam legitima-
22 tos; retento quippè themate, quod Dividentes non discesserint à dispositione Testamentaria, nisi in quantum potest importare pactum successionis deferendæ in stirpes, & quod imò præservaverint quoad reliqua Testatoris voluntatem, verbum illud, & alia latiùs parentia adhuc restringenda essent ad eam intelligentiam, quod juxta Testamentum Alexandri significarent Proximiores legitimos, & naturales, non autem legitimatos in concursu legitimorum, ut in specie docent *Peregrin. cons. num.* 14. *libr.* 2., *& in consil.* 69. *num.* 1. *lib.* 3., *Rota dec.* 167. *num.* 7., *&* 8. *parte* 14. *Recentior.*, *& concordat prima dec. Rmi P. D. mei Decani* §. *Absque eo quod*, *& seq.*

Principiis hujusmodi subsistentibus non solum ex hic relatis argumentis, sed etiam ex aliis pluribus latè deductis in præcedentibus Decisionibus coram Reverendissimo Domino meo Decano, & R. P. D. meo Corio, ad quas, ut evitarent inutilem repetitionem satis modo putarunt DD. remissivè se habere, nullatenus adversabatur iterum proposita contraria observantia, juxtà quam contendebatur possedisse pacifice Bona fi-
23 deicommissaria legitimatos; etenim cum non aliunde talis observantia deduceretur, quàm ex possessione controversorum Bonorum penes Alexandrum, & Hyppolitum filios Augustini, incipere certè non potuit, quam de anno 1640., quo eorum Frater Herculis verus Possessor, & Filius legitimus, & naturalis ex Descendente Jacobi mortuus est, quod post hoc tempus, & præcise anno 1630. Authores Com. Sylvii constituerunt Procuratorem ad vindicandum Bona de quibus agitur, quodque subinde anno 1669. ex parte Annibalis Posthumi priùs in minori ætate constituti, inchoata fuit in Partibus præsens lis, quisque videt, quod illi nullatenùs præjudicare potuit ista admodum semper controversa observantia, ut aliis omissis in terminis arguit *Rota in Melevitana fideicommissi* 20 *Martii* 1711. §. *Fin. cor. R. P. D. meo Crispo*.

24 Argumentum denique illud, quod hodie deductum fuit adversus collegialem vocationem omnium descendentium Jacobi inde erectum, quod ista à Testatore volita fuerit per 20. annos dumtaxat, quibus durabat,

ususfructus relictus descendentibus à Leona de Marsiliis, ouilam promereri visum est aoimadversionem, cum potius per terminationem illius ususfructus elapsis 20. annis incipere videretur effectus Collegialitatis, & cæteroquin talis interpretatio repugnat nimium stabilitæ reciprocæ inter omnes, *quos quidem omnes* (sunt verba Testamenti) *descendentes prædictos sibi invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum &c.* -- & substitutioni legitimatorum voiitæ non finitis Lineis, sed finita Linea de-
25 scendentium, ex quo bene ostenditur perseverasse semper Testatorem io ea voluntare, quod essent collective vocati omnes legitimi, & ideò unicam Lineam efformarent, juxta superiùs firmata §. *Neque obstare*.

Et ita cum plenaria, ut dictum est, relatione ad alias Causæ Decisiones, responsum fuit utraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MARSILIIS SUPER IMMISSIONE.

Veneris 23. Iunii 1719.

ARGUMENTUM.

Identitas bonorum fideicommissariorum ad effectum obtinendi immissionem probatur ex instrumentis divisionum per hæredes gravatos initis, ut ex descriptione de eisdem facta à fideicommittente.

Immissio non retardatur per exceptionem meliorationum, quæ tam io geoere, quàm in specie liquida non sunt.

SUMMARIUM.

1 *Res indicata facit statum, maxime si fuisset ex post approbata.*
2 *Identitas bonorum probatur ex descriptionibus antiquis factis ab eorum Domino*, & num.6.
3 *Identitas bonorum probatur ex divisionibus de eis per hæredes initis.*
4 *Immissio probata identitate bonorum fideicommisso subiectorum, semper hæredi fideicommissario conceditur.*
5 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex eo, quod Testator in eodem loco acquisiverit*, juxta Consil. Fulgosii 145.
7 *Immissio clara non retardatur per exceptionem meliorarmentorum, & quare?* amplia ut in n.12.
8 *Melioramenta non probantur ex solo valore rei melioratæ, & quare?*
9 *Valor rerum in dies variatur.*
10 *Immissio, ut retardetur per exceptionem meliorarmentorum, hæc probanda sunt per ea allegantem tam in genere, quàm in specie.*
11 *Melioramenta non probantur per illationes vix aptas ad inducendam præsumptionem illorum existentiæ in genere.*
12 *Melioramenta omnino in genere, & in specie non liquidata operantur, ut tunc meliorantis per cautionem de ea reficiendo succurratur.*
13 *Melioramenta non possunt dici facta ab illis, qui tempore divisionis bonorum ista possedere cepissent, sed antiquitus facta ab aliis possessoribus præsumenda sunt*
14 *Prædia rustica habentia ædificia dicuntur pratiosiora illis, quæ ædificiis carent.*
15 *Heres petendo immissionem ad domum fideicommissariam vigore fideicommissi, cui illa subjacet, & quam eius Auctor recuperasset, repellitur vulgari regula* -- frustra petis, quod intus habes.
16 *Immissio ad domum fideicommissariam non conceditur hæredi gravato ex sola præsumptione, quod eius author in eadem via plures domos possedisset, sed precisè illius identitatem probare tenetur.*
17 *Peritus eligendus est ad effectum firmandi statum, quando agitur de dignoscendo, utrum Patrimonium fideicommittentis sit capax alicujus oneris, & in qua quantitate sit liquidandus*

DECISIO MCXXIX.

Adversus Comitem Sylvium Antonium de Marsiliis petentē immitti vigore *Leg. final. C. de edict. D. Adrian. toll.* ad booa tam fideicommissaria, quàm emphiteutica Alexandri Senioris de Marsiliis, de duplici extremo non constare statim opposuerunt tam Fratres de Casalinis Bonorum detentores, quàm Comites Aloysius, & Philippus Fratres de Marsiliis Auctores ab his laudati, nec non Senator Alexander, & Marchio Georgeus pariter de Marsiliis, de vocatione scilicet ejusdem Sylvii in illorum exclusionem, & de identitate præfatorum bonorum, & licèt quoad vocationem statim Rei succubuerint tam coram Reverendissimo P. D. meo Anfaldo Decano, quàm subinde coram R.P.D. meo Corio, res tamen non ita processit quoad aliam identitatis exceptionem, quia suspensa bonorum liquidatione in secunda Decisione 25. Januarii 1717. coram eodem Reverendissimo Decano, sacra Rota fuit in sensu, quod præsupposita etiam obligatiooe de investiendo, & declaratione facta ab hæredibus ea gravatis, quod loco investimenti staret tanta pars propriorum bonorum proportionabiliter arbitrio booi Viri, juxta firmata in præcedenti Decisione 17. Februarii 1716. § *Absoluto*, & §. *Eodemque cum seqq. coram eodem*, adhuc tamen definitum ioi eligeretur solum id, quod juris erat, ea verò, quæ erant facti. & liquidationem respiciebant, in executione examinari deberent.

Et quamvis devoluta per appellationem Causa ad R. P. D. meum Corium, duplex fideicommissarius Actor proponi curaverit dubium, uoum respiciens eodem modo vocationem, *An Sententia sit confirmanda, vel infirmanda*, & alterum respiciens præfatam liquidationem Bonorum, *An, & ad quę Bona sit danda immissio* -- adhuc tamen obtinere non valuit, nisi Sententiæ confirmationem

cionem, rescribentibus huic secundo dubio
Dominis -- *Dilata*, *& concordetur factum*.
quod quidem cum adimpletum fuisset coram
Me, cui in gradu appellationis devolutivæ
commissa fuerat à Signatura Justitiæ causæ
revisio, factum exiitit, quod in hodierna
Audientia propnsui duo dubia, primum --
An constet de re indicata, seu potius de
Causis restitutionis in integrum --, cui res-
ponsum fuit -- *Constare de re iudicata*, juxta
contemporaneam Decisionem, & secundum
aliàs propositum à R. P. D. meo Corio super
immissione, cui *dandam esse immissionem*
juxta modum inferius exprimendum Domi-
ni responderunt.

Methodicè quippe procedentes, & cum
debita distinctione, juxta quam in adeo in-
voluta materia magis proximi fieri possent
veritati, animadvertebant de duplici specie
Bonorum esse controversiam, quarum prima
erat de Bonis à Testatore possessis, & sic us-
que à sui origine Fideicommisso subjectis, se-
cunda vero de iis, quæ pertinebant quidem
directe ad hæredes gravatos, sed adhuc eva-
serant obnoxia Fideicommisso ob ommissum
illud investimentum, de quo à Testatore
onerati fuerunt scut. 100. auri quollibet anno.

A' prima examen ordientes, hujusmodi
Bonorum speciem statim subdividebant in
Emphyteutica de directo dominio Ecclesiæ
Parochialis de Calvenzano, & in Allodialia
à Fideicommittente possessa, vel acquisita.
Quoad Emphyteutica dixerunt Domini par-
ticulariter videndum esse, ut etiam Partes
ipsæ consentiebant, & ideo super iis nihil
firmandum, neque circa pertinentiam, neque
circa quantitatem.

Quo vero ad Allodialia concordes erant,
quod si aliqua ejus generis probarentur, quæ
verè fuissent à Fideicommittente possessa,
1 vel acquisita, ad Actorem omnino pertinere
deberent in sequelam Rei judicatæ, quam
ulterius resricare licitum non erat, cum fue-
rit etiam in contemporanea Decisione ap-
probata. Hujusmodi porro generis visa sunt
Bona existentia in Communi, seu Loco *Sal-*
varis detenta à Fratribus de Casaliis in
quantitate duarum petiarum Terræ; illorum
2 namque identitas non solum ostenditur ex
descriptione per ipsum Fideicommittentem
facta in suo Testamento, de qua in *Facto con-*
cordato §.7., & quę perfectam probationem
in hac materia, præsertim ratione antiquita-
tis constituit, juxta firmata *in dec.624. n.15.*
cor. Cerro, dec.122. nu.2. cor. Emerix iun., &
in Lucana Fideicommissi 12. Iunii 1710. §.
Quod autem, & seqq., & in Maceraten. Fi-
deicommissi super reservatis 22. Iunii 1712.
§. Quo verò cor. R. P. D. meo Crispo. Verum
3 etiam ex divisione successivè inita inter des-
cendentes Jacobi de Marsiliis secundo loco
vocatos à Testatore, & à quibus Causam ha-
bent Alienantes, seu Auctores dd. de Casa-
liis, in qua sane Divisione dividuntur ex-
pressè Bona ab ipso Alexandro Testatore
acquisita in d. loco, itaut ex ea quoque opti-
mum resultet consimilis identitatis argumen-
tum, ex deductis *in dec.803. n.8. cor. Cerro,*
dec.216. n.14., & dec.1362. n.4. & 5. cor. Emer.
iun., & in decis. huius causę in prima instan-
tia Rotali edita 17. Februarii 1716. §. Quo
ad Bona coram Rmo P. D. meo Ansaldo De-
cano.
4 Hac autem probatione identitatis ita po-
sita, nihil aliud pro obtinenda à Fideicom-
missario Immissione requiritur, sed ei licet
hujusmodi Bona à tertiis Possessoribus vigo-
re suæ vocationis vindicare, cum donec con-
trarium liquido non demonstretur, illa sem-
5 per præsumantur, quæ in illo loco à Fidei-
committente possessa, & acquisita fuerunt,
juxta *Consil. Fulgos. 145. nu.2.* passim admis-
sum pro regula à nostro Tribunali, ut in *de-*
cis. 108. n.4. cor. Cels., dec.246. n.1. & seqq. cor.
Cerr., dec.264. n.22., & dec.638. n.5. cor. Emer.
iun., & in Bononien. Cauthelę Angeli 20.
Ianuaris 1708. §. Error cor. Emo D. Cardin.
Priolo.
6 Eodem modo dandam esse immissionem
Domini responderunt ad Bubulcas 49. ter-
reni positas in *Guardia S. Ioannis in Persi-*
ceto Comitatus Bononiæ in Quarterio *Du-*
sentulæ in loco dicto *Trivoli*, & à Reis con-
ventis pariter possessas, quia identitas adeo
clara resultat ex consimili descriptione in
Testamento, aliisque pluribus facti circum-
stantiis, ut nullo modo ab istis impugnetur.
7 Unica exceptio, qua Possessores se se tue-
ri contendunt, & quam etiam repetebant res-
pectu supradictorum Bonorum in loco *Sal-*
varis, ea est, quod notabiliter hujusmodi
Bona sint ab eorum Auctoribus meliorata,
ut eorum valor longe ultra creverit, quàm
constet fuisse de tempore conditi fideicom-
missi; unde subsumebant eorum Defensores,
quod saltem restringi idcirco deberet immis-
sio ad statum, & valorem antiquum, sed hæc
exceptio visa fuit nimium contraria nostris
principiis, quibus docemur, non ex solo au-
8 gumento valoris deduci posse probationem
melioramentorum, cum potius tale augu-
mentum potuerit provenire ex lapsu tempo-
ris, secundum quod & stabilium valor pro-
9 cul dubio auctus fuit, & rerum pretia varian-
tur in dies, ad *Text. in leg. pretia rerum ff. ad*
leg. Falcid., Rot. dec.40. nu.6. cor. Emer. iun.,
dec.16. n.14., & dec.909. n.16. p.19. rec., & in
Romana Fideicommissi de Avila super fru-
ctibus 13. Ianuarii 1708. §. Minusque coram
10 *Rmo P. D. meo Ansaldo Decano*, sed ea-
dem melioramenta ad effectum impediendę
immissionis probari debere tam in genere,
quàm in specie per Reum illa allegantem, ex
plene cumulatis *in dec.387. n.4. cor. Emer., &*
dec.442. n.14. p.19. rec. tom.2.

In pręsenti vero deficit omnino quævis
probatio hujusmodi melioramentorum res-
pectu utriusque corporis tam in loco *Salva-*
11 *ris*, quàm in loco *Trivoli*, cum ista non
aliunde deducatur, quàm ex illationibus vix
aptis facere pręsumptionem illorum existen-
tiæ in genere, & tamen quatenus ista perfe-

12 & etiam ostenderetur, jam satis superque consultum fuisse indemnitati Possessorum à Judice primæ instantiæ in Partibus per volitam Actoris obligationem de illa reficiendo, postquam fuerint liquidata, juxta praxim, de qua *Rota dec.227.num 12.cor.san.mem.Alexandro VIII. dec.182.n.6., & dec.873. nu.5. cor.Emer.iun.,& dec.406.n.16.p.19.rec.*

13 Cæterum quoad Bona Loci *Trivoli* cessat quævis difficultas ex speciali quoque animadversione, quod supradictum valoris augumentum deducitur ex valutatione, quam habuerat ista Bona in Testamento Fideicommittentis, ubi Bubulcę 226. æstimatę fuerunt in totum libr.13300., & ex alia successiva valutatione, quam habuerunt in supradicta Divisione Bubulcæ 25. dumtaxat ejusdem Terreni in libris 185. pro qualibet Bubulca. Hęc autem valutatio tam aucta tribui illo casu nullo modo potest melioramentis factis ab Auctoribus eorum, qui modo possident, sed factis à primis hæredibus, quia si jam aderant de tempore Divisionis, porro dici nequeunt facta ab illis, qui tempore dictæ Divisionis cæperunt possidere, & sic non habent jus illa deducendi, dum à dictis primis hæredibus causam non habent, & Bona una cum meliotamentis in dicta Divisione eorum Auctores acceptarunt tamquam provenientia à Fideicommisso Alexandri. Ad-

14 vertendo ulterius ex littera Divisionis, quod hujusmodi majorem valutationem habere valuerunt dictæ Bubulcę 25., quia ibi aderant ædificia, quæ dubio procul Prædium, sive Prædii partem divisim ab alia non habente ædificia æstimatam longe pretiosiorem reddunt, ut advertit *Rot.dec.662.n.11. cor. Emer.jun.*

Procedunt hæc eadem omnia quoad alia Bona in eodem Communi Sancti Joannis, & Quarterio Dusentulæ, loco tamen dicto *Grignano* descripta similiter uti Fideicommissaria in Divisione supra recensita anni 1569. in duabus partitis, altera Bubulcarum 18., & altera Bubulcarum 6., de quibus in facto coram Me concordato sub §.18.

Non tamen ita res se habet *quoad Domum in Cappella Sancti Proculi*, quod est aliud corpus allodiale eadem sub præsenti controversia; quoniam licèt una Domus sita in dicta Cappella Sancti Proculi in præfata Divisione à primis Substitutis expieta calculata fuerit in lib.576., & obvenerit in portionem Auctorum Comitum Aloysii, & Philippi Reo-

15 rum conventorum, tamen concurrit in facto, quod Comes Cæsar Annibal Pater, & Auctor Comitis Sylvii Actoris vigore ejusdem nunc Fideicommissi consimilem Domum recuperavit à Catherina de Laudinis, & propterea ejus Successor agendo modo ad eandem Domum pro immissione repellitur, vulgata exceptione *frustra petis, quod intus habes*, ut pręcæteris dictum fuit in *Bononien. Fideicommissi de Ghislleriis 11. Maii 1716. §.Præter enim cor.Me.*

Absque eo quod suffragari potuerit responsio, quod in Testamento Alexandri Fideicommittentis non una, sed plures Domus descriptæ leguntur, ideoque licèt una fuerit recuperata ab ejus Patre, superfint adhuc aliæ eidem oneri suæ vocationis sub-

16 jectæ. Etenim ex hac sola præsumptione, quod Testator habuerit plures Domos in una contrada, licitum non est Fideicommissario ad immissionem indefinite agere, sed ulterius probare debet illam Domum, quam ex titulo fideicommissi intendit avocare à Reo possidere, alioquin obtinere non potest, *Rot.dec.926.n 1.cor.Cerr., & in rec.dec.330. n.2.& 3.p.5.,& dec.378.n.1.& 2.p.16.*, & de facto in præsenti certum est ex fæpedicta Divisione, quod una tantum Domus devenit in Auctores Reorum conventorum, & ex his *negativè* quoad hanc Domum Domini responderunt. In reliquis verò Bonis, quæ pariter uti Allodialia prætendebantur subjecta Fideicommisso, hic, & nunc non fuerunt concordes.

Superfuisset modò agere de secunda specie Bonorum, de illis nempe, quæ Fideicommisso remansisse gravata proponebat Actor ratione ommissi investimenti, & multiplici à Testatore demandati, & de quaalias in Decisione edita in prima Rotali hujus Causæ instantia 17. *Februarii* 1716. § *Eodemque cor. Rmo P. D. meo Ausaldo Deca-*

17 *no.* Verùm quia ista quæstio pendebat à dignoscendo, utrum Patrimonium Fideicommittentis capax esse posset illius oneris, & posita illa capacitate à liquidatione quantitatis, ideo ut maturiori judicio procedi posset, demandarunt ad hunc effectum Domini *eligendum esse Peritum.*

Et ita conclusum fuit utraque &c.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 26. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Cambium non præsumitur solutum per hoc, quod debitor aliam summam eo majorem illius creditori persolvisset, & cum illo computa soildasset, quando hæc solidatio mercium solutionem totaliter à cambio dillinctam respiceret; neque per conjecturas desumptas, ex eo quia in libro fundaci magistro, nisi unica fructuum recepura reperiretur conscripta, quando penes eundem debitorem etiam privati receputarum liberculi, ac volantes receputæ reperirentur.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus solidaliter principalis reus debendi censetur, & potest pro integra solutione conveniri.*

2 *Solutio, & remissio debiti, tamquam quid facti per leves conjecturas non probantur, cum fortissimam contra sese juris habeant præsumptionem.*

3 *Conjectura levis dicitur illa, ad probandam solutio-*

solutionem debiti, quod quit longè maiorem summam persolvisset.

4 *Amplia, quando in actu istius solutionis non solidatio generalis sequuta fuisset, sed restricta ad unam debitam tantum ex diversa, & distincta causa.*

5 *Solutio facta per debitorem pro rata in singulas hebdomados — à denari rifatti — refertur potius ad illius impotentiam, & paupertatem.*

6 *Mercatores ut plurimum unum computum solidant, & aliud etiam minoris summæ vivum relinquant, iuxta diversas negociorum species.*

7 *Liber Magister fundaci concludenter probat, præsertim contra scribentem.*

8 *Solutio à fortiori à debitore facta non præsumitur, si hæredes eius dilationem postulasse pro eodem debito reperiretur.*

9 *Filius, quando se gessit tamquam hæres circa Patris hæreditatem non invetur per hoc, quod fuisset deputatur Curator, ipseque eam ex post, uti damnosam, repudiasset.*

10 *Partite librorum fundacalium ab administratore deputato à vidua conscriptæ, quæ ex post ad secunda vota pertransiit, fidem non merentur*, & vide casum.

11 *Libri Magistri fides, ad concludendam extinctionem cambii, non infirmatur, etiam quo in privato debitoris libersalo fructuum receptæ reperirentur.*

12 *Amplia si in hæreditate debitoris reperta fuissent etiam plures volantes receptæ.*

13 *Cambium, ut præsumatur solutum, necessaria est Statutaria præscriptio.*

DECISIO MCXXX.

Mandatum ab A. C. Cincio relaxatum favore Jo. Jacobi Manganoni contra hæredes Felicis Giraud pro solutione fortis, & fructuum Cambii scut. 600. anno 1697. à Dominico, & memorato Felice in solidum contracti favore Joannis Baptistæ Patrui, & Authoris d. Joannis Jacobi, cum etiam hodie Domini undique iustum, validumque compererint, exequendum esse iterum censuerunt congruo dubio per Me proposito respondendo *in Decisis.*

Et si enim Felix tamquam merus Fideiussor dicto contractui accesserit iuxta bonæ fidei recognitionem à Dominico fratre emissam, id tamen impedimento esse nequit, quin Jo. Jacobus creditor eius hæreditatem pro integra satisfactione convenire possit, cum
1 ea sit virtus solidalis obligationis, qua ille se adstrinxit, ut perinde censeri debeat, ac principalis debendi reus, & eodem modo, quo Dominicus, valeat in iudicium vocari, *Rot. dec. 275. n. 10. & seq. post Zacch. de oblig. Cameral.*, & *dec. 445. n. 2. sor. Gregor.*, & ibi etiam *Adden. n. 8.*, & *in rec. dec. 77. nu. 9. p. 11.* cum aliis *in decisione Causæ 26. Junii 1717. §. Enim verò cor. Me.*

Nec subsistere visa fuit repetita à dd. hæredibus reis conventis in die novæ audien-
2 tiæ exceptio solutionis, aut remissionis dicti debiti, eum enim nullum unquam super hoc exhibitum fuerit legitimum documentum, leves aliquot, atque imperfectæ conjecturæ, quæ ad id afferebantur, tanti ponderis visæ non fuerunt, ut ex iis solutio, aut remissio præsumi possit, cum cæteroquin illa tamquam in facto consistens, hæc veró tamquam habens contra se fortissimam iuris præsumptionem probari debeat per concludentes, & omnino univocas probationes, ut de prima dixit *Rot. dec. 179. n. 5 p. 11.* & *dec. 412. n. 8.* & *9. cor. Cerr.*, & *in Ariminen. Castrorum 3. Junii 1701. §. Hæc quoad primum*, & *in Romana Salviani 26. Junii 1702. §. Ad evitandum cor. bon. mem. Molines*, & in terminis remissionis *Surd. conf. 290. n. 55.*, *Tiraquell. de retract. consanguin. §. 36. gloss. 1. n. 49.* & *50.*, *Rot. dec. 69. n. 1. p. 7. rec.*

3 Et quidem nonnisi levis, & imperfecta videri poterat conjectura illa, cui potissimum insistebant Felicis hæredes, quod nempe sicuti memoratus Felix eorum Pater solidavit cum Joanne Baptista Manganono creditore Cambii computum mercium ab anno 1665. usque ad annum 1678., & in eam causam solvit conspicuam summam scut. 5366., ita etiam præsumi debeat solvisse longe minorem summam scut 600. in extinctionem controversi Cambii, quæ præcæteris eidem esse cordi debebat propter onus usurarum.

4 Etenim neque solidatio fuit generalis, sed restricta ad debitum, & computum mercium, unde nullo pacto probare valeat extinctionem Cambii, quod ibidem nullatenus enunciatur, & est à mercibus omnino separatum, ac diversum, ad *Text. in l. plur. in princ. ff. de solut.*, & *in l. Emptor §. Lucius ff. de pact.*, *Cravetta consult. 99 n. 4.*, *Rot. dec. 351. n. 4. & seq. p. 16.* cum aliis *in dec. Causæ §. Nec subsistere.*

5 Neque summa scut. 6366. unica vice soluta fuit, sed minutatim spatio annorum 18., & regulariter nonnisi intra tenuem summam scutorum quinquaginta in singulas hebdomadas ex pecuniis, quas ipse Felix dietim retrahebat ex revenditione mercium à Manganono emptarum, unde ex hoc solvendi modo, qui vulgo dicitur *à denari rifatti* potius evincitur ipsius Felicis impotentia ad extinguendum Cambium scut. 600., ut patet
6 ad sensum, propterea novum non est, quod Mercatores juxta diversas negotiationum species unum computum solident, & aliud etiam minoris summæ vivum relinquant, ut alias notavit *Rota in d. Romana Salviani 26. Junii 1702. §. Citra quod cor. bon. mem. Molines.*

Cæterum omnis super hoc difficultas removebatur, tum ex quo post factam dicti computi solidationem Dominicus ipse principalis debitor pluries solvit controversi Cā-
7 bii fructus, ut pienè constat ex libro magistro fundaci eiusdem Dominici confecto anno 1682., qui utique contra ipsum plenè probat, *gloss. in l. quædam §. Nummularios*, & ibi etiam *Bartol. n. 2. ff. de eden.*, *Genua de script. privat. lib. 4. tit. 1. n. 95.*, *Rot. in Romana*

na Locorum Montium 11. *Decembris* 1699. §. *Nec quidquam cor. Eminentiss. de la Tre-*
8 *moille*, tum etiam quia post ejus obitum ipsius heredes eorundem fructuum reductionem à Creditore obtinuerunt, evidens sane argumentum, quod neque ante, neque in ipsa solidatione anni 1678. extinctum fuerat, *Rot. dec.* 1719. *n.* 2. *cor. Coccin.*, *& decis.* 121. *n.* 8 *p.* 18. *rec.*
9 Quin juvet responsio, quod prædictus Dominicus obierit sine hærede, itaut ipsius hæreditati tamquam jacenti Curatorem deputari opportuerit, quia cum id contigerit post lapsum sex fere annorum á die ipsius obitus, quo tempore negocium fundacale ex facto Cæciliæ Rodatæ ejus Uxoris, quæ ad secundas nuptias convolavit valde notabile detrimentum passum fuerat, efficere nequit, quin actus præcedenter expleti ab ejus filiis tamquam hæredibus legitime gesti fuerint, licèt postea paternam hæreditatem tamquam
10 damnosam repudiaverint, quodque partitæ in libris fundacalibus eo tempore ab Administratore per d. Cæciliam Matrem, & Tutricem deputato conscriptæ fidem non mereantur, ex adductis per *Rot. dec.* 207. *nu.* 14. *cor. Duran.*, *& dec.* 2341. *nu.* 27. *cor. Coccin.*, *& in Salisburgen. Primogenituræ de Lodron. prima Julii* 1712. §. *Eodem pondere cor. R. P. D. meo Crispo.*
11 Quod enim in duobus libercul is privatis à Dominico retentis, & post ejus obitum in actis causæ concursus generalis ab ipsius Creditoribus convocati productis, una tantum reperiatur solutio fructuum in causam controversi Cambii facta anno 1668., nihil detrahit probationi ex libris fundacalibus desumptæ, potuit enim Manganonus Creditor receptas fructuum successivè exactorum, vel in aliis libris non productis conscribere, vel in foliis volantibus, quę penès ipsum debitorem, & ejus filios remanere debebant, *Corpen ad Stat. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 95. *num.* 45., *Rot dec.* 125. *n* 5. *cor. Roxas, & dec.* 18. *nu.* 18.
12 *coram Priol.*, & de facto, quod Dominicus etiam in foliis volantibus receptas dictorū fructuum describere consuevit, & extra duos libercul os ab hæredibus Felicis exhibitos luculenter constat tum ex partitis dicti libri magistralis, & præsertim ex secunda, & tertia, in quibus enunciantur receptæ fructuū solutorum ex causa Cambiorum, tum etiam ex quo in dicto concursu efformato contra hęreditatem dicti Dominici memorata Cecilia ejus vidua non duos tantum, qui modò exhibentur, sed tres libercul os receptarum produxit, ac insuper alias plures receptas in foliis volantibus conscriptas usque ad numerum 676., in quibus terminis eo minus probata dici potest negativa coarctata solutionis dictorum fructuum, ut cæteroquin
13 opus esset ad effectum præsumendi solutionem controversi Cambii, vel ejus præscriptionem, quæ à Statuto Urbis non inducitur, nisi post integrum lapsum sexdecim annorum, ut videre est *in cap.* 158., & notat ibidem *Constantin. n.* 13. *&* 14., *Rot. cor. Ubald. dec.* 758. *n.* 2. *&* 3., *& dec.* 334. *num.* 10. *p.* 5., *& dec.* 226. *n.* 48. *&* 49 *p.* 6. *rec.*

Et ita remissive in cæteris ad late deducta in antecedenti mea Decisione responsum fuit Jo. Jacobo tantum informante, Josepho verò, & aliis de Giraud reis conventis pluries monitis, ut peritiam ab ipsis petitam, & in actis productam aperiri curarent, & jura sua deducerent, semper tamen informare negligentibus &c.

AUXIMANA JURISPATRONATUS.

Veneris 30. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 12. Maii hujus anni emanatæ.

Gratia Apostolica *Pro præsentato* non infringitur per reticentiam in præcibus, quod aliquis intercessisset contractus inter Compatronos circa personam nominandam, & alter de familia eodem iure gaudens adesset, quando in eodem contractu symoniaca labes detegeretur, & quoad alterius existentiam, hic propter ætatem fuisset incapax, quæ omnia Papam non retraxissent.

SUMMARIUM.

1 *Gratia* pro præsentato *à medietate Patronorum non infringitur ex conventione inita inter Compatronos, quando hęc purus fuisset tractatus circa personam nominandam absque ulla promissione.*
2 *Obligatio, & promissio non descendunt ex simplici tractatu, nisi iste per conventionem perficiatur.*
3 *Conventio inter Compatronos symoniacè sequuta, eos non ligat, tamquam prohibita*, & n. 6. amplia ut in n. 7.
4 *Contractus ante beneplacitum Apostolicum necessarium inter Compatronos initus fit nullus, & ab eo resilire licet.*
5 *Fides à coobligato servanda non est, quando est correspectiva, & ex parte alterius promissa non adimplentur.*
7 *Declaratio facta inter Compatronos, quæ symoniam involvit, nulla est.*
8 *Declaratio proveniens ex facto, est potentior illa, quæ provenit ex verbis.*
9 *Conventio destruitur, quando quis facit actum illi contrarium.*
10 *Gratia* pro præsentato *non vitiatur, ex quo Papæ non fit narrata conventio inter Compatronos inita, quæ esset de sui natura subreptitia, cum eadem reticentia Papam nunquam retraxisset*, amplia ut in n. 12.
11 *Subreptio oritur ex omissa expressione eorum, quę in jure subsisterent, & aliquod possent obstaculum producere.*
12 *Gratia pro presentato non inficitur ex quo Dataria eam reloxasset, aliquo opponente*, & vide rationem in num. seq.
13 *Dataria non curat de meritis causarum*, *aut*

aut Partium juribus, sed solummodo relaxat gratias, ut subinde coram Exequutore fiat discussio eorum relevantiæ, validitatis, aut nullitatis.

14 *Gratia non fit subreptitia, ex quo Papæ sit reticitum adesse alium coæquale jus ad Beneficium habentem, quando ratione ætatis iste esset incapax.*

15 *Jus coequale ad Beneficium, quo quis gaudet totum in altero concurrente consolidatur, quando ille est incapax.*

16 *Derogatio medietatis vocum petita ab uno de familia presupponit adesse alterum de eadem coequale jus habentem, & consimilem prætentionem.*

17 *Derogatio medietatis vocum à Papa concessa favore unius ex præsentatis operatur, ut Papa dicatur se exercere idem jus, quod exerceret Ordinarius.*

18 *Derogatio medietatis vocum semper stat pro primo Presentato, qui ad S. Sedem comparuit ad eam petendam, nec fit præjudicium alteri se primum non Offerenti.*

19 *Gratia non fit subreptitia ex quo Papę fuisset reticitum, quod frater Apostolici Provisi altero consimili gauderet beneficio, quando hæc omnia Papam tamquam in jure valida non retraxissent.*

DECISIO MCXXXI.

Quemadmodum facile fuit Josepho de Florentiis juxta stylum admitti ad novam audientiam adversus Decisionem ipso non informante editam die 12. Maii proximè præteriti coram Me, ita etiam non multum difficile fuit Jacobo Vincentio de Aqua obtinere illius confirmationem, non obstantibus istorum repetitis, aliisque pro illius parte cumulatis exceptionibus adversus justificationem, & executionem Litterarum Apostolicarum Provisionis controversi Beneficii, quas cum derogatione medietati vocum Patronorum à Sanctissimo reportaverat. His enim exceptionibus minus habere compertis, subsistere adhuc Dominis visa fuerunt captæ resolutionis fundamenta pro Processu ad legitimam earumdem Litterarum executionem, & ideo rescriptum prodiit *In Decisis*.

1 Exordiendo autem discussionem causæ à jam deductis objectionibus, frustra rursus opponebatur non licuisse Philippo Patri, & Sevilio Patruo d. Jacobi istum præsentare propter coventionem initam cum Alexandro Patre Josephi Contradictoris, & Compatrono de istum præsentando, itaut propterea subreptitia fuerit Gratia pro præsentato à medietate Patronorum à Papa per eumdem Jacobum reportata. Approbarunt namque DD. responsiones illas, cum quibus hujusmodi objectio sublata extitit tum in prioribus Decisionibus editis 11. Martii, & 27. Junii 1718. coram R. P. D. meo de Gamaches, tum in ea, quæ revidetur 12. Maii proximè preteriti coram Me, quod scilicet aut eadem conventio non fuit nisi purus tractatus inter Patronos circa personam nominandam, ex quo tractatu nulla promissio oriri valuit, propter quam illi jure suo spoliati cen-
2 seri valeant, cum ex simplici tractatu nisi per conventionem perficiatur nulla promissio, aut obligatio descendat, juxta firmata tam in secunda Decisione R.P.D. mei de Gamaches §. *Etenim*, quam in ea quæ revidetur §.
3 *Inutilis coram Me.* Aut veró fuit etiam undequaque firma, & stabilita conventio, & tunc quia fuit Simoniaca, & correspectiva ad alias conventiones adimplendas ex parte Alexandri, potuit pro libito sperni, ac si secuta non fuisset, ex pariter late firmatis in secunda præcedentis instantię *decis.§ Secunda ratio, & seq. coram R. P. D. meo de Gamaches.*

4 Inutiliter itaque conclamabant Defensores Josephi læsam fuisse fidem per dexteræ conjunctionem à supradictis de Aqua firmatam, quoties hoc non obstante contractu Jacobum præsentarunt. Quippe quia dum talis contractus non fuit ita absolutus, ut ulteriori perfectione non indigeret, sed fuit, & nullus, & correspectivus ob promissam ab Alexandro Patre Josephi dimissionem cujusdam Domus, & reservationem Pensionis favore Jacobi, licuit ante superventum Apostolicum Beneplacitum illis de Aqua pænitere, & à promissione interim nulla resilire, ut optime firmat *Rot.dec.2.n.3.de pact. cor. Achil. de Grass., dec.12.n.3.p.3.car. Verall., dec.343. per tot lib. 1. in correctis. cor. Puteo, decis.52. n.24., & seq. cor. Dunoz. sen., & dec.477.n.7.,*
5 *& dec.624. n.12.p.1. rec.* Et ante secutum ex parte Alexandri adimplementum conventæ dimissionis Domus in eis quævis obligatio ita in suspenso fuit, ut nulla ratione datam correspective fidem servare tenerentur, quando ille viceversa ex parte sua promissa implere noluerat, ad tradita per *Rebuff. de nominat. q.17.n.21., Garz. de Benef. p.5. cap.9. nu.240. Vivian. de Jurepat. lib.12. cap.5. nu.2.,* cum aliis in eadem secunda Decisione R. P. D. mei de Gamaches §. *Veruntamen. in fin.*,
6 contrariis procedentibus in casu, quo promissio de aliquo præsentando fuisset pura, & valida, non autem symoniaca, & correspectiva, ut hic.

Non subsistente responsione, quod hæc procederent eo casu, quo ad adimplementum factæ promissionis de præsentando Josepho judicialiter ageretur, non veró procedant in casu, quo agitur de gratia pro præsentato reportata mediante præsentatione facta à promittentibus licèt nulliter, & correspective sub reservatione tamen Beneplaciti Apostolici absque ulla prævia declara-
7 tione de non stando amplius promissis. Aut enim hujusmodi declaratio necessaria non fuit, quia ratione symoniæ erat satis evidens illius nullitas, aut veró concurrit plusquam sufficiens eo ipso, quo per factum promissioni contrarium processerunt Philippus, & Sevilius ad præsentandum Jacobum, cum cæte-
8 roquin potentior sit declaratio, quæ proveniat

9 nit ex facto, quàm ex verbis, & quoties quis
facit actum contrarium conventioni. dicitur
ab illa statim recedere, & se pœnitere, ut in
d.dec. 144.*n.*12.,*&* *dec.*188.*n.*10.*cor Bich.*, &
in puncto recessus à concordia late *Carol.*
*Ant.de Lu .de Apostol.regioq. assens.q.*200.
*num.*12.

10 Conventio veró eadem in supplicatione
porrecta Sanctissimo nequaquam exprimen-
da fuit, prout objiciebant Josephi Defensores
fieri saltem debuisse, quia cum ageretur de
conventione nulla, & symoniaca, & de jure
permissus esset recessus ab illa ante obtentum
Beneplacitum Apostolicum, non erat necesse
ullo modo exprimere, id quod eumdem
Sanctissimum non retraxisset à concessione
11 Gratiæ, & ista non fit ex omissione talis ex-
pressionis subreptitia, quia subreptitionis vi-
tium non descendit, nisi ex omissa expressio-
ne eorum, quæ in jure haberent firmitatem,
& aliquod obstaculum producere possent,
juxta ea, quæ passim firmavit *Rot.dec* 209.*n.*6.
*cum seq.cor.Burat.dec.*302. *n.*6. *coram Bich.*
dec 488.*n.* 10.,*&* *seq.cor. Cerr.*, cum aliis in
Decisione quæ confirmatur §. *Consequens*
coram Me.

Neque, omissis aliis jam satis superque sub-
latis tum in d.mea Decisione, quàm in aliis
præcedentis instantiæ coram R.P.D.meo de
Gamaches, in quibus etiam ex aliis funda-
mentis firmius ostenditur jus Jacobi, quid-
12 quam juvit hodie contra istum rursus alle-
gare, quod Eminentiss. Prodatarius adhuc
consimilem gratiam pro præsentato illo op-
ponente relaxaverit favore Josephi Contra-
dictoris; nullum quippe jus ex hac gratia
13 potuit illi supervenire, quia Dataria non
quærit de meritis Causarum, aut juribus Par-
tium, sed solummodó relaxat gratias, ut sub-
inde coram Executore fiat discussio earum
relevantiæ, validitatis, & nullitatis, ut ad-
vertit pariter secunda Decisio 27. Junii
17 8. §.*fin cor.R.P.D meo de Gamaches*, &
alias firmavit *Rot.in Comen. Parochialis* 10.
Januarii 1707. §.*Frustra*, *&* §.*fin. cor.bon.*
mem.Caffarello.

Erat itaque opus, his præmissis, examen as-
sumere novarum exceptionum, quæ ad re-
tardandam d. gratiæ executionem ex parte
14 Josephi hodie proponebantur. Illæ porró
ad duplex objectum subreptionis restringe-
bantur, alterum ductum ex eo, quod Papę
narratum non fuerit à Jacobo adesse alium,
nempe eundem Josephum habentem idem
coæquale juspatronatus tam activum, quàm
passivum pro se, & alterum ex eo, quod Pa-
pa notitiam non habuerit, quod consimile
aliud Beneficium proveniens ab eadem fun-
datione, & sub eodem jurepatronatus cadens
à Jacobi fratre germano possidebatur, sed
neutrum Dominis subsistere visum fuit.

Non quidem primum, quia ultra quod Jo-
seph erat incapax ratione ætatis, ut advertit
*Decis.*27.*Jun.*1718 §.*Immò cor.R.P.D.meo*
de Gamaches, & sic nullum jus actu habebat
15 ob istam incapacitatem, & totum ideo jus
è contrario in Jacobo altero Concurrente ex
familia pariformiter vocata consolidatum
erat, ut probat de *Luc disc.*20.*n.*7.*de Iurep.*,
& *Rot. in Volaterana Beneficii* 7. *Decem-*
bris 1718. §. *Nulla siquidem cor. R. P. D.*
16 *meo Crispo.* Cessabat statim objectum ex ea
animadversione, quod eo ipso, quod petita
fuit á Sanctissimo derogatio medietatis vo-
cum, fuit per consequens illi suppositum, imó
etiam sufficienter expressum, quod aderat
alter habens coæquale jus, & consimilem
prætensionem, ut aliás advertit *Rota decis.*
667. *n.*19.*p.*18.*rec.*,*in Mediolanen. Beneficii*
1.*Aprilis* 1707.§.*Eoque robustius*,*in Roma-*
na Cappellaniæ S. Nicolai 28. *Iunii* 1709. §.
Amaritudo, *&* *in Maioricen. Beneficii* 6.
Decembris 1709. §. *De reliquo car. Rmo P.*
D. mea Ansaldo Decano.

17 Tunc enim á Summo Pontefice, qui me-
dietati vocum derogat favore unius ex præ-
sentatis idem jus videtur exerceri, quod
exerceret Ordinarius in disputatione coram
ipso utroque concurrente assumpta, uni vel
alteri gratificando, ut dixit *Rot. d. dec* 667.
*sub eod.n.*19.*p.*18.*rec.*,*&* *in Faventina Bene-*
ficii 10.*Iunii* 1705. §.*Minimeque cor. bon.me.*
18 *Kaunitz*, cum hoc tamen, quod Papæ gra-
tificatio isto casu semper stat pro Primo apud
Sedem Apostolicam ad gratiam petendam
comparente, neque idcirco per hanc gratiam
dici potest alteri sese primum non offe-
renti præjudicium inferri, quia interim ex
sola vocum medietate nullum jus acquisivit,
*Rot dec.*240.*n.*4 *p.*16.*rec.*,*in cit. Faventina*
Beneficii eod.§.*Minimeque cor. bo. me.Kau-*
nitz, *&* *in Melphicten. Beneficii* 26. *Iunii*
1711. §.*Occasionem cor Emo D. Card. Prio-*
lo, nec merentur attendi auctoritates in con-
trarium allegatæ; loquuntur enim in termi-
nis, quod de facto Ordinarius gratificasset
unum ex præsentatis, & alter omissa istius
gratificationis expressione gratiam deroga-
toriam medietatis vocum obtinuisset, ut in
puncto distinguit *Rot.in Perusina Canoni-*
catus 5. *Iunii* 1716. §. *Fundamentum coram*
Me.

19 Minus veró obstare visum fuit secundum,
quippe quia quidquid esset, si alterum Bene-
ficium ab eodem Jacobo retineretur, certe
cum retineatur ab ejus fratre aliás ad illud
Beneficium legitime á suo Patre pręsentato,
nullum inde obstaculum provenit, quin ob-
tinere non possit aliud consimile ipse Jacobus
alter frater, dum fuit pariter legitimé á Pa-
tre Compatrono pręsentatus, nec est in jure
constitutum præcisivè á casu alternativæ in-
ter duas familias stabilitæ, quod si unus in una
familia possidet Beneficium jurispatronatus
communis cum alia familia, non possit alter,
quia sit de eadem familia aliud consimile
Beneficium obtinere, unde sequitur, quod
omissa hujus facti expositio, tamquam nullam
habens in jure firmitatem, nequaquam Pa-
pam retraxisset á concedendo gratiam dero-
gatoriam medietatis vocum eidē Jacobo, &
sic nequaquam, parit vitium illud subreptio-
nis,

nis, quod adversus eamdem gratiam ex isto capite allegatur, juxta auctoritates supra allegatas §. *Conventio.*

Et ita cum plenaria relatione ad præcedentes Decisiones, quas in omnibus iterum Domini approbarunt responsum fuit utraque, &c.

BONONIEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 30. *Junii* 1719.

ARGUMENTUM.

Possessio anterior posteriori præfertur, nec per exceptiones petitorium potius respicientes infringitur.

Filia adversus hereditatem paternam non possest & titulum dotis, & hæreditarium allegare, sed vel unum, vel alterum; sique secundum alleget, ea omnia, quæ dotis titulo recepit, cum illius heredibus conferre tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Possessio in tempore anterior super Prædiis probatur ex fide colonorum partiariorum de facto proprio deponentium.*

2 *Manutentio concedenda est illi, qui possessione anteriori gaudet.*

3 *Amplia, quando hæc titulo claro confovetur.*

4 *Possessio posterior anteriori non præfertur, sive continuatæ.*

Possessio vitiosa ex citationis defectu, & clandestinè capta manutenibilis non est.

6 *Clausulæ* præcarii, & constituti *transferunt possessionem tunc pro nunc.*

7 *Possessio capta a filiis super duabus ex tribus partibus hæreditariis non vitiatur ex altera possessione capta a filia vigore dotis ei à Patre promissæ, quando super portione illi tangente læsio non infertur.*

8 *Possessio clara non retardatur per exceptiones altiorem requirentes indaginem in judicio summariissimo possessorio.*

9 *Filia super re hereditaria Patris dupplicem titulum allegare potest, vel dotis, vel hæreditarium, sed non dupplicem referre portionem.*

10 *Filia si alleget titulum dotis, non potest allegare hæreditarium, sed sive unum, sive alterum, & quare?*

11 *Pater si adhuc vivens in dotem filiæ tradiderit id, quod in testamento ei tradendum fore jussisset, censetur preventive voluisse exequi ea, quæ in testamento scripsit.*

12 *Filia nupta si velit cum fratribus in paterna hæreditate succedere, totum id cum eisdem tenetur conferre, quod dotis nomine, aut alio lucrativo titulo fuit a Patre consequuta.*

DECISIO MCXXXII.

A Mandato de manutenendo in possessione trium ex quatuor partibus bonorum hereditariorum Jacobi Mariæ de Rondis per A. C. Cincium relaxato favore Jacobi, Magdalenæ, atque Angelæ trium ejus filiorum commissa mihi ad instantiam Nicolai Pistorini, & Mariæ Theresiæ Coniugum à Signatura Justitiæ appellationis causa, quoad quinque uncias Assis hæreditarii cum clausula -- *Alteri cum facultate manutenendi, quem de jure,* & in reliquis *sine præiudicio*; dedi dubium -- *An, & cui sit danda manutentio, & pro quibus ratis in casu &c.* quod hodie DD. pro Lucia Matre tutrice, & curatrice dictorum triū filiorum in contumaciam alterius Partis pluries monitæ, & informare negligentis, resolverunt.

Sicuti namq in facto dubitari non poterat
1 de actuali possessione controversorū bonorū post obitum Patris capta, seu verius continuata per d. Luciam tutorio nomine dictorum trium filiorum, cum de ea luculentum perhibeant testimonium Coloni partiarii, quibus uti de facto proprio deponentibus plena fides est adhibenda, *Rota cor. Burat. dec.* 720. *n.* 3., *& in rec. dec.* 271. *n.* 12. *p.* 7. *& in Narnien. Decimarum* 7. *Februarii* 1716. §. *Et iure quidem cor. Me*, ita in
2 controversiam venire nequibat, quin ad tramites d. possessionis esset eidem Luciæ dicto tutorio nomine manutentio concedenda, ex adductis per *Rot. in Cæsenaten. Manutentionis* 10. *Februarii* 1716. §. *Resolutioni cor. R. P. D. meo Crispo, & in Forolivien Manutentionis* 24. *Aprilis* 1716. §. *Et quidem cor. Reverendissimo Altban., & in Illerden. annuæ præstationis* 26. *Junii eiusdem anni* 1716. *in principio coram Me.* Cum præser-
3 tim hujusmodi possessio confovea:ur claro bono jure descendente ex paterno testamento, in quo dd. tres Filii hæredes instituti leguntur, ut aliàs notavit *Rota in Barchinonen. annuæ præstationis* 11. *Jan.* 1704. §. *Hinc, &* 5. *Maii eiusdem anni* §. 1., *& in d. Illerden.* §. *Verum, & certius cor. Me.*

Nec obstare posse visa fuit possessio capta super eisdem bonis, vel eorum parte à Nicolao, & Maria Therefia Coniugibus in vim mandatorum in Curia Bononiæ relaxatorum; quoniam cum hæc possessio sit longè
4 posterior, præferri nullo pacto potest in concersu alterius per dd. tres filios præcedenter captæ, sive statim post obitum Patris continuatæ, *Rota apud Postb. de manut. dec.* 640. *n* 2., *& dec.* 650., *& dec.* 655. *numero* 4., atque insuper cum dd. Coniuges
5 eamdem possessionem nacti fuerint nullatenus citatis dictis aliis filiis, qui eadem bona actualiter possidebant, possessio hoc modo tamquam vitiosè, & clandestinè capta manuteneri non debet, *Postb. de manut. observ.* 50. *n.* 3., *& seq., Rot. cor. Puteo dec.* 32. *n.* 2., *& in rec. dec.* 307. *n.* 3. *p.* 17.

Minus etiam relevat, quod Jacobus Ma-
6 ria Pater occasione qua nuptui tradidit memoratam Mariam Theresiam ejus filiam, Dotis nomine eidem constituerit quintam partem bonorum, quæ ipse Pater dotans, sunc

tunc possidebat, imputatis in eam libris 1500. in pecunia numerata traditis, ac aliis libris 504. in tot jocalibus aureis, & argenteis, ac reliquo Mundo muliebri, eorumque possessionem usque tunc in Nicoalum Pistorinum Sponsum transtulerit virtute clausulæ Præcarii, & Constituti, reservato sibi dumtaxat usufructu, quousque vitam egisset; siquidem cum à cæteris tribus filiis
7 non petatur manutentio, nisi in tribus ex quatuor partibus bonorum hæreditariorum ad formam Decreti A. C. Cincii, sicuti nemo est impedimento, quin præfati Coniuges eorum quinta d. tali cum onere d. imputationis pacificè perfruantur, vel etiam integra quarta vigore alterius pacti in Dotali instrumento conventi, ut si filiorum numerus diminueretur, prout de facto contigit, non quinta, sed quæ tempore obitus portio virilis foret, cum d. onere imputationis in dotem assignata censeretur, ita neque ipsi impedire debent, quin cæteri Fratres reliquas tres portiones libere consequantur, ut aliàs in simili casu respondit *Rota in Perusina Manutentionis* 21. *Martii* 1718. §. *Neque obstare cor. Me*.

Quod si ultra d. virilem Dotis nomine
8 assignatam, prætendant dd. Coniuges etiam consequi aliam portionem vigore testamenti longe ante ejusdem dotis constitutionem conditi, anno scilicet 1706. ab ipso Iacobo Maria Patre, & hæc eorum prætensio admitti nullo pacto potest, tum propter naturam præsentis Judicii, quod non patitur exceptiones hujusmodi altiorem requirentes indaginem, ex vulgata regula, de qua *Post. de manut. observat.* 42. *n.* 44., *& seq. Rota cor. Cerro dec.* 229. *n.* 16., *& dec.* 221. *n.* 5. *cor. bon. mem. Benincasa*, *& passim alibi*.

Tum ex quo, cum portio in testamento
9 relicta sit una, & eadem cum portione in dotem assignata, possunt quidem ad effectum eam consequendi dd. Coniuges duplicem titulum allegare, sed non etiam duplicem consequi portionem; si enim inniti ve-
10 lint titulo dotis, cessabit in eis actio ex testamento descendens, quia dum Pater eam-
11 dem portionem, quam in testamento prius condito Filiæ reliquerat, postea adhuc superstes in dotem dedit, censetur per hanc posteriorem Dotis constitutionem nihil aliud agere voluisse, quam præventive exequi, & adimplere ea, quæ in testamento disposuerat, juxta *textum expressum in lege Filia Legatorum Cod. de legat.*, in illis verbis - *Filia Legatorum non habet actionem, si ea, quæ in testamento reliquit, vivus Pater postea in dotem dederit*, *leg. quod autem ff. de iur. dot.*, *Paul. de Castr. in leg. Titia centum §. Titio ff. de condit.*, *& demonstrat. Mantica de coniect. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 1., *Vasq. de success. lib.* 2. §. 17. *requis.* 28. *numero* 112., *Card. de Luca de legat. disc.* 60. *n.* 3., *alter de Luca ad Franc. dec.* 422. *n.* 1. *Capyc. Latr. dec.* 51. *n.* 3. cum aliis, quos in simili congerit *Rota dec.* 41., *& dec.* 309. *per tot. p.* 9. *rec.*

Si vero insistere malint alteri titulo ex pa-
12 terno testamento descendenti, & res in idem recidet, quia ut possit Maria Tharesia una cum cæteris fratribus in paterna hæreditate succedere, tenebitur cum eis conferre totum id, quod dotis nomine, aut alio lucrativo titulo à Patre consecuta fuit juxta claram dispositionem alterius text. *in Autb. ex testamento Cod. de collat. Dot.*, de quo *Card. de Luca de hæred. disc.* 31. *nu.* 7., *Vrceol. consultat forens. cap.* 41. *nu.* 1., *& seqq.*, *Rota dec.* 243. *n.* 1., *& dec.* 290. *n.* 8. *cor. Emerix iun.*

Et ita &c. Altera &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE FELICINIS.

Lunæ 3. Julii 1719.

ARGUMENTUM.

Immissio pro consequenda dote super bonis ascendentalibus fideicommisso subiectis mulieri competit, licet virtute alterius transversalis dispositionis illa fuissent ab hærede gravato avocata, quando iste ad alium effectum sibi magis proficuum illud allegasset, & in substantia ascendentale esset, eademque actione mulier etiam pro fructibus gaudet, licet de eis non interpellasset, quando vir matrimonii onera sustinuisset.

Identitas bonorum fideicommissariorum, quodque talia sint, ex instrumentis divisionum, tali titulo inter hæredes gravatos sequtatum, concludenter probatur.

SVMMARIVM.

1 *Femina de bonis fideicommissariis in subsidium dotanda est.*
2 *Dos liquidata per Laudum hinc inde acceptatum iusta dicitur, & congrua.*
3 *Immissio competit mulieri ad bona fideicommissaria, super quæ ius dotis habeat.*
4 *Fideicommissum super bonis probatur ex divisionibus antiquitus de illis factis per hæredes gravatos, quique ea, uti fideicommissaria diviserunt*, amplia ut in nu. 6., & 7.
5 *Identitas bonorum probatur ex divisionibus antiquis eorumdem.*
6 *Fideicommissum præsumitur facile super bonis, de quibus hæredes inventarium non confecissent in actu, quo ea inter se diviserunt.*
7 *Amplia quando unus ex istis de tempore divisionis in pupillari fuisset ætate.*
8 *Fideicommissum præsumitur super iis bonis, quæ tali titulo de uno in alium hæredem pertransiissent.*
9 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex eorum continuata possessione penes gravatos, qui tali titulo ea possiderunt*, & n. 11.

10 *Amplia*

10 *Amplia, quando hæres immissionem ad ea reportavit prævia probatione', quod esset fideicommissaria.*

11 *Subamplia quando d. hæres tale fideicommissum super eisdem bonis iudicialiter fassus fuit.*

12 *Dos virtute* Auth. res. quę *ex fideicommisso transuersali non detrabitur.*

13 *Fideicommissum agnatitium non destruitur, ex quo hæres grauatus in eius uindicatione allegasset aliud transuersale, quando reuera esset agnatitium*, & vide rationem, nec non amplia, ut in n. 15.

14 *Hæres non potest sui authoris factum impugnare.*

15 *Fideicommissum agnatitium non excluditur, ex quo super bonis illi subiectis per gravatos aliud tramversale fideicommissum fuisset ad alium effectum allegatum.*

16 *Dos tamquam æs alienum ab ascendentali fideicommisso detrabitur.*

17 *Immissio, quę competit pro sorte crediti, pari titulo competit etiam pro fructibus.*

18 *Fructus dotales debentur, etiam si per creditorem non fuissent interpellati, quando vir onera Matrimonii sustinuit.*

19 *Interpellationis defectus ad obtinendos fructus dotales, ex onerum matrimonialium sustentatione suppletur.*

20 *Usura dotales in oneram matrimonialium compensationem debentur.*

21 *Fructus dotales inter gravatum, & fideicommissarium hæredem regulariter ex fructibus bonorum fideicommissariorum, non vero ex fideicommissi substantia debentur.*

22 *Limita in muliere fructus dotales tamquam dotis accessoria postulante.*

23 *Fructus dotales non possunt ex substantia fideicommissi per Mulierem detrabi, quando eadem cum hærede gravato colludens, eos diu non postulasset.*

24 *Amplia quando ad eos extrahendos de fideicommisso, tota illius destrueretur substantia.*

25 *Mulier tam pro consequtione dotis, quàm ejus fructibus bona fideicommissi potest subbastare.*

DECISIO MCXXXIII.

SAtisfactionem dotis taxatæ a clar. memor. Cardinale Joanne Baptista Spinula tunc Bononiæ Legato in libris 23. mil., cum Ursula de Felicinis nupta Marchioni Palmerio consequi nequivisset, nisi pro summa librarum 8000., judicium in partibus instruxit contra Comitem Hyacinthum germanum fratrem super immissione ad bona subiecta fideicommissis ascendentalibus Joannis, & Philippi de Felicinis, ac favorabilem sententiam obtinuit ad effectum subhastandi, & deliberandi; verum quia hoc interim dictus Comes Hyacintus opposuit ejusmodi controversiam ab hoc Sacro Tribunali definiendam esse, attenta pendentia alterius Iudicii ab ipsa Ursula, & Sororibus antecedenter promoti contra Marchiones de Manzolis, & de Grassis, & per appellationem ab eis interpositam cor Me pendentis; hinc remissa mihi ulteriori cognitione causæ, proposui hodie dubium -- *An, et super quibus bonis sit danda Immissio ad effectum subbastandi, et deliberandi et a quo tempore debeantur fructus* -- cui DD. pro Ursula in forte respondentes, *affirmativè juxta modum rescripserant*, nempe dandam esse immissionem ad tria Prædia, alterum in vocabulo *Barisella* vulgo nuncupatum *Chiaviche de' Felicini*, alterum in communi *Ceretule*; Ac denique tertium in communi *S. Io. in Thiario*, & fructus deberi a die contracti matrimonii.

Ratio decidendi pro eo, quod attinet ad
1 primam dubii partem exinde elicita fuit,
quia cum nulla sit inter Partes dissentio, quin
d. Ursula dotanda sit ex bonis fideicōmissorum ascendentalium nedùm ex censura vulgati *text. in Auth. res quæ C. commun. de*
2 *legat.*, verum quoque ex particulari dispositione dd. Joannis, & Philippi per rectam
lineam ascendentium, & quidem in libris
33 m., quanti easdem dotes taxavit clar. me. Cardinalis Spinula Legatus in ejus Laudo à
Partibus hinc inde acceptato; inde tanquam
ex necessario antecedenti sequitur, ut cum
Ursula integram dotem consequi adhuc ne-
3 quiverit, immitti debeat super dd. tribus
Prædiis fideicommissariis, ut satisfactionem
residui, illis sub hasta positis, tandem obtineat, *Rota dec.* 1304. *n* 1. *cor. Emerix*, & *in Melevitana dotis* 18. *Iunii* 1700. §. *Nullam cor. bo. mem. Muto*, & *in Firmana dotis*, & *alimentorum* 27. *Iunii* 1718. §. *Visa cor. Me*.

Neque vero in dubium venire potest,
4 quin memorata tria Prædia obnoxia sint fideicommisso d. Joannis antiquioris ascendentis, id enim primo loco evincebatur ex antiqua divisione inter Ludovicum, & Bartholomeum filios, & Herculem ex Philippo altero Filio prædefuncto ipsius Joannis fideicommittentis nepotem, ac primos hæredes gravatos; cum enim in ea diligenter adnotata fuerint omnia illius bona hæreditaria, & duo ex dd. Prædiis, nempe illud in communi *Cerretule*, & aliud in communi *Sancti Ioannis in Thiario* assignatum in portionem Herculis tunc ætatem pupillarem agentis; tertium vero in vocabulo *le Chiaviche Felicine* in portionem Bartholomei, jam ampliùs ambigi nequit de illorum
5 identitate, quam ex divisione facta inter
filios ac primos hęredes apprimè comprobari sæpe firmavit Rot., & præsertim *dec.* 235. *n.* 10., & 11. *cor. Celso*, & *dec.* 594 *n.* 4. & 5. *cor. Dunozet.*, & *dec.* 1362. *pariter n.* 4. & 5. *cor. Emer.*, & in specie de hac ipsa divisione ad effectum probandi identitatem alterius Prædii fideicommittentis in vocabolo *Anzole*, respondit *Rota in Bonon. Fideicommissi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Quin re-*

vocari cor. Eminentissimo D. Card. della Tremoille.

6 Junctis potissimum duabus facti circumstantiis, altera nimirum, quod dicti hæredes gravati, & dividentes nullum de bonis hæreditariis confecerunt Inventarium; unde eo magis præsumitur, quod omnia ea, quæ inter ipsos tunc divisa fuerunt, à paterna hæreditate provenirent *Menoch. cons.* 107. *sub num.* 16., *& seqq. Gobb. consult* 92. *num.* 10.;
7 altera verò, quod Ercules tunc temporis in pupillari ætate versabatur, ac proindè alia bona à se acquisita habere non poterat, ut bene in puncto animadvertit *Rot. in d. Bononien. fidei commissi* §. *Nec debilitari coram Eminentissimo della Tremoille*.

8 Huic probationi desumptæ ex dicta antiqua divisione anni 1479. addebat Ursula alia etiam argumenta eamdem identitatem comprobantia. Ex pluribus enim Instrumentis transactionum, ac divisionum inter ulteriores Descendentes diversis vicibus, ac temporibus celebratarum, luculenter comprobabat per duo fere sæcula dd. trium Prædiorum possessionem semper inter eosdem Joannis descendentes de uno in alium usque ad Comitem Hyacinthum modernum possessorem, ac Reum conventum continuatam fuisse sub illa valde notabili qualitate in dd. Instrumentis pluries expressa, quod essent fideicommissaria Joannis, & aliorum Majo-
9 rum. Nemo autem est, qui ignoret quanti valeat ad probandam identitatem continuata hoc modo hæredum gravatorum possessio, ut alias respondit *Rot. coram Bichio decis.* 156. *num.* 2, *& decis.* 170. *num* 7., *& in recen. decis.* 120. *num.* 16., *&* 18. *part.* 6., *& decis.* 31. *num.* 1. *part.* 11. & præcise in nostris terminis quoad aliud Prædium *le Anzole in d. Bonon. fideicommissi* §. *Confovetur*.

10 Sed omnem in hoc submovebat difficultatem animadversio illa, quod Comes Joseph per cujus obitum novissime aperta fuit successio favore Hyacinthi rei conventi non aliter Immissionem ad tria controversa Prædia obtinuit, quam prævia probatione, quod essent fideicommissaria d. Joannis antiqui de
11 Felicinis, ac Philippi ejus filii, & insuper ipse Hyacinthus hoc ipsum judicialiter fassus est, cum post obitum dicti Josephi immitti petiit in possessionem dd. Prædiorum; In hisce enim facti circumstantiis dubitari nullo pacto potest de eorumdem Prædiorum identitate, ad ea, quæ tradit *Rocca disput.* 10. *num.* 22. *Rot. decis.* 384 *num.* 4 *part.* 13., *& decis* 81. *num.* 7., *& seqq.*, *& decis.* 140. *num.* 8. *part.* 19, *& in Spoletana fideicommissi* 27. *Junii* 1704. §. *Deveniendo coram clar. mem. Card. Caprara*.

Neque obstare posse visum fuit, quod alias in Judicio per Mutium, Laurentium, & Marcum Antonium fratres de Felicinis introducto pro recuperatione Prædiorum *Barisellæ*, *& Cerretule* è manibus Portiæ, Martiæ, & Ludovicæ Uxoris, ac respective filiarum Herculis pariter de Felicinis, atque in nostro Sacro Tribunali diù agitato, fir-
12 matum fuerit, quod dicta duo Prædia supposita erant alteri fideicommisso instituto à Lactantio d. Herculis germano fratre, quodque proinde nullam actionem contra dicta bona dirigere possit Comitissa Ursula pro consecutione suæ dotis, neque virtute antiquarum dispositionum Joannis, & Philippi, quæ afficere nequeunt bona ab aliis provenientia, neque ex beneficio *Authen. res quæ* cujus censura locum non habet in fideicommissis transversalibus.

13 Quamquam enim verum sit Sacram Rotam in eo Judicio immissionem dd. Fratribus de Felicinis concessisse ad dd. duo Prædia, tanquam fideicommissaria Lactantii, hoc tamen evenit, quia dd. Fratrum tunc actorum nil prorsùs intererat, quod firmaretur dicta duo Prædia supposita esse fideicommisso Lactantii, aut potiùs aliis antiquioribus Joannis, & Philippi, cum ad omnia ista fideicommissa pari modo vocarentur in exclusionem dd. Mulierum, quæ eadem bona ex dispositione Herculis hæredis gravati earum Viri, & respective Patris possidebant; Imò verò memoratis fratribus actoribus tunc magis expediebat Lactantii fideicommissum pro fundamento eorum actionis allegare, quam alia
14 antiquiora Joannis, & Philippi; cum enim Hercules à quo causam habebant dictæ Mulieres, dicta duo Prædia descripsisset in Inventario bonorum hæreditariorum Lactantii, nequibant ipsæ hujusmodi confessionem proprii Authoris impugnare, & identitatem dd. Prædiorum, quæ hoc medio probata ictu oculi remanebat, nullatenus controvertere, ut constat ex decisionibus tunc editis *cor. bon. mem. Pœnia* inter ejus impressas 394. 500. & 516. dum si ex opposito dicti Actores antiquiora fideicommissa deduxissent Joannis, & Philippi, potuisset à dd. Mulieribus reis conventis opponi exceptio aliqua super
15 identitate, & opus fuisset actoribus usque ab anno 1477. easdem probationes super ea cumulare, quas in præsenti parare coacta fuit non sine magno dispendio, ac diuturna opera Comitissa Ursula; quamobrem si hodie per legitimas, & undique perfectas probationes ab eodem nostro Tribunali post decisiones *bon. mem. Pœnia* approbatas, & canonizatas *coram Eminentissimo D. della Tremoille*; certo constat dicta duo Prædia revera fuisse hæreditaria Joannis antiquioris de Felicinis, & ab ejus filiis, ac primis hæredibus gravatis in Lactantium pervenisse, quidquid dictum fuerit *coram bon. mem. Pœnia* ad alium effectum, cedere debet veritati facti, neque potest applicari ad statum præsentis Causæ, quæ sicuti habet longe diversas facti circumstantias, ità quoque diversam habere debet decidendi rationem, juxta praxim nostri Tribunalis, de qua testatur *Card. de Luc. de dot. disc.* 145. *num.* 17., *eadem Rot. decis.* 271. *num.* 10. *&* 11. *coram bon. mem. Benincasa*, & alibi passim.

Atque

Atque ex his expediti Domini à priori dubii parte, parum immorandum censuerunt super alia fructus respiciente; cum enim dna hujusmodi non aliter considerari valeat, quam uti debitum Fdeicommittentis, tum ex quo ipse mandavit fœminas ab eo descendentes de ipsius bonis dotari, tum ex quo actio in præsenti dirigitur contra bona ascé-
16 dentis à quibus dos tanquam æs alienum detrahitur, *Rot. decis.* 312. *n.* 10., *& seq. par.* 6., *& decis.* 133. *& dec.* 252. *utrobiq; n.* 4.
17 Hinc sequitur, ut eodem modo, quo concéditur Immissio pro capitali, ita etiam pro fructibus concedenda sit, *Rot. decis.* 1148. *num.* 8. *coram Emer.*, *& in Avenionen. fideicommissi super fructibus* 19. *Januarii* 1705 §. *Ex eisdem rationibus coram Eminentissi-*
18 *mo D. Card. Scotto*. Dos enim à die contracti matrimonii, & toto tempore, quo illud constiterit, procul dubio debetur una cum fructibus, etiam si nulla præcesserit interpel-
19 latio, cum sustentatio onerum matrimonia-
20 lium illam suppleat, atque usuræ dotales in illorum compensationem debeantur, juxta celebrem *Textum in cap. salubriter de usur. Rot. coram Danoz dec.* 796. *num.* 2. *& in Eugubina Dotis, & fructuum* 17 *Junii* 1712 §. *Comperta coram Reverendissimo Aldrovando*.
21 Non obstante, quod fructus dotales regulariter solvendi sint ex fructibus bonorum fideicommissariorum, non vero ex substantia & proprietate ipsius fideicommissi. Hoc enim bene procedit inter Gravarum, & Fideicommissarium, cum in controversiam venit cui nam ex illis adscribi debeat debi-
22 tum fructuum; at respectu mulieris eorundem fructus tanquam dotis accessiones petentis,
23 alia omnino est, ac diversa Juris censura; nam nisi probetur, eam in longævum tempus distulisse petitionem dotis, ut cum hærede gravato in fideicommissi perniciem colude-
24 ret, aut nisi in die petitionis tot superexistant fructus, ex quibus salva, fideicommissi substantia, satisfactionem consequi possit, quorum neutrum in hypothesi concurrit,
25 bene potest tam pro capitali, quam pro fructibus bona ipsa fideicommissi, tanquam ejus favore hypothecata ad effectum ea subhastandi, & deliberandi, ut recte distinguit *de Franch. decis.* 49. *ibique Adden. omnes num.* 1., *& seqq.*, late *Rot. in Romana Pecuniaria* 15. *Martii* 1700. §. *Non obstabant coram Eminentissimo Priolo*, *& in Romana*, *seù Jannen. Dotium* 1. *Februarii* 1709. §. *In circumstantiis*, *& in Romana Immissionis* 13. *Novembris ejusdem anni* §. *Cessatque coram Reverendissimo Aldrovando Episcopo Neocesarien.*

Et ita in contumaciam Comitis Hieronymi pluries moniti, & sub emendicatis, & futilibus excusationibus dilationem frustra petentis, altera tantum &c.

EADEM CORAM EODEM
SUPER ATTENTATIS

Lunæ 3. *Julii* 1719.

ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Judicium coram diversis Judicibus introductum, ut attentatum reddatur, tria copulative requiruntur, identitas rei, actionis, & personarum.*
2 *Identitas actionis non concurrit, quando in uno Judicio petitur immissio ad effectum se satisfaciendi de credito, & in alio ad effectum subhastandi contra diversos personas, & possessores.*

DECISIO MCXXXIV.

Postquam ad instantiam Comitissæ Ursulæ, & aliarum Sororum de Felicinis commissa Mihi fuerat causa in gradu appellationis à sententia in Partibus lata, per quam infirmata fuit alia præcedens, immissionem eisdem Sororibus concedens ad bona quædam subjecta fideicommissis ascendentalibus Joannis antiquioris, ac Philippi pariter de Felicinis detenta per Marchiones de Manzoliis, & de Grassis tertios Possessores, supervenit obitus Com. Josephi Mariæ de Felicinis ultimi masculi de columnello Marci Antonii, & ideò bona ab eodem possessa vigore antiquorum fideicommissorum devenerunt ad Com. Hyacinthum de altero columnello Julii, fratrem germanum dictarum Sororum.

Hinc Com. Ursula nupta Marchioni de Palmeriis novum Judicium ex integro contra memoratum Hyacinthum ejus fratrem introduxit super immissione ad dicta bona in ipsum obventa per obitum dicti Com. Josephi Mariæ ad effectum illa subhastandi, & deliberandi pro consequendo residuo dotis sibi debitæ, & favorabilem sententiam in Partibus obtinuit, ad cujus executionem declinandum, cùm Com. Hyacinthus opposuerit, hoc novum Judicium connexum esse cum alio jam prius coram Me pendente, obtinueritque ab R. P. D. Auditore Signaturæ Justitiæ remitti Causam ad Rotam, subscripsi ad ejus instantiam dubium — *An constet de attentatis*; eoque hodie proposito, Domini in ejus contumaciam *negativè* responderunt.

1 Quidquid enim sit de connexione dictarum Causarum ad effectum ut cognosci non possint nisi ab hoc Sac. Tribunali, in quo jam pendebat aliud Judicium contra tertios Possessores; illud utique pro absoluto habitum fuit, quod ad effectum inducendi atten-
2 tata non quælibet connexio sufficit, sed requiritur copulativus concursus identitatis rei, actionis, & personarum; alias enim alterutro ex his deficiente, attentata commissa non dicuntur, *Lancellott de attent. q.* 2. *cap.* 4. *num.* 1., *Rot. coram Coccin. decis.* 304. *per tot.*, *& coram Cels. decis.* 82. *num.* 7.

In hy-

2 In hypothesi autem nedum deficiebat actionis identitas, cùm in dicto antecedenti Judicio ageretur de immissione ad effectum consequendi satisdationem ex fructibus, in isto autem de immissione ad effectum subhastandi, & deliberandi, sed insuper concurrebat diversitas Personarum, dum in isto vocati non fuerunt Marchiones de Manzolis, & de Grassis tertii Possessores, qui in alio Judicio conveniebantur, ac præterea res, & bona, quæ in præsenti controversa veniunt, sunt longe diversa ab illis, contra quæ tunc actio dirigebatur; licèt enim in utroque Judicio actum fuerit pro immissione ad bona sita in Communi Barifelle, in loco nuncupato *le Chiaviche de Felicini*, tamen quia dictum Commune late patet, ejusmodi Prædium non ab uno tantum, sed à pluribus possidebatur, partim nempè à DD Marchionibus, partim verò à Comite Josepho Maria; unde Judicium instructum contra tertios Possessores pro immissione ad eam partem dicti Prædii, quæ ab ipsis detinebatur nihil commune habet eum præsenti, vertente dumtaxat super immissione ad aliam partem ejusdem Prædii tunc possessam à Comite Josepho Maria, & post ejus obitum obuentam in Com. Hyacinthum, quod satis est, ut nulla considerati possint attentata.

Et ità, informante tantum Com. Ursula, responsum fuit &c.

MONASTERIEN. CANONICATUS.

Lunæ 3. Julii 1719.

ARGUMENTUM.

Legittimus Possessor manutenendus est, non vero qui per medium attentatorum possessionem arripuit, quæ primum possessione spoliare apta non fuit.

Laicale beneficium Apostolicis reservationibus non subiacet.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio possessori legittimo datur.*
2 *Amplia, si titulo justo fulciatur.*
3 *Possessio non citato legittimo possessore capta nulla est.*
4 *Possessio capta post interpositam appellationem attentata dicitur.*
5 *Possessio attentata non tollit manutentionem primo possessori.*
6 *Beneficiorum collatio, juxta eorum fundationem facienda est.*
7 *Preces primariæ in laicali Beneficio, locum non habent*, & num. 9.
8 *Beneficium laicale non cadit sub reservatione Apostolica.*
9 *Primæ Preces, & similia indulta non habent locum in Beneficiis, quæ Apostolicis reservationibus non subiacent.*
10 *Beneficium esse laicale probatur ex resolutionibus Rotalibus eum pro tali declarantibus, & cum legittimo contradictore emanatis.*
11 *Amplia quando talibus resolutionibus res judicata superaccessisset, quæ etiam non citatos afficit.*

DECISIO MCXXXV.

Contra Mariam Corneliam Agnetem de Spiegell provisam de Canonicatu vacante in Collegiata, & Sæculari Ecclesia S. Bonifacii Oppidi Freckenhorltiensis ab Abbatissa illius Capituli ex utroque sexu compositi, & Capitulariter etiam admissa juxtà consuetudinem illius Ecclesiæ ad strictam residentiam, insurrexit Maria Catharina de Frents prætendens vigore Primariarum Precum sibi à glor. mem. Josepho I. Imperatore concessarum, ipsi eumdem Canonicatum adjudicandum esse; cumque renuentem ex legitima causa invenerit in hac sua prætensione Abbatissam, adiit Tribunal Episcopi Monasterien. ibique inauditis Abbatissa, Capitulo, & legitima Canonicatus posseditrice, decretum reportavit de parendo primariis Precibus, & sequestrando in casu non paritionis redditus, & fructus Capituli.

Fuit ab hoc decreto, statim habita illius notitia, appellatum, sed adhuc illa possessionem apprehendit; unde opus fuit Mariæ Corneliæ Agneti, prævia citatione legitime executa, Signaturam adire, à qua rescriptum obtinuit *de appellatione*, ad cujus normam directa Mihi Causæ Commissione, renovatisque litteris citatoriis, & inhibitoriis in Partibus, & adhuc Maria Catharina in sua contumacia permanente, dedi hodie dubium per Contradictas -- *An sit danda manutentio, seù potiùs sit adiudicandus Canonicatus Mariæ Corneliæ Agneti* -- habuique à DD. responsum in omnibus pro *Informante*.

Methodice siquidem examinando utramque dubii partem, manutentio visa fuit concedenda informanti, quia ipsa non solum habet pro se possessionem de auctoritate Abbatissæ Collatricis legitime captam, & in publico Instrumento relatam, itaut exinde debeat manuteneri in suo Canonicatu, juxta firmata per *Posth. de manut. observ.* 21. *n.* 15. & 25. *Rot. dec.* 1297. *num.* 10. *coram Emer. Iun.*, & *in Leodiu. Pastoratus, seù Vicariæ S Phoillani* 13. *Maii* 1718. §. *Primo coram R. P. D. meo Foscaro*, sed etiam habet titulum ejusdem possessionis pro se resultantem ex provisione Canonicatus in sui personam facta per dictam Abbatissam Ordinariam Collatricem, itaut hujusmodi possessio sit eo facilius manutenibilis, *Posth. de manut observ.* 42. *n.* 26. & 27. *Rot. dec.* 240. *n.* 2. *par.* 19. *rec.*, & cum aliis *in allegat. Leodien. Pastoratus, seù Vicariæ* §. *Eodem vers. sed insupèr coram R. P. D. meo Foscaro.*

3 Neque è contrario obstabat possessio capta per Mariam Catharinam, quia tamquam capta non citata Maria Cornelia jam legitime pos-

me possidente, ista possessio fuit nulla, & vitiosa, *Rot. dec.* 78. *n.* 5. & 6., & *dec.* 224. *n.* 11. *coram Card. Cerr.*, *dec.* 735. *n.* 2. *coram Emer. Iun.* & *dec.* 681. *n.* 15. *par.* 19. *rec. tom.* 2. immò cum post appellationem interpositam à decreto Curiæ Episcopalis Monasterien. capta fuerit, fuit etiam dubio procul attentata, ut pariter firmat *Rot. dec.* 754. *n.* 1. *coram Cerr.*, *dec.* 881. *n.* 4. *coram Emerix*, & *dec.* 597. *n.* 7. *eadem par.* 19. *rec.*

4

5 Quocirca non est apta tollere manutentionem primo Possessori, neque meretur in concursu anterioris sine ullo vitio captæ allegari, *Rot. dec.* 380. *n.* 1. *par.* 18., *dec.* 14. *n.* 6. *par.* 19. *rec.*, & meliùs *dec.* 179. *n.* 1., & *dec.* 222. *n.* 3. *coram Bevinca f.*

6 Adjudicationem verò juxta secundâ dubii partem deberi pariter Mariæ Corneliæ Agneti Domini responderunt, quia fuit provisa ab Ordinaria Collatrice qual.s est Abbatissa, ex fundatione hoc jus obtinens, ideoque illi Canonicatus adjudicandus est, cum Beneficiorum collationes fieri deceat juxta eorum fundationem, ad *Text. in cap. Recepimus de privil.*, *Rot. dec.* 794. *n.* 6. *coram Card. Cerro*.

7 Absque eo quod locus esse posset admissioni Primariarum Percum favore Mariæ Catharinæ; Quippè quia cum agatur de Canonicatu Jurispatronatus Laicalis, quemadmo-
8 dum in illo non haberent locum reservationes Apostolicæ, ut præcisè firmatum fuit *in alia Monasterien Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Quod autem*, & *per tot. coram Reverendiss. P. D. meo Ansaldo Decano*, ita neque locum habent Primariæ Preces, quia cum Papa non deroget fundationibus,
9 & Juribus patronatus Laicorum, hæc, & similia indulta generalia non extenduntur ad ea Beneficia, in quibus dictæ reservationes non intrant, ut in puncto optime probat *Joannes Chockier.schol.ad Primar.prec. sect.* 2 §. *Primo Beneficia fol. mihi* 34., & *melius litt. Q.* §. *Præsentationem fol. mihi* 42. *post Tract. ad Regul. Cancellar.*

10 Quod verò de Jurepatronatus Laicali esset controversus Canonicatus nullo modo dubitari poterat, cùm satis superque probatum fuerit *in allegata Monasterien. Canonicatus coram Reverendiss. D. meo Ansaldo*, in qua pleníssime de hoc articulo actum fuit, respondendo objectionibus, quæ etiam ex qualitate Personæ Ecclesiasticæ illud hodie retinentis, prout est Abbatissa, deducebantur; cui quidem decisioni standum esse in præsenti suadet notoria regula, quod donec revocata cum legitimo Contradictore non fuerit, supponenda est, ut plenè dictum fuit *decis.* 1098. *num.* 24. *coram Emer. Iun. in Ravennaten. Manutentionis* 28. *Aprilis ejusdem anni* § *Et hæc*, & *in Anagnina Juris pascendi* 16. *Junii proximè præteriti* §. *Quo enim coram Me*. Maximè verò quia
11 superaccessit decisioni res judicata contra Provisum Apostolicum Contradictorem lata, quæ tanquam respiciens horum Canonicatuum statum, afficit etiam non citatos, ad *Text. in l. Ingenuum de stat. homin. l.* 1. §. *ult.*, & *l. seq. ff. de liber. agnoscen. Rot. decis.* 698. *n.* 3. *coram Emer. Iun.*, & *decis.* 627. *num.* 5. *part.* 19. *rec.*

Et ita altera tantum per Contradictas &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 3. *Iulii* 1719.

ARGUMENTUM.

Affictuarius, qui in socium alterum ad affictum vocat, de istius qualitatibus, & tempore, quo sit duraturus tenetur eum certiorem facere, sique ex tali reticentia illi damnum obveniat, ad illud tenetur.

Creditum ex re fructifera proveniens fructus parere debet, & quando, & ex quibus excessivi non dicantur.

SUMMARIUM.

1 *Debitor adventa solutionis die, stipulationem favore creditoris commisisse dicitur.*
2 *Creditum merè pecuniarium non est fructiferum.*
3 *Creditum quando provenit ex re fructifera, fructus parit, ne debitor cum aliena locupletetur iactura*, & n. 6.
4 *Creditum consistens in capitali fructifero, loco stabilium stare dicitur, deque eo fructus licite conveniri possunt.*
5 *Affictuarius aliquem ad affictus comparticipationem admittens, eumque terminationem illius celans, tenetur de damno, quo ille ex tali ignorantia afficitur.*
7 *Amplia, si dissolutio d. affictus ex facto Judicis progrederetur, qui ad instantiam emptoris rei locatæ affictuarium expulsisset.*
8 *Socius tenetur de damno favore alterius socii, quod ex eius culpa isti obvenerit.*
9 *Solutio cadit in causam præcisam, & determinatam, ac a contrahentibus expressam, & ad diversam non est referibilis*, & vide casum.
10 *Fructus inter socios ad rationem scut. octo concordati non præsumuntur excessivi, maxime si de negocio valde fructifero ageretur.*

DECISIO MCXXXVI.

Mandatum ab A. C. Cincio relaxatum favore Galluppi pro sorte scutor. 1100, ejusque fructibus ad formam instrumenti Cameralis obligatione vallata, & stipulati usque de anno 1709. contendebat Maggius debitor non esse exequendum cor. Me, cui causæ cognitio a Signatura Justitiæ in suspensivo delegata fuerat, sed DD fuerunt in sensu affirmativo, & responderunt juxta dubium propositum *Mandatum A. C. esse exequendum*, quia validum, & justum compertum est,

versia;

Validitas equidem non erat in controversia; Iustitia vero resultabat ex eo, quod
1 cum inter Galluppium, & Maggium inita fuisset societas super negocio affictus Castri Riani, in eaque Gallupius contulisset capitale scutor. 4074., dimissus subinde de anno 1709. ab hac societate a Maggio, remansit creditor scut. 1100., quæ palàm iste fuit se debere eidem Galluppio, & promisit restituere infra quatuor annos, & interim respondere de fructibus ad rationem scutorum 8. pro centenario, ut ex publico instrumento desuper celebrato, quod facit probationem probatam, juxta vulgares regulas; Quo circa, cum lapsum fuerit tempus solutioni præstitutum, dicitur factus locus stipulationi, & ritè, ac rectè fuit propterea debitor condemnatus, *ad text. in l. Cedere diem ff. de verb. obligatione, cum aliis in nullius Abbatiæ S. Hilarii 18. Feb. 1718. §. Ratio, & in Perusina Pecuniaria 19. Iunii mox elapsi § Et sane coram Me*.

Duplici obiecto contendebat Maggius excutere jugum satis claræ suæ obligationis; primo ex quo creditum Galluppi esset merè
2 pecuniarium, idenque fructus non potuerint de eo conveniri, & exigi, itaut exacti in capitale ipsum sint imputandi; & secundo quod quatenus etiam debiti fuissent ab initio isti fructus, tamen eorum debitum coutinuaverit, quousque non fuit resolutus affictus Castri Riani de anno 1718., post quod tempus capitale remanserit infructiferum. Neutrum tamen subsistere DD. visum fuit.

Non quidem primum, quia cum creditum Galluppi proveniret a capitali immisso in
3 societate fructifera, & consisteret, ut plurimum, non solum in pecunia, sed in Bobus aratoriis, Curribus vulgo nuncupatis *Barozza*, aliisque instrumentis, vulgo *Stilli*, necessariis in affictu Castri Riani, non erat utique merè pecuniarium, sed imo fructiferum, ideoque æquitas pati non poterat, quod ipsi discedenti à societate non restitueret Maggius, vel idem capitale, vel ejus pretium, quæ si voluit retinere, dubitari non poterit quod ad fructus valuerit legitimè obligari, ne alias locupletaretur cum aliena jactura, retinendo rem fructiferam alteri Consocio
4 debitam, ejusque pretium, tunc enim non ipsa pecunia, in qua capitale liquidatum fuit, sed ipsum Capitale fructiferum, loco stabilium reputãdum intelligitur cadere sub obligatione, & ex eo fructus licitè conveniri possunt, ex *text. in l. Curabit C. de act. empt.*, *Rota dec. 131. n. 1., & 18. p. 16. rec.* distinguendo casus *dec. 576. nu. 1. coram Emer. jun., & conferunt dedducta in Balneoregien. manutentionis 15. Junii 1614. §. Constat cor. R. P. D. meo Falconerio Urb. Gubernatore*.

Neque secundum, quia posita validitate
5 conventionis fructuum a principio, etiam post dissolutum affictum percipi a Galluppio licitè illi potuerunt, dum Maggius nullatenus ei notificavit hujusmodi affictus dissolutionem, quod si fecisset, potuisset Creditor suæ indemnitati aliàs consulere, prerium sui capitalis repetendo, atque in alios fructiferos contractus convertendo, sibi itaque imputet Maggius, si reticendo terminationem, affictus, voluit potius fructus recompensativos persolvere, quam restiruere capitale supradictum, vel ejus pretium, il-
6 lud implicando in aliis affictibus, aut plus, aut æquè lucrosis, quos interim de diversis Tenutis suscepit. In quibus sane terminis videtur favore Creditoris habere locum eadem æquitas, propter quam non debeat debitor cum illius jactura retinere rem, & pretium, & fructus solvere è contrario teneatur, usque quo istud Creditori non præstet, ut cum supra allegat. probat *Leotard. de usur. q. 27. n. 15., & 18.*

Quod quidem procedit, & si Maggius
7 facto Judicis ad instantiam singularis successoris, qui interim Castrum Riani emit ab affictu illius expulsus fuerit, factum quippe Judicis enim non excusat, quominus teneretur denunciare Galluppio creditori resolutionem affictus, propter quam iste posset sibi cavere, & ut dictum est, suam pecuniam alio modo fructiferam reddere. Quod
8 si non fecit ex culpa Maggii putantis sibi magis proficuum fructus solvere, quam restituere pretium capitalis interim in alios contractus fructiferos adhibiti, non proinde debet sentire damnum siccitatis sui crediti, & illius extenuationis per minutas ratas solutas loco fructuum, quod e contrario nimis comodum, & lucrosum fuisset Maggio, qui est in culpa non factæ denunciationis; ad regulam, de qua sunt *text. in L. in fundo ff. de rei vindic., cap. plerumque de rescript., & cap. intelleximus de judic., Rot. dec. 611. n. 7., & seq. cor. Dunoz. Jun., & dec. 531. n. 21. p. 19. rec.*

Adversus hæc fundamenta duas subalternas exceptiones proponebat Maggius debi-
9 tor, quod scilicet capitale iniuxtè constitutum fuerit in scutis 1000., quando Galluppius in actu stipulationis instrumenti recepit ab ipso scuta 400.. Quodque taxatio fructuum fuerit excessiva ad rationem scut. octo, quando affictus poterat æqualiter se habere ad lucrum, quam ad damnum, & lucrum non valebat ad hanc quantitatem ascendere. Sed statim cessabant hujusmodi difficultates advertendo quoad primam, quod dd. scuta 400. tradita non fuerunt in computum capitalis, sed in pretium dimissionis Galluppi ab affictu libere in posterum retinendo à Maggio, & sic, ut vulgo dicitur *per buona uscita*, ut indicant illa verba Instrumenti -- *per causa di detta cessione, rinuncia di negocio*, quo casu ista solutio non potest in aliam diversam causam capitalis immissi in societate imputari, *L. primum, & L. Creditor 5. Cum de sorte ff. de solut.*, *Rota dec. 36. n. 3. coram Zarat. dec. 262. n. 14. cor. Bich. & dec. 424. p. 19. rec. tom. 2.*

Quo

Quo vero ad fructus, occurrebat statim
10 responsio, quod si Maggius diù versatus in hujusmodi negociis, cæteroquin ut plurimum lucrosis, convenit de fructibus in dicta quantitate, stat omnis præsumptio pro taxa conventionali, juxta deducta per *Card. de Luc. de usur. disc.* 18. *n.* 6. *cum seqq.* & *discurs.* 21. *n.* 7., *Rocca disput. jur. cap.* 159. *num.* 24.

Et ita utraque &c.

ROMANA OFFICII MAZZIERATUS. APOSTOLICI.

Lunæ 31. *Julii* 1719.

Nec Argumento, nec Summario indiget.

DECISIO MCXXXVII.

Editis in hac causa binis decisionibus super condominio, & fructibus, juxta ratam ejusdem condominii prætensis a Magno adversus Januarium contendentem agi de puro mutuo, fuit hodiè institum pro causæ expeditione, non solum adhæsive ad dd. decisiones, sed etiam ad aliam editam super Laudo respiciente pretium d. Officii, aliasque partium controversias, & DD. fuerunt in sensu *posse procedi ad expeditionem causæ condominium concernentis*, extensa hac brevi decisione, qua declaratum voluerunt, quod remaneret canonizzatum favore Magni dictum condominium pro rata scut. sexcentum, & proportionabilis fructuum participatio, habito tamen semper respectu ad verum officii pretium constabiliendum in revisione alterius decisionis super Laudo, circa quam censuerunt iterum Partes esse audiendas.

Et ita &c.

BONONIEN. MANUTENTIONIS.

Lunæ 20. *Novembris* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius emanatæ sub die 30. Junii hujus met anni.

Filia vivente Patre congruè dotata, non potest post ejus obitum una cum fratribus in paterna hæreditate succedere, licet in testamento eidem constitutioni præventivo pro virili hæres appareret instituta, isto enim casu Pater ea executioni præventive demandare voluisse censetur, quæ post sui obitum exequenda fore jussisset, adeoque dotem suam in virilem tenetur adscribere, maxime iis accedentibus coniecturis, de quibus præsens decisio in ultimo numero distinctè loquitur.

SUMMARIUM.

1 *Possessio continuatur in hærede ab intestato juxta Statutum Bononiæ*; & num. 3.

2 *Manutentio restricta adpossessionem trium ex quatuor partibus bonorum non impedit, quin alter ad quartam partem superextantem immissionem referat.*

4 *Possessio defuncti tanquam in facto consistens absque nova apprehesione in hæredem non transfertur.*

5 *Statutum quando est Iuris communis correctorium, strictius quam fieri potest, intelligendum est, nec de uno ad alium diversum casum extendendum.*

6 *Dodrans debetur tribus de quatuor hæredibus æqualibus ad hæreditatem concurrentibus.*

7 *Filia, quę in vita Patris recepit dotis titulo id, quod in testamento ei tradendum fore idem Pater jussisset, isto defuncto, non potest suam virilem ultra dotem ab illius hæredibus reposcere*, & quare? amplia ut in n. sequent, & 12.

8 *Pater per traditionem dotis post conditum testamentum præsumitur sic voluisse exequi eius præventivam voluntatem, non vero emolumentum filię duplicare voluisse.*

9 *Filia hæres à Patre instituta, in divisione hæreditatis cum fratribus dotem ab eodem Patre, dum viveret, sibi traditam conferre, & in suam virilem imputare tenetur.*

10 *Limita, quando Pater expresse declaravit se nolle imputationi locum esse, vel talis declaratio ex ita urgentibus coniecturis erueretur, quæ tali declarationi æquipararentur.*

11 *Filia à Patre dotata cum fratribus non consuccedit, si eam portionem, quæ fuisset ei in testamento dotis titulo designata, præventivè consequta fuisset, & si disparitas natalium inter Patrem, & eius Virum intercederet, quando suum Jus dotale læsum non remanet.*

12 *Filia tanto minus in divisione bonorum hereditariorum Patris accipit, quantum dotis titulo eius viro solutum fuit.*

13 *Filia, quæ nobiliori viro nupsit, & ob id ab eius Patre maiorem dotem, quam cęteræ Sorores, recepisset, isteque etiam Juri reversionis dotis renunciasset, non inde sequitur, quod ideo una cum fratribus eam succedere voluerit in sua hæreditate.*

14 *Testator, ubi gratificationem non expressit, imputationem in talem titulum censetur exclusisse, & prout de iure collationi locum esse voluisse.*

15 *Filia, quæ in vita Patris titulo dotis ab eo consequta est id, quod sui favore in testamento ipse præventive legaverat, ex quibus dicatur exclusa a consuccessione una cum fratribus in illius hereditate.*

DECISIO MCXXXVIII.

Reproposita hodie causa super resolutis coram Me sub die 20. Junii proximè præteriti, DD in eodem sensu permanentes responderunt *Standum esse in decisis.*

Strictè enim insistendo super quæstione facti

facti quemadmodum exigebat indoles, &
natura præsentis Judicii, iterum hodie pro
comperto habitum fuit, quod ubi possessio
Nicolai, & Mariæ Theresiæ Coniugum non
prius ab eis capta fuit, quam sub die 3. Apri-
lis anni 1717., & quidem virtute mandato-
rum, nemine citato expeditorum, ex op-
posito illa Luciæ Tutricis initium desume-
bat usque a die obitus Jacobi Mariæ Viri,
ut luculenter deponunt Coloni Partiarii, qui
continuo illam eo nomine in Dominam re-
cognoverunt; unde in concursu utriusque
non solum possessio Luciæ præferri debebat,
cum tempore esset anterior, sed etiam quia
illa Còniugum erat vitiosa, & clandestina,
ac propterea nullum promerebatur Juris
præsidium, ex latè adductis in decisione
causę §. *Sicuti namque, & seq. coram Me*.

Et quamvis ex parte Coniugum obijce-
retur, jam longè ante obitum Jacobi Ma-
riæ translatam fuisse in Nicolaum legitimam
possessionem unius quintæ partis virtute
clausulæ *constituti, & præcarii* in dotali in-
1 strumento appositæ: Et respectu alterius
quintę possessionem à Maria Theresia cap-
tam iuncti Patrio Statuto continuanti pos-
sessionem defuncti in hæredem: Proinde-
que etiam sepolita actuali possessione subin-
de capta, adhuc eos juvari posse illa, quæ
ex memorato Instrumento, & respectivè
Statuto proficiscebatur.

Attamen quod attinet ad primam obiecti
partem, jam satis illi videbatur responsum in
dicta mea præcedenti decisione §. *Minus*
2 *etiam*, quod sicuti manutentio, quæ Lu-
ciæ conceditur restricta est ad tres ex qua-
tuor partibus bonorum hæreditariorum Ja-
cobi, ita nemo impedit, quin Nicolaus ad
formam instrumenti dotalis, & cum imputa-
tionibus, & conditionibus in eo appositis
quintam ipsi promissam, vel etiam quartam,
quæ superest, retineat, & consequatur.
3 Quod vero secundam respicit, cum Statu-
tum loquatur de hęredibus ab intestato suc-
cedentibus DD. animadvertebant, non
posse Mariam Therresiam ejus dispositione
juvari in causa testati; quandoquidem cum
4 de jure communi possessio defuncti, tam-
quam in facto consistens in hæredem non
transferatur absque nova ejusdem appre-
hensione, *l. Possideri 3., & l. quemadmo-
dum 8. ff. de acquir possess. ubi Gloss. cum
aliis concordantibus*, sequitur inde, ut ejus-
modi Statuta, quæ possessionem continuant,
5 dicantur, & sint juris communis correcto-
ria, ac proinde strictius quam fieri possit in-
telligi debeant, neque ab uno ad alium di-
versum casum extendi valeant, *Postb. de
manutentione obser. 55. num. 26., & 27.,
Altolin. resol. foren. 78. n. 26., & num. 29.
cum seq., Rota coram Pamphil. decis. 473.
n. 6., & coram Cerr. decis. 314. n. 2.*

Hactenus deducta exuberare utique po-
terant pro confirmatione præcedentis reso-
lutionis, & nihilominus DD. altius assumen-
tes inspectionem boni juris, quod utraque
Pars ad colorandum possessorium sibi asse-
6 rebat, eo promptius petitam manutentio-
nem pro tribus ex quatuor partibus Luciæ
Tutrici indulserunt, quia cum in testamento
Paterno omnes filii æquis portionibus hæ-
redes instituti legantur, & hodie quatuor
dumtaxat ad hæreditatem concurrant, omni-
no debebat tribus ex eis Dodrans totius
assis adjudicari.

Neque audienda visa fuit prætensio Co-
7 niugum contendentium ipsis deberi dupli-
cem portionem, alteram videlicet virtute
dotalis Instrumenti, & alteram Jure coæ-
qualis Institutionis; nam de utraque distin-
ctè agendo, quod portio in dotem consti-
tuta Nicolao, & Mariæ Theresiæ Coniugi-
bus debeatur nullo pacto in controversiam
venit, eaque de facto in sèntentia per A. C.
Cincium lata ipsis reservata fuit cũ omnibus
incrementis, & accessionibus, & cum omni-
bus conditionibus, & imputationibus in eu-
dem Instrumento conventis. Quod verò
postquam iidem Coniuges ex Patrimonio Ja-
cobi Mariæ dictam portionem Dotis nomi-
ne ipsis promissam, & constitutam elegerint
& quasi æs alienum quodammodo per anti-
partem detraxerint, velit ulterius Maria
Theresia hæreditario nomine aliam virilem
libere consequi ex residuo hæreditatis; hoc
utique Juris ratio non patitur sive quia ita
de jure cautum est, ut cum Pater eam quan-
titatem, vel portionem, quam in testamento
filiæ reliquerat, postea adhuc vivens eidem
filiæ in dotem dedit, non duplex portio,
vel quantitas, sed alterutra dumtaxat Co-
niugibus debetur, quam ipsi eligere malue-
rint, juxta expressum *text. in l. filia legato-
rum Cod. de legat.* relatum in mea præce-
denti *decisione §. Tum ex quo cum portio*,
cum quo consonant alia plura Iuris loca, &
præsertim *in l. huiusmodi* 86 §. *Cum Pater
ff. de legat.* 1. ibi -- *doli mali exceptione hæ-
res tutus erit, si & gener ex promissione, &
puella ex testamento agere instituerint, con-
venire enim inter eos oportet, ut alterutra
actione contenti sint l. si Socer 2 in 1., & §.
ult. ff. de dot. prælæg. l. qui dotem 17. ff. eo-
dem tit. l. Lucius Titius 90. §. Impuberem
ff. de legat. 2. l. si cum Dotem § Si Pater ff.
sol. Matr., & in l. cum Pater Dotem ff. de
Jur. dot., Cravet. cons. 177. per tot., Surd.
cons. 119. per tot. Caren. resol 76. per tot.,
Card. de Luca de donat. disc. 48., & 49. per
tot., Rot. in Romana pecuniaria, seu dona-
tionis 4. Maii 1714. cor. Rm̃o Ansaldo De-
8 cano*; quippe quia eo casu præsumitur Pa-
ter voluntatem in priori testamento designa-
tam per posteriorem Dotis constitutionem
præmaturè exequi, & implere, non etiam
emolumentum filiæ duplicare voluisse, sicu-
ti ad expositionem laudatorum Textuum
communiter tradunt *Paschal. de Patr. post
p. 2. cap. 6. n. 35., & seqq., Adden. ad Ludovis.
dec. 236. n. 5., Rot. dec. 499. n. 2. p. 2., & dec.
207. n. 1. p. 3. rec.*

Sive & verius quia filia, quæ a Patre hæ-
res

res instituitur, tenetur in divisione hæreditatis cum cæteris fratribus cohæredibus dotem ab eodem Patre, dum viveret, sibi traditam conferre, & in suam virilem im-
9 putare, ut æqualitas inter omnes servetur, *L. prima ff. de collat.*, *l. filia* 4, *L. Dotis* 5. *L. Si Soror* 8. *L. filiæ* 12., *& in Authen.*, *& Testamento C. eod.* Et hic res licet alia via, in idem tamen recidit, quia filia, quæ virilem dotis nomine prius detraxit, si eam imputare cogitur in portionem sibi ex testamento debitam, nonnisi unicam in effectu virilem quotam ex utroque titulo consequitur, ut bene expensum fuit in d. decisione præcedenti §. *Ultimo*.

Verum si ab hac Iuris dispositione quan-
10 doque recedatur, quoties nempe Pater expressè declaraverit se nolle imputationi locum esse, juxta *text. in Auth. ex testam. C. de collat.*, *& in §. Illud Auth. de trient. & semiss.*; vel saltem adeo graves, & urgentes in id concurrant conjecturæ, ut expressæ declarationi æquiparari mereantur juxta mitiorem, & magis æquam opinionem, quam tenent *Surd. cons.* 361. *n.* 34., *Bellon. Iun. cons.* 19. *n.* 30., *Torr. de pact. futur. succesf. libr.* 3. *cap.* 13. *à n.* 300., *Reverendissimus Ansald. in adnotat. ad dec.* 42. *nu.* 38. *cum seq.*, *Rota dec.* 388. *n.* 13. *p.* 12. *rec.*

In præsenti tamen casu expressa declaratio omninò deficiebat; conjecturæ autem licet plures ad eum effectum cumularentur, nullo tamen pacto voluntatem ejusmodi necessario concludebant, sed potius ex diver-
11 so Juris præsumptionem confirmabant. Ac primum quidem disparitas conditionis inter Socerum, & Generum, propter quam dicebatur superiorem, quam cæteris filiabus fuisse Mariæ Theresiæ dotem constitutam, prout etiam promissio in Dotali Instrumento apposita, quod nullæ super eadem Dote inferendæ forent Nicolao Viro molestiæ, tunc aliquo fuissent argumento, quando ex onere conferendi, & imputandi, quod Mariæ Theresiæ de Jure imponitur, jus viri, & Dotis in aliquo, vel minimo diminueretur, sed cum posita collatione integrum nihilominùs, & illæsum ipsi maneat Jus retinendi portionem illam Bonorum, quæ usque à tempore contracti Matrimonii, sive ex causa disparis conditionis, sive ex alia quacumque ratione in ipsum Dotis nomine translata fuit; non est cur Maria Theresia d. onus conferendi, & imputandi subire non debeat, cum per ipsum nihil viro, & ejus Juribus, nihil pactis, & promissionibus in Dotali Instrumento cum
12 Genero conventis detrahatur, sed filia dumtaxat, tanto minus in divisione Bonorum hæreditariorum accipiat, quantum ejus viro Dotis nomine solutum, ac traditum, ut bene explicat *Text. in d. L. Dotis* 5. *Cod. de Collat. & ibi Bartol.*, *& Jason.*, *& reliqui Scribentes*, *Surd. conf.* 219. *num.* 19., *Cypriac. contron.* 368. *num.* 7., *Michalor. de fratr. parte prima cap.* 21. *num.* 3., *Urceol. consultat. forens.* 40. *num.* 6.

13 Ejusdem momenti erant aliæ conjecturæ ex eo desumptæ, quod Pater Mariæ Theresiæ remiserit Jus Legitimæ, ac Statutariæ successionis, quodque in dotali Instrumento protestatus fuerit se nolle teneri ad tantam dotem cæteris filiabus constituendam; hæc enim omnia, & hujus generis alia, quæ proponebantur, probare quidem apta erant, quod Pater inæqualiter agere voluerit cum filiabus in dotibus constituendis, dum revera favore istius filiæ Jura prædicta successionis, & reversionis Dotis in certis casibus sibi competentia remisit, & quod plus esset virilem quotam, quæ respectu aliarum usque ad eius obitum semper in ancipiti futura erat, illi per contractum irrevocabiliter tradidit; sed non etiam, quod æqualitatem servare noluerit in earum institutione, dum ex diverso omnes ex æquis portionibus instituit, quod plene sufficit, ut collationi sit locus, sicuti in his terminis advertunt *Decian. consil.* 22. *num.* 16., *& seq. libr.* 2., *Giovagnon. consil.* 83. *num.* 64., *Surd. consil.* 361. *n.* 35., *Gomez ad L. Taur.* 29. *n.* 5., *Torr d. cap.* 13. *n.* 305.

14 Argumentum denique illud, quod Jacobus Maria ultra virilem quotam Pompejo filio masculo Instrumenta, & mobilia Officinæ, atque Annæ alteri filiæ Libras fere mille, & biscentum præcipuas reliquerit, cæteris omissis responsionibus potius retorquebatur, nam si cum uni, aut alteri ex filiis gratificari voluit, voluntatem suam disertis apertisque verbis expressit, prælegati, vel alia hujus generis formula consulto adhibita, collationem, & imputationem exclusit, plane consequitur, quod ubi id non expressit, non gratificatio, sed collationi, prout de Jure, locum esse voluerit, ex regula, de qua *Rot. decis.* 328. *num.* 11., *&* 12. *coram Priolo*, *& in Romana Cambii* 11. *Aprilis* 1707. §. *Cumque ex his coram Eminentissimo Scotto*, & sæpè alibi.

15 Cæterum in hunc sensum eo facilius DD. devenerunt, quia ex toto rei gestæ complexu, visus est Jacobus non alio Consilio, aut mente umquam fuisse, nisi ut una dumtaxat virilis portio suorum Bonorum ad memoratam Mariam Theresiam perveniret; in primis enim quia eo tempore quo Testamentum condidit, anno videlicet 1706. sex filii in humanis agebant, sextam partem cuilibet eorum reliquit, omnes ex æquis portionibus hæredes instituendo; postmodum vero cum Mariam Theresiam nuptui tradidit anno 1713., quia altera ex filiabus prædefuncta, quinque dumtaxat filii in familia supererant, illi in dotem tradidit non sextam in priori Testamento relictam, sed quintam, quæ tunc erat ejus Virilis, & quia temporis progressu poterat ante ejus obitum filiorum numerus iterum minui, pacto cum Genero convenit, ut eo casu non quinta, sed æqua Virilis dotis nomine assignata censeretur; ne quid tamen Maria Theresia præ cæteris filiabus caperet, reservavit sibi primo loco quamdiu viveret usum-

usumfructum ejusdem portionis in dotem traditæ, deinde, quia præsenti pecunia Sponso solverat Lib. 1500., & filia secum traducebat apparatum Nuptialem valoris aliarum librarum 504. pacto expressè pariter cavit, ut dicta summa librarum 2004. in d. Virilem portionem dotis nomine assignatam imputari deberet: Ac denique præcogitans, quod filia nihil amplius in effectu consequutura erat ex ejus Testamento, quam purum titulum, ac nomen hæreditarium ab eo fortè eadem se abstinuisset, ne contribuere cum cæteris cohæredibus teneretur Legatis piis, & sumptibus paterno funeri necessariis, voluit, ut Conjuges in Dotali Instrumento huic quoque oneri se expressè subjicerent; quamobrem his omnibus attentis, mera vanitas videtur, ut contra Juris dispositionem sub obtentu contrariæ voluntatis defuncti duplex portio ab iis prætendatur, quando defunctus ipse adeo sollicite, ac diligenter vetuit, ne ultra unicam portionem prius in Testamento, & deinde in contractu Dotali assignatam, quid vel minimum, neque in fructibus, neque in pecunia, & apparatu nuptiali, neque tandem in tenui sumptu funeris tamquam præcipuum consequerentur, *ad Text. in L. ex parte 40. §. Intestato ff. famil. Herciscund., & d L. ex Testamento Cod. de Collat.*, ac tradita per *Urceol. dict. consult. 40. num. 4., Torr. d. cap. 13. n. 288., Merlin. decis. 586. n. 3., & 7.*

Et ita utraque &c.

CIVITATIS CASTELLANÆ ELECTIONIS.

Lunæ 4. Decembris 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 21. Aprilis hujusmet anni.

Discipulus ingenii præstantior altero ad pium relictum præfertur, quando testator primariò ad habilitatem discipuli eligendi respexit, neque ingenii debilior ex titulo paupertatis jus majus desumit, cum ista cæteris paribus consideranda sit.

SUMMARIUM.

1 *Oriundus de Civitate dicitur, qui in ea ortus est.*

2 *Originarius verè dicitur, qui non solum est natus ex parentibus de eodem loco, sed etiam ex patre exteræ ditionis, quando iste ibi suam transtulisset domum, & inter alios Concives ad publica officia fuisset admissus.*

3 *Discipulus ad quæ studia sit habilis, ex fide examinatoris probatur.*

4 *Discipulus, in quem concurrunt duo requisita à testatore volita ad locum studii admittendus semper est in exclusionem alterius, qui uno tantum de illis gaudet.*

5 *Amplia, si testator talia requisita, ut diligenter teneretur in eligendo inquirere præceptivè, & cum clausulis resolutivis habentibus jus nominandi jussisset.*

6 *Clausula* -- non alias, nec alio modo -- *formam præcisè servandam præscribunt.*

7 *Examinator religiosus præsumitur justus, & potius noluisse gratificari uni, quam alteri discipulo.*

8 *Amplia, si ad examen accessissent interesse habentes, qui deponerent libros explicandos discipulis exhibitos ex templo fuisse apertos, & explicatio cæpta in ea pagina, quæ primò aperienti obviam venisset.*

9 *Testes de visu optime probant.*

10 *Attestationes factæ ab uno, quando super eadem re sunt plures, vel conciliandæ sunt, vel primæ tantum standum est.*

11 *Amplia, quando isti juris præsumptio favet, una cum successiva experientia.*

12 *Fides loquentes de modestia discipuli, istius habilitatem non concludunt.*

13 *Discipuli ad locum studii concurrentes semel examinati, novo examini non sunt subjiciendi, maximè quando ingenii debilior ab examine non appellavit*, & n. 15.

14 *Habilitas de tempore vacationis loci requiritur in duobus discipulis, qui de admissione ad illud inter se contendunt.*

15 *Discipulus inhabilis repertus in examine, & ideò rejectus, ad novum non admittitur*, & quare?

16 *Paupertas ad consequendum legatum pium non potest ab inferioris ingenii discipulo allegari ad exclusionem præstantioris in eo, quando testator ad paupertatem non respexit.*

17 *Amplia, quando dixisset, se ita disponere,* ut eligendus commodius in studiis se posset manutenere.

18 *Testator qui ad locum Pium à se fundatum discipulum ingenio præstantiorem nominavit, si etiam ad paupertatem respexisset, intellexisse censetur de paupere discipulo habili ad illum.*

19 *Pauper non potest dives dici, ex quo divitem patruum habeat.*

DECISIO MCXXXIX.

Contendentibus inter se Angelo Antonio Massa, & Joanne Baptista Gattuccio super admissione ad locum studii vacantem, & ex dispositione Theophili Gargani debitum Juvenibus Gallesii ejus Patriæ, *præstantis tamen ingenii, & aptis ad studia, atque habilibus, ut recipi, & admitti possint saltem in secunda Classe Grammaticæ Collegii Romani*, fuit dictum in audientia dici 21. Aprilis hujus anni *Dandam esse immissionem Joanni Baptistæ*, excluso Angelo Antonio, licèt à Communitate ipsi in hac lite adhærente, & jus electionis habente prælecto: Sed ille subindè ex benignitate Dominorum ad novam causæ discussionem admissus fuit. Prænoscens autem inutiles se conatus adhibiturum fore pro recessu à dicta resolutione, nisi evitaret obstaculum examinis habi-

habiti in Collegio Romano una cum Joanne Baptista ejus Competitore, in quo quidem examine fuit ipse dijudicatus habilis tantum pro tertia classe Grammaticæ, alter verò etiam pro Rethoricæ studio, institit coram Me subscribi aliud peculiare dubium super admissione ad novum examen; sed consultis Dominis de hujusmodi instantia fuit responsum, quod proponeretur causa sub unico dubio — *An sit standum, vel recedendum à Decisis* — Cumq; id factum extiterit in hodierna Rota, rescriptum prodiit — *Indecisis*.

Etenim ea duo requisita, quæ Testator copulativè exoptavit in admittendis ad emolumentum sui Relicti; Primò nempè, quod essent oriundi ex Gallesio sua Patria, & secundò quod essent juvenes præstantis ingenii, & apti ad studia, atque habiles recipi saltem in secunda classe Grammaticæ, concurrebant absque dubio in Joanne Baptista; Docet namque se natum fuisse Gallesii, ille verò *Oriundus de Civitate dicitur, qui ibi ortus est*, ut inquit *Gloss. in cap.* 1. *verb. Alienigenus de usur. in* 6. *& in leg. Assumptio verb. Oriundus ff. ad Municip., & Incol.*, & plenè probant *Marg. de benef. quæst.* 3. *num.*859., *Rot. in Senogallien. Canonicatus* 29. *Januar.* 1706. §. *Quintus*, & §. *His itaque coram Rmo P. D. meo Ansaldo Decano*. Maximè verò id procedere debet in præsenti, quia Joannes Baptista non solum nativitatem sortitus est ex Matre Gallesina, sed etiam ex Patre jamdiù inter Cives ejusdem loci cooptato, postquam illuc domicilium suum transtulerat, ibique ad generale Consilium, & publica Officia admissus fuerat, quo casu nativitas illic fua dici non potest, ut in contrarium prætendebatur accidentalis, ex deductis per *Barbos. de offic. & potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 4. *num.*6. *&* 7., *Rota decis.*327. *num.*2. *& seq. par.* 1. *divers.*

3 Constatque pariter eum esse præstantis ingenii, habilisque ad studia, & qualis à Testatore ad loca studii ab ipso relicta admitti præcipitur, quia per Examinatorem publicum Collegii Romani Societatis Jesu prævio experimento versionis in latinam linguam italicæ compositionis, & explicationis latinorum librorum, renunciatus fuit habilis, & dignus, ut etiam inter Rethoricæ Discipulos cooptari posset; huic autem Examinatoris, omni fide digni, attestationi standum esse circa concurrentium idoneitatem firmat *Rot. decis.*214. *num.* 5. *cor. Celso decis.*250. *num.*6. *cor. Cerro*, *& decis.* 187. *num.*2. *coram fan. mem. Alex. VIII.*

Hæc tamen eadem requisita minimè concurrebant in Angelo Antonio Compositore;
4 quippè quia licèt ipse sit procul dubio de eadem Gallesii Patria, non tamen habet secundam qualitatem insimul à Testatore volitam in admittendis ad controversum locum studii, perspicaciæ ingenii, & habilitatis, ut admitti saltem possit in secunda classe Grammaticæ; fuit enim in eodem examine à Patre examinatore reputatus debilioris, & mediocris ingenii, atque habilis tantùm pro tertia classe Grammaticæ; Undè vel in eo totaliter deficit hoc secundum requisitum à Testatore æquè præscriptum, & tamquam non habens vestem nuptialem, ut dici solet, omninò reiiciendus est juxtà deducta in decisione, quæ confirmatur §. *Posita*, vel saltèm, quia Joannes Baptista est ingenii melioris, atque aptioris ad studia, debet acquiescere ejus prælationi, quæ hujus favore militat ex clara Testatoris dispositione, vocantis juvenes *Quo magis fieri potest pulchrorum ingeniorum*, cum
5 præcepto ergà Communitatem hæredem honoratam jure eligendi, quod *si secus, nominatio facta, invalida censeatur*, & cum
6 clausulis resolutivis, *& non aliàs*, *nec alio modo &c.* quæ consensum Testatoris ab aliter facta electione tollunt, & inducunt formam præcisè servandam, *Gratian. discept.* 208. *num.*22., *Rota decis.* 1439 *nu.* 12. *cor. Coccin.*, *& decis.*95. *num.*5. *& seq. part.* 17. *recent.*

7 Frustrà verò suspectus allegabatur Pater Examinator de gratificatione aliqua ergà Joannem Baptistam, propter quam inculcabatur mitiùs cum eo processum fuisse, illi priùs communicando compositionem, & eum instruendo de futura Librorum explicatione. Quandoquidem omnem hujusmodi suspicionem tollebat qualitas ipsa Examinatoris, cum fuerit unus ex Patribus Societatis Jesu in Universitate Collegii adhiberi solitus in hujusmodi munere, quem propterea præsumendum est summa integritate processisse, neque animum ullo modo habuisse præjudicium tertio inferendi, prout animadversum fuit in decisione, quæ revidetur §. *Nullatenus*, *& decis.* 1531. *num.*7. *coram Coccin.*

Cœterum omnis difficultas facilius hodie
8 removebatur ex eo, quod ad hujusmodi examen accesserunt, non solum Joannes Baptista Gattuccius, & Angelus Antonius Massa hodierni contradictores, sed etiam Laurentius Massa ejusdem Angeli Antonii Patruus, qui pariter ad loci vacantis assecutionem concurrebat, sed hanc litem non assumpsit; & iste plenarie testatus est medio juramento, quod omnia extemporaneè ab examinatis peracta fuerunt, & libri extemplo aperti, & cœpta explicatio in ea pagina, quæ aperienti fortuito obvia fuit, & hanc depositionem confirmavit etiam Anicetus Massa dicti Laurentii Frater, qui pro identitate certificanda Compositionum, in illa
9 se subscripsit. His autem Testibus de visu, ac facto proprio deponentibus, quenta sit fides adhibenda, tradunt vulgaria jura, de quibus *dec.*796. *num.*12. *coram Dunoz. Jun. decis.*152. *num.*11. *par.*19. *recent.*, *& passim.*
10 Non attentis iis, quæ subindè testatus est dictus Laurentius in declarationem primæ depositionis, quia vel juxtà tertiam ejus at-
te-

testationem utraque conciliatur, vel juxta certam juris regulam primæ tantum standum est, *Rot. dec.* 710. *num.* 6. *coram Cerro*, & *decis.* 369. *num.* 63. *part.* 19. *rec.*; maxi-
11 mè quia primo ejus dicto favet juris præsumptio, quæ stat pro examinis legalitate, & consonat successiva experientia progressus in studiis ab utroque Competitore facti, dum Jo: Baptista absoluto jam interea Logicæ studio, Institutionibus Civilibus, & Canonicis vacat in Archigymnasio Sapientiæ, & Angelus Antonius hoc anno scholam Humanitatis ingressus est, ut testatur Pater Præfectus Atrii Collegii Romani. Postha-
12 bitis deductis in contrarium aliorum Patrum Societatis Jesu attestationibus, dum loquuntur de modestia, & diligentia Angeli Antonii, non autem de idoneitate, & ingenio.
13 Absque eo, quod locus esse posset iterato examini, prout ex parte ejusdem Angeli Antonii prætendebatur; prosternebat quippè hujusmodi prætensionem non solum hucusque firmata primi examinis validitas eo firmior, quia ab illo ipse non appellavit, sed
14 etiam animadversio, quod in concurrentibus ad hujusmodi Legata requiritur habilitas de tempore vacationis, ut cum aliis allegatis in decisione, quæ revidetur §. *Neque ad evertendum*, firmat *Rot. in Augustana Canonicatus* 5. *Januarii* 1709. §. *Minimè relevante cor. Rmo P. D. meo Aldrovando*;
15 & tamen hujusmodi novum examen petitur tantum post effluxos jam sexdecim menses à tempore, quo aliud jam factum extitit, & post latam in causa sententiam ab A.C. de Gentilibus, & editam à nostro Tribunali decisionem, absque eo quod à primo dicto examine Angelus Antonius usque tunc appellasset; censetur namque illo casu (quidquid secus esset, si adfuisset aliquod ex oppositione partis impedimentum) talis dilatio affectata ad captandum tempus, intrà quod posset habilis evadere, & proindè reiicienda est ejus instantia, *Adden. ad Gregor. decis.* 527. *num.* 5., *Rot. dec.* 23. *num.* 7., & 8 *par.* 10. *dec.* 2205. *num.* 2. *cor. Coccin.*, & *in Lunen. Sarzanen. Parochialis* 2. *Julii* 1706. §. *Minusque coram bo. me. Omanna.*

Firma ex his remanente prævalentia Jo: Baptistæ quoad habilitatem ad studia à Gargano Testatore requisitam in eo genere, ut Adolescens ad sui Legati emolumentum concurrens admitti posset saltem in secunda
16 classe Grammaticæ, inutiliter contendebat Angelus Antonius sibi deberi in hoc conflictu prælationem ex motivo paupertatis, juxtà longam Doctorum seriem asserentium in Piis Legatis ita cum pauperibus servandum esse. Quoniam hujusmodi propositio sic in genere sumpta nullatenus hypotesi nostræ erat applicabilis, quia Testator vel nullum de paupertate respectum habuit, enunciando illa duo tantum requisita originis, & habilitatis ad studia, ac nullam de paupertate mentionem habendo, quando cæteroquin cogitavit de Consanguineis suis, quibus, concurrentibus præfatis requisitis, præ-
17 lationem dedit quoad alios Gallesinos, imò è contrario disponendo, quod hujusmodi relictum esse debebat pro juvenibus suæ Patriæ ut in studiis *se se commodius manutenere possint*, & *valeant* &c. quod idem est, ac si dixisset cum maiori commoditate, quæ est paupertatis adversativa, ut de se patet.
18 Vel etiam si Testator ad illam respexisset, id sanè intelligi deberet cæteris paribus, concurrentibus nempè etiam in paupere sæpe memoratis requisitis originis, & habilitatis; ità ut cum deficiat Angelus Antonius in hoc postremo principaliùs volito pro Patriæ decore, & augumento à Testatore, nullam prælationem indè valeat obtinere, juxta ea, quæ in puncto prælationis peritæ à Consanguineis aliàs de hoc Legato firmavit *Rot. dec.* 66. *num.* 8., & *plur. seqq. part.* 16. *rec.* cum aliis *in decis. quæ revidetur* §. *Mi-*
19 *nusque*, & *seq.* Ultra quod, aut ista paupertas nequidem probatur, aut æqualis est etiam quoad Joannem Baptistam, in cujus divisi is nequaquam numerari potest habere Patruum divitem, à quo ali possit, & in studiis manuteneri.

Et ita omissis levioribus, quæ lato nimia calamo deducebantur, præsertim ex errones trascriptione Monitorii, & admissione alterius Fratris ejusdem Joannis Baptistæ cum plenaria relatione ad decisionem, quæ confirmatur, resolutum fuit utraque &c.

ARIMINEN. IMMISSIONIS.

Mercurii 6. *Decembris* 1719.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 2. Junii huius anni.

Caducitas, dolo, & culpa remotis ex quavis etiam levi causa evitatur, adeòut filius bonorum alienationi consensu præstans, ad bona paterna tantum se restrinxisse censetur, si bona materna sub pæna caducitatis semper pænes hæredes servanda forent.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, quæ competit vocato in testamento, competit Monasterio bonorum capaci, in quo ille se recepisset.*
2 *Monasterium in omnibus, & per omnia suum Monacum repræsentat.*
3 *Monacus donec vivit agnationem servat.*
4 *Caducitas ex quavis levi causa evitatur;* declara, ut in num. 4.
5 *Consensus præstitus à filio alienationi bonorum suorum, restrictus præsumitur ad bona paterna tantum, & non ad materna, quando agitur de evitanda caducitate;* declara, ut in num. 7.
6 *Amplia, si effectus alienationis prædictæ ad patris obitum fuisset dilatus.*
8 *Status hæreditarius, quod sit exiguus, est onus,*

onus, quod ab allegante ejus exilitatem, probari debet.

9 *Quælibet hæreditas præsumitur opulenta.*

10 *Actor, quod diversas habuerit erga reum prætensiones eruitur ex diversitate judiciorum, quæ contra illum introduxit, ex quibus verè illius voluntas detegitur.*

11 *Affectus, nondum sequto effectu, non punitur.*

12 *Caducitas, dolo, & culpa remotis, ex quavis etiam levi causa evitatur.*

DECISIO MCXL.

IMmissionem petitam à Ven. Eremo Ca-
maldulensium Arimini ex persona Patris
Prosperi de Bonadies ad medietatem Bono-
rum hæreditariorum Casimiræ Nanniæ de
Bonadies pro indiviso cum Hieronymo
Prosperi fratre Germano, donec, & quous-
que ille naturaliter vixerit retinendam, cen-
suerunt concedendam esse in duplici instan-
tia Vicarius generalis dictæ Civitatis, &
A. C. de Gentilibus in Curia, atque idem
respondit in confirmatione eorumdem Ju-
dicatorum *Sacra Rota in Audientia diei* 2.
Junii labentis anni coram Me; neque di-
versus fuit hodiè Dominorum sensus, quip-
pè quia post indultam Hieronymo novam
audientiam, reproposita causa super iisdem,
responderunt -- *Standum esse in decisis.*

1 Cum enim litteralis esset vocatio Patris
Prosperi in Testamento Casimiræ sub nomi-
ne Sebastiani Alexandri, quod gestabat in
sæculo, ob institutionem de ipso factam
coæqualiter cum Hieronymo fratre in hæ-
reditate ejusdem Casimiræ Matris, utique
certum erat, quod sicuti ipsi concedenda
fuisset immissio, ità competebat ista Mona-
sterio Bonorum capaci, in quo ipse profes-
2 sus fuit, cum personam illius totaliter re-
præsentet, ejusque jura retineat, ad *Text in
cap. Cum ad Monasterium* 6. *de Stat. Mona-
chor., & §. Si Monachus Auth. de Sacro-
sanct. Episcop.*, cum aliis adductis *dec.* 689.
*num.*2. *par.*18. *recent.*, etiam ad succeden-
dum in fideicommissis conditis, prout hic,
favore masculorum de agnatione, quia Re-
ligiosi quoque donèc vivunt agnationem
3 conservant, ut plur. alleg. firmat Decisio,
quæ revidetur § *Et licet coram Me.*

Absque eo quod urgeat in contrarium ex-
ceptio caducitatis, in qua unicè sistebat ho-
dierna defensio Hieronymi, & quam indè
iste resultare putabat, quod Casimira vetue-
rit in suo Testamento alienationem ejus Bo-
norum hæreditariorum, dando in casum
contraventionis substitutos non alienantes,
& privando omni commodo suæ successionis
contravenientes, inferendo ex hac disposi-
tione, quod sicut Pater Prosper in sua re-
nunciatione facta ante professionem voluit
alienari Bona valoris scutor. 1100., eorum-
que pretium erogari arbitrio Patris Majo-
ris, seu Superioris Camaldulensium, juxtà
Syngrapham ipsi traditam, ità de facto ca-
ducitatem comminatam incurrerit, & non
habeat quid in Bonis maternis Casimiræ
ulterius prætendat ultrà legitimam sibi uti
filio debitam, in qua verificetur renuncia-
tio, & potestas alienandi.

4 Quandoquidem præmissa regula, quod
pro evitanda caducitatis pœna quævis cau-
sa sufficiat, ad *Text. in leg. igitur ff. de liber.
caus., & l. Factum §. in pœnalibus ff. de
regul. jur. cum concordan. decis.* 812. *num.* 25.
coram Cerro, decis 110. *num.* 12., *& seq. co-
ram san. mem. Alexand. VIII.*, statim oc-
currebat in præmissi objecti eliminationem
valida responsio, de qua etiam in decisione,
5 quæ confirmatur §. *Si autem*, quod cum
Pater Prosper non explicaverit in sua re-
nunciatione præcisè vendi debere Bona
materna, sed tantummodò dixerit tot Bona
ex renunciatis vendi debere juxtà arbi-
trium à se commissum Patri Superiori, in-
telligi debet volita alienatio Bonorum Pa-
ternorum dumtaxat pariter in renunciatio-
ne compræhensorum, circa quę nulla prohi-
bitio, & quæ utique ipse sibi debita cum
plenaria libertate credere poterat saltem
pro rata legitimæ in modum, ut voluntas
ipsius correspondeat potestati, & saltem
dubium sit, de quibus Bonis alienationem
injunxerit ad hoc, ut excusetur à caducita-
te, *Rot. dec.* 799. *num.* 21. *coram Dunozet.
Jun. dec.* 54. *nu.* 5. *coram Otthobon., & dec.*
677. *n.* 14., *&* 15. *par.* 19. *rec. tom.* 2.

6 Suadente præsertim hujusmodi sensum
fuisse penès renunciantem animadversione
illa, quod alienationis effectum differri vo-
luit post obitum sui Patris, & acquisitam
Bonorum paternorum possessionem, ibi --
*Doppo la morte di detto suo Signor Padre,
e preso che sarà il possesso de' Beni, e ragio-
ni in qualunque modo, e per ogni, e qualun-
que causa al Padre renunciante spettanti* --
7 quæ dilatio ideò censeri debet apposita, ut
ex Bonis paternis tunc liberè acquirendis
intelligeretur præcisè commissum adimple-
mentum pii operis in Syngrapha designati,
alioquin enim, si de Bonis maternis intelle-
xisset, pium opus, quod adeò enixè cupie-
bat implendum, Religiosus vir ad Patris obi-
tum non distulisset.

Neque in exclusionem hujus intelligentię
allegare juvit, quod Bona paterna nullate-
nus adhæquare poterant injunctam eroga-
tionem sc. 1100. in opus à renunciante desi-
gnatum ex eo, quod hæreditas paterna te-
nuis esset, & legitima unicè ipsi debita vix
ascenderet ad scut. 300., & ideò demandata
omninò censenda esset alienatio Bonorum
maternorum. Quoniam è contrario substi-
nebat Ven. Eremus, quod as hæreditarium
paternum ascenderet circitèr ad scut. 10. m.,
& legitima consequentèr longè superaret
scut. 1100., de quibus filius renuncians dis-
8 posuit; undè cum nullo modo doceretur ex
parte Hieronymi de statu hæreditario, pro-
ut cæteroquin ipsi exiguitatem allegantì
onus erat, tùm quia in hac exceptione actor
est, eamque probare tenetur, juxtà firmata
decis.

decis.332. n.3. coram Cerro, decis 355. num. 10. *par.* :6., *& decis.*401. *nu.* 11. *par.*19. *rec.*, tum quia habet contra se juris præsumptio-
9 nem, juxta quam quælibet hæreditas præsumitur opulenta, *Rot. dec.* 449 *num.* 6. *cor. Bich. decis.*235. *num.*7. *coram Dunoz Jun. decis.*17 *num.*15. *par.*16., *& decis.*289. *nu.* 5 *par* 18. *rec.*, in his ideò terminis nullius esse relevantiæ hujusmodi assertionem putarunt Domini, & firmum adhùc crediderunt præmissum fundamentum, quod alienatio de Bonis tantum Paternis commissa fuerit, & consequenter nulla incursa caducitas.
10 Prout etiam confirmabat factū successivum ipsius V. Eremi, duplex quippè instruxit illa judicium, alterum, in quo petiit Bona Paterna in supplementum legitimæ debitæ Patri Prospero, & vigore renunciationis, in qua supradicta alienatio iojuncta fuit ipsi Ven. Eremo, alterū, in quo petiit immitti ad Bona materna, non quidē liberè pro effectu illa alienandi, sed pro iodiviso cum ipso Hieronymo ad effectum illa retinendi tantum, donec Pater Prosper naturaliter vixerit, ex qua judiciorum diversitate optimè infertur, quid actum voluerit Ven. Eremus ex persona Patris Prosperi, ejusque Superioris, & removetur omnis suspicio alienationis Bonorum maternorum, quæ neque adhùc sequuta dici poaest, neque timeri debet imposterum, itaùt in his terminis frustranea totaliter remaneat objecta caducitas comminata in ipsa alieoatione, ne satis videatur ità disposuisse in renunciatione Patrem Prosperum, dum ad
11 actum redacta non fuit, ne puniatur affectus, effectu non dum sequuto, & cætero-
12 quin sufficiat in illius exclusionem secluso dolo, & positiva culpa allegare quamcumque causam, juxta plene firmata *decis.* 677. *num.* 17. *par.* 19. *rec. tom.* 2, & per totam, ubi quod sufficiat etiam re integra revocare alienationem.

Et ità relativè in omnibus ad præcedentem decisionem, ubi aliis objectis inutiliter hic non repetendis satisfit, responsum fuit utraque &c.

ROMANA DOTIS DE MIGNANELLIS.

Lunæ 11. *Decembris* 1719.

ARGUMENTUM.

Dos, ut congrua dicatur, multum solito familiæ, & dotantis patrimonii viribus deferendum est; Mater etiam in subsidium filias tenetur dotare, atque etiam Patruus, quando dos virtute *Auth. res quæ* ex fideicommisso ascendentali ab illo etiam io parte possesso est detrahenda. Dos à Patre constituta congrua præsumitur; Et quaodo ex constitutione ab eo facta in minori summa regula certa desumenda non sit, optimè distinguit ad tramites illius matrimonii sequens.

SUMMARIUM.

1 *Dos est omninò fœminis constituenda, cum sit quid ad bonum reipublicæ tendens.*

2 *Dos debetur ad substinenda onera matrimonii.*

3 *Filia habet actionem ad dotem congruam, etiam si invito Patre nupsisset, quando vir æqualis esset conditionis.*

4 *Dos, ut congrua dicatur, solitum familiæ, & patrimonii vires inspiciendæ sunt.*

5 *Judex in congrua dote decernenda, prædicta tenetur ponderare.*

6 *Amplia, ut si certam regulam ex antiquis dotibus ejusdem familiæ desumere nequeat, mediam tenetur servare viam;* intellige, ut io num. sequenti.

8 *Dos, ut liquidetur, arbitrio Judicis multum deferendum est.*

9 *Amplia, si dos subsidiariè de fideicommissa virtute* Auth. res quæ *detrahenda sit in præjudicium masculorum.*

10 *Dos à Patre constituta præsumitur congrua, & filia tali constitutioni tenetur stare.*

11 *Limita, in dote constituta occasione certi matrimonii, quod certa regula non præscribit, ex quo isto casu Paternum Judicium regulatum præsumitur juxta conditionem viri, & Loci, quo filia pergere cum viro debeat extra Patrios lares,* & num. sequenti.

12 *Dos congrua constituenda est mulieri in propria Patria nubenti, & paris conditionis viro, secus si extra illam.*

13 *Mulier in constitutione tenuis dotis non præjudicatur à consensu matrimonio præstito potius in Patris obsequium, quam voluntatis, & de facto alteri nupsisset.*

14 *Patruus tenetur dotare neptem, quando ista eum uti possessorem bonorum fideicommissi ascendentalis lacesserit, & bona paterna non suppetunt.*

15 *Mater in subsidium tenetur dotare filiam post factam bonorum paternorum discussionem.*

16 *Restitutio in integrum adversus rem judicatam sine læsione, & injustitia claris non conceditur.*

DECISIO MCXLI.

PRo congrua dote consequenda judicium instruxit coram A. C de Gentilibus D. Comitissa Prudentia Mignanellia nupta D. Com. Thomæ Soderino tam contra DD. Petrum Paulum, & Angelam Mariam Cybo ejus Parentes, quàm etiam contra D. Canonicum Philippum, aliosque Fratres de Mignanellis uti possessores bonorum à fideicommissis ascendentalibus provenientium; & licet ionixa consuetudini Urbis circa dotes Nobilium, & solito utriusque Familiæ, Mignaoelliæ scilicet, & Soderinæ in longè majori summa sibi dotem constituendam esse contenderet, adhuc atteotis exceptionibus Reorum ab ipsa conventorum non valuit obtinere nisi mandatum pro scutis septem millibus.

Huic

Huic Judicato neutra ex Partibus acquievit; quippè quia Comitissa Prudentia appellavit à denegata majoris dotis constitutione, & ejus Parentes, ac Patrui recursum contra præfatam condemnationem habuerunt ad Signaturam Justitiæ, à qua rescriptum fuit *de appellatione, solutis sc.5000. & fructibus*. Delagata proindè mihi causæ cognitione postquam ex parte eorumdem de Mignanellis in termino primi fatalis commissa non fuerat, & sic irrepserat res judicata super eorum condemnatione, dedi dubium -- *An, & in qua summa, & à quibus dos debeatur, itant constet de re judicata; seù potiùs de causis restitutionis in integrum*; cumque subiectum fuerit DD. examini in hodierna Audientia, responsum habui -- *Dotem deberi, & constare de re judicata juxtà modum in præsenti decisione exprimendum*, ad formam scilicèt Judicati A.C. de Gentilibus.

1 Deberi utique dotem in genere juxta primam dubii partem non poterat esse in controversia, cum certissimi juris sit mulieres dotatas esse debere, ad *Text. in l. qui liberos ff. de ritu Nupt.*, & *l. fin. C. de dot. promiss.*, idque summoperè Reipublicæ interesse, ut ait *Pompon. in l. 1. ff. soluto matrimonio*, ad hoc, ut facilius matrimonia contrahantur ad sobolem procreandam, replendamque liberis Civitatem, ut advertit *Rota decis. 479. num. 2. & 3. par. 18. rec.*, & con-

2 tracti matrimonii onera viri valeant substinere, ut est *Text. in l. pro oneribus 20. C. de jur. dot.* cum aliis adductis in *decis. 417.*

3 *num. 5., & 6. par. 14. rec.*, idque procedere ambigendum non est, etiamsi fæmina nupserit invito, atque insciò Patre, dum tamen, prout in casu nostro contingit, nupsit viro paris conditionis, tunc enim adhuc illi salvum remanet omne jus ad congruam dotem assequendam, ut latè tuentur *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 2. n. 28, Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16. num. 7., Thesaur. quæst. Forens. 70. num. 5., Rot. dec. 457. n. 5. & seqq. coram Merlin.*, & *decis. 417. nu. 1. & pluribus seqq. par. 14. rec.*

Difficultas autem erat in secunda dubii parte respiciente istiusmodi dotis quantita-

4 tem, in eaque firmanda Domini assentientes Judicio A.C. de Gentilibus putarunt, libratis hinc indè deductis, congruam esse D. Comitissæ Prudentiæ dotem in scut. 7000. cum ista fuerit hæc summa correspondere tum solito familiæ Mignanelliæ, tùm etiam patrimonio dotare debentium, licet, ut infra dicendum est, neque soliti istius, neque patrimonii positiva certitudo, sed tantum sufficiens pro regulanda in præsenti casu dotatione concurreret, sed non ultra præfatam

5 quantitatem: Judex quippe, cujus officium interponendum est in congrua dote stabilienda, ad solitum familiæ, ejusque patrimonium in primis respicere debet, ut ex *Text. in l. cum post §. Gener., & l. quæro ff. de legat. 3.* tradit *Fusar. cons. 38. num. 11. & seqq., & de substit. qu. 531. num. 163., Rota decis. 932. num. 20. coram Cerro, in Fulginaten. successionis, & Dotium 25. Januarii 1705. §. Verum cor. Me, in Romana Casalis Massæ 12. Decembris 1712. §. Fugatis cor. Emo D. Card. Scotto, & in Firmana dotis, & Alimentorum 27. Junii 1718. §. Posita cor. Me.*

Solitum igitur Familiæ Mignanellæ deducebatur ex parte Comitissæ ex eo, quod ipsius Avia paterna in dotem dedit sc. 12. mil., Mater habuit pro dote scut. 53. mil., & duæ Patris sorores nuptæ fuerunt cum dote scu. 10. mil. pro qualibet, undeque inferebatur, quod summa scut. 7000. ab A.C. assignata tenuis potius esset judicanda, quàm congrua;

6 Domini tamen advertebant, quod præmissus dotium status non fuit absolutè talis, qualem præferebant mox enunciatæ quantitates, dum in facto constabat, quod altera ex Amitis Comitissæ Prudentiæ nupta fuit Duci de Aquino Neapolitano cum dote scut. 4000. dumtaxat, licet in Capitulis matrimonialibus ad honorificentiam, & pompam, uti diei solet, appareat promissa summa seu. 10. m. & hoc posito tutius putarunt mediam tenere viam insistendo quantitati in memorato Judicato taxatæ in scut. 7000., cum ita servandum esse, stante diversitate actuum, qui ad firmandum solitum proponuntur, aliàs firmaverit nostrum Tribunal, ut videre est *in dec. 578. num. 8. coram Emerix Jun.*

Consimile Iudicium exposcebat etiam

7 patrimonium dotare debentium: Quippe quia licet ex parte ejusdem D. Comitissæ illud efferretur usque ad scut. 200. mil. juxta notulam ab ipsis Reis conventis exhibitam in Signatura SSmi, occasione qua supplicarunt pro facultate alienandi bona fideicommissaria usque ad summam sc. 70. mil. ad effectum extinguendi debita eorum Patris, cujusmodi generis notulam aliàs fuisse approbatam pro dimetienda dotis congruitate patet ex *dec. 83. nu. 15. cor. Zaratt.* Attamen id unum in rei veritate firmum erat, quod eadem notula nulli nitebatur probationi, fueratque ad eum finem tantum exarata, ut quo pinguius appareret fideicommissum, eo facilior redderetur Sanctissimus in concedenda derogatione, & de facto contrarius hodie exhibebatur calculus ex parte eorumdem fratrum de Mignanellis, juxta quem in exili quantitate constitutum demonstrabatur As fideicommissarium. Quibus in terminis ea fuit Dominorum sententia, quod neque tam exilliatum censendum esset fideicommissum à quo dos extrahenda est, ut in præsenti fratres de Mignanellis contendunt, neque tam pingue, prout substinet Actrix, sed quidem plusquam sufficiens, & correspondens quantitati sc. 7000.

8 pro eadem dote constitutæ. Isto namque casu reducebatur controversia ad liquidationem, quæ plurimum pendet à prudenti Judicis arbitrio, *Rot. dec. 27. n. 2. cor. bon. mem. Ansaldo, & in Romana Domus, seu Do-*

morum super reservatis 10. *Martii labentis*
anni §. *Quoniam cor. Me.*

Quod quidem Arbitrium proclivius in no-
9 stro themate censuerunt adhibendum esse
in minorem potius quantitatem, quàm in
majorem, quæ videbatur rectè prætendi pos-
se, si attendendus fuisset calculus suprsdic-
tus exhibitus cor. Sanctissimo, quia stante
incontroversa deficientis bonorum libero-
rum Patria recurritur ad remedium subsi-
diarium *Auth. res quæ*, & conveniuntur ad
hujusmodi dotem præstandam masculi prin-
cipaliter dilecti à Testatoribus fideicommit-
tentibus, & possessores bonorum fideicom-
missariorum, quos decet congruè pariter de
fideicommissi substantia provisos esse, ut fa-
miliæ splendorem conservent, & augeant, ut
præcisę advertit *Spad. conf.* 174. *n.* 18. *lib.* 3.,
Rot. in Romana dotis, & legitimæ 22. *Mar-*
tii 1706. §. *Constat cor. Eminentissimo D.*
Card. Priolo.

Non tamen restringi debuit præfata quan-
titas, ut contendebant Rei conventi ad scu-
10 ta tantum 2000., eo quod jam Pater in hac
summa dotem constituerat Comitissæ Pru-
dentiæ in capitulis matrimonialibus initis
cum D. Duce Asculi Barone Regni Neapo-
lis, idenque obstaret ipsi majorem dotem
petenti tum dispositio *Statuti Urbis lib.* 1.
cap. 141. mandantis, filias esse debere con-
tentas dote sibi à Patre constituta, tum præ-
sumptio congruitatis ejus summæ, quam Pa-
ter constituit, cum hic dici non debeat, ita
proprii sanguinis immemor, & naturæ, ut
voluerit minus justo suæ filiæ providere.

Quoniam hæc omnia rectè quidem pro-
cedunt, vel eo casu, quo Pater indefinitè in
testamento, aut alio consimili actu dotem
filiabus statuerit pro futuro non determina-
to, neque cognito matrimonio, vel altero
casu, quo filia jam contraxerit matrimonium
cum ea dote à Patre sibi constituta, & po-
stea sub motivo læsionis supplementum petat
congruæ dotis, seu legitimæ, & in his ter-
minis procedunt adductæ authoritates, &
signanter *dec.* 198. *p.* 15. *rec.*; secus autem est,
quando, ut in præsenti, dotis constitutio
11 facta fuit occasione certi, & determinati
matrimonii contrahendi cum Viro extero,
& primum istud matrimonium effectum non
habuit, tunc enim nulla ratio habenda est de
dote in illo promissa pro decernenda con-
gruitate, ut contrariis rejectis probat *Card.*
de Luc. disc. 152. *n.* 3., *& seq.*, *& disc.* 153.
sub n. 19. *de dot.*, & firmat *Rot. in Romana*
taxationis congruę dotis 15. *Aprilis* 1695. §.
similiter cum seq. coram bo. me Molines, &
judicium paternum censetur regulatum illis
circumstantiis, quæ minorem dotem ratio-
ne loci, ad quem filia longe à Parentibus, &
Patria abstrahebatur, potuerunt promereri,
12 itaut cum subinde in propria Patria Viro
æque nobili nupserit, præsumptio exinde
orta congruitatis, supervenientis facti circum-
stantiis conquassetur, & saniori Judicio dos
vere congrua statuenda sit, ut optimè notat
Card. de Luca disc. 39. *nu.* 11., *& disc.* 42.
n. 8. *de dot.*, *& Rot. dec.* 94. *nu.* 11., *&* 12.
cor. bon. mem. Ansaldo.

Absque eo quod ulterius disserendum sit
13 de consensu ipsius met Comitissæ Pruden-
tiæ huic dotis constitutioni, quia quidquid
sit de relevantia hujusmodi consensus, hoc
unum, quod nulla ipsius probatio adducitur,
& imò positivus dissensus probatur ex sub-
sequuto eventu, dum eo ipso tempore, quo
ita Pater convenerat cum Duce Asculi, nup-
sit hic in Urbe Patre inscio cum D. Comite
Soderino, itaut etiamsi, quæ afferetur pro-
batio talis consensus in his terminis reveren-
tię potius erga Patrem, quam liberæ filiæ
voluntati attribuendus foret, cum ista de-
clarata statim fuerit in contrarium.

His ita positis examinanda superest tertia
dubii propositi pars ad dignoscendum, utrū
14 dos in præfata quantitate constituta debea-
tur etiam à Patruis D. Comitissę Prudentię
& ab ejus Matre, dum de Patre ipso nulla
esse potest dubitatio, & in hac parte con-
formiter ad Judicatum A. C. DD. putarunt
omnes teneri. Patrui quippe conveniuntur
isto casu non in bonis ipsorum propriis, sed
in bonis fideicommissorum ascendentalium
Domus Mignanellæ ab ipsis possessis, quę
post eorum obitum sine filiis ad Sponsæ Pa-
trem reverti debent, & quę quidem bona
infixum habent onus dotationis descenden-
tium à Testatoribus ex notissima dispositione
Textus in Auth. res quæ C. commun. de legat.
& ideo quoties portio à Patre possessa non
sufficit, dos fœminæ descendenti debita sup-
pleri debet à toto fideicommisso, & sic à
portione quoque quam possident Patrui, ju-
xtà ea, quæ latè probant *Hodiern. controv.*
foren. lib 1. *cap.* 9. *n.* 23. *&* 27., *& de Luc. de*
dot. disc. 145. *num.* 33. *vers. Sed respectu*, &
15 post factam excussionem omnium bonorum
fideicommissariorum derivantium à paterna
linea, in subsidium obligata remanebit etiam
Mater juxta veriorem opinionem, de qua
Boss. de dot. cap. 5. *num.* 8., *Rocc. disput. jur.*
cap. 37. *num.* 6.; *Rota dec.* 766. *num.* 8. *coram*
Cerro, dec. 25. *num.* 19. *& seq. par.* 11. *rec.*, *&*
in Romana legitimæ 10. *Maii* 1715. §. *Ea*
quidem coram R.P.D. meo Foscaro.

Consequens erat ex huc usque firmatis,
quod sicut rectè constituta fuerat ab A. C.
dos in scutis septem millibus, ità responden-
dum erat postremæ dubii parti, *constare de*
16 *re judicata*, cum concurrant, & validitas,
& justitia; ideoque excludatur pariter om-
nis læsio, sine qua locus è converso esse non
potest in integrum restitutioni, juxtà ea, quæ
aliis adductis firmat *Rot. in Ferrarien. fidei-*
commissi de Giliolis 7. *Martii* 1718. §. *fin. co-*
ram Me.

Et ità utraque &c.

ROMANA LEGITIMÆ.

Martis 2. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Fœminæ simpliciter per Statutum exclusæ, nulla habita alicujus personæ consideratione ad augendam favorē Masculorum legitimam, numerum non faciunt; secùs verò, si propter Masculos exclusæ appareant, ad quorum favorem Statutaria dispositio, imò neque ad dotem ab illis receptam, directa præsumitur ad terminos Capituli 141., & Capituli 145. Statuti Urbis, & distinctionis in istis dispunctę, quod idem se habet respectu legitimæ ex materna hæreditate per Masculos detrahendæ.

In dubio Statutaria dispositio semper favore Masculorum interpretatur, & voluntas fratris, qui fœminas ad propriam augendam legitimam connumerare vult, prævalet alterius nolleitati eas considerare recusantis.

Masculis in eorum legitimæ augumento à fœminarum renunciationibus favore Patris emissis præjudicium non infertur, ex quo Statutaria exclusio eam potiorem, de qua easdem spoliat, per quamdam tacitam adjudicationem Masculis applicat.

Dos, quam Patruus, ad Nepotis sublevamen, pronepotibus constituit, dicitur profectitia, Legitima in bonis maternis fœminis à Patre dotatis non competit; secùs verò quando dos ab extero proficiscitur, quo casu ad augendam legitimam non valent à Masculis connumerari, quia eam sibi & non istis fœminæ adipiscuntur, & ratio Statuti eas excludentis fieret incompatibilis.

Augumentum legitimæ ob existentiam fœminarum de Triente ad Semissem Masculis obventum potest à Patre fideicommissi onere gravari, quando istud eorum favore sit ordinatum, & donec in fœminis non purificetur, idque idem circa Maternam se habet hæreditatem, cum eadem sit Statuti ratio ad agnationis conservationem directa, dictumque augumentum, cum legitimæ naturam amittat, inter hæreditaria jura connumeratur.

SUMMARIUM.

1 *Legitima debetur in Semissa, quando filii sunt supra numerum quatuor.*
2 *Mulier à Patre dotata, ab hæreditate Matris arcetur secundum dispositionem Statuti Urbis.*
3 *Legitima masculorum non augetur ex numero fœminarum, quando per Statutum simpliciter excluduntur, nulla habita consideratione alicujus personæ*, & quando secus, vide in num. seq.
4 *Legitima masculorum augetur ex numero fœminarum, quando propter masculos tantum excluduntur, quæ exclusio non est absoluta, sed secundum quid, & proinde non reputantur mortuæ, seu extraneæ:* amplia ut in num. 6.
5 *Exclusio fœminarum propter masculos agnationis conservationem respicit juxta Statutum Urbis.*
6 *Fœminę, licèt propter masculos ad servandam agnationem exclusæ, faciunnt tamen numerum ad augendam legitimam favore eorundem*, amplia, ut in num. 10.
7 *Contrariæ Doctorum auctoritates in hac materia juxta communiorem Rotæ opinionem non admittuntur.*
8 *Statutum Genuæ disponit, quod fœminæ ad augendam masculorum legitimam non computandæ sint; contraria tamen Statuti Urbis dispositio ibi sæpe amplexa est*
9 *Opinio masculis favorabilior sequenda est in Doctorum conflictu, quorum pars teneat esse numerandas ad augendam masculorū legitimam, & altera contrariam firmet.*
10 *Fœminæ propter masculos exclusæ secundum Statutum, uti mortuæ, solum quoad propriam, non verò masculorum utilitatem considerantur, in quos omnia earum jura Statutum transtulit.*
11 *Statuta favore masculorum condita, illorum favore in dubio semper sunt interpretanda, ne in eorum odium reverterentur*, & id quando sequeretur, vide in numero sequenti.
13 *Fœminæ licèt exclusæ numerum faciunt, tam ad augendam legitimam masculis in hæreditate paterna, quàm materna.*
14 *Legatum institutionis titulo filiæ à Matre non relictum, eandem ad jura suitatis non restituit.*
15 *Fœminę à Statuto propter masculos exclusæ tanto fortius pro non extantibus habendæ non sunt ad augendam masculorum legitimam, quando eas Pater quodammodo agnovisset.*
16 *Hęc opinio procedit etiam quoad hæreditatem Matris, & quando secus*, & quæ sit ratio Statuti, & n. 29.
17 *Fœminæ propter masculos exclusæ augentes legitimam favore illorum in hęreditate Patris, sic se habent in hęreditate Matris, quorum favorem earundem exclusio semper respicit*; amplia ut in n. 19.
18 *Juris eadem est dispositio, ubi eadem militat ratio.*
20 *Statutum Urbis quid disponat in Capitulis* 141. & 145., *& de eorum distinctione*, vide in n. seq. & 22.
21 *Dos non succedit loco legitimę*, ad terminos Statuti Urbis in cap. 145.
22 *Feminę semper presumuntur exclusę non propter dotem, sed propter favorem masculorum*, sive ad terminos Statuti Urbis in cap. 141., sive cap. 145.
23 *Voluntas fratris fœminas exclusas pro augenda sua legitima numerari volentis prefertur nolleitati alterius fratris easdem numerare recusantis.*
24 *Renunciatio facta à fœmina favore Patris non operatur, quod ipsa dicenda sit mortua pro non augenda legitima favore masculorum*, & vide rationem.
25 *Fœminæ an numerandę sint pro augenda masculorum*

masculorum legitima ex istorum dependet arbitrio.

26 *Renunciatio fœminæ favore Patris masculis non prejudicat, ne isti eas numerare possint pro augenda eorum legitima, & quare?*

27 *Ex:lusio Statutaria portiones aafert à fœminis, & easdem per quamdam tacitam adjudicationem masculis applicat.*

28 *Fœminę eam portionem, quam propter Statutariam exclusionem sibi non acquirunt multò minus in alios possunt transferre.*

29 *Pater renunciatarius filię à Statuto exclusæ tam expressè, quàm tacitè potest eam ad suitatis jura reintegrare.*

30 *Pater nullam habet potestatem adimendi masculis beneficium impinguationis legitimæ in eosdem à Statuto collatum independenter à facto, & voluntate sua.*

31 *Legitima in hæreditate matris non competit fœminis à Patre dotatis; secus verò si de dote extera, vel adventitia fuissent ditatæ, quo casu numerum non facerent ad augendam legitimam masculorum*; declara ut in num seq.

32 *Dos data à Patruo pronepti, & ad Nepotis istius Patris respectivè sublevamen directa, dicitur ex isto profectitia, non verò adventitia ad quemcumque effectum*, amplia ut in num. 35 & 39.

33 *Diversitas casuum facit, ut auctoritates Doctorum in uno allegatæ, alteri applicabiles non sins.*

34 *Diversitas constitutionis dotis factæ à san. mem. Alexandro VII. favore filiarum D. Augustini Chisii Nepotis ab illa constituta à san. mem. Urbano VIII. D. Lucretiæ Barbarinę.*

35 *Dos à Patruo pronepti ad sublevamen tamen Nepotis illius Patris respectivè constituta, si darctur casus, quod filia Patri prædecederet, ad istum, non verò ad hæredes Patrai reverteret*; amplia, ut in numero 39.

36 *Camera potest* controvertere *donationem à Papa factam titulo dotis eius pronepti, si matrimonium, vivente Papa, sequutum non fuisset*; & quando secùs vide in num, seq. & 38.

38 *Verbà* -- In ogni caso -- *adeo sunt effrenata, ut nullam patiantur restrictionem, nullusque sit casus, quem non includant.*

39 *Dos à Patruo profectitia ex quibus dicatur donata Pronepti contemplatione Patris, & ad istum tantum in casu præobitus reversiva, non verò ad illum.*

40 *Dos profectitia inservit ad exclusionem fœminarum, nilque refert, si esset à Patruo tradita, quando iste ad Patris sublevamen dotasset, quod satis est, ut Statuti mens fœminas dotatas etiam à materna successione excludens, adimpleta dicatur.*

41 *Dos à Patruo nepti contemplatione Patris constituta, quam ille profectitiam declarasset, dat intelligere eumdem voluisse, quod dotata ad formam Statuti excludetur*; amplia, ut in numero sequenti.

42 *Dos à Patruo pronepti constituta eo fortius de Patre dicenda est profectitia, si iste sui favore renunciationem à fœmina sic dotata reportasset, & de proprio etiam se dotare dixisset.*

43 *Factum proprii auctoris nemo potest impugnare.*

44 *Legitima in semisse calculanda est, quando filii sunt supra numerum quatuor, & res est in terminis, in quibus dispositio Patris favore masculorum non adest*, & vide casum in Decisionis principio expositum.

45 *Legitima semper à quocumque onere libera debetur*, & n. 51.

46 *Augumentum legitimæ, quod per exclusionem fœminarum à Statuto inductam masculis debetur, fideicommissi onere favore eorundem gravari potest*, & vide rationem in nn. 48., 49., & 52.

47 *Hæc opinio est inter Doctores communior, & magis amplexa.*

48 *Exclusio fœminarum ex Statuto semper causativè propter masculos stat, & ad agnationem conservandam.*

49 *Augumentum legitimæ, quod per fœminarum exclusionem à Statuto inductam debetur masculis, si à Patre fideicommissi onere gravetur, legitimæ naturam perdit, fitque portio hæreditaria.*

50 *Limita in casu, quando ab Initio Pater extraneum, aut fœminam instituit, aut post obitum masculoram ipsas fœminas, vel extraneos substituit, quo casu idem augumentum legitimæ sortitur naturam.*

51 *Augumentum legitimæ potest à Patre fideicommissi onere gravari favore masculorum ratione agnationis conservandæ, ad quam Statutum respexit*; amplia, ut in num. 64.

52 *Ratio potius, & intentio in omni materia spectandæ sunt.*

53 *Augumentum legitimæ eausatum à masculis ob existentiam fœminarum in hæreditate Patris, quod fideicommissi onere ab isto gravari potest, id etiam quoad maternam hæreditatem procedit, cum in ista etiam milites ratio Statuti.*

54 *Limita in casu, quo fideicommissum à Matre institutum in fœminas fuisset purificatum.*

55 *Filii in hęreditate Matris uti filii considerantur, juxta Capitulum 145. Statuti Urbis quoad exclusionem fœminarum*, declara ut in nn. 57., & 58.

56 *Filii vocantur uti hæredes Patris circa eandem materiam juxta Capitulum 141.*, declara ut in n 59.

57 *Filiæ, vel Nepotes dotatæ à Patre, vel Fratribus, nec Matri, nec Aviæ succedunt, juxta Capitulum 145. Statuti Urbis; bene verò masculi.*

58 *Filii ab intestato Matri succedunt.*

59 *Capitulum 141. Statuti Urbis de testata Patris successione loquitur*

60 *Una pars Statuti ab altera declaratur, & casus*

casus omissus à non omisso regulatur.

61 *Unum Capitulum Statuti Urbis alteri famulativum esse intelligitur.*

62 *In legitima Patris, & Matris eadem militat Statuentium ratio favore masculorum ad exclusionem fœminarum, tam ad tramites Capituli 141., quàm cap. 145. Statuti Urbis, in quibus masculorum favor semper prævalet.*

63 *Augmentum legitimæ propter existentiam fæminarum masculis affectum censetur fideicommisso subjectum, quando ad successionem masculi essent vocati*, & vide casum; nec non amplia, ut in numero sequenti, & 70.

65 *Limita in casu, quo successio favore fœminæ purificaretur, in quo tale augmentum legitimæ naturam sortitur, & fideicommissi onus rejicitur.*

66 *Mater ex quibus dicatur voluisse legitimam cum suo augmento in Semisse masculis libere deberi.*

67 *Mater ex quibus verbis, detracta legitima filiis debita, sibi hæredem universalem in reliquo suæ hæreditatis scripsisse dicatur.*

68 *Legitima relicta à Matre filiis in summa de jure eisdem competente, intelligitur secundùm jus statutarium*; amplia ut in numer. 71.

69 *Legitima de jure statutario in Triente debetur filiis.*

70 *Augmentum legitimæ de Triente ad Semissem à concursu fæminarum exclusarum resultans, quando dispositio est ordinata favore masculi, & ad agnationem contemplativam, jus hæreditarium, & non legitimarium censetur, & potest fideicommissi onere gravari.*

72 *Legitima remanet libera in Triente, & non in Semisse, quando tale augmentum provenit ex existentia fæminarum exclusarum, & fuit fideicommisso subjectum a Testatore, quodque vinculum durat, donec fideicommissum in masculis permanet.*

73 *Amplia, quando Testator ad formam Statuti Urbis disposuisset.*

74 *Dispositio Testatoris semper Patrio Statuto præsumitur uniformis.*

75 *Augmentum legitimæ secundùm Statutum Urbis in hæreditate comprehenditur stante fideicommisso favore masculorum.*

76 *Testator instantaneè se correxisse præsumendus non est.*

77 *Clausula* -- omni meliori modo -- *in ultimis voluntatibus à Testatore expressa operatur in convalidationem dispositionis intra suos limites, non verò parit variationem, aut ampliationem in oppositum, & contra illius mentem*; amplia ut in num. sequenti.

79 *Voluntas melius declarari non potest, quàm ab ipso Testatore.*

80 *Augmentum legitimæ libertatem amittit eo ipso, quod Testator super eo fideicommissum imposuit, & in jus hæreditarium pertransit.*

81 *Pars continetur in toto.*

82 *Fructus bonorum feudalium in scutis duobus pro centenario taxantur.*

83 *Taxa legalis ad rationem quatuor pro centenario fructus liquidat.*

84 *Taxatio fructuum est Judici arbitraria.*

85 *Investimentum dotis, ut tutius dicatur, in locis montium faciendum est.*

86 *Fructus dotis, quæ in locis montium investienda fuisset, ad illorum tramites taxantur.*

DECISIO MCXLII.

Quemadmodum super hæreditate claræ memoriæ Principis Don Augustini Chisii Patris sub anno 1705. ab intestato defuncti, ita etiam super hæreditate claræ memoriæ Principissæ D. Virginiæ Burghesiæ Chisiæ Matris, quæ nupet cum Testamento decessit, plures insurrexerunt controversiæ inter Dominos fratres Principem Don Augustum, & Abbatem Don Marium de Chisiis; quarum primæ extinctæ fuerunt amicabili transactione, in qua Dominus Abbas sub certis pactis, & reservationibus integram Paternam hæreditatem Domino Principi ejus Fratri renunciavit; secundæ verò in vim specialis Commissionis à Sanctissimo signatæ, de consensu utriusque Partis, delegatæ extiterunt judicio Congregationis Particularis, ad quam una cum Eminentissimo Domino Cardinali Paracciano Urbis Vicario, tres mecum alii Prælati assumpti fuere, nempe R R. PP. DD. mei Cerrus, Vaius, & Cincius, & post pluries insinuatam concordiam, decisionem, prout juris esse visum fuit, obtinuerunt.

Inde quidem orte sunt hujusmodi controversiæ, quod memorata Domina Principissa in suo ultimo Elogio post aliquot legata filiabus fœminis juxta earum statum congruè relicta, instituit filios masculos hæredes liberos in legitima ipsis de jure debita, & reliquam ejus hæreditatem quoad usumfructum æqualiter inter ipsos distribuit, proprietatem verò absolutè Domino Principi assignavit, itaut de illa disponere ipse possit favore unius, vel plurium ejus filiorum masculorum, vel etiam fæminarum, & casu quo non disponeret, succedere debeat ejus filius masculus Primogenitus cum onere fideicommissi; in sequelam autem hujusmodi institutionis in legitima petiit Dominus Abbas illius detractionem ex Matris hæreditate in Semisse, habito respectu ad numerum filiorum ab ea relictorum, cum ultra duos masculos, novem etiam fæminas post se Principissa Virginia reliquisset.

Substinebat tamen è contrario Dominus Princeps, quod cum fuissent prædictæ fæminæ à communi Patre dotatæ, ideo veluti per Statutum Urbis exclusæ numerari non deberent ad augendam masculorum legitimam, itaut ista habito respectu ad eorumdem masculorum numerum calculanda foret dumtaxat in Triente; & quatenus etiam augenda fuisset de Triente ad Semissem ob earumdem

dem fœminarum numerationem, contendebat, quod ex quo illæ amplissimas renunciationes occasione Professionis in Monasteriis emiserunt favore Patris, vel ex iis renunciationibus effectus numerationis earum inter filios sublatus fuerit, vel saltem translatum in Patrem renunciatarium jus deducendi earum portiones pro augumento ab ipsarum numeratione proveniente; quodque sicuti duę ex illis dotatæ à fan mem. Alexandro VII., nihil ex Patris hæreditate consecutę fuerant, ita petere possent ab hęreditate Materna portiones suæ legitimę, quæ pariter portiones, veluti comprehensæ in dictis renunciationibus eidem Domino Principi deberentur; ac demum quod saltem augumentum illud de Triente ad Semissem proveniens ex numeratione fœminarum, non liberum Domino Mario Fratri debitum esset, sed intelligeretur cadere sub fideicommisso à communi Matre in sua Testamentaria dispositione constituto.

Harum quęstionum examen assumptum primo loco fuit in Congregatione habita die 20. Julii 1719., in qua responsum prodiit *legitimam augendam esse à Triente ad Semissem, Renunciationes, ac Dotes constitutas à fan.mem. Alexandr.VII. non obstare: in reliquis iterum proponatur*; subindeque in alia Congregatione diei 24. Septembris ejusdem anni causa reproposita quoad articulum in antea non definitum, dictum fuit *augumentum de Triente ad Semissem cadere sub fideicommisso*; concessaque utrinque nova audientia tota iterum series earumdem inspectionum rediit ad trutinam die 2. Januarii 1720., ac rescriptum fuit *In decisis in omnibus*.

Cum autem contingat, ut captæ resolutionis fundamenta edere ego debeam in Voto decisivo, distinctè agam de premissis disputationibus, & primò de calculatione legitimæ in Semisse, secundò de renunciationibus emissis à fœminis adhuc numeratis favore masculorum, tertiò de Dotibus constitutis à fan. mem. Alexandro VII., ac quartò de subsistentia fideicommissi Materni in augumento.

1 Quantum itaque attinet ad legitimę quantitatem, dubitatum non fuit, quod pro illa obtinenda in Semisse intentio Domini Abbatis Don Marii satis erat fundata in tuta juris communis regula, quod supersitibus filiis supra numerum quatuor (hic autem erant undecim, duo scilicet masculi, & novem fœminæ) legitima de Parentum hæreditate in Semisse competeret, ad *Text. expressos in auth. novissima C.de Inoffic.Testa., auth.de Trient., & Semisse §. 1. vers. Si verò ultra quatuor*, cum aliis vulgatis juribus relatis *in Romana immissionis 2. Julii 1703. §. Exordiendo coram bon. mem. Ansaldo, in Romana Legitimæ super determinatione quotæ 8. Junii 1714. §. Ratio cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Amerina Redditionis Rationis 27. Aprilis ejusdem anni §. Cum itaque cor. Me.*

2 Et cum hac regula procedendum Domini censuerunt etiamsi novem illæ fœminæ, quæ in presenti juxta intentum Domini Abbatis numerantur exclusæ sint ab hæreditate Matris ob dotem sibi à Patre constitutam ad tramites Statuti nostræ Urbis; quasi quod veluti effectæ extraneæ, in numero filiorum computandæ ulterius non veniant. Quandoquidem (quidquid antiquitus disputatum fuerit) ea hodie recepta est in Curia distinctio,
3 quam conciliatis inter se variis Doctorum opinionibus plenissimè tradidit *bonæ memoriæ Severol. in suo responso impresso post Card. Albic. de inconstan. in judic.*, quod scilicet, aut Statutum fœminas excludit simpliciter, & absolutè nulla habita consideratione alicujus personæ, utpote si excluderet nuptas extra Territorium, vel quid simile, & tunc nullo jure licèt masculis illarum portionem vindicare, augendo ob earũ existentiam suam legitimam, quemadmodum cum *bona memoria Severol. in dicto responsn.35. nu.36.*, concordat *Bellon. de jure accrescen. cap 6. q.15. à nu.53. ad 56.*, ubi ita declarat *Paris., Cephal., & alios*; aut verò Statutum
4 fœminas excludit propter masculos, & favore agnationis, & cum illa exclusio tali casu dici nequeat absoluta, sed respectiva, & secundum quid, tunc quidem bene dicuntur illę extare favore eorumdem masculorum, nec prolnde eorumdem respectu reputantur mortuæ, aut extraneæ, ut post *Bellon de jur. accresc. loco supra allegat. n.46., & seqq., Rot. in Romana Legitimæ 23. Januar. 1696. §. In nihilo coram bon mem. Molines*, tradit idem *R. P. D. Severol. in Voto decisivo impress. post Albit. de inconst. dec.65. n.37.*

Nostram quæstionem in secundo casu versa-
5 ri dubitandum non est, quippe quia Statutariam dispositionem hujus Urbis in exclusione fœminarum propter masculos habuisse intentum, & processisse à finali causa favore eorundem masculorum, & agnationis, quę illorum medio conservatur, dubitari amplius non potest, dum ita pluries jam firmatum extitit *dec.170 n.4.p.2., dec.518.n.4.p.3. rec., dec.126. n.2.cum seq., & dec. 185. n.1. coram Cerro, in dicta Romana Legitimæ cor. bo. me Molines dec.68. n.2. post Albit. de inconst. in judic, in Romana Fideicommissi de Palazzolis 18. Aprilis 1709. §. Tertia, & in confirmatoria 4. Julii ejusdem anni §. Quo verò cor. bon. mem. Muto, & in Romana Legitimæ super determinatione Quotæ 8. Iunii 1714. §. Quod enim cor. R. P. D. meo Falco-*
6 *nerio*. Ac de facto consentaneè ad hujusmodi fundamentum pluries extat decisum fuit à Sacra Rota, quod in terminis Statuti Urbis fœminæ licèt exclusæ, numerum facere debent ad augendam legitimam masculorum de Triente ad Semissem, ut præsertim videre est penès eumdem *Severol. in Vot. decis. post Albit. de inconst. in iudic. à num.14. ad 27.*, ubi innumeros refert Doctores, & innumeras decisiones Rotæ Romanæ de communi, & recepta opinione testantur, ac rur-

sus

sus *dec.90. n.2. cor.bon.mem. Ansaldo*, & *in*
Romana Immissionis 3. *Decembris* 1714. §.
Quenam verò, coram Me. Et ita pariter ten-
tum fuit in terminis consimilium Statutorum
juxta plures auctoritates apud dictum Vo-
tum Severoli cumulatas ubi supra, quibus
addi potest *Rota* in terminis Statuti Ameriæ
in Amerina Redditionis Rationis 27. *Apri-*
lis 1714. §. *Cum itaque cor. Me.*
7 Absque eo quod contrariæ attendendæ
sint auctoritates, vel in eodem Voto bonæ
memoriæ Severoli priùs adductæ à *n.* 12., &
13., vel hodie per Defensores Domini Prin-
cipis allegatæ; quippe quia aut aliqui ex iis-
dem Doctoribus contrariam opinionem se-
quentibus, in ea constantes non fuerunt, &
subinde consenserunt opinioni favorabiliori
pro masculis, ut est *Crass. var.sentent.* §. *Le-*
gitima q.7. n.4. versic. Quid dicendum di-
versimode sentiens pro masculis versic. Aut
verò, *Cyriac. controv.*71. *nu.*9., & *sequen.*,
aliam defendens opinionem *controv.* 610.
nu,44., *Merlin. de legitim. lib.*1. *tit.*4. *qu.*3.
*n.*30., se declarans *lib.*3. *tit.*1. *q.*6. *n.*34., &
*q.*8. *n.*29 & 30., aut verò loquuntur in ter-
minis primæ partis supra relatæ distinctionis,
Statuti scilicet absolutè exclusivi fæmina-
rum, ut sunt *Mangil. de imputat. q.*52. *n.*69.
& 70., & *Mart. de Success. legal. p.*1. *q.*25.
*artic.*3. *n.*12., & ideo nostræ hypothesi ap-
plicari non possunt; itaut aliquid in proposi-
to dixisse dumtaxat videatur *Gobb. de Suc-*
*cess. ab intestato observ.*22. *num.*10. & 11., &
Rot. in Romana, seu Savonen. Successionis 4.
Decembris 1699., & 14. *Iunii* 1700. *coram*
Me; sed quoad *Gobium* notandum est, quod
ipse postmodum *sub num.* 16 professus est
se subscribere rationibus deductis in *Voto*
bonæ memoriæ Severoli, Rotæ verò Decisio-
nes *in Romana, seu Savonen. Successionis*
ideo procellere cum diverso sensu, quia ibi
8 agebatur de Statuto Januæ, quod absolu-
tè disponit, *quod Fæminæ non computentur*;
immo cum in aliis Causæ propositionibus ad-
ductum fuerit etiam Statutum Urbis, dictum
exitir, quod juxta illud sæpissime judicatum
fuit, *quod Fæminæ aliàs exclusæ, masculis*
id efflagitantibus efficiunt numerum, & par-
tem: Ita in Decisione edita 13. Martii 1705.
§. *Eliminata cor. bon. mem. Ansaldo.*
9 Cæterùm etiam in conflictu pugnantium
auctoritatum inhærendum esset opinioni fa-
vorabili pro masculis, eo ipso, quod fulcita
reperitur validissimis rationibus in id per-
stringentibus intellectum, ex quibus duas ex
Bellono, & *Severolo* supra allegatis referre
satis sit. Primam, quod Statuta hujusmodi
10 excludentia fœminas propter masculos, &
intuitu Agnationis duas habent partes, al-
teram exclusivam quoad ipsas feminas, alte-
ram inclusivam quoad masculos: quaprop-
ter licèt effectus partis exclusivæ sit annihi-
lare fœminas, easque reddere extraneas.
effectus tamen partis inclusivæ est transferre
in masculos omnia jura, quæ seclusa Statuti
dispositione eisdem fœminis de jure com-
muni competiissent; unde fit, quod fœminæ
in proprium beneficium numerari non pos-
sint, numerari tamen valeant favore mascu-
lorum, in quos Statutum transtulit omnia
jura, quæ fœminis competiissent, ut egregiè
post *Bellon. de iur. accrescen. dict. cap.*6.
*q.*15. *n.* 48. & 49., explicat *Severol. dicto*
*Vot. dec.*65. *n.*32. penès *Albit. de incon-*
11 *stan. in iudic.* Et secundam, quod sicut cer-
tum est talia Statuta esse condita favore
masculorum, ita etiam interpretanda sunt,
ut non redundent in eorum odium, ad *text.*
in leg. Nulla ratio 24. *de Legib.*, & *leg. Quod*
favore C. eodem, prout planè contingeret, si
12 fæminæ non connumerentur in numero filio-
rum pro augenda masculorum legitima, dum
tali casu Pater non cogeretur illis relinquere
pro legitima, nisi tertiam partem hæreditatis,
quando tamen de jure relinquere debuisset
Semissem, & sic totus favor verteretur in
amplianda Parentum libertate, quoad ne-
cessariam filiorum institutionem, secundùm
quam libertatem possent in præjudicium
omnium masculorum disponere de illa ma-
jori parte hæreditatis etiam favore extra-
nei, quod esset inconveniens, & absurdum,
ut prosequitur *Bellon. loc. allegat. n.*79. *vers.*
Hinc fit, & *Severol. in d. respons.* aliis addu-
ctis *n.*27. & *seqq.*
13 His autem ita firmiter stabilitis, nullum
porro discrimen intercedere dicendum est
inter legitimam detrahendam ab hereditate
Patris, ac aliam debitam ex hæreditate Ma-
tris, quasi quod, ut objiciebant Defensores
Domini Principis, dum fœminæ ex illa nihil
participarent, neque valeant in illa nume-
rum, & partem facere favore masculorum.
Quoniam præterquam quod nec subsistit in
facto Sorores in nostra hypothesi nihil parti-
cipasse de Bonis Maternis spectato Principis-
sæ Matris Testamento, in quo unicuique ex
filiabus particularia legata scripta sunt, quæ
14 quidem legata utpote quæ relicta non fue-
runt titulo institutionis, non potuerunt sanè
illas restituere ad jura Suitatis; sed benè de-
15 monstrant ex Testatricis judicio non fuisse
habitas pro extraneis, & non extantibus,
itaut proinde tantò faciliùs favore masculo-
rum numerari debeant, ut in proposito ad-
vertit *Bellon.* ubi supra *n.*84. & 91., *Severol.*
*in sæpe laudato eius Voto decis. à n.*46. *ad* 52.,
16 hoc unum utique indubitatum est, quod di-
versitas ista inter Paternam, ac Maternam
hæreditatem urgere tunc posset, quando ra-
tio exclusionis Statutariæ oriretur à dote
tantum ex Paterna substantia constituta
quantumvis non succederet loco legitimæ.
17 Secùs autem est, quando motivum Statuen-
tium in excludendis fæminis resedit in favo-
re masculorum; tunc enim quia illud moti-
vum, & ille favor æque militat in utroque
casu, non est ulla ratio, cur in hæreditate
Patris debeant fæminæ numerari, non in
hereditate Matris, vulgari regula, quod ubi
18 eadem est ratio, eadem juris esse debet
dispositio, *leg. Illud ff. ad leg. Aquil.*, *leg.*
Quidam

Quidam Nummularios ff. de edendo, & *leg.*
19 *Illud Cod. de Sacrosanct. Eccles.*, ac de fa-
cto videmus hanc opinionem in terminis
Maternę hæreditatis semper tenuisse Sa-
cram Rotam tam eo tempore, quo procede-
batur cum sensu, quod Dos succederet loco
legitimę, quàm etiam ex post ad terminos
Cap. 145. *Statuti Urbis*, & prælertim *dec.* 10.
n. 19. *p.* 12., *dec.* 267. *n.* 3. *p.* 13. *rec.*, & *in Ro-
mana Legitimę* 23. *Ianuarii* 1702. §. *Stabi-
liendam*, & *seqq. cor. bon. mem. Ansaldo*;
idemque fuit sensus ejusdem Sacri Tribuna-
lis in terminis consimilium Statutorum Nar-
niæ *dec.* 11. *n.* 8. *p.* 19. *Recentior.*, Viterbii *de-
cis.* 63. *n.* 3. *post Cardinalem Albit. de Incon-
stant. in Iudic.*, Anconę *dec.* 29. *num.* 17. *in
Mantiss. ad Cardinalem de Luca de Testa-
ment. tom.* 1., & Amerię *in Amerina reddi-
tionis rationis* 27. *April* 1714. §. *Cum itaque
cor. Me*, in quibus omnibus agi de legitima
in hęreditate Matris ex lectura dignoscitur.

Non attenta ulteriori animadversione,
quod hęc opinio originariè firmata fuerit
dec. 137., & 160. *p.* 6. *recent.*, in terminis dis-
positionis *Statuti Urbis Cap.* 141. dumtaxat:
non autem *Cap.* 145., inter quæ Capitula
20 magna disparitas, cum primùm loquatur
precisè de fœminis circa testatam Patris suc-
cessionem; secundùm verò tantùm de hęre-
21 ditate Matris, & in terminis istius *Statuti
Cap.* 145., decisum sit dotem non succedere
loco legitimæ, ut aliis adductis habetur *de-
cis.* 137. *n.* 12. *post Constantinum ad Statu-
tum Urbis*. Hęc enim objectio relncidit sem-
22 per in idem suppositum, quod exclusio fœ-
minarum procedat à Dote. At quoniam, ut
jam firmavimus, non est Dos, quæ ad no-
strum effectum operatur fœminarum exclu-
sionem, sed est favor masculorum, ideo vel
Dos succedat loco legitimę, vel non, & lo-
quamur de dispositione Statuti in uno, aut
altero Capitulo, semper prevalere debet iste
finis Statuti, & ad masculorum favorem fę-
minę numerandę sunt, ut plenissimè firmant
supra allegatę auctoritates, & conferunt de-
ducta *in dicta Romana, seu Savonen. Legi-
timę impressa post dissertat.* 40. *Paulatii sub
n.* 10. & 20.

23 Neque ex quo Dominus Princeps habens
majorem partem in hęreditate Materna de-
trectet, & nolit isto favore uti, impedien-
dus est eo frui Dominus Abbas Don Marius
Frater; quia certa est regula, quod in con-
flictu plurium fratrum dissentientium inter
se super numeratione fœminarum, prevalet
favor volentis, cùm fiat reditus ad jus com-
mune, ut plenè ex hac, aliisque rationibus
tuentur *Rodolphin. allegat.* 130. *nu.* 4. & 5.,
Severol. in allegat. respons. 63. *post Albit.
num.* 98. *cum seqq.*, & firmat *Rot. decis.* 69.
n. 22. *post eundem Albit.*, & *in Romana Le-
gitimæ* 23. *Ianuarii* 1702. §. *Amisit cor. bon.
mem. Ansaldo*, & an reluctans habeat majo-
rem, seu minorem partem, vel non facit ad
rem, vel saltem non applicatur casui nostro
cum ęqualiter duo fratres instituti fuerint in
legitima, de qua quęritur.

Post firmatam ex his Legitimę quantitatem
de jure tam communi, quàm Statutario in
Semisse, transeundum ad alias inspectiones,
& videndum in ordine de effectu, quem
operari valuerunt renunciationes emissę ab
eisdem filiabus fœminis favore clarę memo-
rię Principis Don Augustini earum, & liti-
gantium communis Patris; & eas Domini
non obstare Domino Abbati Don Mario exi-
stimarunt, cum hoc procedentes argumento.

24 Quod aut prætenditur ex dictis renuncia-
tionibus, utpote abdicativis, & extinctivis,
(super quo tamen articulo qualitatis dicta-
rum renunciationum opus non erat rigorosè
admodùm insistere) induci effectus ille,
quod fœminæ renunciantes haberi debeant
pro non extantibus, & imo pro mortuis ad
evitandam ipsarum numerationem inter fi-
lios; & iste effectus sequi non potest; quip-
pe quia, cum Statutum ipsas excluserit, &
indulserit solùm masculis beneficium illas
numerandi pro augumento suæ legitimæ,
non potuerunt ipsæ, vel renunciando, vel
alio quovis modo se tollendo de medio hu-
jusmodi beneficium masculis impedire, quod
25 ab eorundem masculorum arbitrio tantum
pendet in numerandis nec ne filiabus fœmi-
nis, juxta deducta per *Bellon. toties laudat.
cap.* 6. *q.* 15. *n.* 28. & 29.

26 Aut verò sustinetur, quod tales renun-
ciationes eum operari debeant effectum, ut
portiones ipsarum renunciantium in Patrem
Renunciatarium translatæ fuerint, ejusque
liberam hæreditatem ex conventione inter
Partes divisam integraliter commodo Do-
mini Principis, & hoc pariter sequi non po-
test propter eandem Statutariam exclusio-
27 nem, quæ duo diversa, ut supra etiam in-
nuimus, operari debet, unum, quod portio-
nes auferat à fœminis exclusis, & alterum,
quod ita auferat, ut easdem portiones per
tacitam quandam adjudicationem applicet
masculis qualitatem hęreditariam Parentum
habentibus, ut bene explicant, *Faber. de
error. Pragmat. decad.* 12. *n.* 13., *Bellon. de
jur. accresc. cap* 6. *q.* 15. *n* 48., *de Marin. re-
sol.* 262. *n.* 6., & *seqq.*, *Rot. in Fulginaten.
Successionis, quoad Avum* 2. *Maii* 1718. §.
*Planior cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ
28 Urbis Gubernatore.* Sicut igitur fœminæ
hujusmodi portiones acquirere sibi ne-
queunt in præjudicium masculorum, ita, &
multò minùs illas possunt in alium transfer-
re, ut præcisè aliis concordantibus allegatis
responsum fuit *in Faventina Fideicommissi
super detractionibus* 11 *Febr.* 1718. §. *Prout
quoque*, & *seqq.*, & *in confirmatoria* 16. *Ia-
nuarii* 1719. §. *Quod verò cor. Me.*

29 Et si hæc opinio procedit sine dubio in
terminis Legitimæ Paternæ, de qua erat quę-
stio *in dicta Faventina Fideicommissi super
detractionibus cor. Me*, quamvis Patri re-
nunciatario licitum sit tam expresè, quàm
tacitè filias exclusas ad jura Suitatis reinte-
grare, potiore jure idem est dicendum, ubi
30 agitur de legitima in Bonis Maternis, cir-

ca

ca quæ nulla est Patris potestas pro adimendo filiis masculis Beneficio impinguationis legitimæ in eosdem à Statutis collato Independenter a facto, & voluntate Patris, ut probant *Decian respons46.num.31., Marth. Medic.dec.Senen.7 n.6 & 7., Brun. ad Statut.exclus.fœmin. art.13.n.51., Bellon.cap.5. q.49.n.1.ad 4.*

31 Succedit modò tertia inspectio, & versa-
tur in eo, quod cum duæ ex filiabus fœminia
claræ memoriæ Principis Don Augustini do-
tatæ fuerint in scut. 14 mil. pro qualibet à
sanctæ memoriȩ Alexandro Septimo earum
Patruo Magno, & sic à Persona non nomi-
nata in Statuto Urbis *cap.* 145., possint illæ in
materna hæreditate legitimam petere ad
formam dicti Statuti disponentis, quod --
*Alioquin succedant dictȩ mulieres cum mas-
culis, prout jura disponunt* -- Et ex earum
persona consequenter capere debeat portio-
nes, quas illæ habuissent in eadem legitima,
Dominus Princeps Don Augustus, uti hæres
Patris renunciatarii earundem fœminarum.
Quoniam veró id quidem procederet, si do-
tes ex totali Papæ largitate fœminis adve-
nissent, non veró si ita constitutæ fuissent, ut
profectitiæ dicendæ sint, ideoque conside-
randæ uti traditæ ab eodem Patre, idcirco
tota difficultas erat in eo articulo, utrum
dictæ dotes adventitiæ censendȩ forent, vel
potius profectitiæ.

Responsum autem fuit, eas esse profecti-
32 tias. Etenim Summus Pontifex Donator,
non semel, sed pluries suam voluntatem ex-
plicavit, quod deveniebat ad hujusmodi do-
nationem (sunt verba Chirographi) *Volen-
do noi sollevare detto Don Agostino Chigi
nostro Nipote della Dote &c.* -- & rursus
ibi -- *Quali ducati 14. mil. doniamo inter
vivos à detta Donna Laura à contemplatio-
ne, e sollievo del detto Don Agostino*; &
in finalibus verbis, ibi -- *In modo tale, che
sempre, & in ogni tempo detti ducati 14.mil.
spettino, e siano per sollievo di detto Don
Agostino, ancorche si ritrovasse con mag-
gior commodità &c., & in ogni caso siano
suoi proprii, come per maggior Cautela li
doniamo tanto congiuntamente, quanto se-
paratamente ad esso &c.* -- Undè hæ dotes
non aliter datæ, quàm contemplatione Pa-
tris, dici debent ab ipso Patre profectæ, &
locum obtinere veræ Dotis, perinde ac si à
Patre ipso de substantia sua datæ fuissent,
*Text in leg dotem, quam dedit ff. de collat.
Bonorum*, & ibi *Bartol., aliique Doctores,
Peregrin.de fideicomm.art.36. n.100., Mer-
lin.de legitim.lib.2.tit.2.q.16.n.9., & seqq. de
Luca de Dat. disc.154.num.6., Rot.dec.146.
n.2.& 6.p.6.rec. dec.15.n.6. cor.san. memor.
Alexandr. VIII., & in Romana Legitimæ
18.Martii 1707. §. Fundamentum, & in
confirmataria 10.Decembris 1710. §.Omisso
cor.bon.mem. Molines.*

Non obstantibus firmatis per *Rotam dec.
159. p.13.* in casu dotis constitutæ Principis-
sæ Lucretiȩ Barberinæ à san. mem. Urbano

33 Octavo, quippe collatis invicem verbis Chi-
rographi, de quo agitur, cum aliis relatis in
dicta Decisione, statim dignoscitur diversitas
utriusque casus, secundùm quam ejusdem
Decisionis auctoritas evadit inapplicabilis.
34 Illic enim dictus Summus Pontifex dona-
verat Principi Don Taddeo præcisè ad effe-
ctum dotandi Principissam Lucretiam, ita ta-
men, ut eadem Principissa renunciaret legi-
timæ Paternæ, non quidem absolutè favore
Patris, sed favore Successionum, seu Substi-
tutionum, quas ipse Papa donans ordinare
intendebat, & cum ea conditione, quod si
non nuberet, & locus non esset solutioni do-
tis donatæ, ea quantitas augeretur secundo
genituræ per ipsum Papam pariter institutȩ.
35 In casu autem nostro toties san mem Ale-
xander VII. professus fuit suam largitatem
dirigere in sublevamen Patris, voluitque
omni casu censeri donationem factam ipsi
Patri, & summam donatam esse propriam
ejusdem Patris; itaut sequeretur omnino,
quod si filia nupta cum ista dote præmortua
fuisset eidem Patri, dos ista licèt à Patruo
Magno data non ad aliquam istius successio-
nem, seu dispositionem, sed ad Patrem ip-
sum uti donatarium Papæ ex eodem Chiro-
grapho reverti debuisset; signum evidens,
quod erat profectitia, argumento *Text. ex-
pressi in leg. Dos à Patre C. solut. Matri-
monio*

Noscentes Defensores Domini Principis
Don Augusti hujusmodi casuum disparita-
tem promanantem præcipue ex ea circum-
stantia, quod san. mem. Alex. VII. professus
fuerat in omnem casum censeri donationem
36 factam Principi Don Augustino, declinare
contendebat difficultatem ea animadversio-
ne, quod id fecisset dictus Summus Pontifex
ad eximendum ejus Nepotem à vexationibus
Cameræ, quæ fortasse donationem valuisset
37 controvertere matrimonio non secuto. Sed
cessabant hæc omnia ex littera Chirographi,
dum ibi Papa non se restrinxit ullo modo
circa collationem suæ largitatis in Nepotem
ipsum, sed usus fuit generalibus verbis -- *In
38 ogni caso* -- quȩ adeo sunt effrenata, ut nul-
lam pati possint restrictionem, & nullus sit
casus, quem non includant, ad *text. in leg.
Iulianus, & leg. Testatorem in princ. ff de
lgat.3., & leg. Pediculis §. Labeo ff. de aur.,
39 & argent. legat.*, atque etiam addidit hu-
jusmodi declarationem continuative ad ea,
quȩ præmiserat sublevaminis ejusdem Patris,
coniungendo præmissa verba cum dictione.
Et, alteri expressioni, quod summa donata
semper, & omni tempore spectaret, & esset
ad sublevamen Principis Augustini, ita ut
remaneant hæc omnia inseparabilia, & simul
omnino pro intelligentia donationis acci-
pienda sint, ad *tex. in l. Et quia ff. de jurisd.
omn. Judic., & gl. in l.2. in princ. ff. de dot.
prælegat., & l. Si sic. ff quemadmodum servit.
amittat.*

Similiter non stringit argumentum illud
in postrema Causæ propositione deductum,
quod

40 quod licet Dos sit profectitia ad effectum eximendi, seù sublevandi Patrem à constitutione dotis, ad quam cęteroquin teneretur, tamen non sit etiam talis ad alium rigorosum effectum exclusionis ipsarum filiarum, quibus dos ita constituta fuit per personam à Statuto non nominatam à successione Paterna, seu Materna. Quandoquidem posita ab initio qualitate Dotis profectitiæ, nihil refert à quo data fuerit, quia intelligitur data ab ipso Patre juxta auctoritates supra allegatas §. *Responsum*, & satis ideo est, quod proficiscatur à Patre, ut impleatur mens Statuti, & inducatur effectus exclusionis fœminæ tali modo dotatę tam à Paterna, quam à Materna successione etiam consentaneè ad
41 mentem Papę donantis quippe qui sciebat dubio procul Statutariam dispositionem, & si voluit dotes esse profectitias, voluit etiam fœminas ita dotatas excludi à successione ad formam ejusdem Statuti per ea, quæ arguit *Rot. decis.* 610. *num* 37., *& sequen. coram Bich.*, *& innuit eadem decis.* 159. *sub num* 37 *part.* 13. *Recent. in contrarium allegata*.

Ulterius vero in præmissorum confirma-
42 tionem concurrebat observantia Partium, scilicet Principis Don Augustini, & ejus filiarum: Ex parte Principis Don Augustini ex eo resultans quod ipse investivit scuta 14. mil. donata per Papam absque ulla obligatione ex iis dotandi filias, & eas subinde professus fuit dotare de proprio, & hoc intuitu reportare curavit ab eis renunciationes: Ex parte vero filiarum, quia ipsæ in dictis renunciationibus, quas emiserunt professæ fuerunt se congrue dotatas à Patre *ex*
43 *suis propriis pecuniis*. Hæc autem observantia ponit rem in claris, & non videtur impugnari posse à Domino Principe Don Augusto, dum provenit ab ejus auctoribus, ex firmatis in *decis.* 223. *num.* 14. *part.* 13. *decis.* 52. *n.* 7., *& decis.* 325. *num.* 5. *part.* 19. *recent.*

44 Stat itaque firmum ex præmissis, quod non obstantibus exclusione Statutaria, renunciationibus emissis à Sororibus de Chisiis, & Dotibus duabus ex eis constitutis à san. mem. Alexandro VII., legitima Dominorum Fratrum calculanda esset in Semisse in terminis tamen, in quibus non adesset, ut hic, dispositio Parentis favore ipsorum Masculorum; sed quoniam non in puris terminis successionis intestatæ, aut Institutionis omnium filiorum tam masculorum, quam fœminarum nos versamur; sed in casu quo Domina Principissa decessit, instituto tantum in universa hæreditate Domino Principe Don Augusto hærede Proprietario, hinc quarta examinanda est quęstio, intercæteras in disputatione hujus Causæ assumpta, *utrum augumentum* istud de Triente ad Semissem procedens ex numeratione fœminarum *cadat*, *nec ne sub fideicommisso*, quod ordinavit in suo Testa-
45 mento Principissa Mater, vel potius ea gaudere debat libertate, quam leges de sui natura legitimę tribuerunt; in hac autem quæstione licet varia fuerint Dominorum suffragia in primo consessu diel 20. Julii 1719. itaut rescribi contingerit *iterum proponatur*; in altera tamen Congregatione diei 24. Septembris ejusdem anni dictum fuit – *cadere sub fideicommisso* – & hodie unanimi sensu perlitum fuit *In decisis*.

Porro hujus quæstionis examen pendebat à duplici inspectione, à potestate scilicet, &
46 voluntate Principissæ Virginiæ Quoad potestatem plana erat resolutio affirmativa ex constanti sententia Sacræ Rotæ, quod ubi agitur de fideicommisso condito favore masculorum, augumentum prædictum gravari queat, prout recedendo ab aliis decisionibus prius editis coram san. mem. Clemente VIII. plene firmatum fuit in *Romana de Lantes coram Coccin. decis.* 2159, *&* 2158. *inter ejus impressas repetit. decis.* 99, *&* 100. *post Fenzon. ad Statut. Urbis*, cum quibus deinde semper processum fuit, ut constat ex *decisione* 180. *num.* 11. *part.* 11. *decis.* 10. *num.* 18., *& sequen. part.* 12., *decis.* 147. *num.* 4., *& seqq.*, *& decis.* 267. *num.* 5. 6., *& sequen. part.* 13, *decis.* 309. *num.* 7. *part.* 17. *recent. in Romana Legitimæ coram bon. mem. Molines impressa post Albit. de Inconst. in Iudic. decisione* 68. *num.* 4., *&* 5. *in Romana Immissionis* 18. *Februarii* 1715. §. *Aut cuidam cum seq.*, *& per. tot. confirmata* 1. *Julii ejusdem anni* §. *Non tamen coram Me, in Romana Fideicommissi de Romanis* 19. *Aprilis* 1717. §. *Camprobata coram R. P. D. meo Cerro*. *& in Faventina Fideicommi super detractione* 11. *Februarii* 1718. § *Nec subsistere*, *&* 16. *Januarii* 1719. §. *Quod vero coram Me iterum confirmata pendente extensione hujus Voti* 23. *Febr. hujus anni pariter coram Me*.

47 Et ultra tot Sacrę Rotæ Decisiones tenuerunt etiam gravissimi Doctores, ut videre est penes *Gobb. de Iur. intest success. observ.* 23. *num.* 4., *& Torr. de pact futur. success. libr.* 2. *cap.* 47. *num.* 56., *& sub num.* 61. *vers. Cum distinctione*, *& in alio Tract. de Primogen.*, *& major. Italiæ part.* 2. *quæst.* 60. *num.* 17., *&* 18.

48 Fundatur vero hæc sententia præter relatas auctoritates, etiam in ea perstriugenti ratione, quod cum Statuta Fœminas excludant causative proter masculos, & propter conservationem bonorum in agnatione, itaut ista sit præcipua ratio exclusionis, ut advertit *Constan. ad Stat. Urb. super cap.* 141. *annot.* 35. *num.* 1., *&* 2., *& super cap.* 145. *annot.* 39. *num.* 2., *& seqq.*, *& Rot. decisione* 267. *num.* 5. *part.* 9., *& decis.* 147. *num.*
49 7. *part.* 13. *Recent.*, inde sequitur, ut quoties hujusmodi augumentum ex Parentum dispositione remaneat in agnatione, aut masculis Agnatis, Statutum suum finem prinarium consequatur, & interim natura legitimæ respectu dicti augumenti veluti sopita conquiescat, & remaneat in hæreditate non uti augumentum legitimæ, sed uti portio hæreditaria

ditaria, ut declarant *Gobb. de success. intest.*
dicta observ. 23. *num.* 4., *Torr. de Primog.*
part. 2. *quæst.* 60 *num.* 18., *Rota in laudat.*
decisione 2119. *num.* 20., *&* *decis.* 2158. *nu.*
19., *& sequen. coram Coccin. decis.* 10. *num.*
18., *& seqq. part.* 12. *decis.* 147. *num.* 4., *&*
seqq., *& decis.* 267 *num.* 5., *&* 6. *part.* 13.
Recent. In modum, ut præfatum augumen-
50 tum naturam legitimæ non sortiatur, nisi in
casu quo, aut Parentes ab initio extraneum,
vel fœminam instituerint, aut post obitum
masculorum ipsas fœminas, vel extraneas
substituerint, tunc enim purificato casu suc-
cessionis extranei, vel fœminæ, excitaretur
natura legitimæ, quæ durante successione in
masculis de agnatione, veluti sopita quie-
scebat, & per remotionem obstaculi etiam
prædictum augumentum illius naturam assu-
meret, & operaretur effectum suum cujus-
cumque oneris exclusivum, ut per hæc, aut
consimilia verba prosequntur *Gob. dicta ob-*
servat. 23. *sub num.* 4., *Torr. dicta quæstio-*
ne 60. *num.* 18., *Rot. eadem decisione* 147.
num. 5., *&* 7., *& decis.* 267. *num.* 5., *&*
sequen part. 13. *Recent.*, *& in Romana*
Immissionis 18. *Februarii* 1715. §. *Aut ejus-*
dem cum seqq., *& in allegat. Faventina Fi-*
deicommissi super detract. 11. *Febr.* 1715. §.
Nec subsistere coram Me.

Parumque refragatur, quod aliquæ ex al-
legatis auctoritatibus loquantur in terminis
51 reassumptionis, & reviviscentiæ, itaut sup-
ponere jam videantur in dicto augumento na
turam legitimæ, cum qua cæteroquin est in-
compatibile onus fideicommissi, quia quic-
quid sit de verbis, & formulis, quibus utun-
52 tur, hoc unum utique certum est, quod una-
nimiter omnes concludunt pro subsistentia
fideicommissi in eodem augumento quous-
que durat successio masculorum ex ratione
favoris eorundem masculorum præ oculis
53 habita à Statutis; regulare autem est in
omni materia, quod ratio potius, & intentio,
quam verba spectanda est, ad *Text. in l. Sci-*
re §. *Aliud ff. de excusat. Tutor. cum aliis*
vulgar. de quibus Fusar. de Substit. quæst.
480. *n.* 4., *Rot. decis.* 413. *num.* 14. *part* 19.
rec.

54 Facienda nec est ulla disparitas inter au-
gumentum legitimæ proveniens ab existen-
tia fœminarum in hæreditate Paterna, ac
aliud respiciens, ut hic, hæreditatem mater-
nam, quia de facto in pluribus ex supra re-
latis decisionibus firmatum fuit cadere sub
fideicommisso augumentum istud etiam in in-
dividualibus terminis hæreditatis maternæ,
ut post antiquiorem decisionem in *Civitatis*
Castell. Supplementi Legitimæ 4. *Martii*
1614. *coram Card. Lancellotto*, *dictum fuit*
decis. 137. *num.* 13., *&* 14. *par.* 6. *rec.*, *& in*
Romana Fideicommissi de Marianis decis.
10. *num.* 17. *cum seqq. par.* 12., *decis.* 147.
num. 4., *& seqq.*, *& decis.* 267. *num.* 5., *&*
6. *par.* 13. *rec.* quas in proposito egregie ex-
plicat *Gobb. de Success. observ.* 23. *num.* 4.
ubi quod licet in duabus posterioribus deci-
sionibus recessum fuerit à prima, quæ est *de-*
cis. 10. *par.* 12., id tamen non ex alio conti-
git motivo, quam quod Fideicommissum ma-
ternum devenerat ad fœminam.

Ne vero Domini viderentur his tantum
auctoritatibus trahi in istum sensum, ulterius
etiam advertebant, quod fundamentum di-
versitatis inter utrumque casum, & hæredita-
55 tem ponebatur in eo, quod de hæreditate
Matris loquatur dumtaxat cap. 145. Statuti
Urbis ad cujus tramites filii sunt contempla-
56 ti, uti filii, non vero cap. 141., de quo men-
tionem faciunt fere omnes decisiones supe-
rius allegatæ, & juxta quod dumtaxat filii
vocantur uti hæredes Patris, ex deductis per
Car. de Luc. de legit. disc. 5, *& Tartagl de re-*
serv Statutar. artic. 17, sed aut ista diversi-
tas inter unum, & alterum Statuti capitu-
lum facienda non est in resolutione hujus no-
57 stræ controversiæ, ea ratione, quod cap. 145.
loquitur de intestata, & non de testata Ma-
tris successione; statuit enim quod filiæ, vel
neptes à Patre, vel fratribus dotatæ nec etiam
Matri, nec Aviæ succedant, sed succedant
filii masculi; in hac vero intestata successio-
ne non habebant opus Statuentes exprimere
58 filios tanquam hæredes, cum de Jure sit, ut
filii ab intestato sint hæredes Matris; unde
si nihil in eodem capitulo ulterius statuerunt
de successione testata, de qua tamen agitur
in nostra hypothesi, pro isto casu tanquam
59 omisso recurrendum erit ad aliud præce-
dens cap. 141. loquens de testata successione
60 Patris, cum certum in Jure sit, quod una
Statuti pars ab altera declaratur, & casus
omissus, ab altero casu, in quo dispositum
fuit regulari debet, ut tradunt per *Text.*
in l. Non est novum, *& l. Sed*, *& posterio-*
res 28. *ff. de leg. Mans. consult.* 44. *num.* 45,
& 46., *Constantin. ad idem Stat. in prælud.*
num. 267., *& seqq.*, *Rota decis.* 548. *num.* 4.
par. 1., *& decis.* 16. *num.* 6. *par.* 8. *rec.* &
præcise inquit *Rota dec.* 316. *n.* 22., *&* 23.
61 *par.* 6. *rec.* ubi quod unum capitulum ex præ-
dictis in Statuto Urbis, alteri famulatur.

Aut si ponendum est discrimen aliquod in-
62 ter utrumque Statuti caput, adhuc facile
utrumque conciliabitur ex finali ratione fa-
voris masculorum, & conservationis bono-
rum in agnatione, quam certum est in utra-
que dispositione Statuentes primario respe-
xisse juxta ea, quæ supra advertimus in §.
Non attenta, itaut eadem utrobique vigen-
te ratione, eadem quoque sumi debeat inter-
pretatio, & favorem istum masculorum præ-
valere necesse sit, sive de uno casu disposito
in Statuto 141. sit quæstio, sive de alio, de
quo sit dispositum in cap. 145., ut aliis omis-
sis in puncto inquit *Rota decis.* 10. *num.* 19.
par. 12. *rec.*, *in sæpe memorata Romana Fi-*
deicommissi de Marianis, in qua certum est
ex eodem *Card. de Luca de Legit. disc.* 5.,
qui in causa succubuit, quod utraque statu-
taria dispositio allegata fuit, & *dec.* 399. *à n.*
20. *par.* 18. *rec.*

A potestate hactenus firmata transeundo
ad

ad voluntatem clar. mem. Principissæ Vir-
giniæ circa gravamen dicti augumenti, du-
plex in ea occurrebat difficultas, prima quod
noluerit fideicommissum condere favore
masculorum, & secunda quod voluerit è con-
trario legitimam una cum suo augumento in
Semisse deberi libere masculis ejus hære-
dibus.

Sed respectu primæ facilis Dominis re-
sponsio visa fuit. Quippe quia ex auctorita-
tum superius adductarum lectura statim di-
63 gnoscitur quod ad effectum, ut intelligantur
Parentes gravasse suo Fideicommisso memo-
ratum augumentum proveniens à connume-
ratione fœminarum, non aliud requisiverunt
Patres, & Sacra Rota, quam quod ad suc-
cessionem hujusmodi fideicommissariam vo-
cati sint masculi. In casu autem nostro litte-
ra Testamenti Principissæ Virginiæ statim
ostendit fuisse vocatum in Hæredem univer-
salem Dominum Principem D. Augustum fi-
lium Primogenitum, eique substitutum, ca-
su quo ipse diversimode non disponeret, ejus
filium Primogenitum masculum. Et licet
tradita fuerit eidem Domino Principi facul-
tas disponendi de materna hæreditate etiam
favore fœminarum, & in casu non factæ di-
spositionis à Principe, & obitus Primogeniti
aliorumque masculorum sine masculis voca-
ta fuerit filia fœmina (Domina scilicet Don-
na Constantia Uxor Domini Ducis Monre-
rani) cum ejus descendentibus, qui non sunt
de agnatione Chisia, sed Alteria, tamen
64 nullatenus id repugnat, si recursus habeatur
ad præmissam juris dispositionem, quod gra-
vamen sæpedictum durat durante favore
masculorum institutorum, & substitutorum;
65 Si vero deinde successio purificetur favore
fœminæ à Statuto exclusæ, vel uti nomina-
tæ à Principe primo hærede, vel uti substi-
tutæ à Domina Principissa, tunc quidem ex-
citatur natura legitimæ, & rejicitur onus il-
li infixum ex dispositione favore masculi, ut
in specie inquit *Rot. dec.* 267. *n.* 6., & 7.
par. 13. *dec.* 68. *n.* 4., & 5. *post Card. Albit.
de Inconst. in Judic.*, & *in Romana Immissio-
nis* 28. *Februarii* 1715. §. *Aut enim*, &
per tot. coram Me.

66 Respectu vero secundæ hoc ipso, quod
Mater fideicommissum ordinaverat favore
ejus filii Primogeniti masculi, præsumeba-
tur voluisse uti ea potestate, quæ eidem de-
rivabat ex præfata dispositione Statutorum
nostræ Urbis, nisi clare apparuisset de ejus
voluntate in contrarium; unde inutile fuit
argumentum illud plenariæ libertatis indul-
tæ ab ipsa Testatrice legitimæ ejus filiis reli-
ctæ, quod eruebatur ex institutione eorum-
dem filiorum in legitima ipsis de Jure com-
petente, ibi -- *Che gli va di ragione* -- quali-
ficata cum alia subsequenti expressione -- *In-
stituendoli in quella Eredi liberi in ogni mi-
glior modo*, -- & cum restrictione alia in In-
stitutione hæredis universalis conceptæ per
67 ea verba -- *Nel rimanente poi della mia Ere-
dità instituisco &c.* -- quasi quod inde dede-
rit intelligere se velle relinquere filiis legi-
timam de Jure debitam in Semisse, velle fi-
lios in eadem esse hæredes liberos, & hære-
ditatem universaliter relictam Domini Prin-
cipi debere omne id compræhendere, quod
superesset legitimæ prædictæ.

Siquidem Domini præmittebant, quod
68 dum Principissa professa est relinquere Do-
minis Fratribus de Chisiis ejus filiis legiti-
mam, *che gli va di ragione*, ea utique legi-
tima non alia intelligi potest, quam quę de-
betur ex Jure Statutario, ut admittebant
hinc inde Scribentes, & bene firmavit *Rot.
decis.* 17. *num* 5., & 6. *post. Constan. ad
Stat. Urb.*, & *in Ferrarien. Alimentorum*,
& *Dotium super quantitate detractionum* 4.
Martii 1712. §. *Quo vero coram Eminentis-
69 simo D. Card. Priolo*; si ergo de Jure Statu-
tario præstanda non est filiis uti filiis legiti-
70 ma nisi in solo Triente, augumentum vero
usque ad Semissem à concursu fœminarum
exclusarum resultans quando universalis di-
spositio ordinata fuit favore Masculi, aut
agnationis capere debent uti hæredes, itaut
illud remaneat propterea in hæreditate, &
sit obnoxium fideicommisso, juxta auctorita-
71 tes supra adductas §. *Fundatur*, consequitur
utique ut secundum istam Juris statutarii cen-
suram interpretanda veniat Principissæ vo-
luntas, & ideo quod durante successione in
masculis non intelligatur ista legitima alio
modo relicta, quàm cum onere fideicommis-
si ratione Statuti cum ea in augumento sæ-
pedicto compatibilis, ex firmat. in dicta *de-
cis.* 17. *n.* 1., & *seqq. post. Constant. ad Stat.
Urb.*

72 Libertas item, quæ videretur satis de-
monstrata ex præmissis verbis institutionis
hæredum liberorum in legitima, restringi-
tur statim ex eadem ratione, quod illa qui-
dem intelligenda sit volita à Testatrice in
Triente tantum debito jure legitimę filiis,
non vero in augumento, quod titulum legi-
timę durante successione fideicommissaria in
masculis non sortitur, sed habetur, ac si es-
set pars hęreditaris, ut egregie probant *Boer.
decis.* 104. *num.* 10. *Rota coram Coccin. decis.*
1158. *num.* 35. 36., & 48., & *per. tot.*, &
decis. 10. *sub. n.* 18., & 20. *part.* 12 *rec.* In-
telligentia itaque memoratæ libertatis su-
menda est congruis referendo, ita nimirum,
ut filii intelligantur esse hæredes liberi in legi
tima quoad Trientem; quo vero ad augumen-
tum tales dici non possint, nisi cessante favo-
re Masculorum, quo casu assumerent etiam
illæ duæ unciæ superaductę à connumeratio-
ne fœminarum naturam veræ legitimæ, ex
deductis in superiori §. *Fundatur in fin.*
73 Quod si contraria fieret interpretatio, unum
vel alterum resultaret ex his absurdis, quod
scilicet aut D. Principissa Mater non dispo-
suisset ad formam Statuti, ut cæteroquin
74 professa fuit disponere, & voluisse dispone-
re credendum est, ex regula, quod Testato-
res sese Statutis uniformes esse volunt in suis
dispositionibus, *Rot. decis.* 111. *n.* 4 *coram Ot-
tobon.*

tobon. in Perusina Immissionis 21. *Aprilis* 1719. §. *Coronat.*, & *in Ravennaten. Manutensionis* 28. *ejusdem Mensis*, & *anni* §.
75 *Licet coram Me.* Sed imo directe contra illius formam disposuisset, compræhendendo dictum augumentum in legitima, quando de Jure Statutario compræhenditur in hereditate, ut dictum est; aut saltem in uno, eodemque actu ex eadem ratione sese instantanec corexisset, quod pariter admittendum
76 non est, *Rot. decis.* 12. *nu.* 4. *part.* 15. *decis.* 513. *nu.* 5. *part.* 19. *rec.*, & *passim*.
77 Nullaque vis constitui potest in clausula *omni meliori modo* à Testatrice superaddita dictæ institutioni Hæredum liberorum in legitima; ea quippe operatur quidem in convalidationem dispositionis intra suos limites, non vero in illius variationem, aut ampliationem in oppositum, & contra mentem Testatricis sese Juri statutario uniformantem in illa institutione per aliam expressionem -- *che gli va di ragione* -- ex iis, quæ advertunt super d. clausula *Mant. Consult.* 133. *n.* 8., & *seqq.* *Torr. de success. in Majorat.*, & *Primogen. part.* 2 *quæst.* 39. *num.* 199. *Rota post eund. decis.* 46. *num.* 26 *decis* 354. *n.* 5. *part.* 16. *rec.*, & *dec* f 88. *num.* 4. *coràm Emerix*
78 *Jun.* Ac de facto videmus, quod Testatrix ipsa eandem Clausulam penitus omisit in eo folio, quod exaravit ad hoc ut subscriberetur a filiis in acceptationem suæ voluntatis, ubi enim dixit -- *haver lasciata a ciascheduno di loro la legitima, che gli va di ragione*
79 *libera* --, quod autem nihil ulterius ex præfata Clausula voluerit Principissa significari, non aliunde colligi melius, ac perfectius potest, quàm ex isto actu admodum serio, & proportionato, ut in similibus terminis firmavit *Rota decis.* 166. *num.* 43., & *seqq. part.* 8., & *decis.* 365. *n* 5 *part.* 17. *rec.*

Ex præmissis colligitur, quod ne quidem officit argumentum erutum ab ordinatione fideicommissi facta à Testatrice -- *nel rima-*
80 *nente della mia Eredità* -- quia cum ex eo quod condiderit fideicommissum favore Masculorum oriatur, quod potuerit gravare augumentum legitimæ, uti partem suæ hæreditatis, statim patet quod idem augumentum veniebat sub eo residuo suæ hereditatis super quo gravamen fideicommissi Principis-
81 sa imponebat. Pars enim in toto continetur, ad *Textum inl. in toto* 113. *ff. de regul. Jur.*, & *cap. in toto* 80. *eod. tit. in* 6. *cum aliis vulgar.*

Dicendum denique aliquid fuisset de subalterna quæstione à Partibus promota super taxatione fructuum tam universæ hereditatis Principissę Virginię debitorum æqualiter Domino Principi, ac Domino Abbati ratione coequalis institutionis in usufructu,
82 quam etiam istius legitimæ; contendebat sane Dominus Princeps illos non deberi nisi ad ratam fructuum Investimenti facti de dote meterna in emptione Terrę Aricię, & sic in scutis 2. pro centenario prout taxantur fructus bonorum feudalium, & Jurisdictionalium. E contra vero substinebat Dominus
83 Abbas illos deberi juxta taxam legalem in scutis 4. pro centenario, eo quia debuisset potius dos investiri in fundis hujus redditus, quam in bonis minoris fructus in prejudicium Mulieris, & ejus heredum.
84 In hoc vero conflictu Domini, quorum arbitrio reservata erat de Jure in concursu diversarum opinionum, & probationum eorundem fructuum liquidatio, ut inquit *Rot.*
85 *dec.* 87. *n.* 6. *cor. fa me. Alex. VIII.* ponderantes, quod si modo occurreret casus restitutionis Dotis Principissę Virginię, eaque ratione fideicommissi per illam ordinati investienda foret commodo Successorum, non potest utique tutius investiri quam in Locis
86 Montium, ideo statuerunt dictos fructus deberi potius ad ratam fructuum, eorundem Locorum Montium, habito tamen respectu ad augumentum eorum pretii nunc currentis, & detractis regaliis dari solitis, juxta ea, quę alias advertit *Rota decis.* 178. *num.* 8. *part.* 19. *rec.* Et sic in scutis 2., & ob. 52 pro quolibet anno, & centenario, prout etiam subinde consentiebat Ipse Dominus Princeps herea proprietarius ad illos pręstandos Domino Abbati Coheredi usufructuario pro medietate hereditatis materne obligatus.

Et ita fuit resolutum utraque &c.

BONONIEN. TREBELLIANICÆ SUPER CREDITIS.

Veneris 12. *Januarii* 1720.

ARGUMENTUM.

Retentio bonorum pro credito illiquido non datur.

Mulier adversus fideicommissum pro dotis restitutione agens, bona sui debitoris libera prius discutere tenetur, deque eorum non existentia edocere; secus vero quando hæres fideicommissarius bona pro tali restitutione distracta avocare prætendit, quo casu ipse talem existentiam tenetur demonstrare.

In transactione litium omnium, & jurium extinctiva, omnes hinc inde actiones fuisse compræhensas, simulque extinctas præsumendum est.

SUMMARIUM.

1 *Depositum unius rei usque ad certum tempus determinatum, isto advento, dies dicitur interpellasse pro homine, & ob id ejus restitutio nequit retardari.*
2 *Amplia, si partes inter se convenissent, ut purificata conditione expressa, nullo alio titulo res in depositum data retardari nonpossit.*
3 *Subamplia, ut ista restitutio nullam ulteriorem contrahentium declarationem admittat.*
4 *Retentio pro credito illiquido non datur.*
5 *Immissio pro credito illiquido non datur, cum sit*

sit durior, & magis odiosa, quam retentio.

6 *Fideicommissum sub colore dotium non potest supplantari, quando vel adessent bona libera, vel ad illas non teneretur.*

7 *Dos in subsidium tantum detrahitur ex fideicommisso, bonis liberis non existentibus, secus vero quando hæc adsunt, quod idem procedit etiam in dotis restitutione.*

8 *Fideicommissarius impugnans restitutionem dotis de bonis fideicommissariis factam, tenetur bonorum liberorum existentiam probare, ex quibus potuisset detrahi; secus vero Mulier pro tali restitutione agens, quæ hanc non existentiam tenetur demonstrare.*

9 *Mulier titulo dotis retentionem Prædii fideicommissarii allegans, illud loco depositi, non uti domina possidere dicitur, adeo quod illud adhuc extare in fideicommissa dicatur.*

10 *Fideicommissum extare dicitur super Prædio, quando illius fructus ad illud pertineant.*

11 *Heres simplex etiam in bonis propriis ad defuncti debita tenetur.*

12 *Confessio propria circa bonorum liberorum existentiam omni probationum genere est præstantior.*

13 *Creditor hæredis fideicommissarii potest persequi detractiones libere illi competentes.*

14 *Hæres simplex allegans se esse hæreditatis creditorem, suas actiones confundisse dicitur.*

15 *Hæres hæredis primo loco defuncti fit hæres.*

16 *Hæres simplex legis beneficium, nisi inventarium exhibeat, & rationem reddat, allegare non potest.*

17 *Transactio quarumcumque controversiarum extinctiva significat omnia jura hinc inde fuisse discussa, quodque omissum fuit pro insubsistenti fuisse recognitum*, amplia, ut in nn. 19., & 20.

18 *Transactio perimit omnia jura, & finem litibus imponit.*

21 *Legatum præsumitur solutum, vel ex mobilibus, vel frugibus, vel pecuniis hæreditariis, quando non adesset inventarium, ex quo apparere posset status*, & n 4

22 *Amplia, quando probaretur in hæreditate extitisse pecunias, mobilia, animalia &c.*

23 *Hereditas Viri nobilis, & divitis pecuniis præsumitur non fuisse destituta*, & n.25.

28 *Transactio non infert præjudicium creditis in ea reservatis.*

DECISIO MCXLIII.

PRædium S. Donnini, quod in transactione inita de anno 1642. circa fideicommissum Galeatii Bargellini inter Comites de Areostis, & Comitem Bargellinum, retentum fuit ab eisdem de Areostis, *veluti in depositum ex causa Trebellianicæ, donec, & quousque terminatus fuerit articulus, utrum Trebellianica debeatur*, curavit ulterius retinere D. Comitissa Anna Theresia Scappia ab illis causam habens, etiam si nostrum Tribunal, cui ex placito Partium in eadem Transactione remissa fuerat definitio prædicti articuli per binas decisiones editas coram bon. mem. Ansaldo, *Trebellianicam non esse debitam* declarasset. Idcirco protulit in medium plura credita, ex quibus sibi Jus competere super Prædio controverso contendebat, cumulavitque plures Actiones, juxta quas facilior ejus votis eventus arrideret. Fuit itaque ad ejus instantiam propositum à Me in locum dicti bon. mem. Ansaldi subrogato, & in munere Decanatus Sacræ Rotæ successore dubium in hodierna Audientia -- *An constet de creditis, itaut sit danda retentio, seu immissio, vel potius relaxandum mandatum executivum* -- Domini vero responderunt *negative quoad retentionem, & immissionem, in reliquis dilata pro credito librarum 3740.* -- *& proponatur una cum altero dubio super fructibus.*

Duplici fũdamento innixa fuit hujusmodi resolutio, primo, quod cũ AuctoresComitissæ
1 Scappiæ, scilicet Comites de Areostis, in memorata transactione anni 1642. Prædium in depositum retinuerint sub ea lege, *donec, & quousque terminatus fuerit articulus, utrum Trebellianica debeatur*, sequitur profecto, quod terminato jam d. articulo, resoluta dicatur conditio, cui depositum ex d. lege alligatũ fuit verbis illis *donec, & quousque*, juxta ea, quæ firmat *Rota decis. 507. n 6. p. 18, & dec 324. n. 11. p. 19. recent.* Ideoque nullo modo possit Comitissa Scappia detrectare restitutionem Prædii controversi Dominis Comitibus de Bargellinis, idemque Prædium ulterius retinere, *ad text. in l penultima C. Mandati, & in Auth. sed iam eod. eod. tit., Constant. ad Stat. Urbis annot. 12. n.49., Rota dec.245. n.9 p.18. dec.657. n.6. p.19. rec., & in Perusina pecuniaria 8. Februarii 1706. §. fin. cor. Eminentissimo D. Card Priolo.*

Maxime quia Partes in eadem transactio-
2 ne distinctè etiam explicaruot, quod quatenus in futurum aliquod novum fideicommissum, vel incognita dispositio detegeretur, tunc teneretur Comes Odoardus Bargellinus restituere Comitibus de Areostis bona omnia sibi relaxata, è converso verò Prædii controversi dimissionem ab unico tantum casu decisionis d. articuli in exclusionem debiti Trebellianicæ pendere voluerunt, atque ideo vigore aliorum Jurium retardari non posse declararũt ex vi disoretivæ dispositionis, de qua passim *Rot., & præsertim in Ariminen. fideicommissorum 7. Februarii 1716. §. Nulnisse car. R. P. D. meo Cerro*, & insuper addiderunt, quod isto casu -- *Illico, & incontinenti debeat d. D. Comiti Odoardo relaxari una cum fructibus a die mortis Cosmi* (ultimi tunc possessoris) *perceptis percipiendis.* Qui stipulandi modus nullam, facto casu restitutionis, moram, aut dilationem admittit, neque ulteriorem declarationem requirit, *text. in l. idemque §. Sicut man-*

da-

davero ff. mandati l. quod ait §. Vltimo ff. de adult., gloss. in cap. quia propter de elect. verb. mox Tiraqell. in l. si unquam verb. revertat n. 114., & seq. C. de revoc. donat., Rot. dec. 205. n. 6. p. 15. rec., & in melevitana Iuris optandi 2. Junii 1704. §. Motivum cor. bo. me. Omanna.

Alterum fundamentum stetit in eorumdem Creditorum, quæ proponebantur ad obtinendam aut retentionem, aut immissio-
4 nem irrelevantia. Siquidem illa erant tria, & DD. distinctum omnium examen assumentes, fuerunt in sensu, quod duo provenientia ex dote Isabellæ de Areostis, & ex legato per Antonium Galeatium fideicommittentem relicto in Codicillis Isottæ Malvetiæ ejus Nepti, tot, tantasque paterentur exceptiones, ut illiquida omnino censenda forent, & ideo effectus petitæ retentionis incapacia, juxta regulam, de qua in proposito *Rot. dec. 70. n. 38., & decis. 534. n. 12. cor. Cerro dec. 149 n. fin. p. 15. decis. 223. n. 19. p. 17., & dec. 646. n. 39., & seq.*
5 *p. 19. rec.*, & multo magis Immissionis per viam actionis propositæ, cum ista durior sit & magis odiosa, quàm retentio, *l. licet C. de except., Rota dec. 129. n. 35. p. 13., & in Ferrarien. Alimentorum, et dotium super immissione 30. Januarii 1713. §. Præsentaneus cor. Eminentissimo D Card. Scotto.*

Porro primum creditum dotis Isabeliæ de Areostis, quæ fuit Uxor Astorgii Bargellini primi heredis gravati, & Mater Cosmi, per cujus obitum anno 1642. insurrexerunt eæ controversiæ, super quibus inita fuit memorata transactio, non potuit præstare ul-
6 lum titulum, aut retentionis, aut immissionis, quia licet fuerint in causam ejusdem dotis a d. Cosmo de anno 1628. datæ in solutum tornaturæ 60. prædii controversi Sancti Donnini, adhuc ista datio in solutum nullo modo præjudicare valuit fideicommisso Antonii Galeatii, & aliis ad illud successivè vocatis, quia Jura nostra noluerunt quidem prospectum esse dotium incolumitati, obnoxia reddendo earum solutioni etiam bona fideicommisso subiecta, non tamen eo fuerunt animo, ut licitum esset sub colore dotium fideicommissariis supplantare fideicommissum, ut præ cæteris advertit *Rota in Romana spolii, seu Immissionis super dote Lucretiæ de Aretio 27. Junii 1718. §Conflito cor. R. P. D. meo Crispo.* Unde certum
7 est, quod sicut non tenetur fideicommissum ad dotium restitutionem, nisi in subsidium, hinc existentibus bonis liberis, ex istis, non autem ex fideicommissariis, pro placito heredis gravati facienda est restitutio, ut latè probant *Card. de Luc. de dot. disc. 37. n. 8., et disc. 145. n. 64., Rot. dec. 48. n. 6. p. 12. rec., et in Bononien. fideicommissi de Burzanis 4. Decembris 1699. §. Nec demum cor. bo. mem. Pio.*

Non attenta responsione, quòd cum non
8 agatur hodie de dote restituenda ex bonis fideicommissi, itaut ex hac restitutione libertatem assecutæ sint Tornaturæ 60. prædii fideicommissarii, non sit à Comitissa probandus defectus bonorum liberorum, & casus subsidii, sed à fideicommissariis impugnantibus eandem restitutionem, seu assignationem jam secutam, juxta distinctionem, de qua aliis adductis in *Romana Pecuniaria 17. Martii 1706. §. Multoque cor. bo. me. Molines, & in Romana Casalis Massæ 12. Decembris 1712. §. Corruere cor. Eminentissimo D. Card. Scotto.*

Siquidem nulla fuit circa propositam distinctionem difficultas, sed unice videndum erat, utrum hic nos versaremur in casu Dotis ex bonis fideicommissariis restituendæ, vel restitutæ. Et sane in præsenti hypothe-
9 si dici aliud non poterat, quàm quod essemus in casu faciendæ restitutionis, dum Comitissa Scappia, quæ modo causam, & titulum allegat hujus dotis pro retentione Prædii controversi, illud non possidet, nisi jure depositi conventi in sæpedicta transactione anni 1642. ab ejus Auctoribus, unde Prædium hodie extare adhuc dicitur in Fideicommisso, cui uti Domino, non autem sibi censentur depositarii possedisse, ut *per text. in l. qui rem suam ff. depositi explicat Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 1. n. 9.*, idque comprobat pactum illud in eadem transactione stipulatum circa omnium fructuum restitutionem fideicommissariis faciendam casu, quo declararetur non deberi Trebellianicam, prout declaratum jam fuit, quia si om-
10 nes fructus sunt fideicommissariis restituendi, signum evidens, quod Prædii dominium adhuc totaliter est in fideicommisso, ut docet *Bart. in l. non abs re col. 2. C. unde vi Menoch lib. 1. præsumpt. 55. n. 13, Rota dec. 591. n. 11. p. 19. rec., et melius dec. 620. n. 6., et 7. p. 18. tom. 2.*

Cæterum probatur etiam ex parte fratrum de Bargellinis existentia bonorum liberorum, ex quibus absque necessitate distrahendi Prædium fideicommissarium poterat anno 1628. fieri dotis Isabellæ restitutio; docent enim, quod Cosma, quæ assignavit
11 pro restitutione suæ dotis dd. tornaturas 60. Prædii S. Donnini Isabellæ Matri, fuit heres Astorgii illius Viri, & sui respectivè Patris, ideoque ex aditione hæreditatis Paternæ ad dotem obligatæ, consimilem æquè principalem, & ipse contraxit obligationem, itaut sicut erant obligata ad restitutionem d. dotis bona libera si quæ habebat Astorgius, ita & propria ipsius Cosmæ, *Rota dec. 42. n. 10. p. 17. dec. 477. n. 10. p. 15. rec. to. 2. et in Lauretana Censuum 14. Junii 1717. §. Et sane cor. Me.*

Quod autem alteruter ex his haberet pro-
12 cul dubio bona libera, convincitur ex eodem Instrumento transactionis, & sic ex confessione ipsius Cosmæ contransigentis, quæ plenissimam probationem constituit ex vul-
13 gat. Inr. Illic enim enumerantur plures detractiones, quæ ipsis in fideicommisso Antonii Galeatii competebant; ideoque ex eis

eis dimittere debitum dotis maternæ tenebantur: Ultra quod conllat etiam ex publico instrumento, quod Astorgius, dum vivebat, emit in eadem contrada S.Donnini petiam terræ Tornaturam 11. pro libr. 3042., & licet octo Tornaturæ fuissent ab eodem Astorgio Patre alienatæ, fuerunt tamen à Cosma filia vigore pacti in venditione conventi successivè redemptę.

Ex eadem ratione, quod Cosma fuerit hęres Astorgii Patris debitoris d. dotis, aliud quoque profluit argumentum hujus
14 crediti totaliter exclusivum, quia scilicet ipsa jam creditrix d. maternæ dotis effecta est ex alia parte per aditionem paternę hęreditatis illius debitrix, confusęque idcirco sunt actiones, ut per *text. in l. si id quod mihi 22. ff. de libet leg.*, *& l. Uranius 72. ff. de fideiuss., et mandat.* in puncto inquit *Rot. dec. 554 n. 21. p. 18 rec.*, idque procedit
15 etiam respectu D. Comitissę, cum & ipsa sit hęres Cosmę; ideoque effecta sit mediante illius persona etiam hęres Astorgii, *ad text. in l. qui per successionem 155. ff. de reg. iur.*; *Rota dec. 222. n. 53, et 60 p. 15., et dec. 514. n. 10. p. 19. rec.*

Nec pręmissorum efficaciam evitare potest eadem Domina Comitissa Scappia, allegando, quod Cosma fuerit hęres Astorgii Patris cum beneficio legis, & Inventarii, ideoque licitum sit ex persona ejusdem Cosmę allegarę creditum hujus dotis ab Astorgio, & hujus loco à fideicommisso Antonii Galeatii, restituendę Isabellæ ejusdem Cosmę Matri, & Auctrici absque ulla ju-
16 rium confusione. Non enim satis est asserere, & allegare quem esse hęredem Beneficiatum, nisi inventarium ipsum exhibeatur, atque etiam de bonis hęreditariis ratio reddatur, *Rota dec. 998. n. 4. coram Dunoz iun., dec. 267. n. 26., et 29. parte 17., decis. 610. n. 3., et 4 p. 18. rec., et in Ravennaten. manuten. 28. Aprilis 1719. §. Ad evitandam coram Me.*

Pręter hęc autem argumenta hujus crediti exclusiva, aliud paris relevantię desumitur ex visceribus ipsis Transactionis toties memoratæ; quippe quia professæ fuerunt Partes ad illam devenire *Pro extinctio-*
17 *ne quarumcumque controversiarum versarum inter ipsas*, in ea facta non fuit ulla Creditorum Cosmæ competentium reservatio, solumque pręservata fuerunt jura alicujus fideicommissi, aut dispositionis, quę de novo detegeretur, & tunc non esset purificata favore ejusdem Cosmę, aut Comitum de Areostis transigentium; imo quod plus est in diminutionem fideicommissi ab his restituti Comiti Odoardo de Bargellinis habita fuit ratio de dote Isotę de Grassis Uxoris Antonii Galeatii fideicommittentis. Quod si vero creditum quoque dotis Isabellę uxoris primi hęredis gravati fuisset deducibile in fideicommissi diminutionem, ut hodiè pretenditur à Comitissa Scappia de Bargellinis, quis non videt, quod fuisset deductum in actu proportionato d. transactionis una cum dote Isotę. Si vero deductum non fuit, neque saltem pręservatum, signum evidens, quod transigentes illud insubsistens usque tunc crediderunt, quodque per transac-
18 tionem illud sublatum de medio voluerunt, juxta naturam transactionis, quę omnia jura perimit, & credita, super quibus transigentes controversiæ causam desumere valuissét, *Urceol de trans. qu. 8. n. 39.*, *Rot. dec. 353. n. 2. p. 9. rec., et in nullius, seu Terræ Pontiani successionis 9. Decembris 1701. §. Neq. cor bo. me. Ansaldo.*

Absque eo quod omissum dici possit hoc
19 creditum in d. Transactione, quia fuerit Comitibus de Areostis incognitum. Nihil enim verosimilius, quam quod antequam ad concordiam cum dimissione fideicommissi favore alterius devenirent, jura sua perscrutati fuerint, ut fit in similibus casibus, teste *Rot. dec. 443. n. 11. p. 13. rec.* pręsertim dum cogitarunt de antiquiori dote Uxoris fideicommittentis, & dum Instrumentum sępedictę assignationis Pred. S. Donnini in restitutionem hujusmet dotis pręsentatum fuerat per tres tantum menses antea in actis Notarii publici, & sic tempore adeò proximo transactioni, & postea repertum fuit penès eamdem D. Comitissam Scappiam causam ab Areostis habentem; undè eruitur, quod penes illos extiterit, & ab ipsis, ut in eo principale habentibus interesse, fuerit, ut diximus pręservatum, ideoque etiam ipsis satis superque pręcognitum, juxta ea, quę in similibus terminis arguit *Rota in Aven. fideicom. 21. Junii 1709. §. Strictè cor. bon. mem. Ansaldo, & in Romana, seu Cavallicen. Pecuniaria 14. Februar. 1710. §. Præterea, & seq. coram R. P. D. meo Crispo, & in confirmatoria 1. Decembris ejusdem anni §. Quę porro coram Eminentissimo D. Card. Scotto.*

Hoc argumentum influit etiam in exclusionem secundi crediti, quod succedit examinandum, & à Comitissa Scappia deducitur ex legato facto Isotę Malvetię ejus Nepti à Testatore, quia cum transigentes
20 habuisse censendi sint illius certam scientiam ex Codicillari dispositione Testatoris, ita dum de legato prędicto actum illic non fuit, pręmissa illius remissionis insurgere debet illatio. Sed ulterius corruit hujusmodi creditum, tum ex quo non docet Comitissa illud fuisse solutum ab Astorgio, aut Cosma ejus Auctoribus, ut cętero quin probare teneretur, ut ex illorum persona illud repetere posset ab hęreditate Antonii fideicommittentis; tùm ex quo, dum deficit Inventarium bonorum hęreditariorum fideicommittentis, & de illis nulla redditur ratio, omnis pręsumptio est, quod tale legatum
21 solutum fuerit ex pecuniis, mobilibus, ac frugibus repertis in hęreditate Testatoris, *Rota dec. 438. n. 11. cor. Peutinger. decis. 178. n. 3. cor. Ubald. dec. 501. n. 16. coram Cerro, & dec. 77. nu. 4. p. 5. rec.*, maximè quia

quia constat etiam in facto, quod extabant
22 in hereditate illa mobilia, animalia, & pecuniç ex ipsis Testatoris Codicillis, ubi de aliquibus mentionem fecit, & in majori etiã quantitate extasse presumuntur, cum agatur
23 de viro valde nobili, & possidente opulentam, & pinguem hereditatem, *Rota decis. 443. n 27. cor. Cerro, dec. 358. n. 9. cor. Benincasa, & dec. 658. n. 3. p. 19. tom. 2. rec.*

Unica relevans exceptio, quę contra solutionem hujus legati ex rebus hereditariis fideicommittentis allegabatur, erat in eo, quod alias nostrum Tribunal *dec. 450. n. 5., & 6. cor. Emer. jun.* dixisset reliciendo imputationem mobilium in Trebellianicam debitam ex hoc ipso fideicommisso, quod tunc temporis non erant in usu mobilia admodum pretiosa. Dominis vero visum fuit, quod hęc adeo generalis ratio ad presentem casum presumendę solutionis hujus legati applicari non posset, cum non agatur de adeo ingenti quantitate, ut erat Trebellianica, & ultra mobilia potuerint in eamdem solutionem cedere pecuniç, fruges, atque animalia, quæ etiam, ut dictum est, in hereditate extitisse presumuntur.

Superfuisset agere de alio credito librarum 3640. profluente ex concordia super diversis Juribus inita ab Areostis cum Comitissa Signia; circa quod sanè creditum non poterat excipi fuisse remissum, & sopitum in
24 sæpedicta transactione, dum in ea specialiter liquidatur in d. quantitate, & preservatur. Noscentes itaque DD., quod istius respectu erat exercibilis, si non retentio, actio tamen à Comitissa, quodque in actione proposita, ultra plures alias exceptiones ius Dominorum de Bargellinis in illius exclusionem etiam erat in opposita compensatione cum fructibus durante deposito perceptis ex Predio controverso, & ex lege transactionis restituendis, ideo de hoc credito agendum putarunt eodem contextu, quo ageretur de dd. fructuum restitutione.

Et ita omnibus Dominis suffragium ferentibus, & utraque &c.

RAVENNATEN. MANUTENTIONIS.

Veneris 12. Januarii 1720.

A R G U M E M T U M.

Feminæ de linea extincta masculis alterius lineæ non præferuntur, quando Testator ad agnationis conservationem respexit.

Hæres testamentum acceptans sub fideicommissi prætextu altiorem requirentis indaginem, legati solutionem retardare non potest, sique illud allegare velit, hæreditatem tenetur dimittere.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas testatoris omninò adimplenda est, nilque certius in jure habemus.*

2 *Testamentum acceptans, etiam injunctorum legatorum onus acceptasse dicitur.*

3 *Legatum non retardatur per exceptiones altioris indaginis.*

4 *Fideicommissum presumi debet agnatitium, quando tale per votum fuisset canonizatum.*

5 *Decisiones, donec de eorum viribus non revideatur, præsupponendæ sunt.*

6 *Feminæ in exclusionem masculorum ad agnatitium fideicommissum, numquam admittuntur.*

7 *Masculi alterius lineç prælati præsumuntur à Testatore fæminis de linea extincta, quando fideicommissum esset agnatitium, ad quod fæminæ agnationem non servantes adspirare non possunt,*

8 *Amplia, si concurrerent conjecturæ urgentes, quales essent, quod Testator masculos remotiores etiam propriis filiabus prætulisset.*

9 *Subamplia, si in patria Testatoris statutum fæminarum exclusivum vigeret, & quare?*

10 *Testator præsumitur se uniformare voluisse Patrio Statuto.*

11 *Fideicommissum non potest quis allegare super prædio, quod proprius auctor in exequutionem voluntatis ipsius fideicommittentis alteri legasset; id enim sive in linea observantię interpretativæ, sive confessionis proprii Authoris, multum operatur.*

12 *Inventarii effectus, est, ut hæredi beneficiato propria jura per illud præserventur.*

13 *Legatum non potest retardari ab hærede sub prætextu fideicommissi, quando testamentum cum tali onere sibi injunctum acceptasset, quod si alleget, hæreditatem tenetur dimittere*, & in num. 17.

14 *Amplia, ut neque per viam redditionis rationis, vel juris deliberandi ab eodem oblatis à tali solutione liberatur, nisi totaliter hæreditatem dimitteret.*

15 *Testator non potest in Codicillis hæredis institutionem mutare.*

16 *Testator hæredem liberum in testamento scriptum, fideicommisso gravare potest in codicillis.*

18 *Ordo Judiciarius in judicio manutentionis non variatur per discussionem boni juris ad effectum manutentionis.*

D E C I S I O MCXLIV.

MAnutentionem in possessione Prędii *della Torre* priùs ipsi denegatam in Tribunali A. C. obtinuerunt Fratres de Lovatellis sibi pro medietate decerni à nostro Auditorio in decisione edita 8. Junii 1715. coram Me, imò post editum successivè rescriptum in revisione hujus decisionis, quod videretur de Bono jure etiam ad effectum manutentionis, illam consentaneè ad bonum jus ipsis competens in omnibus reportarunt etiam super alia medietate, juxtà decisio-

nem editam 28. Aprilis superioris anni pari-
ter coram Me. Et in hoc eodem sensu Do-
mini fuerunt in hodierna audientia, quia
rejectis exceptionibus ex parte Sororum
iterum deductis, censuerunt proposito du-
bio respondendum *In Decisis.*

Constabat enim de bono jure dictorum
Fratrum de Lovatelliis ex Testamento Ca-
nonici Joannis Andreæ pariter de Lovatel-
lis, qui, institutis hæredibus Magdalena, &
Gentile ejus Neptibus, legavit eisdem Fra-
tribus Prædium controversum, necnon tam
ex primis Codicillis in quibus Executori
Testamentario ejusdem Prædii legati consi-
gnationem injunxit, quam etiam ex poste-
rioribus Codicillis, in quibus vetuit hæredi-
bus, ne impedirent aliquo prætextu celerem
legati consecutionem Legatariis. Nihil au-
1 tem certius in jure est, quam quod Testato-
rum voluntates servandæ sint § *Disponatur*
Auth de Nupt. coll. 4. Indeque fit, quod
cum Sorores jam ejus hæreditatem adive-
rint, præstare legatum Fratribus relictum
omninò teneantur, nam Testamentum, &
2 Codicillos per aditionem acceptando, vi-
dentur ulterius acceptavisse etiam onus præ-
standi sine ulla retardatione legatum, ut cum
aliis adductis *in decis.* 28 *Aprilis superioris*
anni § Constitit, firmat Rota decis. 27. *num.*
11 *part.* 18. *recen., & in Faven. Donationis*
7 *Martii* 1701. §. *Omnis cor. Emo D.Card.*
della Tremoille.

Absque eo quod prodesse valuerit eisdem
Sororibus exceptio illa, quod Canonicus
Joannes Andreas disponere non potuerit de
Prædio controverso, ex quo illud subjectum
esset fideicommisso Equitis Joannis Lovatel-
li ejus Avi, ad quod fideicommissum voca-
tæ sunt Sorores de Lovatellis ad exclusio-
nem Com. Fratrum in diversa linea existen-
3 tium ipsis substituta. Dum enim hæc excep-
tio allegatur (sicùt aliæ infra recensendæ)
ad retardandam præstationem legati à Te-
statore admodum enixè volitam, satis pro-
fectò est, quod involuere compériatur al-
tiorem indaginem, ut insufficiens ad hujus-
modi effectum reputanda sit, ut alias firma-
vit *Rota decis.* 165. *num.* 20. *coram Duran.*
dec. 152. *num* 31. *par.* 9., *& decis.* 438. *nu.* 12.
par. 19. *recen.*

Hujus verò generis visa est exceptio Fi-
deicommissi Equit. Joannis, quippè quia jam
4 illud canonizatum fuit agnatitium, & fœ-
minarum exclusivum occasione recuperandi
idem prædium controversum in Tertios di-
stractum ab uno ex gravatis favore Canonici
Joannis Andreæ Testatoris tunc ejusdem fi-
5 deicommissi possessoris, ex decisionibus no-
stri Tribunalis editis *coram Emerix Jun. in-*
ter ejus impressas le 251. 279., *&* 387. quæ
cum hodiè non revideantur, veniunt omninò
supponendæ juxtà stylum, & praxim Sacræ
Rotæ passim approbatum, *ut in Urbevetana*
Immissionis 27. *Junii* 1718. §. *Non obstat,*
& in Romana Pecuniaria 5. *Maii* 1719. §.
6 *Neque hujus coram Me.* Nihil autem in ju-
re certius, quam quod in hujusmodi fidei-
commissis agnatitiis nequaquam admitti
possunt fœminæ in exclusionem masculo-
rum, *ad Text. in* §. *Cæterum, &* §. *Media In-*
stit. de legit. agnat. success., *Rota* cum aliis
concordan. decis. 14. *num.* 18. *par.* 17.

Neque ad intentum earumdem Sororum
conducere potest animadversio, quod in di-
versis hodiè versemur terminis respectu suc-
cessionis in dicto fideicommisso, quia scilicet
evacuata per obitum ultimi fideicommissi
possessoris linea primo invitata, agatur de
transitu ad aliam lineam, in qua sunt Fratres
de Lovatellis, substitutam sub conditione, si
sine filiis ultimus masculus defecisset, itaùt
cum ille decesserit relictis filiabus fœminis,
quæ sunt ipsæ Sorores non sit purificata ma-
sculorum alterius lineæ substitutio, debeant-
que ipsæ tamquam existentes in linea primo
7 vocata successionem obtinere. Hoc enim ip-
sum argumentum adductum pro ostendenda
ipsarum vocatione statim dignoscitur al-
tiorem indaginem requirere, si advertatur
quod etiam illo casu fœminas exclusisse Te-
stator censeri potest in concursu masculorum
agnatorum substitutorum, quoties, ut dictum
est, fecit fideicommissum agnatitium, in
quo non nisi masculi succedere possunt, uti
vocati ratione suæ qualitatis, non fœminæ
qualitatem istam masculinitatis non haben-
tes, quæ ideò de genere vocato dici non
possunt, *Rosa cons.* 69. *nu.* 69., *Rota dec.* 414.
num. 6., *&* 7. *par.* 18. *rec.* dum præsertim ad
8 id demonstrandum concurrunt valdè graves
conjecturæ ex eo ductæ, quod Testator pro-
prias filias exclusit, ut masculos admitteret,
non solum primi gradus, sed etiam ulterio-
res indefinitè; si enim Testator prætulit
Agnatos diversæ lineæ transversalis etiam
in concursu propriarum filiarum, multò fa-
cilius censendum est existentibus eisdem
Agnatis voluisse exclusas fœminas remotio-
res, ut dictum fuit *in decis. quæ revidetur* §.
Licèt, & pro arguenda qualitate agnatitia
hujus fideicommissi advertit alias *Rota in*
dict. decis 251. *num.* 12., *&* 13., *& decis.* 279.
9 *num.* 3. *coram Emerix Jun.* quodque in Te-
statoris Patria, Ravennæ scilicèt, viget Sta-
tutum fœminarum exclusivum, cui præsu-
10 mitur voluisse, ille sese conformare, ut cum
aliis *in decis. ubi supra allegat., dictum fuit*
in Perusina Immissionis 21. *Aprilis* 1719. §.
Coronat. coram Me.

11 Tantoque magis redditur dubia ista ex-
ceptio pertinentiæ Prædii legati ad ipsas
Sorores uti vocatas ad fideicommissum
Equitis Joannis Lovatelli, quia Canonicus
Joannes Andræas Testator professus fuit
scripsisse Fratres dicti Prædii legatarios in
executionem voluntatis ejusdem fideicom-
mittentis; id quod sive sumatur in linea sim-
plicis observantiæ interpretativæ, sive in li-
nea confessionis emissæ ab Auctore proprio
Sororum, semper videtur valdè perstringere
earum rejectionem à proposita exceptione,
juxta ea, quæ deducta fuerunt in præceden-
ti de-

ti decisione quæ confirmatur §. *Non obstat, & seq.*

Non disparem involuit insubsistentiam altera exceptio proposita similiter à Sororibus pro excutiendo onere præstationis legati non obstante hæreditaria qualitate Canonici Testatoris ipsis ex aditione ejus hæreditatis infixa ex eo, quod fiut quidem hæredes, sed cum beneficio legis, & inventarii, & idcircò possint tum prædictam confessionem impugnare, tùm denegare legati præstationem tamquam facti de re ad ipsam proprio iure pertinente, non relicto per Testatorem
12 æquivalenti emolumento, cum hic sanè sit effectus Inventarii, ut hæredi Beneficiato propria ipsius jura præserventur, ad *Text. in l. final. §. In computatione versic. Si verò C. de jur. deliber.*

Quando quidem ea in hac parte occurre-
13 bat responsio, quod respectu istius legati præclusus esset aditus Sororibus hæredibus utendi dicto beneficio ob resistentiam voluntatis Canonici earum Auctoris. Quippè quia nimis aperta est littera Codicilli, ubi Magdalenæ, & Gentili Sororibus de Lovatellis hæredibus in Testamento institutis cum onere dicti legati adeò strictè illius executio injuncta fuit, ut etiam Testator superaddiderit -- *Che se volessero impedire la consecuzione di tal legato per qualsivoglia loro ragione, pretensione, o causa anco non pensata, in tal caso vuole, che le suddette non siano più sue Eredi, mà debbano succedere in detta sua Eredità li detti Signori Francesco, Carlo, & Ippolito de Lovatelli* -- qui sunt legatarii, undè cum ipsæ hæreditatem sub hac lege adiverint, non videntur modo prætextu Inventarii consecutionem legati retardare posse adducendo fideicommissum, cujus vigore prædium legatum ad ipsas pertineat, dum imò ex Testatoris præcepto cogerentur, vel integram hæreditatem legatariis dimittere, vel dicto beneficio adversùs illos non uti, juxta auctoritates allegatas in mea decisione, quæ revidetur §. *Procedunt, quibus consonant Roland à Vall. de Invent. par. 5. inter tract. magn. tom. 8. par. 2. fol. mihi 199. §. Stante num. 1. & seq., & Gratian. discept. 711. num. 41.*, neque per viam restitutionis in integrum prætextu læsionis efflagitandæ, ut optimè dixit *Rota*
14 *decis. 471. nu. 1., & seq. cor. Cavaler.*, neque per viam juris deliberandi, & redditionis rationis explendæ mediante Perito, cujus electionem non obtentam in Congregatione Rotali 29. Junii 1719. iterum pullulabant, quia semper resistit eadem Testatoris voluntas, *Rota in Ariminen. hæreditatis super aditione 18. Junii 1708. §. Cum itaque cor. Emo D. Card. Polignach.*

15 Et quamvis hæc dispositio non in Testamento ipso scripta sit, sed in Codicillis, in quibus dari, toll que nequit hæreditas, tamen vim suam obtinere posse indè resultat,
16 quia Testator in illis usus fuit non verbis directis ad tollendam hæreditatem, sed obli-

quis, & per fideicommissum conceptis, quod quidem etiam in Codicillis permissum esse Testatoribus, est *Text. in §. Codicillis vers. Nam fideicommissum Instit. de Codicill., & l. 1. C. eodem*, & aliis omissis in puncto dixit *Rota decis. 4. num. 5. & 6. par. 17. rec.*

Hæc autem dicta sint non quidem ad firmandam omnimodam qualitatem Agnatitiam memorati fideicommissi, neque ad tollendum totale Inventarii beneficium ad alios effectus Sororibus Canonici Joannis Andreæ hæredibus, sed ad ostendendum,
17 quod in puncto boni juris, quod degustandum Domini censuerunt pro effectu manutentionis Fratres de Lovatellis habent pro se litterale legatum, & claram dispositionem dicti Canonici Joannis Andreæ; Sorores verò quæ post aditam ejus hæreditatem illius executionem retardare non valent, adducunt exceptiones altioris indaginis, & non modicæ dubietatis, quo circa favore potius
18 Fratrum concludendum sit. Neque dubietas ista ipsis è contrario suffragari debeat, quia sint in possessione prædii, & per discussionem boni juris ad effectum manutentionis non sit mutatus ordo judiciarius. Quoniam è contrario verum est, quod respectu possessionis actualis facti prævenerunt Fratres de Lovatellis eorumque possessionem approbavit etiam Executor Testamentarius opportunas habens facultates sibi ab eodem Testatore concessas, ut alias dictum fuit in prima Decisione diei 8. Aprilis 1715. §. *Sicut verò, & seq. cor. Me.*

Et ita utraque &c.

PERUSINA CENSUS.

Lunæ 15. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 17. Januarii 1716. emanatæ.

Actio mulieris ad repetendam dotem adversus bona fideicommissaria viri ob existentiam bonorum liberorum non retardatur, quando hæc essent intricata.

Creditor quando eadem via exequtiva, quam adversus suum debitorem habet, istius subdebitorem persequi possit, sequens declarat.

SUMMARIUM.

1 *Creditor instrumentarius omnia bona debitoris habens sui favore obligata, istius jura adversus tertium exequtivè exercere potest.*

2 *Mulier pro restitutione dotis exequtivè adversus bona fideicommissaria viri agere potest vigore* authenticæ res quæ?

3 *Privilegium Authenticæ res quæ est reale, atque tale in quemcumque etiam extraneum, & singularem successorem pertransit.*

4 *Actio Mulieris pro dotis repetitione ad-*

versus bona fideicommissaria viri non retardatur per existentiam bonorum liberorum, quæ essent intricata, anterioribusque hypothecis affecta, amplia, ut in num. sequenti.

6 *Mulier ut tutè agat adversus fideicommissum pro repetitione dotis, satis est eam per inventarium hæreditarium viri bonorum liberorum non existentiam demonstrare.*

7 *Amplia, etiam si ex parte hæredis fideicommissarii doceretur majorem partem bonorum in inventario per errorem uti fideicommissariam fuisse descriptam, & ob id liberam fuisse declaratam*, & vide rationem.

8 *Inventarium non potest de nullitate redargui per hoc, quod bona libera in eo pro fideicommissariis fuissent adnotata, quando in substantia, quoad omnium bonorum descriptionem, non esset defectuosum.*

9 *Actio Mulieris adversus fideicommissum viri pro residuo dotis non retardatur per hoc, quod Judex declarasset bona libera adesse, quando eadem bona mulier fuisset consequta in prima solutione ejusdem dotis, in qua totaliter illa consumpta remansissent.*

10 *Datio in solutum semper præsumitur pro justo pretio sequta*, amplia, ut in nu. 13.

11 *Valor bonorum antiquus post lapsum quatraginta annorum nequit firmari, cum ex lapsu temporis immutatus præsumatur.*

12 *Datio in solutum ut dicatur collusiva, omninò collusio probanda est.*

13 *Datio in solutum non potest diei collusiva ex solo motivo, quod inter Matrem, & filium sequta fuisset.*

14 *Amplia, si paulo post judicatum emanatum inita fuisset, & sub oculis creditorum, qui in causa comparuerunt.*

15 *Mulier non tenetur esse sollicita de satisfactione creditorum viri, & de eo, quod hæreditati obvenisset, quando nec tutrix, nec bonorum administratrix fuisset, sed ista bona tamquam creditrix pro sua dote retinuisset.*

DECISIO MCXLV.

Approbantes hodie DD. fundamenta decisionis coram Me editæ die 17. Januarii 1716., iterum responderunt pro executione mandati ab A C. relaxati pro sorte, & respectivè fructibus Census scut. 400. etiam contra bona fideicommissaria Marci Antonii Senioris de Cantagallinis ab Horatio pariter de Cantagallinis possessa; cum enim in eodem Censu sese insolidum obligaverit Gabriella de Goghis, rectè ritèque posse visus

1 fuit Mons Spinellus dicti Census Creditor, utendo juribus memoratæ Gabriellæ debitrici sue competentibus pro restitutione residui dotis, agere contra dicta Bona fideicommissaria eidem restitutioni obnoxia, quemadmodum directè posset Gabriella ipsa Montis debitrix, per *Text. in l. nomen debitoris Cod. quæ res pign. oblig. poss.*, sicuti alias in simili respondit *Rot. dec.* 394. *num.* 8. *par.* 14., *& decis.* 130. *num.* 11. *par.* 16., *& in Perusina Pecuniaria* 25. *Junii* 1717. §. *Neque cor. Me*, *& in Spoletana pecuniaria* 12. *Decembris* 1718. §. *Quod equè cor. R. P. D. meo Cerro*, cum aliis in decisione causæ §. *Si quidem*.

2 Sicuti igitur Gabriella deficientibus bonis liberis Fulvii ejus Viri agere posset contra bona supposita fideicommisso ascendentali dicti Marci Antonii Senioris Proavi ejusdem Fulvii ex notissima dispositione *Text. in auth. res quæ Cod. commun. delegat.* ità pariter eadem actione adversus dicta Bona uti valet Mons Spinellus, cum privile-

3 gium dictæ Auth. tamquam reale transeat in quemcumque etiam extraneum, & singularem successorem, sivè is habeat expressam, sivè solum tacitam, atque implicitam Mulieris cessionem in generali Bonorum, ac jurium obligatione contentam, ut in præcisis terminis firmavit *Rota in Reatina Servitutis* 5. *Martii* 1717. §. *Mandatum coram bon. me. Ansaldo*, cum aliis in præcedenti decisione causæ §. *Quod verò*.

4 Frustrà autem ab Horatio impugnabatur extremum illud cœteroquin omninò necessarium defectus Bonorum liberorum Fulvii, siquidem casus subsidii nedum satis probari videbatur, ex quo quatenus aliqua adessent Bona libera dicti principalis debitoris dotis, adhuc non teneretur Mulier, neque Mons Spinellus, qui Mulieris jura experitur, illa persequi tanquam valdè intricata, & affecta anterioribus hypothecis aliorum plurium dicti Fulvii Creditorum, de quibus hodiè pro parte Actoris doctum fuit, *Rot. dec.* 1031. *num.* 6., *& dec.* 1097 *num.* 10., *&* 11. *coram Emerix Jun.*, *& in Firmana Dotis*, 25. *Junii* 1708. §. *Neque fuit*, *&* §. *Ex quo coram bon mem. Kaunitz*, *& in Romana residui dotis* 23. *Martii* 1716. §. *finali cor. R. P. D. meo Cerro*.

5 Verum, & certiùs, quia non existentia Bonorum liberorum plenè resultat ex publico, ac solemni Inventario Bonorum hæreditariorum dicti Fulvii statim post illius obitum confecto ab Orpheo de Goghis Tutore Hieronymi, ac Marci Antonii ejusdem Fulvii filiorum, cum enim in eo præter bona quædam valoris scut. sex millium à Fulvio empta, ac subindè ob non solutum pretium ab illis de Pinna venditoribus evicta, alia Bona libera descripta non fuerint, satis exindè probata dicitur eorum negativa ad effectum de quo agitur, *Gratian. discept.* 720. *num.* 2., *& seq.*, *Rot. cor. Duran. dec.* 1. *num.* 16., *& in rec. dec.* 607. *num.* 1. *par.* 1., *& decis.* 126. *num.* 27. *par.* 12. cum aliis in decisione causæ §. *Et frustrà*.

6 Nec obstare visum fuit, quod in antiqua lite ab illis de Gillianis pariter Fulvii creditoribus promota anno 1662. contra illius filios, atque ipsam Gabriellam Viduam relictam,

ctam, major pars bonorum in dicto Inventario descriptorum inter bona supposita fideicommissis Marci Antonii Patris, & Bartoli Patrui declarata fuerint ab A. C. Bulgarino libera, & hæreditaria ejusdem Fulvii, & in eodem sensu subindè etiam fuerit Sacrum hoc Tribunal ad quod causa appellationis ascendit, dum iisdem Creditoribus concessit facultatem subhastandi, ac deliberandi dicta bona non amota Muliere, & dummodo oblationes creditum ejus Dotis excederent, sicuti constat ex decisione tunc edita coram clar. mem. Card. Taya impress. *in recent. decis.292.par.15.*

Quamvis enim ex hujusmodi facto benè deduci posse videretur, quod in designanda qualitate Bonorum in dicto Inventario descriptorum, aliquis error irrepserit, qui subindè per dictam sententiam A. C., ac nostri Tribunalis decisionem correctus fuit; non tamen indè argui poterat, prout sibi blandiebatur Horatius, vel quod de dicto inventario tanquam erroneo nulla omninò ratio habenda esset, vel quod saltem ex hoc ipso probata dicatur existentia bonorum liberorum, ex quibus Gabriella de sua dote satis-
8 fieri debuisset; si quidem, quod attinet ad errorem inventarii, tunc forte objectum procederet, quando erratum fuisset in quantitate bonorum. Verùm cum ex opposito nullus circa quantitatem error irrepserit, sed omnia ea, quæ in hæreditate Fulvii reperta fuerunt, sivè libera, sive fideicommissaria fideliter, ac diligenter in ipso descripta fuerint, id utique sufficit, ut Inventarium
9 illegale, aut nullum dici nequeat. Quod verò plura bona, quæ inibi tanquam fideicommissaria descripta fuerunt, re vera essent libera, hoc minimè officit actioni in præsenti promotæ per Montem ex Juribus dictę Gabriellę; nam cum omnia dicta Bona, quę postea libera declarata fuerunt data subindè fuerint in solutum eidem Mulieri à memoratis Hieronymo, ac Marco Antonio ejus, & dicti Fulvii communibus filiis, non pro toto credito Dotis scut.6000., sed dumtaxat pro medietate, nempè pro scut. 3000. indè fit, ut pro satisfactione alterius residualis medietatis benè dirigi possit actio contra fideicommissum ascendentale dicti Marci Antonii Senioris, cum de dictis bonis liberis expressis in Sententia A. C. Bulgarini nulla amplius ratio haberi possit, tanquam semel consumptis, & assignatis pro restitutione alterius medietatis, *Rot. coram Cerro dec.391. num.4., & in d. Firmana dotis 25. Junii 1708. §. Quia cum creditum cor. bo. me. Kaunitz*, & sæpè alibi.

Neque juvat replicatio, quod dicta Bona in solutum tradita pro scutis 3000. pluris valere potuerint, quodque inter Matrem, & filios facile præsumi debeat collusio. Ultrà
10 quod enim datio in solutum habet pro se præsumptionem justi pretii, *Rota coram Buratt. dec.538. num.2., & in recent. dec.297.*
11 *num.8. par.19.*, neque hodie locus amplius esse potest probationi majoris valoris, dum spatio 40., & ultra annorum quot ab ea lapsi fuerunt, illorum pretium, ac status pluries immutari potuit, ex adductis per *Rot. in Ferrarien. fideicommissi de Giliolis 7. Mar-*
12 *tii 1718. §. Quod si coram Me.* DD. prætera animadvertebant nedum nullam exhiberi certam, & concludentem collusionis probationem, prout de jure requiritur, *Rot. in Romana Cauthelæ Angeli 16. Decembris 1707. §. Cessare cor. bo. me. Caffarello, & in Melevitana pecuniaria 10. Maii 1716. §. finali cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ*
13 *Urbis Gubernatore*, cum sola sanguinis coniunctio adhunc effectum minimè sufficiat, *Rota in Verulana Salviani 28. Febr. 1707. §. Rejectis cor. Eminentissimo Priolo.*
14 Verùm insuper omnem illius suspicionem penitùs removeri ex ea notabili facti circumstantia, quod dicta datio in solutum celebrata fuit paulò post dictum Judicatum Rotale, & sic quasi sub oculis aliorum Creditorum, qui dictam litem tamdiu substinuerant, & quorum valdè intererat dicta bona viliori pretio non distrahi, dum contra illa obtinuerant à Sacra Rota approbari executionem mandati ad effectum subhastandi, ac deliberandi quatenùs oblationes creditum dotis excederent, ut aliàs in simili ponderavit *Rota in Romana, seu Crotonen. pecuniaria 27. Januarii 1719. §. Iterum coram R. P. D. meo Corio.*
15 Super iis quæ ab Horatio congerebantur ad effectum ostendendi, quod Bona empta per Fulvium ab illis de Pinna, evicta subindè fuerant propter culpam Gabriellæ, quæ fructus compensativos non solvit, Domini immorandum non censuerunt, quia Gabriella non fuit Tutrix filiorum, neque administravit bona hæreditaria viri, sed tantum illa tanquam Creditrix suæ dotis retinuit, fructusque percepit, vel loco alimentorum, vel tanquam fructus dotales, ut firmavit *Rota cor. clar. mem. Card. Taya d. dec. 292. part. 15.*, & ideò non tenebatur esse sollicita de satisfactione illorum de Pinna, aut aliorum Viti Creditorum, ad *Text. in l. sive hæreditaria 22. ff. de negot. gest., Rot. dec. 694. nu. 5. par.18. rec., & in Romana Salviani 14. Januarii 1718. §. Certius coram R. P. D. Cerro.*

Et ità utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 16. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hęc est confirmatoria alterius emanatæ sub die 5. Maii 1710., ubi fusius habes argumentum, & dispositis in pręsenti decisione declarat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio manutenendi domum liberam, an ova-*

evanescat, statim hac detegatur obnoxia
fideicommisso favore ejusdem obligati, &
num 3.

2 *Obligatio predicta, sequto obitu illius, qui*
eam fecit, an istius persequatur hæredes,
vel hęredes fideicommissarios, ad quos bo-
na pertransiissent.

4 *Legatarius, qui super re legata molestias*
passus est ex parte hęredis fideicommissa-
rii, si solvendo jura fideicommissi referre
curet, dat intelligere voluisse mutare ti-
tulum possidendi.

5 *Cessio jurium cum pacto expresso, quod con-*
tra ipsum cedentem retorqueri ea non pos-
sint, operatur, ut cedens nullo casu ex tali
cessione molestias pati teneatur.

6 *Obligatio manutenendi jura cessa pro bonis,*
& validis intra factum proprium, ad alios
evictionis casus non protenditur.

7 *Actio de evictione non datur adversus il-*
lum, qui transigendo nil tradit, sed sim-
pliciter dimittit penes possessorem rem, su-
per qua jus habeat, relaxat, illique sua
jura cedit.

DECISIO MCXLVI.

PAtres Trinitarii Sancti Caroli ad quatuor
Fontes admissi ex indulgentia Sac. Tri-
bunalis ad beneficium novæ Audientiæ ad-
versus decisionem coram Me editam die 5.
Maii superioris anni, cæteris omissis, funda-
mentum actionis ab eis promotę contra fra-
tres de Brembis in hoc uno hodiè reponé-
bant, quod nimirum dicti fratres sint hære-
des mediati Bartholomæi de Quadris, & re-
spective Gregorii ejus filii, quorum alter an-
no 1623. Domum à Patribus retentam Pom-
pejo alteri filio assignavit cum expressa pro-
missione libertatis ab omni onere, & censu,
alter verò in Instrumento concordiæ cum
filiis dicti Pompei initæ anno 1637. assumpsit
in se onus, & obligationem solvendi omnia
debita hęreditaria memorati Bartholomæi
Patris, ac proindè ratione hujus qualitatis
hęreditariæ teneantur liberare, seù releva-
re PP. Trinitarios mediatos successores di-
cti Pompei, & filiorum à molestiis, super
eadem Domo passis ex causa Census super
illa impositi ab eodem Bartolomæo favore
celebris superiori ætate Jurisconsulti Ste-
phani Gratiani. Verum Domini hoc etiam
fundamento pro inefficaci, atque insubsi-
stenti recognito, non nisi *in decisis* perma-
nere potuerunt.

Animadversum namque fuit, quod neque
obligatio manutenendi Domum liberam
emissa à Bartholomæo, neque alia per Gre-
gorium subinde assumpta dimittendi omnes
Creditores paternos ullo pacto allegari po-
terat à dictis Patribus actoribus. Siquidem
licet ipsi causam, & jus desumant ab Agatha
Sansonetta, quæ dictam Domum ipsis lega-
vit cum onere Missarum, & Agatha fuerit
Mater, & hæres dictorum Pompeii filiorum
1 ab intestato defunctorum; quia tamen Do-
mus non erat de eorum Patrimonio, & hæ-
reditate libera, sed obnoxia fideicommisso
conventionali, quod per ipsorum obitum pu-
rificatum fuit favore memorati Gregorii de
Quadris eorum Patris superstitis, quemad-
modum declaravit hoc Sac. Tribunal per
plures sententias in authoritatem rei judica-
tæ transactas; idcirco vel omnis obligatio
eidem Gregorio incumbens manutenendi di-
ctam Domum liberam statim ac ista Jure fi-
deicommissi ad eum pertinere cœpit, peni-
tus extincta, ac resoluta remansit, per *Text.*
in l. pluribus §. Et si placeat ff. de verb. oblig.
Surd. decis. 51. num. 7., Giurb. decis. 55.
num. 13.

Vel si extincta non fuit, sed tantum eo vi-
2 vente sopita conquievit, utique post ejusdem
Gregorii obitum actio ex dicta obligatione
descendens non transiit in Agatham hære-
dem filiorum restituere gravatorum, aut in
Patres ejus legatarios, qui nullum Jus super
dicta Domo ex dicto legato acquirere pote-
rant, solum in cæteros hæredes fideicommis-
sarios, ad quos Domus ipsius successio de-
voluta fuit, ex deductis per *Rotam in Ro-*
mana Argentorum 11. *Junii* 1708. §. *Cum*
autem, & seqq. coram Rmo Aldrovando, &
in Romana, seu Jannen. Dotium 1. *Februa-*
3 *rii* 1709. §. *Justum coram eodem*. Unde nul-
lo modo Patres super obligationibus à Bar-
tholomæo, & Gregorio expositis eorum
actionem fundare possunt, *Rot. in Placenti-*
na Immissionis 2. *Decembris* 1718. §. *Profli-*
gatis coram bon. mem. Ansaldo, & in Ro-
mana Census 23. *Junii proximè præteriti*
§. *Minusque cor. R. P. D. meo Cerro*.

Nec subsistere visum fuit, quod iidem fra-
tres de Brembis post obtentas in Judicio
Immissionis ab ipsis contra Patres promoto
geminas favorabiles decisiones, dictum fidei-
commissum conventionale canonizantes, al-
teram nempe coram bon. mem. Jacometto,
& alteram coram bon. mem. Ansaldo: suc-
cessive anno 1703. devenerint cum iisdem
Patribus ad transactionem, & per eam reces-
serint à dicta lite, & prætensione, quam ha-
bebant vigore dicti fideicommissi, quodque
proinde usque tunc sublatus de medio fuerit
ejusdem fideicommissi titulus, ac renunciatum
decisionibus illud canonizantibus, ita ut am-
plius à Brembis allegari non valeat.

Etenim inspecto tenore memoratæ tran-
sactionis, res prorsus in oppositum se habere
4 comperta fuit. Non solum enim per eam
sublatum de medio non fuit Jus fideicommis-
si conventionalis, neque renunciatum deci-
sionibus illud approbantibus, sed imo ex
opposito recognoscentes PP. dictarum de-
cisionum, & fideicommissi subsistentiam,
quodque ipsis nullum Jus competebat pro
retinenda Domo in vim legati Agathę San-
sonettæ, curarunt sibi mediante effectiva so-
lutione scutorum quingentorum translati-
ve cedi à Brembis tunc Actoribus jura dicti
fideicommissi, ac decisionum Rotalium ad
pręcisum effectum continuandi in possessio-
ne dictæ Domus, & agendi contra bona hæ-
redi-

reditaria dictę Agathę legantis, non solum pro recuperatione dictorum scut. 500. Bembris solutorum, sed etiam integri valoris totius Domus, quo quidem nil clarius proponi potest ad ostendendum, quod Patres ex tunc mutaverint titulum possidendi, & sepofito titulo legati penitus in subsistenti, possidere cœperint in vim tituli fideicommissi per dictam transactionem in ipsos translati, cum alias agere nullo modo potuissent contra hęreditatem legantis pro recuperatione totius pretii Domus legatæ, nisi pręsupposita dictę Domus evictione ex causa fideicommissi, & allegando se illam non ex titulo dicti legati, sed ex titulo dicti fideicommissi possidere, ex traditis per *Gratian. disc. forens. cap. 237 num. 20., ibique Addit. Carol. & Ant. de Luc. num 2. & seqq.*

5 Si igitur PP. Trinitarii possessionem Domus retinuerunt ex novo titulo fideicommissi in transactione acquisiti, & non ex prędenti titulo legati, qui attentis dictis decisionibus habitus ab ipsis fuit, prout re vera erat, pro inva ido, ac insubsistenti, jam inde patet, quod supervenientis molestiis ex parte Creditorum Census super ipsa Domo à Bartholomæo de Quadris impositi, nulla actio ipsis competit pro earum liberatione, aut relevatione contra fratres de Brembis, dum isti in dicta transactione nedum nullam emiserunt obligationem pro evictione dictę Domus, sed ulterius expressis, disertisque verbis declararunt, quod cedebant Patribus jura dicti fideicommissi talia qualia, & dummodo contra ipsos cedentes, neque in concursu retorqueri possent, quodque ipsi numquam cogi valerent ad restitutionem scut. 500. à Pa-

6 tribus solutorum, minusque ad manutentionem, aut evictionem Jurium fideicommissi, quæ ab iis cedebantur, nisi ex dato, & facto ipsorum proprio tantum: Unde dum habemus claram, & apertam Partium voluntatem, eo magis procedendum est cum ea Ju-

7 ris regula, qua edocemur, actionem de evictione non dari adversus eum, qui transigendo non tradit, sed dimittit, & relaxat penes possessorem rem super qua Jus habebat, eidemque possessori Jura sua cedit, ut disponitur in *l. si profundo C. de transact.*, & firmant *Guzman de evict. quæst. 30. n. 2. Olea de cess. Iur. tit. 6. quæst. 7. n. 15. Urceol. de transact. q. 76. n. 1., & seqq. cum aliis in mea precedenti decisione §. Quemadmodum.*

Et ita habita in reliquis plenaria relatione ad præcedentem decisionem, *omnibus Dominis suffragium ferentibus*, & utraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE FELICINIS SUPER ATTENTATIS.

Lunæ 22. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria alterius sub die 3. Julii superioris anni emanatæ.

Judicium coram duobus Judicibus introductum, nullum, neque attentatum fit, nisi actionis identitas, rei, & personarum in utroque concurrant:

SUMMARIUM.

1 *Judicium coram uno Judice introductum, citra labem attentatorum non potest ex post coram altero Judice promoveri*, & n. 5. amplia, ut in n. 6,

2 *Unum, & idem dicitur judicium, quando concurrit identitas rei, actionis, & personarum.*

3 *Identitas actionis ex quibus verificetur.*

4 *Identitas personarum dicitur mutata per hoc quod in primo judicio plures personę citata fuissent, & in secundo non omnes, quæ in primo.*

7 *Attentata juris absque spreta inhibitionis Judicis, & citra dolum commissa de stylo Rota per meram nullitatis viam purgantur.*

DECISIO MCXLVII.

SUb fundamento quod judicium à Comitissa Ursola in Partibus introductum anno 1716. contra Comitem Hyacinthum Hieronymum ejus germanum fratrem, tum respectu rei, tum actionis, tum personarum esset omnino diversum ab alio prius promoto coram Auditore Generali Bononiæ, & usque de anno 1712. in hoc sac. Tribunali pendente virtute commissionis mihi in tertia instantia directæ *responsum* fuerat in Rota dici 3. Julii superioris anni juxta petita per memoratam Comitissam, tunc informantem *non constare de attentatis*. Verùm hodie audito dicto Comite Hyacintho, cum factum aliter se habere, & non modò rei, sed etiam actionis, & personarum identitas concurrere comperta fuerit, Domini *à decisis recedendum esse* rescripserunt *juxta modum* tamen infra aperiendum.

1 Ac primum quidem concurrere comperta fuit identitas rei: nam quamvis in priori judicio actum fuerit specialiter pro immissione ad certa quædam bona à Marchionibus de Mansoliis, & de Grassis, atque ab ipso Comite Hyacintho usque tunc possessa, & in alio posteriori petita, atque obtenta fuerit immissio ad alia bona prorsùs diversa, & in eumdem Comitem longè post obventa, nempe anno 1715 per obitum Josephi de Felicinis; in dicto tamen præcedenti judicio fuit etiam generaliter petita immissio ad omnia bona obligata, & hypothecata favore Comitissæ Ursulæ pro residuo fię dotis, & sic etiam ad dicta bona, quæ in Comitem Hyacinthum subinde obvenerunt, & quæ tunc jure fideicommissi possidebantur à Josepho

2 de Felicinis, ac quod plus est, res in utroque judicio principaliter petita, fuit unum, & idem residuum dotis, unde etiamsi bona ad quæ Comitissa Ursula in posteriori judicio immissionem petiit neque in specie, neque

quæ in genere contenta fuissent inter bona, ad quæ immitti instabat in primo. Adhuc nihilominus res in utroque judicio deducta diceretur eadem, quia diversitas non percuteret rem principaliter in lite cadentem, nempe residuum dotis, sed solùm bona, super quibus facienda erat exequutio, ut aliàs in simili causa distinguendo firmavit *Rota dec 493.n.5.cor. Royas, & dec.76, n.11. & n. 15. cor. Arguelles.*

3 Eodem pariter modo verificari quoque visa fuit identitas actionis, & personarum; nam in utroque judicio Comitissa Ursula pro exequutione Laudi clar. mem. Card. Joannis Baptistæ Spinulæ, qui dotem taxaverat in libr. 23. mil. convenit Comitem Hyacinthum Fratrem tamquam possessorem bonorum subjectorum fideicommissis ascendentalibus Familiæ de Felicinis ex remedio *Authen. Res quæ C. comm. de legat.* Et quidem non in uno ad effectum sese satisfaciendi ex fructibus, & in alio judicio ad effectum subhastandi, ac deliberandi, ut suppositum fuit in decisione quæ revidetur, sed in utroque per viam immissionis absque ulla restrictione circa modum consequendi, vel ex ista substantia bonorum, vel ex fructibus petitam satisfactionem dicti residui. Licèt autem

4 in secundo vocati non fuerint Marchiones de Mansolis, & de Graffis, prout in primo, inde tamen minimè sequitur, quod secundum agitatum fuerit contra diversas personas in primo non comprehensas, dum in utroque fuit principaliter conventus Comes Hyacinthus, quamvis in præcedenti una cum Comite Hyacintho etiam alii citati, & conventi fuerint.

5 Constito itaque ex his de identitate rei actionis, & personarum de plano sequebatur non licuisse Comitissæ Ursulæ, pendente adhuc primo judicio in hoc sacro Tribunali coram Me, aliud ex integro in Partibus instituere circa vitium attentatorum, dum

6 præsertim Comes Hyacinthus statim opposuit se ibi conveniri non posse propter dictam litis pendentiam in Urbe, ut benè advertit *Rot d.dec.76.numer.7. cor. Arguell.* & penès *Postb de subhast dec.104.n.3.*

7 Utcumque tamen considerari possent dicta attentata, quia nihilominus illa commissa non fuerunt in spretum inhibitionis, quæ non nisi post jam latam in Partibus sententiam expedita fuit, Domini mitius agendo, satis esse censuerunt demandare illorum purgationem per viam nullitatis officio Judicis, cum ita servari soleat in praxi à nostro sacro Tribunali, quoties non agitur de attentatis facti, & dolosis, sed de attentatis juris, in quibus cum dolus, & fraus ulla non concurrat, sufficit indemnitati alterius partis consulere, mediante circumscriptione omnium attentatè gestorum, ut sæpe respondit *Rot. in insigni dec.132. n.13. cor. Cerr., & decis. 429. n.9. & 11. p.18., & in Salamentina juris conferendi super attentatis 3. Decembris 1703. n. Etenim cor. bon. mem. Molines*, & sæpe alibi.

Et juxta hunc modum utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA SUPER DELIBERATIONE.

Veneris 26. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 21. Januarii 1718. emanatæ.

Deliberatio ex capite læsionis, & excessus semper corruit, etiam si excessus in obulo consisteret. Læsio enormissima intrat in deliberatione, quando creditum, virtute cujus consumitur, valoris medietatem non attingit, & quando enormis juxta Statutum Urbis. Jus excipiendi de deliberatione excessiva triginta annorum spatio non præscribitur, nisi acquiescentia eam passi simul concurrat; maximè si ab hærede extraneo impugnetur, contra quem non currit.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum danda est adversus deliberationem nullam ex capite excessus & læsionis.*

2 *Deliberatio etiam in obulo excessiva nulla est, & quando de excessu constare dicatur*, & n.7.

3 *Correus debendi, quando totum debitum solvit, medietatem tantum ab altero correo repetit.*

4 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, an quis se pro medietate, sive principaliter obligaverit.*

5 *Deliberatio ex capite excessus corruit, si sequuta sit tam pro sorte, quàm fructibus crediti, quando istud esset merè pecuniarium, & infructiferum*, & n.7.

6 *Pecuniæ cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus exacta commodo anteriorum creditorum extare dicuntur.*

7 *Creditum merè pecuniarium fructus non parit, nisi concurrat interpellatio requisitorum Pauli de Castro.*

8 *Deliberatio semper dicitur excessiva, quando facta est pro summa quæ creditum excedat, & corruit ex isto capite.*

10 *Deliberatio trascendens quantitatem crediti, pro quo fuit consumpta ultra medietatem, corruit.*

11 *Deliberatio ex capite læsionis enormissimæ circumscribitur, quando creditum dimidiam illius pretii partem non attingit, secundùm jus commune.*

12 *Deliberatio, ut ex læsionis capite circumscribatur, satis est, quod creditum sit infra tertiam partem veri valoris, juxta Statutum Urbis.*

13 *Deliberatio, sicuti cæteri alii contractus; ob enormissimam læsionem vitiantur*; amplia ut in num.seq.

14 *Census non potest considerari ad instar nominis debitoris minus idonei, & ob id excipi, quod minus valeat ad substinendam delibe-*

deliberationem excessivam super ea consumptam, & quare?

15 *Census inter stabilia connumerantur.*

16 *Census non potest dici deterioris conditionis, quando de ejus exigibilitate, & realitate adesset obligatus fidejussor idoneus.*

17 *Præscriptio ex lapsu triginta annorum oritur in censibus.*

18 *Jus excipiendi de nullitate deliberationis non ex solo triginta annorum lapsu præscribitur, sed debet cum eo acquiescentia illius qui eam passus est, concurrere.*

19 *Acquiescentia illius, qui deliberationem nullam passus est, ex quibus dicatur sublata ad evitandam ex hoc capite præscriptionem.*

20 *Præscriptio ex quibus actibus dicatur interrupta.*

21 *Ignorantia de gestis à proprio auctore præsumitur in hærede extraneo.*

22 *Præscriptio non currit adversus hæredes extraneos, & si que curreret, isti beneficia restitutionis in integrum gauderent.*

23 *Restitutio in integrum datur adversus præscriptionem favore hæredis extranei.*

24 *Præscriptio non convalidat, neque currit adversus deliberationem vigore mandati excessive sequutam, & labe enormissimæ læsionis infectam, quæ malam parit fidem.*

25 *Præscriptio ratificata non remanet ex actu gesto ab illo, à quo Causam non habet, præscriptionem impugnans.*

26 *Rota respondit tantum dubiis sibi propositis, nec curat de iis, quæ sub illis non continentur.*

DECISIO MCXLVIII.

Adversùs deliberationem sequutam usque de anno 1648. favore Andreæ Gori uti Creditoris Pauli Nanni de Censu hereditario ejusdem Pauli, obtinuit Antonius Allesanus ab isto mediatam causam habens responderi usque in audientia diei 21. Januarii 1718. coram Me constare de causis restitutionis in integrum, existentibus tunc in lite contra ipsum Maria Jacoba Capoballa Borromea, sive ejus hærede, & Josepho Caruccio; supervenientis verò novis oppositoribus, Creditoribus nempe dictorum Gori, & Carucci, ac dictæ Borromeæ, inter quos Canonicus Alexander Frezza etiam per jurium cessionem ab eadem Borromea causam habens, opus habuit Allesanus iterum descendere in Arenam super eadem controversia, sed licet in discussione dubii, quoad memoratam deliberationem seu adjudicationem -- *An constet de causis restitutionis in integrum, seu potiùs de re judicata* -- Domini non fuerint concordes in Rota diei 15. Maii 1719., itaut rescripserint -- *iterum proponatur* --, hodie tamen reassumpta altius indagine facti satis superque involuti, eaque maturè rimata, responderunt -- *constare de Causis.*

Quidquid enim sit de iis, quæ adversùs hujusmodi deliberationē eruebantur ex eo, quod non fuerint in ea citatæ omnes filiæ dicti Pauli Nanni æquale habentes interesse in Censu deliberato, super qua nullitate hinc inde Partes acriter contendebant, reassumendo longam, & perantiquam, & non dum satis certam facti seriem, duplex Do-

1 minis satis validum, & probatum concurrere fundamentum nullitatis visum est, propter excessum in summa, pro qua fuit facta deliberatio, & læsionem in pretio ratæ Census deliberati, pro qua eadem deliberatio sequuta fuit, itaut omnino hujusmodi deliberationem Passo succurrendum esset adversùs eam remedio restitutionis in integrum, ad *Tex in cap. ex literis de restit. in integr.*, ut præter alios adductos in altera decisione hujus Causæ 21. *Januarii* 1718. §. *Cum enim cor. Me* in puncto dixit *Rot. dec.* 271. *num.* 4. *p.* 19. *rec.*

2 Excessus autem, qui non in ipsa tantum irrepsit deliberatione, sed etiam in mandato, cujus vigore ad illam deventum fuit, ideoque talis est, ut licèt in obulo consisteret, actum totaliter inficiat, & nullum reddat, *Ridolphin. in prax. p.* 1. *cap.* 9. *sub nu* 20., & *cap.* 15. *n.* 93., *Posth. de subhast. inspect.* 50. *n.* 3. & 9., *Rot. dec.* 382. *n.* 2. *cor. Benincasa, dec.* 96. *n.* 14. *coram bon. mem. Ansaldo, & in Tuscanen., seu Eugubina deliberationis* 27. *Junii* 1718. §. *Nec deest coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, ex duplici resultat inspectione; & primò quidem ex eo, quod Andreas Gorus deliberatarius se constituit Creditorem Pauli Nanni, sive ejus hereditatis pro tota ea summa, quam persolvere, seu restituere promiserat Antonio Querræ propter sequutam evictionem Officii Capitolini in sequelam obligationis emissæ occasione qua receperat scuta 250. ex pecuniis Gasparis Transarelli dicto Antonio Querræ obligati, restituendi prioribus, & potioribus. De tempore autem quo expeditum fuit mandatum, cujus vigore facta fuit deliberatio, Andreas Gorus solverat de dicto Capitali sola scuta 193. 60., nihilominus verò mandatum expedivit pro tota summa.

3 Et quamvis Antonius Querra haberet æqualiter, seu pro virili obligatos tam ipsum Gorium, quàm Paulum Nannum juxta Instrumentum anni 1621., ex quo constat, quod ambo excegerunt dicta scuta 250. ex pecuniis Transarelli, hinc tamen nulla excessus excusatio desumi potest, quia imo ille fit clarior, dum non solùm pro sua virili se venit Andreas Gorus contra Paulum Nannum, sed etiam pro ea parte debiti, & altera virili portione, ad quam vigore exactionis factæ cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus ipsemet Gorius tenebatur, licet verò per hypothesim solvisset totum debitū, ad quod una cum Paulo Nanno, sive ejus hærede tenebatur erga Antonium Querram, adhuc tamen id illi facere non licuisset, quia unus Correorum debendi, qui totum debitum solvit, non nisi suam medietatem ab altero Correo repetere potest, cum & ipse ad suam

suam virilem, & ratam teneatur, ad *Tex. in*
l.2 C.de duob. Reis, Surd. dec.308. n 7, Rot.
dec.112. n.7.p.1. divers. dec.538. nu.1. coram
Coccino.
4 Nec relevat, quod in exactione pecunia-
rum Transarelli Andreas Gorus non aliam
gessit figuram, quam Procuratoris, & Fide-
jussoris Nanni, itaut iste in omnibus de sum-
ma exacta teneatur erga priores, & potiores
Creditores dicti Transarelli, & si Gorus
solvit, debeat ab eodem Nānio relevari; quo-
niam ultra quod nullo modo constat, quod
summa exacta per Gorum fuerit ab eo solu-
ta Paulo Nannio, quia absens erat ab Urbe,
& obiit circa idem tempus in Civitate Aver-
sa; hoc unum certum est, quòd medietas pe-
cuniarum exactarum anno 1616. penes ipsum
remanserat, & veritatem hujus facti agnos-
cens, se ipsum anno 1621. debitorem pro me-
dietate constituit, & sine ulla præservativa
obligavit; undè quod ipse Gorius pro me-
dietate fuerit effectivè obligatus, non tam-
quam Fidejussor, neque Procurator, sed
principaliter constat ex publico instrumen-
to, quod facit probationem probatam, sed ex
propria ipsius confessione, quæ superat om-
ne genus probationis, juxta vulgata juris
principia.
5 Atque gravis, & evidens excessus profluit
ex eo, quod in mandato, cujus vigore exple-
ta fuit deliberatio, ultra creditum sortis fuit
habita ratio de fructibus quoque prædictæ
summę à Gorio solutæ, seu restitutę, & sic
totum creditum fuit calculatum usque ad
scuta 340, quando tamen isti fructus nulla-
tenus debebantur, dum agebatur de credi-
to conflato ex restitutione summæ receptæ
6 ex substantia debitoris Transarelli, cum
obligatione de restituendo prioribus, & po-
tioribus, cujus effectus est, ut pecunia ita
recepta adhuc dicatur extare, ad hoc, ut
Creditores anteriores communis Debitoris
super ea valeant jura sua experiri, [*Rot. dec.*
1259.n.67, & dec.1875. n.1. cor. Coccin., de-
cis.114 n.8. coram Peutinger., & decis.481.
n 16.p.19.rec., & ideo sive Gorus repræsen-
taret personam principaliter obligati, sive
7 fidejussoris, illud ejus creditum considerari
diversimodè non poterat, quàm merè, &
absolutè pecuniarium, in modum ut fructus
parere non posset, nisi servatis notoriis re-
quisitis Pauli de Castro, ut dictum fuit in
alia hujus Causę decisione 21. *Januarii* 1718.
§. *Ad Demonstrandos coram Me.*
Absque eo quod contrarium demonstrare
valeant receptitiæ, seu quietantiæ Antonii
Querræ ascendentes ad scuta 483. 50., indè
arguendo, quod dum mandatum fuit expedi-
tum pro minori quantitate, pro scutis scili-
cet 340., censeatur facta subductio fructuum
& ratæ Capitalis pertinentis ad debitum
Gori pro virili obligati ad restitutionem.
Etenim quocumque modo res accipiatur,
cum tota summa, pro qua dictus Antonius
Querrus poterat agere tam contra Nanniū,
quàm contra Gorum pro virili non trans-
cenderet scuta 250, ab his recepta cum dicta
obligatione de restituendo prioribus, & po-
tioribus, statim fit evidens, quod receptitiæ
loqui possunt de aliis expensis non facienti-
bus ad nostram hypothesim, & respicienti-
bus particulare aliquod interesse inter Go-
rum, & Querrum, & semper est plusquam
certum, quod mandatum fuit expeditum
pro summa indebita, saltem in ea quantita-
8 te, quæ supererat dd. scut. 250., & sic sem-
per remanet excessivum, *Post. de subhast.*
inspect.5. n.60., Rot. dec.243. num.11. p.1
recent.
9 Subsistit itidem læsio, quæ est alterum
caput nullitatis controversę deliberationis.
10 Quamvis enim procedendum esset cum
supposito, quod creditum ascendere posset
ad sc.340., adhuc læsio patenter resultat ex
eo quod pro tali credito deliberata fuit rata
Census scutorum mille, & sic transcendens
quantitatem, pro qua fiebat deliberatio ultra
medietatem; unde talis deliberatio ex isto
11 capite totaliter corruit, sive attendamus
jus commune, quod pro inducenda læsione,
& quidem enormissima requirit dimidiam
partem pretii non attingere creditum, cujus
vigore consumitur deliberatio, ad *Tex. in*
l.2. C.de rescinden.vend., Rot. dec.693. n 2.
cor.Coccin., dec.151. n.1.& 5. p.7., & decis.
12 698. *num.11. p.18.rec*, sive Statutum Urbis
lib.1. cap.154., juxta quod satis est, quod in
fra tertiam partem veri valoris sequuta sit
deliberatio, *Pacion de locat. cap.18. sub nu.*
25., Constant. ad idem Statut. annot.46. n.7.
in fin., Rot.dec.408. n 4. p.16., & decis.364.
13 *n.15.p.17. rec* Certum autem est, quod ob
enormissimam lęsionem, sicut cæteri Contra-
ctus, ita quoque vitiantur deliberationes,
Rot. dicta dec.151.n.1., & per tot p.17.rec.,
& in Suessana Bonorum 6. Junii 1704. §
Clara cor. bon. mem. Muto, & in confirma-
toria 18. Iunii 1717. §. Quod si cor. Me.
Non attentis exceptionibus, quibus im-
minui prætendebatur valor Census deliberа-
ti, ex eo deductis, quod agatur de nomine
debitoris longè minùs æstimando, quàm præ-
seferret quantitas ipsius, quodque exigen-
dum esset à personis minùs idoneis, cum
pro eo essent obligata omnia quædam Bona
14 existentia Priverni. Quandoquidem cum
agatur de Censu, non potest excipi, quod
minus valeat ad instar nominis Debitoris;
15 quia è contrario certum est, quod Census
inter stabilia numerantur, *Rot.decis.36.n.1.*
post Cenc.de cens. dec.1970.n.7. cor Coccin.,
& dec.352. n.3.p 17.rec. Cumque de tempo-
re sequutæ ejus deliberationis (ultra fundos
censitos satis expeditos, licèt existentes Pri-
verni, quos de facto deliberatarius subinde
assequutus fuit, ut constat ex eorum locatio-
16 nibus) obligatus reperiretur de illius reali-
tate, & exigibilitate, necnon de evictione
Dux Salviatus, qui eumdem Censum cessit
Paulo Nannio in satisfactionem Legati relicti
á Junipera Balleona, quisque videt, quod
concurrebat Debitor plusquam idoneus, &
nullo

nullo modo dici poterat intricatus, aut difficilis exactionis, ut advertit alia quoque hujus Causæ decisio 22. Januarii 1718. §. *Absque cor. Me.*

Has autem nullitates tam ab excessu, quàm à læsione resultantes, frustra causam haben-
17 tes à deliberatorio evadere conabantur fundamento præscriptionis subortæ ex lapsu non tam 30. annorum, qui fortasse sufficeret, ut inquit *Rot. dec. 37. n. 3. lib. 7. ad ornat. Cardin. de Luc. de donat.*, quàm etiam longè ulterioris temporis, quod interlapsum est ab an-
18 no 1648. Siquidem jus excipiendi de nullitate deliberationis non præscribitur ex simplici lapsu temporis, nisi cum illo concurrat acquiescentia illius, qui deliberationem passus est, ut in puncto firmat *Rot. in Suessana Bonorum 4. Aprilis 1718. §. Ut etiam coram R. P. D. meo Rovault de Gamaches.* Hæc
19 autem acquiescentia omnino excluditur in præsenti, dum Constantia Roscilia hæres Flaviæ, quæ deliberationem passa fuit anno 1662. judicium introduxit contra Gorium super manutentione, seu reintegratione ad Censum nulliter deliberatum, & postmodum anno 1665. egit etiam contra Ducem Salviatum pro emendatione evictionis petendo totum Censum, qui sanè actus dubitari non potest, quin præscriptionem omnino in-
20 terrumpserint, juxta ea, quæ latè tradit *Constant. ad Stat. Urb. annot. 48. n. 182.*, & firmat *Rot. dec. 173. n. 11. post Post. de subhast.*, *& in allegata Suessana Bonorum 4. Aprilis 1718. eod. §. Ut etiam cor. R. P. D. meo Gamaches.*

Abindè verò citra locus præscriptioni ne-
21 quaquam esse potuit, quia dicta Constantia, quæ judicium instruxerat mortua fuit anno 1669., scriptis hæredibus extraneis, Astesano scilicet, & Arnolphino, qui jura sua subinde cessit eidem Astesano, in quibus hæredibus præsumitur ignorantia, *leg. verius*, & ibi *Gloss. verb. obligatam ff. de probat.*, *Rota dec. 63. n. 12 cor. Celso*, *& dec. 490 n. 15. cor.*
22 *Cerro*, & ideo, vel adversus eos non currit præscriptio, ut firmat *Rot. dec. 142 n. 5. cor. san. memor. Alexandro VIII.*, vel si currit
23 præscriptio, nihilominus est danda restitutio in integrum, *Rot. dec. 58. n. 13. & 14. cor. Priolo*, *dec. 145. n. 21. p. 8.*, *& dec. 443. n. 30. p. 18. rec.*, ubi concordantes.
24 Cæterum cum, ut supra firmatum fuit, agatur de deliberatione sequuta vigore mandati excessivi, & infecta labe enormissimæ læsionis ratione hujusmodi vitiorum, quæ malam fidem inducunt, *Rot. decis. 165. n. 2. p. 15.*, *& dec. 605. n. 11. p. 18. rec.*, adeo invalida est à radice, ut nullam ex præscriptione firmitatem consequi valeat, ad *Tex. in cap. final. de præscript.*, *Card. de Luc. de judic. disc. 11. n. 13.*, *& seqq.*, *Rot. dec. 632. n. 6. p. 19 recentior.*

Neque regit in facto, quod gesti sint plures actus in confirmationem, & ratificationem ejusdem nullæ deliberationis, præsertim ab ipso Astesano. Quoniam hoc imo certum est, quod cum primum de illa notitiam habuit, non omisit Astesanus de nullitate ejusdem deliberationis judicialiter protestari, ut habetur in ipsius *Summario n. 19.*,
25 & 20. Quo vero ad aliorum actus assertæ ratificationis non probantur, etsi probati fuissent non relevarent, cum ab ipsis Astesanus causam non habeat, ut in proximis terminis dictum fuit in *Aven. fideicommissi 11. Decembris 1716. §. Nec dictorum cor. R. P. D. meo Herrera.*

Prout demùm non relevat, quod, sublata deliberatione, reviviscerer creditum Gori, cujus vigore iterum agi posset, quia quidquid sit de isto credito probando, & liqui-
26 dando, hic, & nunc agitur solum de viribus deliberationis supradictæ, ad cujus cognitionem restrictum est dubium, & nostrum Tribunal ex antiqua, & inconcussa praxi de iis non curat, quæ sub proposito dubio non continentur, ut ead. *Rota* testatur *dec. 282. in fine cor. Duran.*, *dec. 270.* pariter in fine *p. 16.*, *& dec. 498. n. 11. p. 18. rec.*

Et ità utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER CONSIGNATIONE.

Veneris 26. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria alterius sub die 22. Januarii 1718. ex novo facto.

Ex deliberatione nulla fructus à Creditore recepti, in causam sortis imputandi sunt. Si vero merus sit deliberatarius, rei deliberatæ Domino illos retrocedere tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Consignatio pecuniarum ex deliberatione nulla provenientium favore eam passi facienda est.*

2 *Creditor æqualia Jura habens, eamdem sortem cum altero in consignatione debet experiri.*

3 *Creditum quomodocumque extinguatur, Creditori satisfactum dicitur, & exceptione* frustra petis, quod intus habes, *repellitur.*

4 *Expensæ nisi post terminatum Judicium à Victore repetuntur.*

5 *Deliberatarius, cujus deliberatio ex capite læsionis rescinditur, omnes fructus ex re deliberata perceptos tenetur deliberationem passo restituere.*

6 *Fructus à deliberatario ex deliberatione nulla percepti cum credito, vel pecuniis ab eo solutis compensantur*, & n. 7.

DECISIO MCXLIX.

Quemadmodum rediit ad trutinam alterum dubium super deliberatione sequuta anno 1648., de quo in contemporanea decisione, ita etiam alterum respiciens consignationem pecuniarum provenientium ex Censu deliberato, quod quidem

 dubium,

dubium, licet una cum alio resolutum fuisset in audientia diei 21. Januarii 1718. favore Astesani, non tamen facilem invenit resolutionem in Rota diei 15. Maii 1719., quia cumulatis pro parte Canonici Alexandri Frezza, comparentis pariter ad obtinendam consignationem pro alio suo credito, plurimis excetionibus, opus habuerunt DD. rescribere, quod concordaretur factum coram Me. Cumque id adimpletum fuerit, quæsivi iterum hodie una simul à Dominis -- *An corrueret ex oppositis nullitatibus census deliberatio*, & -- *An, & in qua summa & cujus favore constet de credito etiam ad effectum consignationis*; & sicut primo dicto dubio responsum fuit pro nullitate cum rescripto, *constare da causis restitutionis in integrum adversus deliberationem*, juxta eamdem contemporaneam decisionem, ita rescriptum prodiit quoad hoc secundum -- *Constare de credito Actesani etiam ad effectum consignationis in summa inferius exprimenda, scilicet in scutis 1732.*

In eo stetit ratio resolutionis, quod juxta factum coram Me concordatum, pecuniæ, de quibus agitur, proveniunt ab illis scutis 3.mil., quæ Dux Salviatus in transactione inita cum Catharina, & Ardelia causam habentibus à Paulo Nanno originario Creditore census scut. 4.m., convenit apud ipsum remanere velut in depositum ratione prætentionis jam tunc præcognitæ nullitatis deliberationis sequutæ ratam scut. mille d. census, quæque d. Dux cum relatione ad omnia contenta in transactione deposuit subinde in Banco S. Spiritus. Cum autem
1 hodiè contemporaneè capta sit resolutio super nullitate ejusdem deliberationis, utique constat de bono jure Astesani causam habentis a deliberatione Passo, ut easdem pecunias, velut à re sua provenientes consequatur, ex vulgari regula, quod res clamat ad Dominum, *Gait. de credit. cap. 4. q. 11, n. 1449.*, *Card. de Luc. eodem tract. disc. 35. n. 37.*, *Rota dec. 1954. n. 1. cor. Coccino.*

Maxime vero quia, ut fuit animadversum etiam in decisione hujus causæ 21. Januarii 1718., & latius habetur in facto concordato, omnes aliæ personæ jus habentes super eodem censu ex successione ad bona Pauli Nanni consequutæ sunt suam illius portionem, & solus Astesanus habens cæteroquin coæquale saltem jus, tanquam successor in juribus Flaviæ, quæ statim sequutam deliberationem impugnavit, & cui in divisione inita cum aliis sororibus obtigit major pars ejusdem census, & ideo pro ejus sorte, &
2 fructibus erat creditor scut. 4800., non est assequutus in transactione, nisi scuta 1800., reliquis tribus mille relictis penes Ducem Contransigentem, æquitati vero, ac justitiæ consonum est, ut & ipsi jus suum tribuatur, & non sit deterioris conditionis, quam alii fuerint, ad *Text. in l. prima §. Veteres ff. de acquir. possess.*, & *l. si Reus ff. de duobus Reis.*

Neque obstaculum præbere valent consignationi favore Astesani decernendæ Jura Canonici Alexandri Frezza, ex eo ducta, quod ipse sit Cessionarius Mariæ Jacobæ Borromeæ hæredis Andreæ Gori deliberatarii, ideoque annullata deliberatione, reviviscere debeat ejus Creditum, illudque consequi super iisdem pecuniis ab eodem censu pro rata tantum deliberato provenientibus; quodque fecerit pro parte ejusdem Mariæ Jacobæ plures expensas ad tuendas easdem pecunias, ad hoc ut illæ recuperarentur, & ab aliis non occuparentur.

Quo enim attinet ad hujusmodi expensas,
3 animadverterunt DD., quod illæ duplicis esse possunt generis, aut scilicet factæ in lite actitata contra D. Ducem Salviatum obligatum de evictione census, & de illis onus habuit etiam Astesanus, & imo Canonicus Frezza de eis reintegratus fuit pro summa scutorum 313. ab aliis interesse habentibus in causa, & participantibus de summa à Duce soluta vigore mandati Judicis, ut in facto concordato §. *finali*, ideoque istarum respectu frustra videtur petere, quod intus habet, & à sua petitione idcirco reiiciendus est, juxta regulam, de qua *dec. 338. n. 5. p. 15.*, *dec. 389. n. 3. p. 16. rec.*, & *in Faucn. fideicommissi 25. Januarii 1719. §. Tan-*
4 *to minus cor. bo. me. Ansaldo*. Aut verò sunt illæ, quæ factæ sunt in præsenti lite cum ipso Astesano, in qua quidem jam Borromeæ Jura ceperunt pati contrarias resolutiones, & de iis agi non potest, cum non nisi post terminatum Judicium à victore repeti valeant, *Rota dec. 340. n. 5. cor. Verall.*, *dec. 449. n. fin. cor. Buratt.*, & passim.

Quo vero ad creditum Gori (quicquid
5 sit, utrum possit reviviscere nec ne) hoc unis certum, & indubitatum est, quod effectum fuit summopere illiquidum ex fructibus interim ab eodem Goro deliberatario, & spoliatore perceptis, itaut sicut ille teneretur eosdem fructus restituere, *l. & qui sub imagine 10. C. de distract. pignor.* cum aliis *dec. 281. n. 6.*, *et seq. p. 7.*, & *dec 68. nu. 9. p. 18. rec.*, ita ab eo causam desumens, illos debeat
6 in idem creditum imputare, & hoc propterea amplius allegari non valeat, *Rota decis. 151. n 8. p. 17.*, & *dec. 256. num. 6. p. 18. rec.*
7 dum præsertim, ut in contemporanea decisione firmatur, tale creditum Gori consistit in quantitate scutor. 193. 60., neque est fructiferum, juxta ibidem deducta §. *Excessus*, & §. *Æquè*, & in facto constat, quod Gorus post sequutam census deliberationem ejus vigore plures fructus exegit ejusdem census deliberati, nam obtinuit affocari ad fundos censitos, ut in *Summario Astesani n. 21.*, & illos locavit pro non modicæ quantitatis annua præstatione.

Hoc idem procedere Domini censuerunt quoad alios ab eodem Goro, mediante Borromea causam habentes, ut erant Joseph, & Anna Catharina pariter de Borromeis contra utrumque, Astesanum scilicet, & Canonicum

nicum Frezza comparentes in præsenti propositione.

Denique quantitatem in præfata summa scut. 1732. statuendam DD. censuerunt, quia deducta summa scutor. 1268., quæ fuerunt jam persoluta eidem Astesano vigore mandati à R. P. D. meo Cerro relaxati, dum in subselliis A. C. universę Curię plausu jus dicebat, illi superest consequenda juxta calculum aritmeticum d. quantitas scutor. 1732. pro qua sivè consistat in pecunia numerata penes Mensam Nummulariam, sive in Locis Montium ex eadem pecunia emptis, locus erit consignationi.

Et ita utraque &c.

NARNIEN., SEU SABINEN. BONORUM.

Lunæ 29. Januarii 1720.

ARGUMENTUM.

Solutio præsumpta ob lapsum temporis, ex quibus intermediis actibus nequeat allegari?

Laudum licet verbis generalissimis expressum, semper ad eam tantum, quæ illi causam dedere, restrictum præsumitur.

Venditio sapit de collusione, si post talem actum expletum, adhuc venditor rem sub illa cadentem alteri locasset, quod esset veri Domini signum.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum, & Partis cofessio faciunt probationem probatam.*

2 *Solutio ex lapsu temporis præsūpta nequit allegari, quando actus intermedii ab Auctoribus eam allegantis gesti deteguntur in contrarium, qui ejus vim repellunt.*

3 *Amplia, quando cum lapsu temporis aliæ concomitantes coniecturæ non concurrerent*, ac subamplia, ut in n. 5.

4 *Solutio, cum sit quid facti, ab eam allegante est probanda.*

6 *Ignorantia facile in hæredibus præsumitur.*

7 *Mulier possessionem non omnium dotalium bonorum capiens, si simul de aliis in dote non comprehensis eamdem arripiat, ista censentur subrogata in locum bonorum dotalium, quæ deficiunt.*

8 *Alienatio bonorum ex mera fidejussione non inducitur.*

9 *Fidejussio alienæ obligationis assumptionem in suam fidem pro cautbela creditoris importat.*

10 *Laudum præsupponit omnia quantumvis generaliter, & amplè ibi expressa ad causam, & titulum, quæ ei fundamentum præbuere, referenda esse.*

11 *Laudum non præsumitur ullam habuisse relationem ad ea, quę nullatenus fuissent in eo expressa, licet verbis generalibus conceptum legeretur.*

12 *Solutio præsumpta ex incertis tantum, & ęquivocis adminiculis reicitur, maximè si argumenta in contrarium afferantur.*

13 *Coniecturæ affirmativę prævalent negativis, & Juris præsumptionibus.*

14 *Legitima debe[illegible] filiis in bonis maternis, & quando ei debeatur [illegible]ellianica.*

15 *Creditor, ut Juribus sui debitoris adversus alterum uti possit, tenetur prius adversus illum suum creditum probare.*

16 *Hæres fideicommissarius creditum, & debitum super fideicommisso non potest firmare, donec de fideicommisso rationem non reddiderit.*

17 *Hæres hæreditatem repudians, à redditione rationis de ea facienda se liberat.*

18 *Accollatio collusiva, sicuti & quilibet alius actus ejusdem naturę pro non factis reputantur* .& n. 24.

19 *Venditio dicitur collusiva, si ea non obstante, venditor rem locasset*, amplia, ut num. 22.

20 *Dominium rei ex illius venditione probatur.*

21 *Bona ad eam præsumuntur spectare hæreditatem, in qua pro hæreditariis fuerunt descripta.*

23 *Clausula* constituti *apposita in Instrumento simulato nil operatur, & una cum isto corruit.*

DECISIO MCL.

Plures per obitum Joannis Bernardini, & Clementis ultimorum masculorum Familiæ de Scottis ortę fuerunt controversię, inter DD. Fratres de Sacripantibus hæredes Joannis Bernardi, & Fratres de Castellis hæredes Clementis ex una, ac Joannem Vanicellium sibi deberi contendentem bona hereditaria illorum, vigore antiqui fideicommissi conditi à Joanne Bernardino seniore pariter de Scottis; & licet ab initio actum solummodo fuerit in possessorio, in eoque Fratres de Sacripantibus, & de Castellis Victores extiterint, tamen cum subindè in nostro Auditorio fuerit in gradu ulterioris appellationis assumptum examen præfati fideicommissi, & prævaluerint Jura Vannicelli, juxta decisionem editam die 13. Februarii 1713. cor. bo. me. Ansaldo, opus fuit ut illi ad aliud remedium convolarent retentionis, aut reintegrationis ad eadem bona vigore plurium Creditorum sibi competentium.

Quę credita, cum in tribus decisionibus prævia accurata facti concordatione editis 12. Junii 1718., 23. Januarii, & 12. Maii 1719. coram d. bo. mem. Ansaldo canonizata fuerint, prodiit ab eodem Sententia pro retentione, & reintegratione, quatenus opus sit, ad bona controversa favore eorumdem de Sacripantibus, & Castellis. Cum vero Vannicellus appellationem à d. sententia mihi committi curaverit, dedi opportunum dubium, eique in hodierna Audientia responsum fuit -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam* --; de illius quippe validitate nulla erat controversia, & justitia promanabat ex antecedentis instantię decisionibus

nibus comprobantibus tàm ex publicis instrumentis, quam ex confessione Partium,
1 in facto concordato, constitate de crediris pro retentione, seu reintegratione deductis, secundum ea, quę de hujusmodi probationum genere promiscuè inquit *Rota dec. 44. n.1. cor. Emer. jun.*, *& in Perusina fideicommiss. 14. Decembris 1695. §. Quod autem cor. Eminentissimo D. Card Priolo*.

Absque eo quod justitia hujus sententię obumbrari ullo modo posset ex repetitis, aliisque superadditis adversus eadem credita exceptionibus. Siquidem distincta methodo procedentes, advertebant DD., credita in duplicem classem etiam in anteacta instantia divisa fuisse; quarum prima contineret dotē Cleriæ Cardulę Uxoris Jo.Bernardini sen.de Scottis Fideicōmittentis, & duos census, alterum scut. 100 accollatum à Tullio Scotto Patre, & Auctore Joannis Bernardini Fideicommittentis de anno 1584. originariè debitum Caranilię Gadianæ, & obventum deinde Joanni Bernardino Juniori de Scottis, ut in allegato facto concordato §. 46., alterum scut 160. impositum usque de anno 1565. favore ejusdem Clerię à d. Tullio Patre, & Auctore Joannis Bernardini senioris; secunda verò comprehenderet alios duos census obventos ex persona Victorię Vitutiæ in dd. Fratres de Sacripantibus, & de Castellis, alterum scutor 400. impositum ab eodem Tullio Patre Joannis Bernardini de anno 1597. favore Violantis Mariottę mediatę Auctricis d. Victoriæ Vitutię, juxta factum concordatum in §. 12, alterum scut. 500. impositum in majori summa ab ipso Fideicommittente sub anno 1612. favore Hieronymi Carducci, & emptum subinde pro rata dictor. scut. 500. à Faustina Scotta cum pecuniis retractis ex venditione Prędii spectantis ad memoratam Cleriam Cardulam, ut in eodem facto § 8.

Insequendo hujusmodi Creditorum distin-
2 ctionem, non obstare quoad dotem Clerię Cardulę DD. censuerunt exceptionem presumptę satisfactionis ex eo deductę, quod ab obitu d. Clerię ad hęc tempora intermedius sit lapsus 90 circiter annorum, intra quod temporis spatium plures etiam actus gesti sunt comprobantes eamdem satisfactionem, uti est possessio capta anno 1653. plurium bonorum dotalium d. Clerię ab illis de Scottis Auctoribus actorum, & Laudum prolatum à Don Lelio Ursino Principe Vicovarii vigore compromissi in eum initi à Fratribus de Scottis anno 1669. super pretensionibus, quas habebant contra Antonium eorum Patrem, in quibus compromisso, & laudo nulla fit mentio de isto credito, imò definitur nihil ultra deducta posse illos petere quovis jure, aut causa.

Si enim loquimur de lapsu temporis, il-
3 le de per se sine concomitantia aliarum coniecturarum, aut adminiculorum, aptum non est inducere assertam solutionem, quę
4 cum sit quid facti, ab allegante cęteroquin probanda esset, ad *text. in l. Quingenta in ff. de probat.*, maxime quia tem-
5 poris spatio hereditas Clerię in plures per-
6 sonas delata fuit, & facile in hæredibus presumitur ignorantia, ut confutando consimile obiectum, dictum fuit *dec. 488. n. 10. p. 18. rec.*, *& in Pisauren., seu Callien. dotis 22. Junii 1714. §. Neque posita cor. Me.*
7 Si autem loquimur de coniecturis erutis ex relatis actibus, difficultas quoad captam bonorum dotalium possessionem ex eo statim cessat, quod in memorato actu possessionis, licet numerentur aliqua corpora non comprehensa in Constitutione dotis, tamen desunt etiam alia ex illis, quę in Instrumento dotali recensebantur, & sic possunt quidem putari in locum dotalium subrogata, non verò ita assignata, & in tanta quantitate, ut non solum deficientium bonorum valorem absorbeant, sed etiam dici debeat ex eis persolutum residuum illud scut. mille consistens in pretio jocalium, aliarumque rerum pro hac summa in dote assignatarum, quod residuum unicè petunt, seu allegant DD Fratres de Sacripantibus, & Castellis
8 litis Consortes. Non attenta asserta precedenti bonorum dotalium diminutione ex distractionibus secutis ex causa obligationum emissarum ab eadem Cleria; ad hunc enim effectum non exhibentur, nisi quędam fi-
9 dejussiones, quæ nullo modo alienationem sed dumtaxat alienę obligationis in suam fidem pro cauthela creditoris assumptionem importat, ut *ex tot tit. instit.*, *& cod. de fidejuss.*, ibique *Aretin.*, & alii.

Sicut etiam ex facti circumstantiis cessant ea, quę proponuntur adminicula, tam ex compromisso, & laudo recensitis, quam ex assignatione bonorum ab Antonio successive facta in executionem d. laudi ejus filiis;
10 quippe quia certum est, omnia illic quantumvis amplè, & generaliter expressa referenda esse ad causam, & titulum, qui eidem compromisso, & laudo fundamentum, & originem prębuerunt, ut firmat cum aliis adductis *in dec. die 23. Januar. 1719. §. Porro coram bo. mem. Ansaldo Rota dec. 482. n. 19. cor. Bich.*, *& dec. 178. nu. 5. cor. Benincasa*. Nihil vero ulterius deductum fuit in dictis actibus, præter eas controversias, quę inter Antonium Patrem, & Joannem Bernardinum, atque Clementem filios orię fuerum super restitutione doris Victorię Vitutię, solutione plurium debitorum ejusdem Antonii, & occupatione particularium
11 quorumdam bonorum Cleriæ. Si igitur dictum fuit in laudo, quod filii *non possino domandare altro per qualsivoglia ragione, causa, o capo per danni patiti fino al presente giorno*, patet illico huiusmodi Iudicis compromissarii definitionem nullam habere posse relationem ad ea, quę nullatenus fuerant expressa, ut est residuum crediti dotalis; eodemque modo interpretanda est assignatio secuta in executione laudi; quia pręter exceptiones illegalitatis aliàs adductas,

illa

illa pariter restricta est ad certa bona ibi designata obveuta Antonio ex hereditate dictę Clerię, ideoque nihil commune habet cum creditis, ut advertit *eadem Decisio bon. me. Ansaldi 23. Januarii 1719. §. Respectu*.

Cœterum satis erat, ut hujusmodi actus,
12 & adminicula incerta remanerent aliquo modo, & æquivoca, ut non possent ullo modo inducere præsumptam solutionem, dum etiam pro existentia crediti d. residui dotis, ejusque realitate plurima concurrunt alia argumenta ex Inventariis bonorum tùm Joannis Bernardini senioris Fideicommittentis, tum Clerię ejus Uxoris confectis per Faustinam communem illorum filiam, atque ex pluribus sententiis diversorum Judicum admittentium d. creditum, contradicentibus aliis Creditoribus ejusdem Joannis Bernardini senioris. Hæc autem argu-
13 menta non solum quia proveniunt ab actibus affirmativis, & plusquàm certis, verum etiam quia fundamentum habent plenissimę probationis in Instrumento publico crediti dotalis prævalere debent ad elidenda minus certa supra relata adminicula, & simplicem Iuris præsumptionem, juxta firmata *in dec. 569. n. 2., & seq. cor. Coccin., dec. 705. n. 12. p. 18., & dec. 211. n. 40. p. 19. rec.*

Nec valuit eximere bona fideicommissaria Ioannis Bernardini Viri à præstat onere residui dotis Clerię alia animadversio hodię in medium adducta per Vannicellium,
14 ex eo, quod cum Faustinę filię communi dd. Ioannis Bernardini, & Cleriæ deberetur in bonis ejusdem Clerię Matris legitima, ad notorios *text. in l. Nam et si ff. de inoffic. Testam., & auth. defuncto cod. ad Senat. Consult. Tertull.*, ideo ipse tamquam vocatus ad fideicommissum Ioannis Bernardini possit induere figuram Creditoris dictę Faustinę, quæ prima successit in d. Fideicommisso, & quousque ex parte Faustinæ non reddatur ratio de bonis fideicommissariis, valeat opponere de credito d. Legitimę competenti eidem Faustinæ debitrici fideicommissi.

Quicquid enim sit, utrum dictę Faustinę competeret, nec ne Legitima in bonis Cleriæ Matris, imo etiam Trebellianica, inapplicabilitas obiecti ex eo facile deprehendebatur, quod ad hoc, ut Creditor uti pos-
15 sit juribus sui debitoris, necesse in primis est, ut doceat de suo credito tamquam suę intentionis, & actionis fundamento, sine quo, sicut non posset agere contra primum directum debitorem, ita neque potest assumere ejus jura; esset itaque opus in his terminis, quod doceret Vannicellius se uti successorem in fideicommisso esse creditorem ejusdem Faustinę, id quod nullo modo resultat ex eo, quod ista fuerit heres fideicommissaria, & teneatur reddere rationem,
16 quia ante redditam rationem nullum illius debitum assignari potest, neque creditum fideicommissi, ut egregiè probant *Muñoz. de Ratiocin. cap. 21. n. 14., & seq., Salgad. in Labyrint. Credit. p. 2. cap. 7. n. 22., & seq. Rota cor. San. mem. Alexandro VIII. dec. 205. n. 4., et 5., et dec. 285. n. 3. p. 17. rec.*,
17 quæ ratio non potest prætendi, quod sit ex persona Faustinę reddenda à Dominis de Sacripantibus, & Calledis, quia eorum Auctores illius hereditatem expressè repudiarunt.

Et quoniam ex hoc ipso tantum obiecto Legitimę, & Trebellianicæ competentis Faustinę in bonis Clerię impugnabatur manutentio, seù reintegratio concessa pro aliis duobus creditis censuum scut. 100., & scut. 160. cadentium sub prima classe supra relata, hinc eisdem responsionibus vindicabatur eorundem Creditorum subsistentia, jusque illa exercendi in hodierno Judicio.

Transeundo igitur ad alia duo credita Censuum provenientium à Victoria Vitutia, de quibus in secunda classe, & in decisione bon. mem. Ansaldi edita super reservatis 12. Maii superioris anni particulariter actum fuit. Tota iterum defensio Joannis Vannicellii reducebatur ad accollationem factam de dd. censibus à Francisco Hieremia asserto Actorum Auctore occasione qua emit ab ipso Joanne Bernardino Fideicommittente bona illa descripta in Instrumento anni 1613., inde arguendo, quod non possint propterea contra d. accollationem factam à proprio Auctore venire, neque excutere bona Joannis Bernardini, dum erga ejusdem hæreditatem ipsi potius ex Hieremiæ Accollantis obligatione tenerentur de relevatione à quibusvis molestiis ex censibus accollatis provenientibus.

Prompta tamen, & valida ad hæc omnia responsio occurrebat, quod contractus præ-
18 dictæ accollationis fuit omnino collusivus, & inessectuatus, quemadmodum ex quamplurimis facti circumstantiis comprobatur *in eadem decisione super reservatis per tot. cor. bon. mem. Ansaldo*, in quibus ideo terminis nullum jus ex eo oriri potuit, & haberi omnino debet pro non facto, *Gratian. discept. 55. n. 31., et seqq., Card. de Luc. contr. 598. n. 10., Rota dec. 7. n. 11., dec. 91. n. 9. cor. Emer. jun.*, & alibi passim.

Et absque eo quod inutiliter repetantur
19 omnia in comprobationem d. collusionis, & inessectuationis lato calamo deducta in allegata decisione præcedentis instantiæ in confirmatione utriusque fundamenti, ad rem tantum sufficiat prægravem facti circumstantiam, quod præter tot alios actus perseverantiæ dominii bonorum venditorum in ipso Joanne Bernardino, hodiè etiam ostenditur paulo post stipulatum prædictum Instrumentum anni 1613. eundem Joannem Bernardinum, adhuc vivente Francisco Hieremia asserto Emptore, & accollante, locasse aliqua ex bonis præcise in dicto contractu compraehensis, & existentibus in Territorio Otricoli, & Malleani, *ut in summario acto-*
20 *rum n. 3., et 4.*, certum autem est, quod ex istis locationibus, præsertim junctis tot

aliis

aliis argumentis in d. decisione relatis resultare procul dubio debet probatio proprietatis, & dominii ad eumdem Joannem Bernardinum adhuc post factam venditionem pertinentis, *Rota dec. 566. n. 3. p. 18., et dec. 452. n. 12. p. 19. tom. 2.*

Neque contrarium præseferre valet Constitutio dotis facta Annę Mariæ filiæ dicti Hieremiæ, & Faustinę in parte ex bonis comprehensis in d. venditione, & contractu. Nam ultra quod non probatur identitas horum bonorum, distinguendo tempora, facile est removere difficultatem, quam pro veritate, & effectuatione ingerere jure potest dicta dotis constitutio; etenim dos illa Annæ Mariæ non fuit constituta à Francisco Hieremia Patre asserto Emptore, sed, illo jam præmortuo, fuit tradita à Faustina, & Antonio Sponsę fratre, ideoque cum Faustina successisset ex testamento Joanni Bernardino, non est, cur potius eorumdem bonorum in dotem assignatorum provenientia Hieremię potius tribui debeat, quam Joanni Bernardino, immo isti omnino tri-
21 buenda est, dum nõ fuerant ea ipsa per Faustinam assignantem descripta in Inventario hæreditario Joannis Bernardini, quæ descriptio probat satis concludenter eadem bona in ejus hæreditate reperta fuisse, & sic apud illum saltem materialiter usque tunc permansisse, *Rota dec. 249. nu. 4. cor. Otthobon., et in Romana Jocalium 26. Martii 1710. §. Pertinentia, et in eadem super Margaritis 4. Aprilis ejusdem anni §. Descriptio cor. bo. me. Molines.*

Nullatenus demum actus illi, qui refe-
22 runtur in eadem decisione bon. m. m. Ansaldi super reservatis, ostendentes continuatam possessionem bonorum collusivè venditorum in Joanne Bernardino, tribui possunt titulo familiaritatis ineptæ ad destruendam translationem dominii resultantem ex clausula Constituti apposita in instrumento venditionis. Agitur quippe de multiplicibus actibus importantibus perfectam plenariam dispositionem non compatibilibus cum dominio in alium translato, & confoventur aliis successivo tempore gestis per successores utriusque Contrahentis, & acquiescentia præsertim hæredum Emptoris, quando præviis edictis, aliisque de more servatis, ex quibus certiores de tali actu fieri poterant, fuerunt aliqua ex bonis in venditione comprehensis hastæ publicę exposita, & deliberata ad instantiam Creditoris Ioannis Bernardini. Clausula vero Constituti, ul-
23 tra quod non legitur in Instrumento nullum transferre valuit dominium, eo ipso, quod apposita fuit in Instrumento simulato,
24 quod, ut diximus, idem est, ac si factum non fuisset, ut præcisè probant *Mantica de tacit. lib. 3. tit. 36. n 16., Rota in Alexanen Manutentionis 6. Februar. 1702. §. Constat cor. Emo D. Card. Scotto.*

Et ita relative ad decisiones præcedentis instantię, quas DD. approbarunt, resolutum fuit utraque &c.

AUGUSTANA CANONICATUS
SUPER FRUCTIBUS

Lunæ 5. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Fructus vacantis Beneficii ex dispositione Sacrarum Constitutionum, vel in ipsius utilitatem, vel favore legitimi Successoris sunt conservandi, numquam vero à Capitulo queunt appropriari, quando Canonici prębendas haberent distinctas.

Statuta in forma specifica à Papa non confirmata adversus juris dispositionem non sunt allegabilia.

SUMMARIUM.

1. *Fructus Beneficii vacantis, vel in istius utilitatem sunt erogandi, vel pro Successore conservandi.*
2 *Fructus Beneficii canonice collati, à die collationis ad Provisum pertinent,* & n. seq.
4 *Statutum Ecclesiæ Collegiatæ S. Mauritii Augustæ quid disponat circa fructus prębendę vacantis.*
5 *Statutum Juris dispositioni contrarium, & à S. Sede non nisi in forma communi confirmatum, allegabile non est,* & n. 11. & amplia, ut in n. 3.
6 *Fructus prębendæ vacantis in ejus utilitatem, ejusdemque datis augmentum sunt erogandi.*
7 *Fructus prębendæ vacantis non possunt à Capitulo in proprios usus converti de jure Canonico, cum id expresse sub pęna suspensionis, quibuscumque Statutis non obstantibus, prohibeatur.*
8 *Fructus Canonicatuum distinctas habentium prębendas, si super aliquo ex illis lis oriatur, à ceteris Canonicis nequeunt appropriari, sed ad eum pertinent, cui in fine litis Canonicatus legittime conferretur,* amplia, ut in nn. 9. & 14.
10 *Intrusus in Beneficium non sibi, sed legittime Proviso dicitur possidere, istique, si quos percepisset fructus, restituere tenetur.*
11 *Statutum Juris dispositioni contrarium ut fiat allegabile, approbatione Papæ in forma specifica eget.*
12 *Approbatio Statuti in forma specifica ex lapsu duorum seculorum, vel longissimi temporis non inducitur, nisi in ista parte semper idem fuisse approbatum probaretur.*
14 *Capitulum numquam potest disponere de fructibus alicujus Beneficii postquam de eo alter fuisset provisus.*
15 *Amplia, quando auctoritate Judicis illi fuissent sub sequestro positi, & Sacra Concilii Congregatio super illis manus apposuisset.*
16 *Incompatibilitas, quod Beneficiatus simul fructus Beneficii, & alterius Parrochialis Ecclesię inter se incompatibiles percipere non possit, non oritur, nisi post pacificam pos-*

possessionem secundi beneficii adeptam, & vide casum.

DECISIO MCLI.

1 CUM fructus Beneficii vacantis ex dispositione Sacrarum Constitutionum *in cap. Cum vos de Offic. Ordin.*, *& in cap. Præsenti eodem tit. in 6.*, *& in cap. Quia sæpe de elect. in 6.*, *& in Clement Statutum de elect.*, vel in utilitatem ipsius Beneficii erogari, vel pro legitimo Successore fideliter
2 conservari debeant. Postquam vero Beneficium fuit alicui canonice collatum, fructus à die collationis omnino reservandi sint ipsi Proviso, ut ad explicationem dd. Jurium late firmat *Garzias de Benef. p. 2 cap. 1. n. 89.* nonnisi justa videri poterat Sententia Rotalis à R. P. D. meo Cerro lata ad formam decisionis coram eo præcedenter editæ die 30 Junii superioris anni, per quam fructus Canonicatus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritii adiudicati fuerunt Joanni Leopoldo Vvanner: Unde jure merito hodie, congruo dubio per Me proposito, DD. illam *confirmandam* esse censuerunt.

3 Constitit enim in facto, eumdem Joannem Leopoldum esse verum, & legitimum dicti Canonicatus successorem, dum uti talis declaratus fuit in exclusionem Ignatii Flaquel per geminas Sententias hujus nostri Sacri Tribunalis in auctoritatem rei judicatæ transactas, altera videlicet coram R. P. D. meo Crispo, & altera coram R. P. D. meo Cerro, ac proinde eidem deberi fructus ejusdem Canonicatus à die, quo vacavit, quemadmodũ in dd. Rotalibus Sententiis pronunciatum fuit, & cohærenter ad censuram laudatorum *Textuum* firmant *Covarruu. in cap. Relatum n. 3. de Testament.*, *Rot. coram Coccin. decis. 1315. per tot.* cum aliis *in decis.* præcedentis Instantiæ §. *Quandoquidem*.

4 Non obstantibus Statutis dictæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mauritii, super quibus etiam hodie Capitulum potissime insistebat. Nam sive fermo sit de illo, in quo cavetur, quod de fructibus Præbendæ vacantis possit, & debeat Capitulum pro utilitate, & commoditate sua libere, & licite disponere, sive de alio, in quo statuitur, quod pendente lite in Curia Romana, vel extra super aliquo Canonicatu, & Præbenda, Decanus, & Capitulum non teneantur alicui de corpore Præbendæ respondere, nisi ille, qui evicerit eumdem Canonicatum, & Præbendam, fecerit continuam, & personalem residentiam, deservieritque Ecclesiæ, & Capitulo in suo ordine, sicut cæteri Canonici deser-
5 vire tenentur, plene satisfacere videbatur responsio jam data in dicta decisione præcedentis instantiæ, quod videlicet de dictis Statutis nulla ratio haberi poterat, tamquam dispositioni Juris de directo contrariis, & à Sancta Sede, nonnisi in forma communi confirmatis, *cap. Examinata de confirm. util. & inutil. cap. Quia diversitatem de concess. Præben.*, *Rot. decis. 229. n. 11. par. 2. recen.* cum aliis in dicta decisione Causæ §. *Nec pro desistendo*.

Et frustra à Capitulo replicabatur, vel quod dicta Statuta potius essent Juris dispositioni consentanea, vel quod in omnem casum post lapsum duorum fere sæculorum, quatenus etiam essent contraria, præsumi nihilominus possent à S. Sede approbata, & confirmata in forma specifica.

Quod enim attinet ad primam objecti partem DD. animadvertebant neutrum ex dd. Statutis ullo pacto conciliari posse cum
6 dispositione Juris communis. Non quidem primum, quia per illud non imponitur Capitulo obligatio erogandi fructus Præbendæ vacantis in utilitatem ipsius Præbendæ, & in augumentum ejusdem dotis, quemadmodum de jure disponitur, & firmant *Garz. de Benef. p. 2. cap. 1. n. 89.*, *Card. de Luc. de Benef. disc. 100. n. 21. & 22.*, sed conceditur eidem Capitulo libera, atque amplissima facultas de illis disponendi in usum & rem propriam ipsorum Canonicorum, ut probant ad litteram tam verba illa prohæmialia -- *Quoniam autem consentaneum est, ut qui in Agro Dominico plus cæteris operantur, plus etiam mercedis inde recipiant* -- quam, & clarius alia sequentia dispositiva -- *De fructibus hujusmodi vacantis præbendæ Capitulum nostrum pro utilitate sua libere, & licite di-*
7 *sponere possit, & debeat.* Hoc autem nedum à Jure Canonico nullibi permissum legitur, imo expresse vetitum, interdictumque reperitur sub pœna suspensionis ab officio, & Beneficiis, quibuscumque Statutis non obstantibus, ut videre est *in d. cap. Quia sæpe 40. de elect. in 6.* in illis verbis -- *Nos ipsorum ausus reprimere volentes decernimus, ut ii &c. tamdiu maneant &c. suspensi, donec plene restituerint quidquid de bonis perceperint supradictis non obstantibus &c. Statutis &c.*

Neque etiam conciliari potest secundum, quia quidquid sit in illis Ecclesiis, in quibus Canonicatus non habent Præbendas distinctas, & omnes fructus, tamquam distributiones quotidianæ debeantur præsentibus, & actu deservientibus; illud utique certum est,
8 quod cum in Ecclesia S. Mauritii Canonicatus habeant Præbendas distinctas, itaut fructus positi fuerint sub sequestro, orta inter duos controversia super aliquo Canonicatu, & Præbenda, fructus illius non debebant cæteris Canonicis applicari, sicuti in dicto Statuto disponitur, sed pertinebant ad eum, cui in fine litis fuit idem Canonicatus legiti-
9 me adiudicatus, etiamsi in eo Collitigans,
10 qui succubuit, antea se intrusisset, quia tunc iste censetur, non sibi, sed legitime Proviso possedisse, & ei debet fructus, si quos percepit, restituere, *Lotter. de re Benef. lib. 3. quæst. 20. n. 10. & seqq.*, *& n. 117.*, *Rot. coram Manzaned. decis. 842. n. 3. & 13.* cum aliis in decisione præcedentis Instantiæ §. *Quod locum*.

11 Cùm itaque memorata statuta de directo adversarentur dispositioni Juris, necessaria omnino

omnino erat pro eorum validitate confirma-
12 tio Apostolica in forma specifica. Ea autem perperam contendebatur in secunda objecti parte desinui posse à lapsu duorum sæculorum, quia solus lapsus etiam longissimi temporis non inducit præsumptionem legitimæ confirmationis, nisi etiam probetur, quod ejusmodi antiquum statutum fuerit in ea parte continuo observatum, *Rot. coram Rojas decis. 6. num. 2., & decis. 243. num. 8., & in recen. decis. 267. num. 4., & 5. par. 16., & decis. 154. num. 4 par. 18.*
13 Ultraquod in casu cessat quæcumque præsumptio confirmationis in forma specifica dum pro parte Capituli producta fuit confirmatio fa. me. Clementis VII. in forma communi, quæ ad validanda statuta contra Juris dispositionem
14 ab Inferiori condita minime sufficit, *Cardin. de Luc. de regal. disc. 144. num. 8. Rot. coram Coccin. decis. 1986. num. 15. coram Bich. decis. 528. num. 17. & cor. bo. me. Ansaldo decis. 78. n. 6.*

Et hinc nullo numero habitum fuit, quod Capitulum dd. fructus in beneficium Fabricæ de facto erogaverit. Nam præter alias responsiones datas in *decis. R. P. D. mei Cerri §. Minorisque*, difficultas omnia removeri visa fuit, tum ex quo de jure illi non licebat, postquam de Canonicatu legitime provisus fuerat Joannes Leopoldus, de dd. fructibus disponere, ut supra probatum fuit, & firmavit *Rot. decis. 289., num. 10. par. 19. re-*
15 *cent.* tum, & fortius quia cum dicta erogatio sequi nequiverit, nisi post mensem Augusti anni 1718. ad quod usque tempus ex confessione ipsius Capituli constat dd. fructus penes ipsum remansisse, potius inde evincitur manifesta, ac punibilis ejusdem contumacia, dum ausum est de dictis fructibus disponere, nedum postquam Signatura Justitiæ anno 1704. sequestrum super illis apposuerat, inhibendo Capitulo, nè eos percipere, aut alteri consignare auderet, quam Æconomo tunc deputato: verum etiam postquam Sac. Congregatio Concilii, ad quam Capitulum recursum habuerat pro obtinenda facultate erogandi memoratos fructuus in fabricam Ecclesiæ, illam concedere noluit, rescribendo sub die 29 Januarii 1718. *Ad Judices suos*, & postquam denique pro parte Joannis Leopoldi ipsi Capitulo præsentatæ fuerant litteræ exequutoriales ab hoc Sacro Tribunali expeditæ: Undè in hisce facti circumstantiis potius incurrisse videbatur pœnas, de quibus in *Clem. unic. de sequestr. poss., & fruct.*, ut ponderat *decis.* præcedentis instatiæ *d. §. Minorisque efficaciæ in fine.*

16 Parum denique curandum DD. censuerunt de alio postremo objecto, quod nempe Joannes Leopoldus lite super Canonicatu pendente perceperit fructus alterius Parochialis Ecclesiæ ab eo retentæ, quodque propterea percipere nequeat pro eodem tempore etiam fructus hujus Canonicatus cum dicta Parochiali incompatibilis: nam præterquam quod exceptio ista non est de jure Capituli, ad quod nihil pertinet quid actum fuerit de fructibus Ecclesiæ Parochialis, exuberat responsio præcedentis decisionis R. P. D. mei Cerri, quod incompatibilitas non oritur, nisi post pacificam possessionem secundi beneficii, quam tamen hactenus Joannes Leopoldus numquam assequi potuit, ut in §. *Finali*.

Et ita utraque &c.

HYLDESIMEN. EMOLUMENTORUM SUPER EXPENSIS

Lunæ 5. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

In Causa Victus victori judiciales, & vivas expensas usque ad ultimum obulum tenetur reficere; quo vero ad extrajudiciales, scilicet Curialium honoraria, illa in scutis decem pro qualibet instantia Rota taxare solet.

SUMMARIUM.

1 *Expensæ vivæ, & judiciales integraliter reficiuntur per succumbentem in Causa*, & num. 5.
2 *Honoraria Curialium in Rota in scutis decem pro qualibet instantia taxantur.*
3 *Expensæ factæ in Partibus taxantur secundum notulam illorum Notariorum, quæ justa præsumitur*; amplia in n. seq.
4 *Notarius in suo munere deficere non præsumitur, & istius defectus ab eum allegante probandus est.*
5 *Expensæ vivæ sunt registra, sportulæ, examina testium, publicationes sententiarum, & similes, quæ integraliter reficiuntur.*
6 *Honoraria Agentis quare non taxentur.*

DECISIO MCLII.

Obtinuit Joachinus uti Canonicus senior Collegiatæ S. Joannis prius in partibus coram Officiali Hyldesimen., & subinde in nostro Auditorio coram bo. me. Ansaldo juxta decisionem editam 23. Martii 1718., manuteneri in possessione interveniendi Comitiis Provincialibus, & percipiendi pro se ipso absque aliorum Capitularium participatione emolumenta ratione personalis laboris interessentibus distribui solita. Cumque fuerint hujusmodi judicata canonizata etiam à Signatura Justitiæ cum clausula *sine præjudicio*, Capitulum contradictor liti renunciavit, emisitque consuetam obligationem reficiendi victori expensas, quas hic taxari successive curavit à R. P. D. meo de Gamaches. Verum, ob appellationem, quam idem Capitulum interposuit ab excessiva taxatione, opus fuit, ut coram Me disputaretur congruum super hac re dubium in hodierna audientia, cui Domini *non constare de excessiva taxatione expensarum juxta modum* inferius exprimendum responderunt.

Duplicis senè generis erant expensæ, de quarum taxatione hic agebatur, & in dupli-

1 ci notula relatæ legebantur. Aliæ nempe factæ hic in Curia; aliæ vero factæ in partibus. Quoad primas nulla fuit difficultas quin excessus totaliter exclusus remaneret ex inspectione earum notulæ, cum illa non contineret nisi expensas vivas, & judiciales, quæ integre victori reficiendæ sunt, *Rota in Romana datis super expensis* 10. *Januarii* 1718. §. *Quippe*, *& in Cavallicen. Vintenni super expensis* 13. *Januarii* 1719. §. *Quippe coram Me*;
2 & pro honorariis Defensorum in instantia Rotali taxatio facta sit in scutis decem, juxta stylum nostri Tribunalis, de quo *Rota in eadem Cavallicen. Vintenni* §. *Extrajudiciales coram Me*.

3 Quo vero ad alias expensas factas in partibus, habemus utique notulas Notariorum, quarum favore præsumptio est, quod expensæ sint ex illis, quæ juxta stylum illius Curiæ reficiendæ veniunt, ut præ cæteris dixit *Rot. decis.* 674. *n.* 6. *coram Dunozet. iun.*

Nec obstat, quod Notarius Actuarius Causæ in partibus esset Jonnes Peinhardus Reichen, non autem Joannes Franciscus Christophari, qui notulas exaravit, itaut cum notulæ expensarum justificari debeant ex actis, illæ factæ per diversum Notarium dicantur excessivæ, sicut etiam de collusionè
4 suspectæ non veniant attendendæ. Cum enim à tempore actę litis in partibus lapsi sint plures anni, non implicat, quod tunc esset Notarius Curiæ Hyldesimensis Reichen, modo vero sit alter, nempe Joannes Franciscus Christophari, quem quidem non potest negare Capitulum esse publicum in eadem Civitate Notarium, itaut donec è contrario non justificetur, quod ille defecerit in suo munere, ejus fidei standum sit, ut prosequitur *Rota dicta decis.* 674. *num.* 7. *coram Dunozet. Jun.*

5 Perlectis vero notulis, Domini procul dubio agnoverunt, quod illæ erant ex eis, quæ alias approbari meruerunt à nostro Tribunali, juxta ea, quæ advertit *Coccin. in adnot. ad eius decis.* 309. *num.* 7. *& seq.*, *Constant. ad Statut. Urb. adnot.* 59. *artic.* 6. *n.* 234., *& Rota coram eodem Coccin. decis.* 1461. *num.* 1. *&* 2. & in præcisis terminis *in alia Hyldesimen. Expensarum* 17. *Aprilis* 1711. §. *Accedente*, *&* §. *final. coram bon. mem. Kaunitz.*

6 Bene tamen verum est, quod demendam putarunt partitam scutorum 21.80. in iisdem notulis appositam pro honorariis Agentis, cum nullo modo illa possit inter expensas in lite necessarias numerari, quæ tantum reficiuntur, *Rot. decis.* 658. *num.* 12. *part.* 19. *rec. tom.* 2.

Et ita utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM. SUPER EXPENSIS.

Veneris 16. *Februarii* 1720.

ARGUMENTUM.

Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Taxa expensarum facta à Judice præsumitur justa.*

2 *Expensæ vivæ usque ad obulum per victum in causa Victori reficiuntur, quę sunt sportula, regestra, & similes &c.*

3 *Expensæ extrajudiciales sunt copiæ scripturarum, Curialium honoraria, & similes, quas Rota in scutis decem pro qualibet instantia taxare solet.*

DECISIO MCLIII.

POstquam D. Marchio Camillus de Maximis uti successor in Primogenitura condita per quond. Lucam pariter de Maximis, obtinuit immitti ex sententia A. C. ad loca Montium detenta per Dominos de Aste, & Vecchiarellos affecta vinculo dictæ Primogenituræ, & subrogatæ in locum renutæ nuncupatæ *di Porcareccia*, & Judicium istud protractum fuit usque ad quintam instantiam, superventis interim rotalibus sententiis latis pro eadem Immissione prius à R. P. D. meo Falconerio Almę Urbis Gubernatore, deindè à R. P. D. meo Crispo, rursus ab Eminentissimo D. Card. Altann, tunc nostri Auditorii Collega, & demum à R. P. D. meo de Gamaches, iste taxavit etiam expensas in complementum Victorię Marchioni Camillo Actori refundendas; sed rei conventi ab excessiva taxatione ulterius appellarunt; Cumque hujusmodi cognitio delegata mihi fuerit, dedi hodiè opportunum dubium, & responsum habui in contumacia reorum comparere negligentium *non constare de excessiva taxatione.*

1 Non solum enim excessus à pręsumptione juris excluditur, quæ stat semper pro justitia taxationis, juxta firmata *dec.* 1. *num.* 1. *cor. bon. me. Ansaldo*, *& in Bononien. Fideicommissi de Grisonibus super expensis* 12. *Aprilis* 1709. §. *Quando quidem cor. bo. me. Caffarello*, verum etiam totaliter removetur omnis illius suspicio ex qualitate expensarum, quę in taxatione facta ab R.P.D. meo de Gamaches admissę leguntur.

2 Quando quidem consistunt tantum hujusmodi expensæ in sportulis, registris, citationibus, & commissionibus, aliisque similibus, quę omnes dicuntur vivę, & judiciales, ac plenè justificantur ex actis, ita ut nullum esse valeat dubium, quin Victori reficiendæ sint integraliter, ut inquit *Rot. in Sorana divisionis super expensis* 26. *Junii* 1719. §.
3 *Minusque cor. R. P.D. meo Herrera*, & si quæ fuerunt admissę, quæ sint extrajudiciales, illæ consistunt in honorariis Advocatorum, & copiis scripturarum, quæ pro prima instan-

instantia eor A.C. taxatæ fuerunt in moderata quantitate scut. trium, & pro reliquis Instantiis rotalibus in scutis 10. pro qualibet instantia, & in hac summa non potest evitari illarum refectio, juxta inconcussam praxim, de qua testatur *Rosa d. dec. 1. nu. 6., & per tot. cor. bo me, Ansaldo, in Bononien. Bonorum super expensis 6. Martii 1715. §. excessus cor. R.P.D. meo Falconerio*, & in allegata *Forana divisionis super expensis dicto §. Minusque coram R.P.D. meo Herrera.*

Et ita altera tantum &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Luna 19. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Conditio *si sine filiis* ad tramites celebris Oldradi consilii 21. locum non habet, quando Testator ad fideicommissi perpetuitatem respexit, adeout etiam ista metodo in sua dispositione ulterius providisset, ut substitutos delinquentes illicò de sua hæreditate spoliandos fore voluisset, quod denotat non se ad casum obitus primi heredis cum filiis coarctare voluerit, sed fideicommissum progressivum, & restitutorium ordinalle, accedentibus præsertim conjecturis perpetuitatem denotantibus.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, tribus verificatis extremis, semper conceditur.*

2 *Substitutio ex quibus verbis à fideicommittente ordinata dicatur.*

3 *Immissio danda est fideicommissario, eo ipso, quod conditio in eo purificatar, ejusque favore aperitur substitutio.*

4 *Substitutio expirat, quando testator dixisset* -- e morendo il mio erede senza figli, sostituisco l' infrascritti Luoghi Pii &c. -- *qui hæres cum filiis decessisset*, juxtà celebre Oldradi consilium 21., limita, ut in num. 6.

5 *Substitutio subsequens dum est concepta sub contraria conditione* si sine filiis *ab antecedenti substitutione concepta in casu obitus* si sine filiis *non descendit.*

6 *Fideicommissum eo magis progressivum ad substitutos sub conditione* si sine filiis *vocatos dicitur, quando conjecturæ, & argumenta de illius perpetuitate urgerent, idem consilium limitando, & quæ sint generales ex eisdem?*

7 *Testator præsumitur se uniformasse statuta.*

8 *Filii in conditione positi vocati censentur juxtà Statutum Urbis.*

9 *Fideicommissum progressivum restitutorium etiam in casu obitus primi hæredis cum filiis à testatore præsumitur ordinatum, quando iste vocatos delinquentes ex hæreditate eiecisset, cum talis provisio plurium vocatorum sit præsuppositiva.*

10 *Amplia, quando fideicommittens de rata fructuum superextante multiplicum in perpetuum ordinasset favore fideicommissi, & perpetuum Missarum onus injunxisset, quæ talis repetita perpetuitas implicat cum fideicommisso ad obitum primi hæredis cum filiis restrictio.*

11 *Religiosus vocatione carere dicitur, licet sub generali descendentium substitutione comprahenderetur, quando Testator vocatos arceret, eo ipso, quod in religionem ingrederentur.*

DECISIO MCLIV.

Fideicommissum in suo ultimo Elogio à Laura Vulcani institutum per obitum Julii Pii, & Annæ ad illud vocatorum sine filiis, & professionem Franciscæ unicæ superstitis in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ Montis Quirinalis, purificatum fuit favore Piorum Locorum ab illis substitutorum, Conservatorii nempè S. Philippi Nerii, & alterius Conservatorii Sanctissimi Sacramenti; propterea hæc Loca Pia immissionem expostularunt, & obtinuerunt ab A. C. Cincio tàm contra Monasterium S. Pauli retinens aliqua ex bonis eidem fideicommisso subiectis, quam contra Monasterium prædictum S. Mariæ Magdalenæ ex persona memoratæ Franciscæ inibi professæ ad causam admissum.

Per appellationem ab his interpositam,
controversiæ cognitio devoluta fuit ad nostrum Auditorium, eaque mihi commissa
dedi Dubium -- *An sit danda immissio* -- &
DD. in hodierna audientia *affirmativè* respondendum esse censuerunt, quia constitit
1 tum de identitate bonorum non controversa, tum de fideicommisso, & vocatione resultante ex Lauræ testamento, quibus extremis concurrentibus, erat profectò Immissio Actoribus decernenda, ex firmatis *in dec. 442. num. 1. dec. 487. n. 2. par. 19. rec. in Romana Domus 13. Februarii 1708. §. Validitas coram Me, & in Reatina fideicommissi de Rancicbertis 1. Julii 1718. §. Ut enim coram R.P.D. meo Corio.*

2 Et quidem eorumdem Locorum Piorum
substitutio ex eo certa deprahendebatur,
quod Laura Testatrix instituto hærede
Francisco Honuphrio de Miletis, Pia eadem
Loca æquis portionibus succedere voluit in
casu extinctionis illius descendentiæ, aut
ingressus superstitum in Religione ità disponendo -- *Doppo che non vi sarà Descendente, ò Descendenti, o vero si trovaranno tutti nella Religione, nel sopravanzo della mia eredità istituisco Erede come sopra le povere Monache, e Ragazze di S. Filippo Neri per la metà, e per l' altra metà sostituisco come sopra le povere Ragazze Men-*
3 *dicanti del Santissimo Sagramento.* Quocirca, cum decesserint nulla prole relicta Julius
Pius, & Anna dicti Francisci Honuphrii filii, & Francisca altera filia superstes profes-
sio-

sionem Regularem emiserit, planè sequitur, purificatam esse conditionem, & apertam substitutorum vacationem, *Rot. dec.* 413. *nu.* 1. *coram Cerro dec.* 236. *num.* 3. *par.* 19. *rec.*, *in Ariminen. fideicommissi de Hippolitis* 12. *Aprilis* 1717. §. *Quo enim coram R. P. D. meo Foscaro, & passim.*

Non obstat, quod Testatrix in alia priori parte sui testamenti, in ea scilicet, in qua devenit ad hæredis institutionem in persona dicti Francisci Honuphrii sui nepotis substituerit eadem Conservatoria sub conditio-
4 ne obitus illius sine filiis ibi -- *E morendo senza figli legitimi, e naturali &c. l'eredità vada agl' infrascritti luoghi &c.* ideòque cum relictis filiis ille decesserit, fideicommissum, & substitutio expiraverit, juxta *celebre cons.* 21. *Oldradi*. Non enim ex hac sola testamenti parte resultat Locorum Piorum substitutio, & vocatio, ex qua hujusmodi objectum desumitur, sed etiam ex alia posteriori, cujus verba superiùs relata sunt, & in qua facta fuit illorum substitutio, eo casu, quo post delatam successionem in omnes de progenie Francisci Honuphrii hæredis, deficeret totaliter ejus descendentia. Quam-
5 obrem esto etiam, quod prior illa substitutio evanuisset, adhuc altera firma maneret, quæ cum supponat existentiam, & successivam deficientiam descendentium, ad omne tempus istius deficientiæ referri debet, ut quandocumque tribuat Conservatoriis substitutis jus, & facultatem succedendi, *Rot. dec.* 433. *num.* 5. *coram Ludovis.*, *dec.* 129. *num.* 8., *& seq. coram Bich. dec.* 409. *num.* 13., *& seq. cor. Cerro dec.* 75. *num.* 22. *par.* 15. *recen.*, *& dec.* 75. *num.* 17. *lib.* 10. *to* 2., *& dec.* 27. *n.* 13. *lib.* 10. *tom.* 3. *in Mant: st. ad ornat. Card. de Luc.*, & optimè *in Eugubina fideicommissi* 19. *Januarii* 1714. §. *Huic usque coram R. P. D. meo Crispo.*

6 Verùm enim verò ex eo etiam objectum expirationis fideicommissi facilè removetur, quod in præsenti casu satis certa apparet Testatricis voluntas pro fideicommissi progressivitate ex urgentibus conjecturis, seu potiùs argumentis, ex quibus simul sumptis ab Oldradi opinione recedi consuevit in nostro Auditorio, ut aliàs dictum fuit *in Aven. Primogenituræ* 10. *Januarii* 1701. §. *Non proficis cor. cla. me. Card. Caprara, & in confirmatoria* 18. *Novembris ejusdem anni* §. *Minus coram cl. me. Card. de la Tremoille* cum aliis *in Bononien. fideicommissi de Roffenis* 17. *Martii* 1702. §. *Ulti cor. bo. me. Muto, & in Romana Locorum Montium* 28. *Novembris* 1714 §. *Quoniam coram Me.*

Omissis autem generalibus profluentibus tam ex prædicta substitutione facta in casum deficientiæ totius descendentiæ sui hæredis, tùm ex substitutione ipsa Locorum
7 Piorum, tùm etiam ex præsumpta Testatricis conformatione Statuto Urbis *lib.* 1. *cap.*
8 142. disponenti filios positos in conditione censeri vocatos, juxtà ea, quæ de his conjecturis advertit *Const. ad id. Stat. Urb. annot.* 36. *art.* 2. *num.* 2. *coram san. mem. Alex.*
9 *VIII.*, duo illa præ ceteris argumenta DD. placuerunt, quorum primum exindè resultat, quod Testatrix voluit in perpetuum delinquentes cadere à commodo suæ successionis, eisque substituit non delinquentes vocatos in ejus Testamento parificando istum casum casui vocationis per obitum alterius vocati; undè oritur, quod ista provisio suppositiva plurium vocatorum collata fuit non solum in primum hæredem, sivè ejus filios, sed etiam in omnes descendentes in perpetuum, & ideò necesse est dicere, Testatricem intellexisse ordinare fideicommissum progressivum restitutorium etiam in casu obitus primi hæredis cum filiis, ut probat *Rot. in dicta Bonon. fideicommissi de Roffenis* §. *Et quarta coram bo. mem. Muto, in Romana fideicommissi de Alveris* 12. *Januarii* 1712. §. *Quod etiam cor. R. P. D. meo meo Crispo in Romana Locorum Montium* 4. *Junii* 1714. §. *Non minoris, & seq. cor. ba. mem. Ansaldo, & in confirmatoria* 28. *Novembris* 1714. §. *Validius cor. Me.*

10 Alterum ex eo promanat, quod Testatrix sæpedicta multiplicum fieri jussit ex rata fructuum superextante, deductis alimentis primi hæredis, & solutis legatis, idemque multiplicum voluit *sempre resti per fidecommisso perpetuo*; sicut etiam perpetuum declaravit impositum esse onus Missarum Possessoribus suæ hæreditatis; hujusmodi autem repetita perpetuitas verificari neutiquam potest, si fideicommissum in primo decedente cum filiis deficiat, sed si progressivum sit, & eodem modo perpetuum, ut expendit *Rota dec.* 433. *num.* 13. *par.* 18. *recen.*, *dec.* 10. 59. *n.* 1., *& seq. coram Emer. Jun.*, *in Romana fideicommissi de Avila* 1. *Martii* 1694. §. *secunda oritur coram bo. me. Muto, & in Firmana Immissionis* 26. *Aprilis* 1709. §. *Nec minoris coram bo. me. Molines.*

11 Nec refert, quod posita fideicommissi progressivitate dici debeat vocata sub generali descendentium substitutione Francisca Monialis, & ex ejus persona Monasterium consequi valeat successionem; obicem namque habet hæc prætensio nimis literalem in Testamentaria Lauræ dispositione, quæ ita Religiosas omnes personas exclusit à fideicommisso, ut imò si quis superstes vocatus profiteretur in Religione, voluit ex hoc ipso aperiri substitutionem favore Locorum Piorum nunc Actorum; undè his positis, caret dicta Francisca omni vocatione, & haberi debet, ac si in rerum naturam non esset, ad *Text. in l.* 2. §. *sed, & si ff. ad Tertull. Torr. de Major. Ital. par.* 2. *quæst.* 53. *n.* 28., *Palm. nep. alleg.* 374. *n.* 3. *cor. Cerro, & dec.* 12. *n.* 3., *& seq. post eundem Torr. de majorat.*

Et ita omissa quæstione retentionis, quam ad cauthelam confutabant Defensores Locorum Piorum Actorum, è contrario verò rei conventi non proponebant, responsum fuit utraque &c.

FA-

FAVENTINA FIDEICOMMISSI SUPER DETRACTIONIBUS.

Veneris 23. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius emanatæ sub die 16. Januarii 1719.

Inventarii defectus inter hæredem gravatum, & fideicommissarium allegabilis non est ad impediendas detractiones illi competentes, secus verò, si cum defuncti creditoribus ageretur, & quando ex accuratis descriptionibus per peritum factis ei suppleatur.

Fœminæ per Statutum exclusæ, Patris favore renunciantes, masculis in legitima non præjudicant.

SUMMARIUM.

1 *Detractiones competunt hæredi gravato, & si de inventario non doceret, quando res est cum hærede fideicommissario; secus si res sit cum creditoribus.*

2 *Limita, si hæres gravatus ultra inventarii defectum, peccasset in committendo dolosas alienationes, sive bona occultasset, præsertim si ageret pro detractionibus quantitativis, etiam si hujusmodi alienationes detractiones non adequarent.*

3 *Occultatio bonorum non potest opponi adversus tutorem, ex quo se allegaret creditorem pro deposita dotis, quod vivente Patre factum appareret, quando in substantia tale depositum fuisset fictitium ad aliquem finem directum*, & num. 5.

4 *Dos monialium deponenda est ante ingressum in Monasterium, juxta decreta Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium.*

5 *Veritas ex actu ficto præjudicium non patitur, cum iste pro non facto sit habendus.*

6 *Testis familiaris plenè probat, maximè accedentibus adminiculis.*

7 *Depositum dotis Monasterio tradendæ ex quibus fictitium apparere dicatur.*

8 *Testis de facto proprio plenè probat.*

9 *Testis ad propriam exonerationem deponens nil probat.*

10 *Amplia si esset affinis illius, qui eum adduceret, & informis.*

11 *Fides Ministrorum Sacri Montis Pietatis deponentium non posse recipi deposita fictitia in istius præjudicium, possunt etiam interpretari, ut hæc possint tamen recipi in præjudicium ipsorum*, & vide casum.

12 *Testium fides inter se se sunt semper conciliandæ, & discretivè intelligendæ.*

13 *Testi deponenti de re ad proprium officium spectante plurimum est deferendum.*

14 *Inventarii omissio potius testatori tribuenda, quam pupillo est, quando isti tutorem dedisset.*

15 *Defectus inventarii suppletur ex firmatione status hæreditarii per peritum facta mediantibus autenticis documentis, & superlativis probationibus.*

16 *Inventarium de opulenta hæreditate sine argentorum adnotatione defectuosum præsumitur.*

17 *Legitima debetur in triente, quando filii sunt infra numerum quatuor*, & nu. 23.

18 *Legitima non debetur fœminis per Statutum exclusis propter masculos*, & vide casum.

19 *Legitima masculorum non prejudicatur ex renunciationibus factis à fœminis favore Patris, quando per Statutum excluderentur.*

20 *Legitimæ augumentum masculis causatum ob exclusionem fœminarum, fideicommissi onere potest à Patre gravari, dummodò istud eorum favore sit ordinatum.*

21 *Limita si successio ad fœminas devolveretur, quo casu legitimæ naturam reassumit, & quodcumque respuit gravamen.*

22 *Hæc opinio procedit, si statutum loquatur de masculis, uti masculis, vel de masculis uti hæredibus ad terminos Capituli 141. Statuti Urbis.*

DECISIO MCLV.

A Sententia Rotali præviis duabus decisionibus editis sub die 11. Februarii 1718., & 16. Januarii 1719. à Me lata favore Antoniæ Catharinæ Missirolæ appellavit Maria Catharina Zucchina, & oè attenta mutatione Turni secuta per obitum bo. me. Ansaldi iterùm causæ revisio ad eosdem DD: deferretur, qui in ea antecedenter suffragium tulerant, illius cognitio mihi rursùs delata fuit subrogato in locum R. P. D. mei Herreræ. Undè dato congruo dubio, eoque proposito in hodierna Audientia reassumptum fuit examen detractionum competentium ex persona Dominici Antonii ejus Patris prædictæ Antoniæ Catharinæ Missirolæ super fideicommisso Caroli Cæsaris pariter Missiroli, & subsistentibus fundamentis dictarum decisionum, *Sententiam Rotalem esse confirmandam* responsum fuit.

Porrò hujusmodi detractiones duplicis erant speciei, aliæ scilicet quotitativæ, aliæ verò quantitativæ, earumque debitum in genere, & in substantia Maria Catharina non impugnabat, juxta illam reductionem, quam in præcedenti instantia sortitæ fuerant in recensitis meis decisionibus, & sententia conformiter ad istas decisiones promulgatas
1 at fundamentum suæ defensionis respectu earum, quæ quantitativæ sunt, & accidentales iterùm eadem Maria Catharina reponebat in exceptione, quod Antoniæ hæredi Dominici illæ ex fideicommisso nullatenùs deberentur, quia idem Dominicus primus hæres gravatus de bonis fideicommissariis, Inventarium non expleverit, & quoniam in anteactis causæ resolutionibus firmiter responsum fuit, quod Inventarii omissio, ubi, prout in casu, res non est cum Creditoribus, aut Legatariis, sed cum solo fideicommissario, non impedit hæredi gravato, quin suas in restitutione fideicommissi consequatur de-

detractiones, juxta firmata *decis.29. num.14. cor. Bcuinc., in Eugubina Cauthele Angeli 21. Martii 1703. §. Non attento coram bon. me. Omanna , & in Ravennaten. Immissionis 20. Junii 1707. §. Praetereà coram Rmo P. D. Aldrovando.*

Hinc limitationi hujus regulae hodiè totaliter nitebatur, ex eo ducta, quod si gravatus ultrà Inventarii omissionem peccaverit etiam committendo dolosas alienationes, sivè occultationes, tunc utique amplius agere pro suis detractionibus non possit, & praesertim pro quantitativis, tametsi occultationes, seu alienationes detractionum calculum non adequent, quia nihilominùs omnes praesumuntur consumptae ex reliquis bonis, de quibus fideicommissarius docere non potest, *Rot. decis.349. num. 6., & seqq. coram Peutinger. decis.31. num.9., & seq. par.11. recen. in Spoletana Immissionis 15. Februarii 1704. §. Non tamen coram bo. me. Ansaldo, & in Romana fideicommissi 9. Maii 1710. §. Dicebant coram eodem.*

Hanc autem limitationem, quàm caeteroquin uti veram, & certam DD. admittebant, nullatenùs praesenti quaestioni applicabilem in facto considerunt, quia nulla occultationis, nullaque alienationis probatio, in qua fundari posset ex parte Mariae Catharinae dedu-
3 cebatur. Non enim asserta occultatio ex eo resultat, quod Joannes Baptista Vicecomes Tutor, & Curator ab ipso fideicommittente Dominico haeredi deputatus dolosè eidem Dominico Pupillo attribuerit depositum dotis scut. 400. factum pro dote filiae in Monasterio S. Magloriì Faventiae professurae absitlus Patre adhuc vivente, asserendo subindè, quod hujusmodi dos de propriis Dominici pecuniis soluta fuerat.

Quandoquidem, ut etiam animadversum fuit in secunda decisione praecedentis instantiae §. *Quin suspicio*, licèt praefatae dotis depositum factum appareat vivente Patre, quando Monasticum habitum ejus filia suscepit, tamen certum est in facto, quod illud non fuit verùm, & reale depositum, sed tantum fiduciarium, seù fictitium ità factum ad adimplenda Decreta Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, demandantia depositum per Moniales dotem
4 ante assumptionem habitus, juxtà solitum Civitatis Faventiae, de quo ultra quatuor Notarios, de quibus *in Summario num. 2*, testatur etiam *Calderon. Juris Consult. Fa-*
5 *ven. resol.6. per tot* Hic autem agendi modus veritati praejudicare non potuit, cumque ita per fictionem geruntur, pro non factis habenda sint, ut passim dixit *Rota dec.7. num.11., decis.91. num.9. cor. Emerix Jun., & in Narnien. seù Sabinen. Bonorum 29. Januarii proximè praeteriti §. Prompta coram Me.*

Non tamen ex hujusmodi tantùm solito, quod de per se non relevaret, eruitur probatio fiducialitatis, & fictionis praedicti depo-
6 siti, quia de ea deponunt tùm ipsa Juditta Monialis, cujus dos solvenda, seu deponenda erat, tum etiam Joseph Contuli jam à longo tempore addictus servitio Fideicommittentis, & de ejus rebus familiaribus plenissimè instructus, quibus Testibus, uti apprimè de re gesta informantis, plenè deferendum est, ut praeter *Calderon.* in proposito loquentem *dicta resol. 6. nu 2., & seqq.*, firmat generaliter *Rota decis.384. num.1. par.18., & decis.472. num. 16. par.19. rec. tom. 2.* Junctis praesertim quamplurimis circumstantiis comprobantibus eorum dicti veritatem, ex-
7 indè desumptis; primò, quod Officialis Montis, qui cedulam ficti depositi exaravit pro Carolo Caesare Testatore, eidem Monti praestiterat in fideiussorem ipsum Carolum Caesarem, undè recipiendo ejus gratia fictum depositum, nullum subibat periculum de proprio erga Montem; secundò, quod Vicecomes, qui in proprio libro tutelari descripsit ad sui creditum eamdem partitam, erat Sacerdos, & Parochus, ac persona juxta Civium Faventiae opinionem, & imò ipsius Testatoris, qui eum Tutorem voluit sui haeredis valdè integra; tertiò, quod Testator ipse pravidens indigentiam pecuniarum pro filiae dote sub eodem mense Aprilis 1690. qua reportavit fictam depositi cedulam, promisit vendere Hospitali Faventiae Praedium pretio scut. 886. quartò demum, quod idem Testator de eo tempore carebat pecuniis, quibus depositum expleret, juxtà ea, quae deposuerunt alii Testes, & praesertim supradictus Contulus ejus familiaris. His igitur simul sumptis dubitari ampliùs non potest, quin depositum, de quo agitur
8 omninò fictitium fuerit, & omnis fides sit adhibenda Testibus de hac fictione testantibus, ut prosequitur *decis. praecedentis instantiae 16. Januarii 1719 §. fin cor. Me.*

Neque in contrarium attendenda visa est fides ipsius Maltarii, qui cedulam exaravit, & aliorum Ministrorum Montis Faventiae asserentium ibi deposita fictitia recipi non
9 posse. Quoniam immò, posita prohibitione illa recipiendi, dignoscitur nullatenùs curandum esse de dicto ipsius Maltarii, qui contra Montis Leges adhuc fictum depositum recepit, quia videtur in sui exonerationem deposuisse, & sic nihil probat, *Rota*
10 *decis. 41. num.4. coram Dunoz. Jun.* Ultrà quod est Affinis Mariae Catharinae illum inducentis, & non fuit formiter examinatus, ut caeteroquin expressè oppositum fuit; undè omnes Regulae pugnant contra ejus fidem nullo modo attendendam, ex *vulgatis juribus.*
11 Sed etsi etiam de aliorum depositione agendum esset, qui testantur ficta deposita recipi non posse in Monte Faventiae, adhuc pariter facile esset illorum dicta conciliare cum casu nostro, in quo de reliquo illud factum, & receptum fictitiè fuisse ex supradictis comperitur, intelligendi sunt enim, itaut talia deposita recipi non possint in praejudicium Montis, secùs verò in praejudicium

cium ipsius Ministri, qui illa recipere sui
periculo contentus sit, & pariter deponunt
alii Testes, qui in eodem ministerio fuerunt,
12 & hæc interpretatio conciliativa illorum
dicti semper capienda est, *Rota decis.* 31.
*num.*6. *coram Dunoz. Jun. decis.* 745. *nu.*7.
*& sequ. par.*18., *& decis.* 569. *num.* 13. *par.*
19. *recen.*

Nec demùm refert pro realitate depositi,
quod illud à Massario in expiratione sui Of-
ficii, successori consignatum fuerit sub die
prima Septembris 1690., quando tamen Tu-
tor illud asseruit se implevisse sub die 7.
Octobris 1690. Quoniam id evenit eo, quod
licèt Massarius soleat continuare post expi-
ratum officium per duos menses ad inte-
grandam consignationem depositorum suc-
cessori, omnia tamen describuntur sub ea
13 die, qua expirat officium, ut pariter depo-
nunt ij, qui tale officium exercuerunt, &
idcircò plenariam, & omnimodam fidem
promerentur, *Rot. decis.*642. *num.* 11. *par.*
19. *rec. tom.* 2.

Sublata ex his asserta rerum hæreditaria-
rum occultatione, eo fortius procedunt alia
argumenta deducta in decisionibus præce-
dentis instantiæ, tum ex eo, quod agatur de
14 Pupillo hærede, cui Tutorem dedit in suo
testamento ipse Testator fideicommittens,
& ideò omissio inventarii potius quam hæ-
redi gravato tribuenda sit ipsi Testatori,
qui de Tutore parùm diligente illi providit,
juxtà auctoritates plenè adductas *in prima*
decis. 11. *Februarii* 1718. §. *Quandoquidem*,
& in secunda 16. *Januarii* 1719. §. *Et quam-*
15 *vis coram Me*; tum ex eo quod Periti
opera judicialitèr electi firmatus reperitur
status hæreditarius mediantibus authenticis
documentis, & superlativis ad hunc effe-
ctum probationibus, ita ut amplius defectus
inventarii non sit allegabilis, ut dictum fuit
in eadem prima causæ decisione §. *Altera*
cum ibi allegat.

Absque eo quod Periti relatio ex eo defi-
ciens, & erronea dici queat, quia præsertim
nixa sit Inventario post obitum Dominici
primi hæredis gravati confecto à Zannelio
Tutore Antoniæ Catharinæ Actricis, quod
16 inventarium pluribus sit obnoxium defe-
ctibus, dum in eo neque argenta, neque
gemmæ hereditariæ descriptæ fuerunt; hæc
enim difficultas cessabat ex facto, quippè
quia tam argenta, quam gemmæ inibi adno-
tata sunt partim inter bona fideicommitten-
tis, partim verò inter bona primi hæredis
gravati, ut in hodierno *Sum.* Antoniæ Ca-
therinæ *n.*9.

Ab exceptionibus deductis adversùs de-
tractiones quantitativas, & accidentales,
transeundum est ad alias allegatas quoad
quotitativas, & legales, quę consistebant in
legitima, quæ erat debita Dominico Anto-
nio ejusdem Antoniæ Catharinę Auctori in
bonis Caroli Cæsaris fideicommittentis ejus
17 Patris, & circa quam iterum DD putarunt,
quod pro ea deberetur eidem Dominico
Antonio Triens ex hæreditate Patris, cum
stante numero filiorum intra quatuor, legiti-
mam in hac quota deberi sancitum reperia-
tur, *l. quoniam in prioribus ff. de inoffic. Te-*
stam., *& §. primo Auth. de Trien.*, *& Semiss.*,
ut etiam notavit prima decisio anteactę in-
stantiæ §. *Subducta*.

Nullaque diminutio istius legitimæ ex eo
prætendi poterat, quod Dominicus Anto-
nius illam non detrahat integram sibi, sed
debeatur illius quota etiam Judittæ filiæ fœ-
minæ Testatoris ejus sorori, & istius portio
tribuenda sit hæreditati Patris renunciata-
rii, & consequenter demenda è calculo præ-
18 tentionum Antoniæ Catharinæ. Quippè
quia cum fœminę sint à Statuto Faventię
exclusæ, sicut nullam ipsa portionem hujus
legitimę consecuta fuisset, ità neque potuit
Juditta in Patrem renunciatarium transfer-
19 re, & proindè ejus renunciatio non potuit
præjudicare fratri, cui ipsi integra legitima
debeatur, juxta firmata in pręcedentibus
causæ decisionibus, in prima scilicet sub §.
Prout, & in secunda §. *Quod verò*, quas se-
quitur votum decisivum *in Romana legiti-*
mæ 2. *Januarii proximè præteriti* §. *Aut*
verò cor. Me.

Minusque substineri valuit ea iterum in-
culcata objectio, quod saltem ea portio quæ
pertinuisset ad fœminam, potuerit a Patre
gravati fideicommisso; etenim in hac quæ-
20 stione, utrum ea portio legitimæ, quæ fœ-
minis per Statutum oblata accrescit Mascu-
lis, cadat necnè sub fideicommisso Paterno,
ea hodiè recepta est sententia, quod cadat
quidem, dum successio fideicommissi defer-
21 tur ad masculos, quando verò successio,
proùt contigit in præsenti casu, transit ad
fœminas, vel extraneos, cessante favore ma-
sculorum, cujus intuitu factum est, ut interim
illa portio remaneat in hæreditate Patris,
tunc quidem assumat naturam legitimę, quæ
durante eorumdem masculorum favore, ve-
luti sopita quieverat, & respuat omne gra-
vamen ipsius libertati contrarium, ut plenè
distinguendo dictum fuit *in Romana Immis-*
sionis 18. *Februarii* 1715. §. *Aut ejusdem*,
& seq. cor. Me, & nuper in eodem voto de-
cisivo Congregationis à SS. Deputatæ *in*
Romana legitimæ 2. *Ianuarii hujus anni* §.
Fundatur paritèr coram Me.
22 Atque hoc rectè procedit, sivè agatur de
Statuto loquente de masculis, uti masculis,
vel de masculis, uti hæredibus Patris, dum
hodie toties à Sacra Rota firmata reperitur
hæc opinio etiam in terminis *cap.* 141. Sta-
tuti Urbis, in quo considerantur masculi uti
hæredes, ut videre est in eodem voto deci-
sivo *in Romana legitimæ* §. *Nec verò*, *&*
seq. cor. Me.

Cæterum in præsenti talis quæstio vide-
tur extranea, cum illa à Doctoribus agitetur
eo casu, quo propter existentiam, & nume-
rationem fœminarum, masculi quid plus
consequuntur, quam ipsi ex propria persona
23 consequerentur. In nostra verò hypothesi,
cum

cum legitima, etiam fœminis non computatis, debeatur in Triente, & sic in ea quantitate, quam sine ulla fœminæ numeratione masculus obtinuisset, non videtur habere locum hujusmodi controversia, tamquam deficiens in subjecto, in quo verificari possit.

Et ita fuit resolutum relativè ad præcedentis instantiæ decisiones utraque &c.

ROMANA DOMUS, SEU DOMORUM SUPER RESERVATIS.

Veneris 23. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est in parte revocatoria alterius sub die 10. Martii 1719.

Liquidatio fructuum levioribus probationibus attingitur, & in probationum conflictu Judex in arbitrio justo versari debet, mediamque tenere viam.

Jus accrescendi in emphitheusi hæreditaria locum non habet, maximè quando quilibet cohæres suam portionem agnovit.

SUMMARIUM.

1 *Laudemia, & Quindennia juxta valorem rei emphiteuticæ regulantur.*

2 *Liquidatio levioribus licet perficiatur probationibus, attamen licèt leves, tales esse debent, ut Judicis ligent animum.*

3 *Liquidatio pretii alicujus rei in dubio, & probationum anfractu tutior ea reputatur, quæ in mitiorem condemnationem descendit.*

4 *Extimatio sequuta de tempore proximo testamento, quando æstimationi in isto contentæ uniformis esset, justa præsumeretur,* amplia, ut in n.7.

5 *Florenum quanti æstimetur.*

6 *Stabilia antiquitus majorem fructum reddebant, licèt minoris æstimarentur.*

7 *Testator perpetuum onus super fundo imponens, præsumitur ad verum illius valorem respectum habuisse, & necessarias deducendas expensas.*

8 *Æstimatio domus, ut fiat justa, dislocationes & reaptamentorum expensæ sunt considerandæ.*

9 *Liquidatio valoris multum pendet ab arbitrio Judicis, qui in probationum conflictu tenetur mediam servare viam,* & n.1 t.

10 *Valor certus domorum ex venditionibus desumitur, cum istis justo pretio sequutæ præsumantur.*

12 *Cohæres in acquirendo rem extranei, emptoris figuram gerens, tenetur ad id, quod quilibet extraneus servare teneretur,* & vide casum.

13 *Jus accrescendi non habet locum in emphiteusi hæreditaria, cum in ea portiones ad unumquemque ex hæredibus pertranseant, non verò alias investitis accrescit.*

14 *Amplia quando uterque cohæres hæreditatem pro sua portione agnovisset, taliter ut post quæsitum cuilibet emolumentum, per agnitionem cessaverit, si quod fuisset, ius accrescendi.*

DECISIO MCLVI.

IN sequelam qualitatis emphitheuticæ, cui subjectæ declaratæ fuerunt favore Reverendissimi Capituli S. Petri in Vaticano Domus illæ pertinentes ad Ven. Archiconfraternitatem S. Joannis Decollati, ubi nunc adest Collegium Bandinelium (*juxta decisionem editam 13. Januarii 1708. cor. bo. me. Molines*, quam eadem Archiconfraternitas acceptavit) alia assumpta fuit quæstio inter Partes super Laudemiis, & Quindenniis, pro quibus, *præviis duabus decisionibus*, quarum altera prodiit *9. Junii 1713. cor. Emo D. Cardinali Scotto*, & altera *10. Martii superioris anni cor. Me*, fuit favore Rmi Capituli Domini directi decretum à Me esse exequendam rem judicatam in scut. 405. ducta hujus summæ liquidatione cum distinctione temporum, ad rationem nempe scut. 30. pro quolibet Laudemio, & Quindennio ab anno 1545. ad annum 1667., & ab inde citra usque ad annum 1712., & in futurum ad rationem scutorum 45. pro quolibet Quindennio.

Ab hoc meo decreto reclamavit Archiconfraternitas in Signatura Justitiæ, & obtinuit suspensivam appellationem cum clausula *siquid exequendum*. Cumque illius commissio iterum mihi directa fuerit ob Turni mutationem interim secutam, hinc dedi dubium -- *An mandatum sit exequendum*, -- eoque proposito in hodierna audientia, Domini in mitiorem liquidationem inclinantes, responderunt *Mandatum Rotale esse exequendum juxta modum* inferius exprimendum.

1 Cum enim de præstatione Laudemiorum, & Quindenniorum in genere nulla esset quæstio inter Partes, ideoque controversia reduceretur ad firmandam illorum quantitatem, iterùm Domini assumpserunt examen earum probationum, super quibus hinc inde Partes contendebant circa valorem Domorum, ex quo eadem Laudemia, & Quindennia regulari juridicè pollent, & reduci ad taxam *leg. fin. C. de jure emphiteut.*, & quamquam concordes essent cum præcedenti mea decisione, & auctoritatibus in ea allegatis

2 §. *Procedendo*, quod materia ista liquidationis levioribus contenta sit probationibus, id tamen ponderabant, quod nihilominus istæ probationes eò usque saltem pervenire debent, ut animum judicantis aliqua verosimili perstringant certitudine, cum qua in hujusmodi liquidatione procedi possit, ut dixit

3 *Rot. dec. 367. n. 14 p. 19. rec.*, quodque in quovis dubio, & anfractu diversarum probationum tutior ea via est, quæ in mitiorem condemnationem, & liquidationem descendit, *Rot. dec. 647. n. 5. cor. Dunoz. jun., decis. 88. n. 9. & 18.*, in *Firmana Manutentionis super fructibus 22. Junii 1705. §. fin. cor. bon. mem. Muto*, & in *Maceraten. fideicommissi super*

 refer-

reservatis quoad partitam sc. 4000. 4. Decembris 1716. §. Modus cor. bo. me. Ansaldo.

Sub his præsuppositis, & cum supradicta
distinctione temporum procedendo, quantum attinet ad primum tempus, quod ab anno 1545. ad annum 1667. elapsum est, liquidatio restringenda visa fuit ad scut 24. pro
4 quolibet Laudemio, & Quindennio; quia
cum potissimum argumentum valoris Domorum resideret in onere biscentum florenorum, quod Mattheus Ancisa Testator in suo Testamento super eis imposuit pro dotandis singulis annis duabus pauperibus Puellis, (quod quidem Testamentum tempore proximo faciendæ æstimationi conditum fuit, ideoque in probatione ad hunc effectum requisita attendendum magis venit supra cæteras conjecturas *in d. mea decisione §. Collimans* adductas, nullatenus idem tempus percutientes, licèt in linea adminiculi non omnino spernendas) utique sicut istud onus jux-
5 ta valorem tunc currentem floreni relat.
præcipuè *à Fenzon. ad Statut. Urb lib. 1. cap. 179. n. 151.; & 155.* non ascendebat ultra scut 75., ita porro non præbet argumentum majoris valoris Domorum de quibus agitur,
6 quàm scut. circiter 1,00., habita etiam ra-
tione majorum fructuum, quos tunc reddebant stabilia, licèt ipsorum æstimatio, & valor esset cæteroquin valdè tenuis, per ea, quæ referunt *Card de Luc. disc. 4. n. 16. de feud., & disc. 14. n. 9. de alienat., Pacion. de locat., & conduct cap. 19. n. 33., Rot. dec. 126. num. 5. post Merlin. de legitim.*

Ab his vero fructibus, & valore domorum hoc onere gravatarum à Testatore, adhuc non videbatur posse certo desumi liquidatio illa, quæ facienda erat Laudemii, & Quindenniorum, quia id etiam Domini in propo-
7 sito ponderabant; Testatorem omnino præ
oculis habuisse in injungendo onere perpetuo illam fructuum diminutionem, quæ ex tempore ipso contingere poterat, quæque idcirco illius dispositioni illud præbere debebat consilium, ut pro eodem onere fundum assignaret uberioris redditus, & consequen-
8 ter majoris, ut par erat, valoris. Imo etiam
posita certa illius quantitate in præfatis scutis 1500., aut parùm majori summa, detrahi exindè debere expensas necessarias pro reaptationibus, & haberi ratio de periculo dis locationum, quæ semper in materia liquidationis deducendæ sunt, ut passim firmat *Rot. dec. 676. n. 8 cor. Burat., dec. 100. n. 15. p 4. tom. 2., dec. 288. n. 8. p. 12., & dec. 6. nu. 5. p. 17. rec.*
9 Quamquam itaque ex parte Rmi Capituli
substineretur in his terminis augendus valor sæpedictus, habito etiam respectu ad antiquitatem temporis, & alia adminicula insimul ponderata *in mea decisione præcedentis instantiæ §. Et quidem cum seqq.*, & è contra ex parte Venerab. Archiconfraternitatis etiam minuendus idem valor diceretur usque ad summam scut. 600., vel 700. dumtaxat, Domini maturo sensu hinc inde deducta perscrutantes, & neque uni, neque alteri prætensioni annuentes, putarunt cum supradicta reductione procedendum liquidando Laudemia, & Quindennia hujus temporis in scut. 24. pro quolibet, quia visa est hujusmodi liquidatio media inter utramque opinionem, quam magis rigorosam Scribentes pro Capitulo substinebant, magisque tenuem proponebant Scribentes pro Archiconfraternitate, sequendo regulam traditam *in superiori §. Cum enim*, & ultra ibi allegatos etiam *dec. 213. n. 15. cor. Bich., dec. 300. n. 12 p. 6. rec., & dec. 27. n. 2. cor. bo. me. Ansaldo.*

Consimiliter Domini moderandam censuerunt liquidationem Quindenniorū secundi temporis, debitorum scilicet ab anno 1667. imposterum eam reducendo à sc. 45. pro quolibet Quindennio ad scut. 43.; quam-
10 quam enim certus valor Domorum, de qui-
bus agitur, resultaret de illo tempore ex venditione earum medietatis, ex quo actu optima probatio valoris semper eruitur, cum venditio justo pretio facta præsumatur, juxta auctoritates adductas *in decisione præcedentis instantiæ §. Et hæc erant cor. Me*, & ideo cum ista medietas vendita fuisset pro scutis 1423. 40., ducto calculo ad rationem scut. 2. pro quolibet centenario, Quindennia d. medietatis ascenderent ad scut. 2⁸. 66. $\frac{2}{3}$, eaque reduplicata ad scut. 57. 33. juxta prætensionem Rmi Capituli, nihilo tamen minus ad dirimendas ulteriores controversias, noscentes Domini, quod Defensores Archiconfraternitatis negabant dumtaxat reduplicationem faciendam de una ad aliam medietatem, cum de cætero d. quantitatem scut. 28. 66. $\frac{2}{3}$ in ordine ad medietatem tantum admitterent, & aliam medietatem regulandam contenderent cum antiquo valore superaddendo d. summæ juxta præmissam reductionem in scut. 12, itaut id, quod his positis,
11 Archiconfraternitas admitterer, consisteret
in scut. 40. 66. $\frac{2}{3}$, hinc controversiam abscindentes, & sequentes mediam illam viam, quam etiam in primo tempore amplexi fuerant, neque in scut. 40. 66. $\frac{2}{3}$, neque in scut. 57. 33., liquidationem faciendam arbitrati sunt, sed in scut 43., juxta arbitrium illud, quod in similibus terminis Judici remissum esse aliàs firmavit *Rot. dec. 213. n. 15. cor. Bichio, & dec. 81. n. 6. cor. san. mem. Alexandro VIII.*, & dictum fuit in *Voto decisivo Congregationis* à SSmo deputatæ edito in causa *Romana legitimæ 2. Januarii hujus anni §. 39. cor. Me.*
12 Neque verò prosequendo sermonem hu-
jus secundi temporis obstabat ea Archiconfraternitatis exceptio, quod pro acquisitione facta d. alterius medietatis ab illa empræ, ut dictum est anno 1667, non debeatur Laudemium, eo quia ipsi ista medietas vendita fuerit ab Archiconfraternitate S. Rochi Cohærede memorati Matthæi de Ancisa. Quoniam cum ipsa S. Joannis Archiconfraternitas Cohæres non ex lege investituræ, neque alia dispositione per Dominum directum approbare

probata devenerit ad hujusmodi acquisitionem, sed ex novo penitus contractu adhibito Beneplacito Apostolico, servatisque cæteris, quæ cuilibet extraneo in tali contractu gerendo necessaria fuissent, utique extranei Emptoris figuram gerit, & uti talis tenetur ad id, quod quilibet alius extraneus emptor teneri debuisset, ut inquit pariter *dec.præcedentis instantiæ* §. *Neque fuisse coram Me.*

Absque eo quod in his terminis applicabilis sit pretensio per eamdem Archiconfraternitatem adducta juris accrescendi, neque ex Testamento Matthei de Ancisa, neque ex lege investituræ. Quipppe quia si loqui-
3 mur de investitura juxta instrumentum anni 1516., versamur in Emphiteusi hæreditaria, in qua de jure locum non habet jus accrescendi, cum in ea cujuslibet portiones transeant ad hæredes, non autem accrescant aliis Investitis, ut pluribus adductis docet *Adden. ad Pamphil. dec.522. n.17.* Si vero lo-
4 quimur de eodem jure ex Matthei Ancisæ dispositione, statim constat, quod uterque Locus Pius hæreditatem agnovit, & adivit pro sua portione, & propterea post quæsitum cuilibet emolumentum per agnationem hujusmodi, & aditionem cessavit omne jus; si quod erat, accrescendi, & locum amplius habere non potuit, ad *Tex. in l.1. §. Interdum ff. de usufr. accresc., Bellon.de jur. accresc.cap.4.q.4. n.21., Gomez var.resol. to.1. cap.10.n.5., de Comitib. in modernis dec. Semen,35.n.2.*

Ex his igitur Domini concludebant, mandatum Rotale exequendum esse, facta reductione Laudemiorum, & Quindenniorū primi temporis ad scut.24., & secundi temporis ad scut.43., juxta quam debitum Archiconfraternitatis usque ad annum 1712. remanebat in solis scutis 345., in reliquis remissivè se habentes *ad decisionem editam in præcedenti instantia*, quam in responsionibus ad alias non repetendas exceptiones plenariè approbarunt.

Et ita utraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI SUPER DELIBERATIONE.

Lunæ 26. Februarii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 9. Junii 1719., & argumentum habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio ad effectum deponendi à Iudice demandata omnibus Creditoribus dicitur utilis, eorumque indemnitati, & iuribus satis consultum.*
2 *Æqualitas in iudiciis servanda est.*
3 *Retentio possessionem supponit, & sine ista non datur, sicuti & clausula* non amoto, *quæ retentioni æquiparatur.*
4 *Iudex concursus pro omnibus Creditoribus possidere dicitur.*

Tom. V.

DECISIO MCLVII.

Deliberationem bonorum, quæ ad ignominiosam cessionem evitandam, prævia commissione à SSmo impetrata dimiserunt Silvius, & Joseph de Blanchiniis favore eorum Creditorum, impedire satagerunt in prætecita hujus causæ propositione Franciscus Cajetanus, & alii pariter de Blanchinis, sed responsum fuit, *procedendum esse ad legitimam executionem mandati de deliberando*, ut ex decisione 9. Junii superioris anni coram Me. Indulta vero illis fuit facultas jura sua iterum deducendi tam super hoc ipso retardandæ deliberationis articulo, quàm super alio contemporaneè tunc disputato respectu eorum crediti resultantis ex reintegratione fideicommissi conditi à Joanne pariter de Blanchinis, & ex dote Apolloniæ Matris communium debitorum hic allegata pro retentione; undè reproposita hodie fuit causa super utroque dubio, & licèt DD. concordes non fuerint respectu primi cōcernentis dicta credita, quo tamen ad istud prosequendæ deliberationis responderunt *in decisis.*

1 Certæ siquidem justitiæ nitebantur fundamenta decisionis, quæ revidetur eo ipso quod dimissis debitorum bonis commodo omnium Creditorum, procedi decernit ad illorum deliberationem, ad effectum tamen deponendi pretium, illudque subinde consignandi juxta anterioritatem, aut prioritatem concurrentibus Creditoribus; tunc enim ex his Creditoribus nemo conqueri potest de ulla sui juris læsione, dum æqualiter omnibus consulitur, præservatis omnibus sui
2 crediti juribus, & servata ea paritate, quæ in judiciis servanda omnino præcipitur, ex *vulgat.jurib.in Tex. cap.In judiciis de regul. jur. in 6., & l. non debet Actori ff. eodem titulo.*

3 Tantoque magis, quia certum est, nullam posse ab illis de Blanchinis bonorum deliberandorum allegari retentionem, dum illorum possessio, sine qua nec retentio prætendi potest, neque adduci privilegium *non amotis à Possessione &c.*, quod retentioni correspondet juxta *firmat. dec.53. n.9. p.17. rec.* nullatenus est apud ipsos, cum per dimissionem factam à debitoribus commodo omnium Creditorum, vel his omnibus effe-
4 cta est communis, vel ad Judicem concursus delata est, qui pro omnibus dicitur possidere, ut advertit eadem Decisio, quæ confirmatur §. *Inutiliter.*

Ac de facto videbantur, & illi de Blanchinis huic sensui in præcedenti acquiescere, dum propugnantes tantummodo augumentum, & quantitatem eorum crediti in alio dubio, in quo incerta fuit alea, rescribentibus Dominis, ut dictum est, *iterum proponatur* adversus consumatam bonorum deliberationem ad effectum deponendi pretium, hodie amplius non reclamabant.

Et ita altera tantum &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER QUANTITATE DETRACTIONUM QUOAD RESERVATA CIRCA RELEVATIONEM HYPPOLITI.

Veneris prima Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Argumento non indiget, cum illud satis contineat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Creditor petens satisfieri adversus rem, super qua sua fovet jura, debitor repellitur exceptione illa -- frustra petis, quod statim es restituturus.*

2 *Relevatio de jure competit fidejussori adversus principalem debitorem.*

3 *Circuitus inanis semper est evitandus.*

4 *Fideiussor pro sua relevatione non potest concurrere cum eo Creditore, cuius favore fideiussionem fecisset.*

5 *Limita, quando Creditor habet in manibus tot bona ultra importantiam sui crediti, super quibus fideiussor relevationem posset referre, & n.7.*

6 *Calculus aritmethicus plenam de liquidatione debiti probationem facit.*

7 *Creditor in alterius concreditoris praeiudicium bona suum creditum excedentia retinere non potest.*

DECISIO MCLVIII.

Reassumpta inspectione quantitatis detractionum in contemporaneo dubio disputato ad tramites novae commissionis hujus causae directae a Signatura Sanctissimi Alteri Prelato Congregationis Montium cum clausula *sine praejudicio*, cutarunt DD. Fratres de Bentivoliis, ut absolveretur totaliter d. inspectio quantitatis detractionum, quod videretur etiam de portione Hyppoliti, sive ejus relevatione, circa quam editis duabus inter se puguantibus decisionibus 5. Iunii 1717., & 9. Maii 1718. cor. bon. mem. Ansaldo suspensa fuerat expeditio in praeterita instantia, imo induita Montistis habentibus contra se ultimam resolutionem nova Audientia. Propterea disputatum quoque hodie fuit circa hujusmodi articulum -- *An sit standum in primo, vel in secundo loco decisis* -- & DD. annuentes iisdem Dominis de Bentivolis informantibus, *standum esse in secundo loco decisis* rescripserunt.

Porro ex origine controversiae, & facto ipso oritur ratio resolutionis. Etenim petentibus Fratribus de Bentivolis eorum alimenta in bonis fideicommissariis, & curantibus Montistis ad illa minuenda bona quoque fideicommissaria ex detractionibus competentibus Erectoribus Montis diminuere, inter has detractiones allegarunt etiam Legitimam competentem Hyppolito alteri ex filiis Cornelii fideicommittentis obligato pro certa rata eorumdem Locorum Montium, 1 è contra verò iidem Actores exceperunt, quod Hyppolito metipsi competeret relevatio suae obligationis in bonis per ipsos Montistas possessis, ideoque isti repelli deberent in hac parte, prout DD. quoque putarunt, exceptione illa frustrà petis, quod statim restituturus es, de qua *text. in cap. dolo facit 59. de reg. jur. in 6.*

2 Non enim Hyppolitus aliter se obligavit favore Montistarum, ut diximus, pro rata Locorum Montium Bentivoli, quam ritulo, & nomine fidejussorio trium ejus Fratrum Erectorum d. Montis, ideoque ipsi, dum Montistae pro hujusmodi obligatione ejus bona prosequuntur, competere procul dubio debet relevatio, quae cuicumque competit fidejussori in bonis principalis debitoris super bonis eorumdem Fratrum, ad *text. in l. si pro ea C. mandati*, *Rota dec. 2172. n. 3. cor. Coccino dec. 901. n. 6. cor. Merlin. et dec. 290. nu. 1., & seq. p. 19. rec.* unde 3 cum bona eorumdem Fratrum obligatorum pro relevatione delata sint ad Montistas, urique circuitus omninò inanis fieret, juxta quem ipsi statim erga Bentivolos induentes personam Hyppoliti de praedicta relavatione tenerentur.

Nec suffragari posse visa est iisdē Montistis 4 regula alias adducta, quod fidejussori licitum non sit pro sui relevatione concurrere cum eo Creditore, cujus intuitu fidejussit. Hoc enim rectè procederet, quatenus Montistae 5 Creditores non haberent in manibus, nisi bona aequantia eorum creditum, eademque bona fidejussor pro sui relevatione vindicare tentaret; at secus est, quando habent illi ultra importantiam eorum crediti alia quoque bona tanti valoris, ut supersit etiam locus relevationi Hyppoliti, juxta calculum, de quo in postrema decisione, quae confirmatur 9. Maii 1718. §. *Diminuta cor. bon. me.* 6 *Ansaldo*, qui sane calculus plenam utrinque probationem constituere debet, *Rota dec. 349. n. 6., & 7. cor. Priolo, et in Romana Domus, seu Bonorum super reservatis 10. Martii 1719 §. final. coram Me*, non 7 enim cuiquam licet in praejudicium alterius Creditoris bona suum creditum excedentia retinere, *Rota dec. 1818. n. 3. cor. Coccino*. Caeteris exceptionibus satisfacit eadem Decisio 9. Maii 1718. coram bon. me. Ansaldo, ideoque cum illius fundamentis DD. transierunt, rejecta, ut dictum fuit etiam in contemporanea decisione, distinctionis instantia, quam Montistae proponebant.

Et ita omnibus suffragium ferentibus, & unica tantum &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER QUANTITATE DETRACTIONUM.

Veneris prima Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Argumentum hujus decisionis habes in Summario. *SUM-*

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum semel denegata, amplius peti non potest.*

2 *Amplia, si res indicata orta fuisset ex duabus conformibus in vim specialis Commissionis manu Santissimi signata cum clausula* -- appellatione remota.

3 *Res indicata oritur ex una sententia, quando causa commissa fuit cum clausulâ* -- appellatione remota -- amplia, ut in n. seq.

4 *Restitutio in integrum non conceditur adversus sententiam in indicatum transactam, in qua læsio non reperiatur.*

5 *Legittima in semisse debetur, quando filii sunt supra numerum quatuor.*

6 *Alimenta iam per Judicem canonizata, non possunt per turbidas exceptiones retardari.*

7 *Res judicata rem claram facit.*

8 *Dilatio semel concessa proroganda non est.*

9 *Amplia quando præsidium pro ea obtinenda deductam non subsistit.*

10 *Mors omnia solvere dicitur.*

DECISIO MCLIX.

GRave litigium, ac pluribus quæstionibus involutum retro elapsis annis exarsit inter DD. Fratres de Bentivolis, ac defensores ejus Montis, qui Auctoritate san. mem. Urbani VIII. institutus, à suis Erectoribus Bentivoli nomen sortitus est. Illi quidem contenderunt, quod sibi juxta Chirographum d. Summi Pontificis competerent alimenta super bonis pro fundo dotali prædicti Montis assignatis occasione, qua extinctis aliis locis Montis Sixti, ad quem iidem Erectores, nempe Cardinalis Guido, & Marchio Entius, ac Ioannes germani Fratres, prius à sa. me. Paulo V. admissi fuerant, d. novum Montem Bentivolum erexerunt; è contra vero Montis Defensores substinuerunt, quod ad tenorem ejusdem Chirographi exercere illi tenerentur suam quamcumque actionem super aliis bonis ejusdem satis opulentæ familiæ de Bentivolis, nec possent, nisi his deficientibus sese vertere in subsidium contra bona dotalia Montis auctoritate Papæ exempta à quibuscumque fideicommissis, & vinculis pro majori Montis securitate.

Res propterea ad forum delata fuit, & primum experimentum suorum iurium Partes fecerunt cor. clar. me. Card. Acciajolo, tunc Ferrariæ Legato, à quo obtinuerunt DD. de Bentivolis sibi super præfatis bonis assignari alimenta provisionaliter in annuis scutis 1800., & dotes pro Puellis nobilibus ejusdem familiæ in scut. 1550. comprehenso Acconcio, sed appellantibus Montistis, devoluta fuit Causæ cognitio ad Congregationem Montium, in qua diversum prodiit Iudicium modificativum provisionis à dicto Card. Acciajolo captæ. Unde reclamantibus Bentivolis supervenit Commissio eidem Congregationi directa, & manu Sanctissimi signata iniungens bo. mem. Paravicino, tunc Prælato d. Congregationis, ut procederet de Voto nostri Auditorii.

Cœpit itaque cognosci præsens Causa in nostro Tribunali cor. bon. mem. Albergato tunc Decano, & subinde cor. bo. me. Emer., & prodiit decisio inter alias impressas 1131. sub die 1. Iunii 1695., in qua Sacra Rota alimenta taxata approbavit per modum pariter provisionis in sc. 600. pro quolibet, donec firmaretur status hæreditarius Cornelii Senioris de Bentivolis fideicommittentis, & Patris Erectorum Montis, & signanter respectu Legitimæ his debitæ, ac respectu bonorum existentium penes Creditores Montis, ad cujus resolutionis tenorem deputato Perito, editaque relatione, Victores fuerunt Montistæ in Audientia diei 10. Maii 1697. cor. bo. me. Ursino super associatione ad Tenutam *del Barco*, & Molendina *del Filo*, quæ bona antea fuerant Actoribus assignata pro percipiendis exinde alimentis, cum declaratione, quod super his bonis, neque dd. alimenta, neque dotes deberentur. Curarunt tamen ex post iidem DD. de Bentivolis, ut Peritus super novis facti circumstantiis referret: idque non parum ipsis proficuum fuit, quia reproposita Causa à bon. mem. Molines 24. Aprilis 1711., quoad mandatum de associando recessum fuit à decisis, & quoad reliqua, ut majori procederetur maturitate iniunctum extitit, ut videretur particulariter divisis dubiis.

Abinde citra distinctè, ac separatè actum fuit de pluribus occurrentibus quæstionibus & primo de quantitate detractionum competentium Erectoribus Montis super bonis hæreditariis Cornelii Fideicommittentis, quas quidem detractiones Montis defensorum intererat, quo magis possent ampliare, ad hoc, ut minor esset substantia fideicommissaria petitis alimentis affecta. Secundo actum fuit de consumptione earumdem detractionum, quæ in uno quoque ex Erectoribus Montis ante factam erectionem occurrere poterant. Tertio, de quantitate bonorum possessorum ab ipsis Montistis, ex iis, in quibus eadem alimenta, vel quia fideicommissaria, vel quia fæudalia competere possint. Quarto itidem actum fuit de quantitate præfatorum alimentorum, ac quinto demum de dotibus, editisque sub hac dubiorum separatione pluribus ab Eminentissimo D. Card. Priolo resolutionibus, ac decisionibus, reassumptisque earum fundamentis in specie quoad detractionum quantitatem in decisione 16. Ianuarii 1713. coram Eminentissimo D. Card. Scotto, extraditum fuit Votum Rotale, ut moris est, Eminentissimo D. Card. Patritio tunc Prælato dictæ Congregationis, imò etiam Thesaurario Generali Successore d. bon. me. Paravicini, cui Causa commissa reperiebatur, & hic juxta idem votum Sententias tulit in confirmationem Iudicati provisionalis clar. me. Card. Acciajoli in revocationem Iudicati Congregationis Montium quoad associationem ad tenutam *del Barco*, & Molendina *del Filo*, nec non pro immissione favore illorum

de

de Bentivolis decreta ad bona possessa per
Montistas ad effectum assequendi annua scu-
ta 5100. in causam alimentorum.
Ab his sententiis, utpote T[illegible]tis vigere Com-
missionum habentium in se clausulam, *Ap-
pellatione remota*, Montistæ reclamarunt
in Signatura Gratiæ, & rescriptum reporta-
runt *de Causis restitutionis in integrum*, ad
cujus tramites iterum Causa de voto Rotæ
discussa, pluresque eodem modo distinctis du-
biis, prodierunt decisiones cor. bo. me. An-
saldo, quarum forma servata, & collecta
efficacia, latum fuit aliud votum, & con-
sentaneè aliud Prælati præfatæ Congregatio-
nis Iudicatum. Montistæ vero recursum de
novo habuerunt ad Signaturam Sanctissimi,
novam Causæ suspensivam appellationem
expostulantes, sed non aliter obtinuerunt
rescribi, quam *Alteri Prælato Congrega-
tionis Montium de Voto Rotæ, cum clausula
sine præjudicio*. Quamobrem directa Com-
missione cum hoc rescripto *Alteri Prælato*
ad exquirendum votum nostri Tribunalis
rursus cor. Me assumpta fuit cum eadem an-
tecedenter servata methodo plurium dubio-
rum disputatio, eaque cœpit ab eo respicien-
te detractionum quantitatem, *cui constare
de re judicata* DD. responderunt.
Cum enim tàm aliàs disputatum fuerit in
1 præcedenti instantia *de causis restitutionis
in integrum*, eaque Montistis fuerit dene-
gata juxta decisiones editas 5. Iunii 1716.,
& 14. Iunii 1717. cor. bon. mem Ansaldo,
frustra illius Præsidium iidem Montistæ ite-
rum implorabant, resistente eorum instantiæ
utriusque juris censura, *ex text. in l. fin. C.
Si sæpius restit. in integr. postul.*, & *in cap.
final. de in integr. restit.*, juxta plenè de-
ducta per *Odd. de restit in integr. p. 1. q. 16.
art. 8. n. 41.*, *Afflict. dec. 114. n. 2.*, & *Ro-
ta in Faven. fideicommissi 23. Januarii 1719.
§. Cum enim cor. bon. me. Ansaldo*, & ideo
nonnisi pro re judicata respondendum erat,
2 dum præsertim agitur de causa, in qua pro-
dierunt jam duæ sententiæ de Voto nostri
Tribunalis à Congregatione Montium in
vim Commissionis à Sanctissimo signatæ cum
clausula *appellatione remota*, quæ non so-
3 lum duabus conformibus, sed primę, & uni-
cę sententię de sui natura vim tribuit rei ju-
dicatæ, cum ab ea non liceat appellare, *Do-
ctores in cap Pastoralis de offic. Jud. dele-
gat.*, *Ruginell. de appell. §. 2. cap. 2. n. 25.
& 26.*, *Carleval. de Judic. to. 1. lib. 1. tit. 2.
disp. 8. sub n. 34.*, & *Rota decis. 900. nu. 4.
cor. Buratto*.
Fortius vero hęc omnia procedunt, quia
4 præcedentia Iudicata redargui nullatenus
possunt de injustitia, ex qua resultet læsio,
& impediatur res judicata, *Rota decis. 67.
n. 3. p. 18. rec.*, *in Romana census, seu Cano-
nis 5. Decembris 1718. §. Siquidem coram
R. P. D. meo Falconerio Almę Urbis Gu-
bernatore*, & *in eadem Faven. Fideicommis-
si sub § Cum enim cor. bo. me. Ansaldo*, cum
imò de plenaria illorum Iustitia constet, ex
nostri Tribunalis decisionibus ante promul-
gationem cujuslibet Voti de more editis, &
in specie ex ultimis coram prælaudato bon.
mem. Ansaldo, ubi tam quotitativæ, quam
etiam quantitativæ detractiones separatim
examinantur, ex collectis brevi sermone, &
methodo inibi firmatis. Certum est huc us-
que ad remorandam alimentorum præstatio-
nem petitam à DD. de Bentivolis super bo-
nis fideicommissariis Cornelii Patris non pos-
se ex personis Entii, Guidonis, & Ioannis
5 Erectorum Montis calculari, ac prætendi,
nisi tres portiones Legitimæ omnibus ejus-
dem Cornelii filiis numero sex debitę in se-
misse, juxta vulgatam dispositionem *text. in
Auth. novissima C. de innofficios. testament.*
quæ portiones fuerunt hactenus admissæ in
scutis 76. mil., nec non prætendi posse do-
tem Annæ Strozziæ in scut. 7500., & cen-
tum Tornaturas incorporatas Feudo *del Ben-
tivoglio*, ac valutatas in scut. 5100., quę om-
nes partitæ non excedunt scuta 88800. Cę-
teris omnibus in præsenti nequaquam atten-
tis, quia fuerunt vel rejectæ, vel in suspen-
sum relictæ ex Iudicio nostri Tribunalis, &
ideo effectæ sunt valde turbidæ, quando è
6 contrario non ad alium effectum adducun-
tur, quàm ad retardandam præstationem
alimentorum, super quibus Bentivoli jam
7 habent bonum jus ex pluribus Sententiis, imò
re judicata, quæ rem claram, & mani-
festam constituit, *Rota dec. 694. n. 4. cor.
Certo*, ac proinde exceptiones illiquidas,
ac turbidas non admittit, *Rota dec. 592. n. 5.
cor. sa. me. Greg. XV.*, & *dec. 577. nu. 2.
p. 19. Rec. tom. 2.*
Neque firmiter adeo constabilita in præ-
cedentibus decisionibus, quarum fundamen-
ta DD. approbarunt singulariter amplius
erant examinanda, cum ratio vitandæ inu-
tilis repetitionis, & prolixitatis suaderet sa-
tis esse ab ibidem deducta plenam habere
relationem.
Absque eo quod exaudiri meruerint
8 Montistę in sua petitione dilationis, cui fi-
debant in pręsenti Causæ propositione, post-
quam pluries congruo tempore moniti de-
mum fuerant. Quippe quia jam alias post
rescriptum Signaturę Sanctissimi *sine præju-
dicio*, & novam ad ejus tenorem directam
commissionem alteri Pręlato Congregatio-
nis Montium de Voto Rotæ, propositum
fuerat idem dubium cor. bon. mem. Ansaldo
9 Iunii superioris Anni, & tunc instantibus
pariter iisdem Montistis pro dilatione, DD.
eorum petitioni annuerunt, rescribentes,
dilata ad Aquas; unde insurgit, quod cum
ipsi congruam jam dilationem semel obti-
nuerint, nullo jure eam de novo sibi concedi
9 postularent: maxime quia nec subsistit pręs-
idium illud pro ea obtinenda deductum,
quod hactenus tractata fuerit inter Partes
concordia, quia iste tractatus pręcessit jam
à longo tempore cum bo. me. Commenda-
tore Ascanio de Bentivolis, qui à sex jam,
& ultra mensibus defunctus est, unde usque
eunq

tunc omnis concordię tractatus evanuit, quia 10 mors omnia solvit, ut inquit *text. in Auth. de nuptiis §. Deinceps collat.* 4.

Et ita omnibus DD. suffragium ferentibus, altera vero tantum parte informante &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER QUANTITATE BONORUM POSSESSORUM A MONTISTIS.

Lunæ 4. Martii 1720.

Argumentum habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata in Causa commissa cum clausula* appellatione remota *rem judicatam ex se parit.*

DECISIO MCLX.

QUemadmodum cæteris dubiis respicientibus quantitatem, & consumptionem detractionum responsum fuit -- *Constare de re judicata* -- juxta resolutiones editas tùm in hodierna Audientia coram Me, ita quoque non dissimile prodiit rescriptum quoad tertiam inspectionem quantitatis bonorum fideicommissariorum Domus Bentivolæ, quę pervenerunt ad Montistas, & ab iis actu possidentur; proposito namque de more conformi dubio particulariter respiciente d. inspectionem, DD. responderunt -- *Constare de re judicata* -- promanante ex sententiis latis à Congregatione Montium, ejusque Prælatis de voto nostri Tribunalis, quæ sanè 1 sententię rem judicatam omnino constituere debent, dum latę sunt appellatione remota, & ex decisionibus, quæ vota Rotalia in unaquaque instantia pręcesserunt cor. Eminentissimo D. Card. Priolo 22. Aprilis 1712., cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto 23. Januarii 1813., & cor. bon. mem Ansaldo 18. Junii 1717., & 10. Iunii 1718. undequaque justæ comperiuntur, ut alias dictum fuit *dec. 546. n. 3., & dec. 665. n. 3. p. 19. rec.*

Etquidem percurrendo pręfatas decisiones in causa editas, certum est nullum superesse posse difficultatis locum, cur in hac quæstione quantitatis bonorum super quibus cadit instantia à Bentivolis proposita pro eorum alimentis plenè satisfactum non fuerit. Si enim contenditur, quod bona *di Presa*, *Presetta*, *e Ponticelli* non debeant inter fideicommissaria numerari, objectum refellit decisio Eminentissimi Prioli §. *Quin urgeat*, hc pariter, quatenus contendatur esse exempta à præmissa alimentorum præstatione alia bona *del Bentiveglio*, *e di Lavezzola*, plene respondet objectionibus quibuscumque decisio Eminentissimi Scotti à §. *Placuerunt per tot.*, *& alia* 18 *Junii* 1717. *pariter per tot cor. bon. me. Ansaldo.*

Prout demum etiam pro eo, quod respicit bonorum quantitatem certificatam ex consumptione detractionum, cum istarum numero collata, [illegible] calculo arithmetico liquidatam, optimè se habet postrema decisio 10. Iunii 1718. ejusdem bon. mem. Ansaldi, ex qua patet deductis deducendis plura bona affecta onere alimentorum præservatorum in Chirographo san. mem. Urbani VIII. penes Montistas remanere.

Concludebant itaque DD., quod Montistis hodie non comparentibus, quamvis a Me tempore debito moniti extiterint propter speratam ulteriorem dilationem, de qua in prima mea decisione super quantitate detractionum, satis erat pro fundanda re judicata sese remittere ad deducta in iisdem memoratis decisionibus editis in Montistarum tunc jura sua deducentium Contradictorio, nè inutilis de cætero fieret repetitio.

Et ita altera tantum &c., & omnibus Dominis suffragium ferentibus &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER CONSUMPTIONE.

Lunæ 4. Martii 1720.

Argumentum habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non datur adversus sententiam in Judicatum transactam, in qua læsio, & injustitia non reperiantur.*

2 *Alienationes factę ab hæredibus gravatis cedunt damno ab eis causam habentium:*

3 *Solvens alicui pro alio, ministerio legis in illius Juribus subingreditur.*

4 *Fidejussor nequit concurrere cum illo, apud quem fidem suam pro debitore præstitit.*

5 *Alienationes de bonis fideicommissariis ab hæredibus gravatis factæ, in illorum detractiones imputandæ sunt.*

6 *Permutatio unius rei cum altera operatur, ut illa omnes qualitates tum activè, tùm passivè illius in se assumpsisse dicatur.*

DECISIO MCLXI.

EXpleto in antecedenti audientia examine quantitatis detractionum, visum fuit, servata dubiorum distinctione, in pręsenti Rota de earumdem detractionum consumptione, circa quam pa̧rtes Dominorum de Bentivolis erant in demonstranda illius quantitate, ad hoc, ut firmatis etiam in majori summa detractionibus exuentibus fideicommisso Cornelii bona obligata per Montis Erectores, eædem detractiones minores fierent, & bona majoris valoris, & redditus in asse fideicommissario remanerent, ex quo ipsis præservata fuit per Chirographum san. mem. Urbani VIII. alimentorum consecutio.

In anteactis saneCausę disputationibus absumpta est hęc inspectio pluribus decisionibus editis prius coram Eminentissimo D. Cardinali Priolo 11. Martii 1712., & coram Eminentissimo D. Card. Scotto 20. Ianuarii 1713.

1713., deinde vero aliis tribus promulgatis 5. Iunii 1716., 18. Iunii 1717., & 13. Maii 1718. coram bon mem. Ansaldo, in quibus etiam videtur redditum fuisse jus summa maturitate, dum licet ab initio aliquæ consumptionum partitæ, ut est lignanter illa proveniens ex alienatione Tenutę nuncupatę *delle Tombe*, Integraliter calculatę fuissent juxta petita per DD. de Bentivolis, fuerunt tamen successivè reformatæ; merito igitur visa est supervenisse etiam respectu hujus inspectionis Commissio Signaturæ Sanctissimi cum clausula tantum -- *sine præjudicio rei judicatæ*, quia præter eas rationes extrinsecas rem judicatam omnino suboriam suadentes, de quibus in prima mea decisione pręcedentis audientiæ super dubio quan-
1 titatis detractionum, constat etiam ex prælaudatis decisionibus de omnimoda voti Rotalis, & sententiæ conformiter latæ justitia, quæ cum omnem excludat lęsionem, (quæ cęteroquin rem judicatam infringeret) jure meritoque pariter impulit Dominos à Me rogatos, dubio eidem Commissioni consentaneè proposito respondere -- *Constare de re judicata*.

Ne vero DD. his admodum generalibus tantum pertransisse viderentur hujusmodi
2 inspectionem, animadvertebant in specie rectè calculatas fuisse in numero istarum consumptionum geminas alienationes Tenutarum *delle Tombe*, *e di Buonconvento*, quia cum factæ sint ab heredibus gravatis Cornelii Conditoris fideicommissi, ad quod vocati sunt DD de Bentivolis, & Auctoribus Montistarum, qui etiam earum pretium receperunt, utique hujusmodi alienationes. istorum debito referendæ sunt, ex auctoritatibus in precedenti allegatis, & præcipuè in decisione diei 5. Iunii 1716. §. *In primis cor. bo. me. Ansaldo*.

Absque eo quod opponi valeant quoad tenutam *delle Tombe*, aliàs rejectæ excep-
3 tiones, quia firmum sen per in facto, & jure est, quod pretium istius Tenutæ habuit Baccelius Depositarius Montis, qui solverat fructus Montistis, & ministerio Legis in eorum juribus subingressus fuerat, propterea que alienatio pro Baccello dimittendo facta cessit in causam Montis, & sic in detractiones Monti debitas ex persona ejus Erectorum. Et quatenus replicetur, quod
4 Baccel us uti fidejussor nequit concurrere cum Montistis, occurrit statim responsio illa, quod illius fidejussio fuit tantum pro fructibus, quos de facto solvit ipsis Montistis; quodque non subsistit ipsum hodie concurrere cum iisdem Montistis, dum hæc alienatio solum deducitur ad ostendendum respectu jurium competentium vocatis in fideicommissis Cornelii, cui pro quarta parte subiecta est, & Annibalis senioris, cui subiecta est eadem Tenuta distracta pro alia
5 quarta parte, quod tale in alienationem, & jacturam passa sunt eadem fideicommissa, ut necessario ea sit imputanda in detractiones juxta deducta in decisione 18. Iunii 1718., in qua cæteris satisfit obiectionibus *cor. bon. me. Ansaldo*.

Quo vero ad Tenutam *di Buonconvento* Montillæ negare non posse visi sunt, quod ejus pretium receperint uti de substantia Entii, non vero Joannis, ut ipsi pluries con-
6 tenderunt, quia cum facta fuerit ejusdem Tenutæ permutatio antequam alienaretur cum alia Tenuta Entii, utique successit in istius locum, & assumpsit dominium, aliasque omnes qualitates, & jura, quæ tam activè, quam passivè permutanti, seu recipienti in permutatione competebant in alia, ex plene firmatis in decisione particulariter super hoc edita 12. Maii 1718. *per tot. coram bo. me. Ansaldo*.

Reliquis hodie exceptionibus superfluum & inutile videbatur respondere, cum plene reiiciantur in prædictis decisionibus, & Montillæ informare negligant, & sua jura deducere..

Et ita omnium Dominorum collectis suffragiis responsum fuit DD. de Bentivolis dumtaxat informantibus &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER IMMISSIONE.

Veneris 8. *Martii* 1720.

ARGUMENTUM.

Hęredi gravato pro alimentis si competat immissio ad bona fideicommissaria, à fortiori competit retentio, quę est favorabilior, quam actio.

In alimentorum liquidatione Judex ad familię alimentarii qualitatem, uxorem, & nobilitatem prudenter tenetur respicere.

SUMMARIUM.

1 *Immissio pro alimentis debetur jure actionis, etiam si Papa à commodo bonorum, ad quę illa directa esset, successive vocatos exclusisset, & quare?*

2 *Alimenta etiam per viam retentionis allegari possunt, & competunt.*

3 *Retentio facilius datur quam actio.*

4 *Alimenta debentur juxta gradum Alimentarii, habito respectu ad personam, familiam, uxorem, & domus nobilitatem*, & n. 6.

5 *Alimenta taxata Præsuli ad formam Constitutionis Alexandrinæ, dicuntur juste liquidata.*

6 *Judex in liquidatione alimentorum debet habere respectum ad personas, & dignitates, ut pinguiora potius uni, quam alteri tribuat, & in dubio, viam mediam tenere debet.*

7 *Alimenta familiæ assignata, si unus ex istis decedat, pro rata sunt minuenda.*

8 *Alimenta assignata puellis innuptis, sequto matrimonio, & dote recepta, cessant.*

DECI-

DECISIO MCLXII.

Decisis jam in proxime præteritis audientiis cæteris quæstionibus respicientibus quantitatem detractionum, earumque consumptionem, necnon bona possessa per Montistas, supererat examen alterius dubii, seu quæstionis pertinentis ad immissionem vigore alimentorum sibi debitorum in jisdem bonis petitam à DD. de Bentivolis, circa quam hodie proposui congruum dubium, & conforme postremo rescripto Signaturæ Sanctissimi, & DD. ex rationibus inferius exprimendis eidem responderunt -- *Constare de re iudicata iuxta modum*.

Duplex sane erat principalis inspectio, quæ cadebat sub præsenti dubio, prima, an dotes, & alimenta petita à DD. de Bentivolis deberentur jure actionis, seu potius subsidiarie, & ex officio Judicis; Secunda, in qua essent taxanda quantitate respectu personarum ad illa assequenda concurrentium.

Quoad primam amplius in præsenti dubitatum non fuit, quod deberentur jure actio-
1 nis, quippe quia, licet fa.me. Urbanus VIII. in assignandis bonis, de quibus agitur, Monti Bentivolo suspenderit quæcunque fideicommissa proindeque exciuserit successores à commodo eorum vocationis, nihilominus tamen nequaquam illos exclusit à dotibus, & alimentis; unde sicut præsentaneus successor nullo indiget subsidiario remedio, aut officio Judicis, sed jus habet, & actionem ad bona fideicommissaria, ita exclusus à vocatione, & fruitione bonorum subjectorum fideicommisso, præterquam quoad alimenta, illa dicitur petere, & obtinere non ex ullo beneficio subsidiario *Auth. res quæ*, aut alio, sed ex eadem met actione, qua bona ipsa fidei commissi, non existente suspensione illius, petiisset, & obtinuisset, ut egregie firmatum fuit *in decisione huius Causæ 30. Januarii 1713. à §. Exordiendo ad §. Præterea coram Eminentiss. D. Cardinali Scotto*, in qua etiam decisione bene animadversum fuit,
2 quod videntur tali casu alimenta competere successoribus in fideicommisso per viam
3 retentionis, quæ etiam sic illis datur, quam actio, & responsum extitit contrariis Montistarum exceptionibus.

4 Quo vero ad secundam juri omnino consona visa fuit taxatio alimentorum pro Marchione Aloysio Primogenito uxorato in scut. 3000. Decet quippe, ut qui alimenta debet obtinere, illa consequatur pro sua congrua, & honorifica substentatione suo gradui, ac nobilitati condecentia, & non habita tantum ratione de sui persona, verum etiam de familia, & præsertim Uxore nobitati Domus correspondentem habitura substentationem, juxta ea, quæ ex *glos. in C. admonere. vers. Partem 33. q. 2.* docet *Surd. de Alim. tit. 1. q. 38. n. 17.*

5 Eodemque modo non nisi justitiæ subnixa visa est taxa alimentorum Emo, & Rmo D. Cardinalis Cornelii tunc Prælati, & summa laude vigilantissimi Sedis Apostolicæ Nuncii in Galliis, hodie vero meritissime à Santissimo D. Nostro ad Cardinalatus Apicem evecti, liquidata in præterita Instantia in scutis 1500. ad formam Constitutionis Alexandrinæ, ut firmatur *in ultima decis. 13. Junii 1718. §. Si vero coram bo. me. Ansaldo*.

6 Ita pariter, quod omnino justa fuerit assignatio alimentorum in scutis 600. annuis Commendatori Ascanio, & aliis pariter personis hujus prænobilis familiæ suaserunt fundamenta antecedentium decisionum coram memorato bo. me. Ansaldo, in quibus singillatim expenduntur facti circumstantiæ, propter quas uni plus, alteri minus tribuendum fuit, sequendo quoad omnes mediam potius viam, inter majorem summam à Bentivoliis petitam, & inferiorem à Montistis aliquando admissam, juxta regulam in liquidatione semper à nostro Tribunali servari solitam, de qua in specie *in Romana domus seu domorum super reservatis 23. Februarii proxime elapsi coram Me*.

7 Bene tamen verum est, quod impostetum hujusmodi alimenta cessare in parte omnino debere DD. censuerunt inhærentes instantiæ Montistarum per Memoriale jura sua in præsenti deducentium; in primis siquidem animadverterunt, quod de mense Augusti superioris anni fato cessit prædictus Commendator Ascanius, cui fuerant assignata in alimentorum causam scuta annua 600., ideoque illa persona de medio sublata in tali summa quotitas alimentorum de cætero ascendentium ad scuta 5100. erat moderanda.

8 Non minus reformanda visa fuit quoad alimenta duarum filiarum Marchionis Aloysii, quæ nuptæ jam sunt, & suas dotes consequutæ fuerunt ex substantia ipsa fideicommissorum Domus Bentivolæ. Decet enim, ut illæ post hæc alimenta à viris habeant, cum quibus matrimonio junctæ sunt, ad *Text. in l. penult. ff. ut in possess. legat. , l. si filia §. 1. ff. famil. hercisc. cum aliis penes Surd. de alim. tit. 1. q. 31. num. 1. cum pluribus seqq.* Cumque hæc alimenta ascendant ad alia scu. 600., ideo DD demenda putarunt à taxa universali alimentorum Domus Bentivolæ sc. 1200.

Et juxta hunc modum videntibus omnibus Dominis conclusum fuit &c.

FIRMANA PRÆDII, SEU ASSOCIATIONIS.

Veneris 8. Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Eadem associatio, quæ mulieri pro satisfactione suæ dotis quantitativæ adversus bona viri competit, ejus donatario universali non denegatur, ac sub eadem donatione eadem res, quam pro hujusmodi credito sibi illa vindicasset, compræhensa dicitur.

Donatio universalis cum reservatione usus fructus,

ctus, & facultate testandi de aliqua summa substinetur.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum datur adversus sententiam in judicatum transactam, in qua læsio reperiatur.*
2 *Instrumentum publicum tam circa veritatem, cum validitatem actus probationem probatam facit.*
3 *Clausula Constituti in donatione apposita, fienti actualem transfert possessionem favore donatarii, ita associationem concedit.*
4 *Amplia, ut non minus favore ipsius donatarii, quam ejus hæredis.*
5 *Immissio competit donatario ad ea bona, quæ donans post factam donationem vigore sui crediti sibi appropriavit, quando donatio consistit super eodem credito*, & n. 6.
6 *Legatum factum à testore de aliquo credito continet rem in causam crediti à testare captam.*
7 *Clausula* Constituti *in donatione crediti apposita operatur etiam super re, quam in solutionem talis crediti donator accepisset.*
8 *Donatio facta à muliere, ab hærede non potest de nullitate redargui, eo quo ob talem donationem indotata remansisset, quando usufructum vita durante sibi illa reservasset, & eandem numquam impugnasset.*
9 *Fructus à die motæ litis restituendi sunt in Judicio associationis.*
10 *Fructus juxta taxam legalem taxati, de excessu non possunt redargui.*
11 *Testes dubitative deponentes nil concludunt.*
12 *Fructus ad tramites taxæ legalis liquidati, ut de excessu redarguantur, iste concludenter probandus est.*

DECISIO MCLXIII.

Licet frequens, & quasi connaturale sit Novercarum odium ergaPrivignos ut per *Text. in l. 4. ff. de Inoffic. Testam inquit gloss. in Clem. Unic. Vers. Verum Verb. noverca de Sent. & re Judic.*; contrarium tamen Amoris testimonium exhibere voluit Lucretia, quæ Joannæ Antoniæ filiæ ex altera Uxore prædefuncta Joannis Laurentii sui Viri, donavit scuta mille suæ dotis, Reservatis sibi usufructu, & scutis 150.; & quia ejus Hæredes donationem illam detrectarunt, unde hæres Joannæ Antoniæ donatariæ prædefunctæ petiit contra illos associari ad bona dotalia Donantis, & obtinuit prius *cor. A. C., & deinde cor. R.P. D. Bancherio*,

Delata vero deinde Causa bo. me. R.P.D. Conco, iste procedi mandavit ed legitimam electionem attenta reservatione sc. 150., ad effectum testandi pro summa scutor. 850., & acquiescentibus huic Judicato reis conventis, fuit capta possessio prædii dotalis Lucretiæ donatricis nuncupati *di Montigliano*, & judicialiter deinde ultra expensas taxati, & liquidati etiam fuerunt fructus à die motæ litis; quæ fructuum liquidatio, licet ob non interpositam appellationem transitum recisset in rem judicatam, tamen signata de consensu partiũ exillit Commissio restitutionis in Integrũ ab excessiva, eaque directa R.P.D. de Gentilibus prodiit decretum pro executione mandati in causa fructuum in præcedenti Instantia liquidatorum. Cum autem Joanne Hieronymo aliisque reis conventis iterum reclamantibus habitus fuerit recursus ad Signaturam Justitiæ, eique placuerit rescribere *de causis restitutionis in integrum quod Mandatum de associando*, & in reliquis *alteri qui ad legitimam*, hinc, totius negocii cognitione ad Me devoluta, dedi dubium omnium complexivum. *An constet de re Judicata, vel potius de Causis restitutionis in integrum, & an sit procedendũ ad legitimam*, & Domini comparentibus dumtaxat donatariæ hæredibus, aliis vero à Donante causam habentibus pluries pluriesque monitis, diuque expectatis, & adhuc jura sua deducere negligentibus, responderunt *Pro Informante*.

Impulit autem ad ita respondendum Justitia (cum de Validitate nulla esset quæstio) utriusque Mandati, tam scilicet principalis de associando, quam alterius consecutivi pro
1 fructibus; qua posita, sicut exulat omnis læsio, quæ aditum præbet restitutioni in Integrum, ita certum est, quod habet locum res judicata, ad *Text. in Clement. 1. ibique Gloss. Verb. alitaius de Sententia, & de re Judic. aliaque Jura deducta in Suessana Bonor. 18 Junii 1717. §. à quo & in Ferrarien. Fideicommissi de Giliolis. 7. Martii 1718 § Subsistente cor. Me* pro ut etiam eadem Justitia firma manente procedi debet ad mandati legitimam executionem, *Rot. dec. 629. n. 1. p. 18. rec. & in Romana pecun. 20. Martii 1711. §. Quia cor. bo me. Kaunitz.*

Et quidem quo ad mandatum de associan-
2 do justitia resultabat ex Instrumento publico donationis omnibus solemnitatibus munito, quod sicut probationem probatam facit tam circa actus validitatem, quam circa illius veritatem, ad *Text. in l. emancipat. C. de Fid. Instr. & Rot. in Albanen. Donationis 11. Januar. 1712. §. neque Omisso cor. Emo*
3 *D. C. Priolo*, ita cum etiam contineat Clausulam *Constituti*, quæ possessionem bonorum donatorum à Donante transfert in Donatarium, procul dubio operatur, ut locus sit associationi, *Rot. decis. 49. n. 6. cor. Duran. decis. 476. n. 1. p. 13. dec. 18. n. 12. p. 18., &*
4 *decis. 659. n. 1. p. 19. rec.* non minus favore ipsius met donatarii, quam eius hæredum, & successorum, ut dixit *Rot. decis. 58. n. 25. & 29 penes Posth. de Monnt. & dec. 318. n. 2. p. 19. rec.*
5 Nec refert, quod Lucretia Donatrix tempore emissæ Donationis non possideret bona, ad quæ petita fuit associatio, ac de facto non bona ista donaverit, sed suum Creditum dotale; quia cum successive vigore istius Crediti legitimæ ad ejus manus dicta bona perve-

venerint; acquiescentibus enim hæredibus
Viri, illa post hujus mortem sibi appropria-
vit, utique veniunt illa sub eadem donatio-
ne Crediti dotalis, ut in specie inquit *Ro-
man. Conf.* 229. *n.* 3., & in similibus terminis
6 legati facti de aliquo Credito, quod conti-
neat rem in Causam Crediti a Testatore
captam *Mantic. de Coniect. Ult. Vol. l. b.* 12.
tit. 2 *n.* 1. *Gratian. discept.* 251. *n.* 29. *Rot.*
7 *d. c.* 309. *n.* 6. *&* 17. *p.* 9. *rec.* & proinde
Clausula Constituti in donatione apposita
etiam super iis operatur, ut in specie probat
Posth. de Manut. observ. 20. *n.* 38, *& Rot.
decis.* 280. *n.* 2 *cor. Royas.*
8 Minus obstat, quod Donatio fuerit nulla,
quia propter eam Lucretia remanserit indo-
tata; quandoquidē ultra quod sibi reservavit
usumfructum vita durante, & tempore do-
nationis emissæ erat in provecta jam etate,
ea unice responsio sufficit, quod ista exce-
ptio non deducta per Mulierem dum vive-
ret, opponi post ejus obitum non potest ab
illius hæredibus extraneis, ut sunt hodierni
contradictores, juxta plene firmata in *Laure-
tana Dotis* 28. *Januar.* 1697. §. *prædictis
cor. bo. me. Malines, & in Romana dona-
tionis, seu Pecuniar.* 13. *Maii* 1707. §. *Nec
ex Capite. cor bo me. Kaunitz.*
9 Quo vero ad Mandatum pro fructibus à
die motæ litis restituendis, inde Justitia illius
promanabat, quod in Judicio associationis
procul dubio restituendi sunt *Rot. decis.* 455.
10 *n.* 5. *&* 5. *p* 9. *t.* 2. *decis.* 170. *n.* 11. *p* 19. *rec.* Neque
ullus excessus considerari potest in liquida-
tione, quia actores concordant procedi cum
taxa legali, quæ omnimodam habet pro se
Justitiæ præsumptionem, ut dictum fuit *de-
cis.* 295. *n.* 9. *p.* 18. *rec. in Firmana Immissionis
super fruct.* 25. *Novembr.* 1705. §. *Nec pro.
cor. bo. me. Omana & in Eugubina bonor.
super fruct.* 17. *Martii* 1713. §. *Summa cor.
R. P. D. meo Crispo.*
11 Absqueoquod ad minuendam præfatam
liquidationem obesse valuerint nonnullę Te-
stium depositiones per verba dubitativa con-
ceptæ, nullaque certa scientia quantitatis
roboratæ. Quia nichil propter rot earum
exceptiones concludunt, & non probant,
12 quando tamen ad minorandam taxam lega-
lem undique certæ, ac perfectæ probatio-
nes requirant, *Rot. decis.* 178. *n.* 11. *cor. Cels.
dec.* 420. *n.* 5. *&* 6. *p.* 13. *decis.* 295. *n.* 9. *p.* 18.
*rec. & prosequit allegat. decis. in Eugubina
bonor. super fructibus* §. *Nec ad cum seq. cor.
R. P. D. meo Crispo.*

Et ita altera tantum &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 11. *Martii* 1720.

ARGUMENTUM.

Creditor ex pretio rei fructiferæ de æquitate legis *curabit* fructus petere potest, & quando? & ex quibus ad rationem 8. pro centenario excessivi dici non debeant. Quælibet solutio ad suam causam referenda est, nunquam vero ad diversam.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum paratam habet executionem, & facit probationem probatam.*
2 *Creditum mere pecuniarium fructus non parit, & soluti imputantur in sortem.*
3 *Creditum ex re fructifera proveniens fructus parit in vim legis* Curabit.
4 *Retentio rei emptæ, & illius pretii simul non datur.*
5 *Fructus de re sociali, ut ab altero socio consequantur, nil refert, quod ante tempus concordatum iste societatem deseruisset, quando ea in aliis Affictibus ille usus esset,* & n. seq.
6 *Affictuarius alterum ad Affictum vocans, qualitates Affictus, & tempus, quamdiu sit duraturus, illi denunciare tenetur.*
7 *Solutio facta ab Affictuario favore consocii affictum deserentis, suamque portionem illi cedentis, ad causam boni exitus refertur, non vero ad causam capitalis fructiferi ibi deserti, quando summa recepta dicti capitalis valori non corresponderet.* & nn. 8. & 9.
8 *Amplia, quando in cessionis Instrumento per ista verba socius discedens sibi cavisset* -- per causa di cessione, e rinuncia di affitto --.
9 *Solutio ad suam causam refertur, & non ad diversam, & in solutione reticitam.*
10 *Fructus rei multum fructiferæ ad rationem octo pro centenario non dicuntur excessivi* & n. seq.
11 *Amplia, quando ad hanc rationem diu soluti fuissent, & debitor illorum non reclamasset.*
12 *Fructus debiti in vim obligationis Cameralis per exceptiones turbidas retardari non possunt.*

DECISIO MCLXIV.

Dixerunt Domini standum esse *in Decisio
3. Julii superioris Anni cor. Me* pro exe-
cutione mandati ab A. C. Cincio favore Gal-
luppii contra Maggium relaxati cum
constiterit æquè validum esse, ac justum; &
1 quidem validitate supposita, iterum Justitia
deprahendi visa est ex instrumento publico,
quod facit probationem probatam, & para-
tam habet executionem, ex juribus plene de-
ductis *decis.* 494. *n.* 1. *& seq. cor. Merlin.
decis.* 412. *n.* 2. *&* 3., *ac decis.* 764 *n.* 1. *cor.
Cerr. & decis.* 424. *n.* 1. *&* 2. *p.* 19. *rec.*, *&
passim.*

Neque Injustum dici potest mandatum pro
sorte, & fructibus ad formam hujus Instru-
2 menti relaxatum, exeoquod creditum Gal-
luppi esset mere pecuniarium, ideoque fru-
ctus pro eo paclsci non potuerint, & soluti,
3 imputari debuerint in sortem, quoniam In-
de incus factus fuit contractui inito in præ-
fato Instrumento, quod inter Galluppium, &
Maggium intercesserat Societas super affictu

Castri Riani, in eaque Societate Galluppius immiserat non solum pecunias, sed Boves aratorios Currus, aliaque Instrumenta necessaria, Vulgo dicta *Stigli*. Dimissus vero subinde à Societate per Maggium, si solus in affictu continuare voluit, debeat extrahere præter utilia communia cum Socio etiam Capitale prædictum in Societate immissum, sed Maggius maluit illud retinere tanquam sibi opportunum in continuationem negocii, & ideo sese debitorem constituit de ejus pretio: Quisque autem vide ex hoc facto, quod creditum Galluppii in his terminis non erat mere pecuniarium, sed consistebat in Capitali fructifero, ex quo procul dubio fructus convenire potuerant ex æquitate *L. cu-*
4 *rabit C. de act. empt.* ne alias Maggius cum Galluppii jactura rem, & pretium, capitale, & fructus retineret, ut in specie firmat. *Rot. decis. 576. n. 11. cor. Emer. Iun. cum aliis adductis in decis. quæ revidetur §. Non quidem cor. Me.*

5 Ratio autem ista justificans fructus conventos inter partes propter usum continuatum à Maggio Capitalis Immissi in Societate prædicta per Galluppium, frustra cessare pretenditur, eoquod idem Maggius ab Affictu Castri Riani ante tempus conventum discesserit ex mandato Congregationis Baronum; Quippe quia cum noscatur facta illorum conventio correspective ad Capitale de sui natura capax parturiendi fructus sive implicaretur in negocio Affictus Castri riani, sive in alio consimili, statim difficultas ducta ex dicti Affictus expiratione duplici responsione
6 tollitur, altera quod Maggius eamdem Affictus cessationem nequaquam Galluppio denunciavit, ut posset indemnitati suæ consulere, pretium dicti Capitalis repetendo, & in alios fructiferos Contractus convertendo; altera quod de facto Maggius eodem Capitali usus fuit in aliis Affictibus, quos interim assumpsit de diversis tenutis, & ex quibus majus, aut consimile lucrum potuit reportare. In quibus sane Circumstantiis viget adhuc ratio eadem, & æquitas, propter quam si voluit idem Capitale adhuc retinere, illius Creditori fructus præstare debet, ut probat *Leotard. de Usur. q. 27. n. 15., & 18., & prosequit. ead. decis. quæ confirmat. §. Neque secundum, & seqq. & concordat Rot. decis. 1231. n. 17., & seq. cor. Coccin.*

7 Absque eo quod repetere juverit, quod valutatio dicti Capitalis in sæpedicto Instrumento facta in scu. 1100. fuerit excessiva, dum eo tunc Galluppius ab Affictu dimissus recepit manualiter à Maggio consocio sc. 400., quæ vel sunt complementum integri pretii omnium Instrumentorum Societatis, & Capitalis debiti Galluppio, vel saltem in illud, illiusve pretium erant imputanda. Quandoquidem memorata summa scu. 400. nullatenus cedere potuit in causam Capitalis communia negocii, & Affictus, cujus respectu nimium tenuis, & exigua comperitur. Sed immo ideo soluta fuit Galluppio, vel quia debuerit reimbursari de eo, quod solverat Cervellio, qui licet particeps ejusdem negocii, prius tamen illud dereliquerat communi commodo Magii, & Galluppii, vel quia, prout ait decisio, quæ revidetur §. *Adversus*, ita exegerit indoles, & natura dimissionis Galluppii à Societate, quasi, quod dicta quantitas illi soluta fuerit in pretium consensus præstiti libere continuationi solius Maggi in Affictu communi, & ut vul-
8 go dicitur *Per buon uscita* ut demonstrant Verba ipsa Instrumenti, explicando causam hujus solutionis ibi -- *Per causa di cessione,*
9 *e rinuncia di Negocio &c.* -- Non potest itaque hæc solutio in diversam causam Capitalis Immissi à Galluppio in Societate imputari, dum adest certa illius causa concurrens expressa in actu ipso solutionis, ad *Text. in l. p., & l. Creditor §. Cum de forte ff. de solut. Rot. decis. 262. n. 14. cor. Bich. & decis. 224. n. 4. p. 19. rec.*

10 Nullatenus demum suffragari posse visa est alia exceptio excessivitatis fructuum conventorum in scu. 8. pro quolibet centenario, quippe quia donec contrarium non demonstretur per univocas probationes exclusivas lucri in ista quantitate facti à Maggio in Affictibus ab eo tentis, præsumptio semper stat pro taxa conventionali, ad cujus formam fructus debentur, ut plene docet *Rocc. disput. Iur. cap. 159. n. 24., & Card. de Luc.*
11 *de usur. disc. 18. n. 6. & seq.* Tantomagis quia ista exceptio illorum excessus deducitur, postquam illi diù soluti fuerunt, ex qua observantia crescit eadem Iustitiæ præsumptio quoad illorum taxam, ut dixit *Rot. decis.*
12 *168. n. 18. p. 18 rec.*, & prædicta conventio in tali quantitate munita est obligatione Camerali, quæ illorum præstationem omnino requirit non retardandam per illiquidas exceptiones ut declarat in proposito *Rot. decis. 2. n. 11 cor. fa. me. Alex VIII.*

Et ita relative ad decisionem quæ confirmatur responsum fuit utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA, SEU FIDEI COMMISSI DE MARTELLIS.

Lunæ 11. Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Actio pro liberatione à molestiis in casu supervenientiæ creditorum anteriorum à transigentibus hinc inde concordata non solum respicit molestias futuras, sed etiam, & imò à fortiori molestias à præsentibus creditoribus illatas. Dominium ex quibus actibus possessionem denotantibus in antiquis concludenter probatum remaneat.

Mulier possidens prædium ad virum spectans præsumitur titulo supra dotis sibi à viro constitutæ illud recepisse, quando de illius augumenti solutione nullibi appareret.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex non transportatione actorum, & Rota tunc solet suam moderari inhibitionem.*

2 *Restitutio in integrum non datur adversus justam rem judicatã, & læsione carentem.*

3 *Stipulatio relevationis indemnitatis dicitur commissa eo ipso, quod creditor immissionem obtinuit, & factus dicitur locus liberationi à molestiis.*

4 *Amplia, etiam si transigentes eandem stipulationem coarctassent ad casum supervenientiæ creditorum anteriorum, cum nihilominus etiam extendatur ad eos, qui de præsenti urgent, & jam supervenere*, & vide rationem in num. 6., ac subamplia, ut in num. 9. & 24.

5 *Solutio reiterata à nemine facienda est.*

7 *Actio pro liberatione à molestiis à transigentibus stipulata, à fortiori præsumitur volita quoad creditores anteriores actu molestantes, quando loquuti essent de creditoribus, qui possent superaccedere*; ampiia, ut in num. 9.

8 *Voluntas contrahentium multum deprehenditur ex argumento, quod à majoritate rationis desumitur.*

9 *Actio pro liberatione à molestiis non solum dicitur volita quoad creditores superventuros, sed etiam quoad actus urgentes, quando transigentes intellexissent de illis creditoribus, quorum favore fuisset judicatum*, & num. 24.

10 *Exceptio à decisione Rotali rejecta non est allegabilis, cum satis sit respondere* ita fuit decisum.

11 *Portio hæreditaria ex juribus Legitimæ de fideicommisso preventivè extracta non potest remanere gravata censu à fideicommittente imposito.*

12 *Dominium stabilium post 30. annorum lapsum præsumitur immutatum*, & vide. casum.

13 *Amplia, si eo intermedio tempore plures actus gesti apparerent, qui dominii diversitatem secum ferrent*, subamplia, ut in. num. seq.

15 *Dominium super fundo probatur ex impositione census à dominio facta, ad effectum, ut talibus pecuniis eam posset reaptare.*

16 *Amplia, si in dicta impositione Judicis accessisset decretum, quis, causa cognita, illud interposuisse presumitur.*

17 *Subamplia, quando in dicto contractu uti merus fidejussor accessisset ille, ad quem fundum spectare prætenderetur, & ab isto actu, licet dominii indicativo, ille nunquam reclamasset.*

18 *Dominium super fundo probatur, ex quo dominus super eo censum imponens, instrumentum illius acquisitionis sub pæna resolutionis contractus exibere promisisset, & cum contractus semper viguerit, illud adductum fuisse præsumendum est.*

19 *Amplia si ex continuatis actibus dominium adminicularetur, cui etiam adderet observantia*, & num. sequenti.

20 *Dominium in antiquis magnopere ex observantia probatur.*

21 *Mulier supradotata à viro, supra dotem recepisse præsumitur super fundo coæqualis valoris apud eandem existentis, & quando tale dotis augumentum aliunde solutum non appareret.*

22 *Illatio de una ad aliam rem diversam non est bona.*

23 *Dominium ex antiquis enunciativis non probatur, quando illis urgentiora argumenta adversarentur.*

25 *Culpa suum sequitur authorem tantum.*

DECISIO MCLXV.

IN concordia, quæ sub anno 1664. inita fuit inter Patres Camaldulenses, Corneliam Aliconiam, Ven. Archiconfraternitatem S. Joannis decollati, & Flaminiam Milviam pro recessu ab ea lite, in qua dicta Cornelia tam nomine proprio, quam uti cessionaria dictorum Patrum Camaldulensium venientium ex persona Trajani Pennelli immissionem obtinuerant ad domum sitam in via, quæ dicitur *del Pellegrino*, tamquam fideicommissis Marii Mariani, & Claræ Aliconiæ Conjugum subjectam adversus dictam Archiconfraternitatem, & Flaminiam petentes eamdem Domum retinere, uti debitam Antonio Mariano primo gravato pro suis detractionibus obligatis in censibus impositis ab isto favore suorum Auctorum, illorum nempè de Papinis, tam Cornelia, quam Patres prædicti constituerunt se debitores Archiconfraternitatis, & Flaminiæ in scutis 1450. pro legitima, aliisque detractionibus, ut dictum est pretensis à Censuariis, & solvere promiserunt scuta 350., & pro reliqua summa scut. 1100. subire onus Censuum.

Addiderunt autem huic transactioni Partes eam legem, quod -- *Casu quo insurgerent Anteriores Creditores qu. Antonii Mariani, ad quorum favorem forsan de Jure deberetur hujusmodi portio legitimæ in exclusionem supradictorum Censuum dictorum de Papinis, & judicatum esset ad illorum favorem. tunc, & eo casu prædicta Cornelia, & dicti RR. Patres Camaldulenses non teneantur ad solutionem dictorum Censuum, sed prædicti DD. Officiales Archiconfraternitatis, & D. Flaminia teneantur eos liberare, & dimunuere eorum respectivè Credita pro rata Creditorum anteriorum concurrentium, sunt verba ipsa Instrumenti transactionis.*

Accidit porrò, quod contra Patres Camaldulenses dictæ Domus possessores, qui contractum plenè jam adimpleverant, & imò hæredem etiam Corneliæ de sua portione debiti reintegraverant per aliud posterius instrumentum anni 1676. Insurrexit Joannes Franciscus Morelius vocatus ad fideicommissum Camilli Martelli, cujus Camilli hæres gravatus fuerat supramemoratus Antonius Marianus, & contendit prædictam

etiam Domum huic fideicommisso fuisse subrogatam loco alterius venditæ pro scutis 1850. Cumque super hac quæstione, & alia quoque promota vigore Census pertinentis ad eumdem Camillum eique debiti ex persona Claræ Alicorniæ agi cæpisset in nostro Auditorio cor. bo. me. Molines, prodierunt decisiones pro immiss., & alioc. impressæ apud Card. de Luca de fidele. decis. 15. & 16. lib. 10 tom. 2., & consecutivè sententia rotalis confirmata subindè prævia decisione 22. Aprilis cor. bon. mem. Pio.

In his terminis Patres Camaldulenses hujusmodi molestias intimarunt Archiconfraternitati, & hæredi Flaminiæ Milviæ, & mandatum pro liberatione reportaruut ab A. C. usque de anno 1702. Interim verò non destiterunt Morellio judicium prosequenti cor. Emo D. Cardinali Prielo viriliter sese opponere, & de facto obtinuerunt in Rota 11. Junii 1703. moderari immissionem concessam pro scutis 1497., & restringi ad scuta 947. ad quam summam fuit ostensum ascendisse legitimam Antonii Mariani debitam in bonis Marii ejus Patris, & Claræ Matris fideicommittentium, juxtà decisionem dictæ die de more editam. Subindè tamen è re sua esse putarunt ad evitandam dispendiosam litem transigere cum D. Roberto Belarmino Morelli successore, eique, reportata cessione jurium, & reservata sibi facultate agendi pro eo pluris, quod dicta legitima importasset, persolverunt in causam ejusdem legitimæ obligatæ in subrogatime census, aliisque juribus deductis, scuta 1097.

Putantes propterea, quod esset exindè factus locus pacto stipulato in supradicta prima transactione anni 1664. tam contra Archiconfraternitatem, quam contra hæredem Flaminiæ, adhærente etiam Belarmino formiter ad causam admisso, petierunt, & obtinuerunt á R. P. D. meo Cerro tunc in Tribunali A. C. tota plaudente Curia Jus dicente favorabile decretum processus ad ulteriora in expeditione ejus mandati, quod in eodem Tribunali fuerat sub anno 1702. relaxatum, & licet Archiconfraternitas à Signatura justitiæ rescribi obtinuisset adver-
1 sus hujusmodi mandatum *si quid exequendum*, tamen ob non transportationem actorum transitum fecit in judicatum, & moderata per bon. mem. Molines inhibitione, taxatisque expensis, consumata etiam remansit executio.

Causa verò refectis expensis in gradu restitutionis in integrum reassumpta fuit coram bo: me: Ansaldo, à quo propositum etiam exitit in audientia die 12. Decembris 1718. congruum dubium, sed attentis Archiconfraternitatis exceptionibus, resolutio *dilata fuit*, & injunctum, quod *revideantur decisiones editæ in causa prædicta cor. bo. mem. Pio, & Emo D. Card. Priolo*. Hinc factum est, quod Ego in locum defuncti Collegæ subrogatus disputandum exhibuerim dubiũ -- *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, & sit standum, vel recedendum à decisis*, & responsum habui *Constare de re judicata, & standum esse in decisis* --

Ratio resolutionis, quantum attinet ad rem judicatam in eo stetit, quod mandatum A. C., ejusque decretum omnimodæ validitati, & justitiæ subnixum visum fuit, itaut
2 exclusa quavis læsione, restitutioni in integrum locus esse non posset, & canonizanda veniret è contrario res judicata, ex firmatis in *Melevitana fideicommissor. 22. Junii 1713. §. Concurrentibus cor. Emo D. Card. Scotto, in Suessana bonor. 18. Januar. 1727. §. A quo coram Me, & in Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis super re judicata 28. Aprilis 1719. §. Quoniam cor. bo. me. Ansaldo*.

3 Validitas quidem non erat in controversia, justitia verò deprehendebatur ex Instrumento transactionis anni 1664., in quo Ven. Archiconfraternitas correspectivè ad onus ab ipsis susceptum solutionis scu. 140., promisit una cum Flaminia contrahentibus, quod insurgentibus Creditoribus anterioribus, quibus eadem summa vel in parte, vel in totum deberetur, liberasset Patres Camaldulenses ab illorum molestiis, juxta verba pacti in facto supra relata. Cum autem insurrexerint de facto Creditores anteriores, stante quod Antonius Marianus de anno 1594., & sic antè impositionem Censuum sequutam favore illorum de Papinis de annis 1598., 1604. & 1615. subrogaverat Fideicommisso Camilli de Martelis domum positam in Via dicta *del Pellegrino*, licet fideicommissariam Conjugum de Marianis, & vocati ad fideicommissum dicti Camilli, seu ab eodem causam habentes eamdem Domum avocare tentarunt à Patribus, quibus illa in eadem transactione relaxata fuerat, & obtinuerunt subrogationem legitimè tactam approbari ratione legitimæ in antiquiori fideicommisso debitæ communi Auctori, nempè dicto Antonio Mariano, utique commissa dici debet stipulatio, & ritè, rectèque decreta liberatio ab hujusmodi molestiis, ad *Tex. in l. quoties 59., & l. Si ita quis ff. de Verbor. Oblig., Rota decis. 92. num. 1., & 2. coram Cerro, & in Romana Cambii 5. Maii 1699. §. & ob id. cor. bo. me. Ansaldo*.

4 Non obstat, quod prædictum pactum utpotè conceptum per ea verba -- *Casu quo insurgerent Creditores anteriores* -- quæ significare videntur tempus futurum, intelligendum sit de novis, & incognitis Creditoribus tantum, non verò de iis, qui jam insurrexerant, pleneque noti erant transigentibus, cujus utique generis est Morellius, seu Belarminus ejus Cessionarius, qui tempore initæ transactionis judicialiter suas Instantias promoverat, & molestias inferræ cæperat. Quandoquidem hujusmodi intelligentia, quæ verborum cortici nimium inhæret, nullo modo attendi debet, quia destrueret sub-

substantiam, & rationabilitatem transactionis. Eatenus enim volitum fuit in dicta transactione hujusmodi pactum a Patribus Camaldulensibus, quatenus ipsi sese obligantes vigore ejusdem transactionis solvere scuta 1450. in causam legitimæ compententis Antonio Mariano in bonis Marii Mariani, & Claræ Alicorniæ fideicommittentium, & consequenter validè obligatæ in Censibus spectantibus ad Archiconfraternitatem, & Flaminiam contransigentes, nolebant duplicatæ solutionis jacturam subire insurgentibus Creditoribus ejusdem Antonii Mariani,
5 quod sanè omninò juri, ac bonæ fidei consonum est, cum ad iteratam ejusdem debiti solutionem nemo sit obstringendus, *ad Tex. in cap. Bona fides de Reg jur.*
6 Consecuti autem non fuissent eorum intentum Patres Camaldulenses in isto contractu ex apposito liberationis pacto, nisi æquè in illo respexissent, tam ad futuros, quam ad jam extantes, cognitosque Credi-
7 tores; imò si, ut Archiconfraternitas admittit, voluerunt providere casui, quod novi, & non præcogniti Creditores contra ipsos prodirent, quanto magis ne subiacerent periculo iteratæ solutionis, dicendum est voluisse dicto pacto sese cautos reddere ab iis Creditoribus, qui jam actu urgebant, & qui timorem hujusmodi periculi usque tunc in-
8 gerebant; juxta argumentum desumptum à majoritate rationis, quod ad deprehendendam contrahentium voluntatem plurimum est attendendum, *Conciol. alleg.* 82. *nu* 10. *Palm. Nep.alleg.*243.*n* 81. *bon.me.Ansaldo in addit. ad ejus decis.*75.*n.*34., *& Rot. in Cæsenaten. Successionis* 3. *Martii* 1698. §. *Lucidus cor. eod.*
9 Quodque de facto Partes intellexerint præcise de his quoque Creditoribus, qui jam extarent, & urgerent, imò forsan de ipso Morellio, cujus juribus successivè usus fuit Belarminus, aliud præbet indicium ea ulterior qualitas adjecta Creditoribus superventuris, quod *judicatum esset illorum favore*, tum quia de facto Morellius usque tunc obtinuerat primum Judicatum sui favore, undè videntur partes loquendo per ea verba *insurgerent*, *& judicatum esset*, ad jam actu contendentes respexisse; tum quia per hæc verba videtur super addita talis generalitas, ut compræhendantur omnes Creditores sivè jam cogniti, & extantes, sivè non, qui tamen in judicio possent obtinere, & sic ad futuros tantum restringi non debet pactum per talia verba conceptum *juxta firmata in similibus terminis decis.* 1153. *nu.* 10., *&* 11. *vers. nec subsistit coram Emerix Jun.*
10 Consimiliter non relevat secunda Archiconfraternitatis exceptio indè ducta, quod transigentes in spedicto pacto locuti sunt de Creditoribus *ad quorum favorem forsan de jure deberetur* portio legitima, cujus respectu transigebatur, et promittebatur relevatio à molestiis; molestiæ verò superventæ ex instantia Morelli, seu Belarmini non sint tales, ut de jure debita ipsis fuerit dicta portio legitimæ. Quandoquidem cum in ista exceptione contra Archiconfraternitatem concurrerent decisiones editæ *in Romana Fideicommissi de Martellis coram Emo D. Card. Priolo*, *& bo. me. Pio*, ad verificandum pactum prædictum, seu qualitatem Creditorum in pacto enunciatorum, satis esse poterat respondere, quod ita decisum fue-
11 rat. Nihilòtamen minus descendendo ad secundam dubii partem, & assumendo revisionem earundem decisionum, eadem exceptio statim vana remanebat, quia subsistentibus fundamentis dictarum decisionum, propter quæ Domini responderunt etiam, *Standum esse in decisis*, constabat plenariè quod Morellio, sive Belarmino debebatur Domus *del Pellegrino*, quia ex juribus Legitimæ prædictæ ante Censuum impositionem à Fideicommisso abstracta fuerat.

Nequaquam verò ad evertenda fundamenta harum decisionum obiicere juvit, quod illæ erroneè supposuerint Domum *del Pellegrino* pertinuisse ad Claram Alicorniam fideicommittentem, ideoque in subrogatione facta ab Antonio Mariano Filio, fuisse electam in suam Legitimam, quando constat de acquisitione hujus memoratæ Domus facta ab Hyppolito Avo ejusdem Anto-
12 nii. Cum enim à die hujus acquisitionis ad diem conditi à Clara fideicommissi præterlapsi fuerint 30. & ultra anni, potuit dominium controversæ Domus immutari, ut firmat *Rota decis.*102. *n.* 5. *cor. fau. me. Alexandro VIII.*, *& decis.*336. *n.*9 *par.* 18. *rec.* idéoque de tempore uno ad aliud non satis valida deducitur illatio, ut prosequitur *Rota dicta decis.*336. *n.*9. 10., *& decis.*638. *nu.* 17. *par.* 18., *& decis.*494. *n.* 30. *par.*19. *rec.*
13 Dum præsertim interim plures actus gesti sunt, qui dominium domus in Clara, non in Hyppolito fuisse concludunt, & qui dominium cæteroquin difficilis probationis, maximè si sint plures, & unitim ponderentur, benè probant, juxta *Mascard. de probat. concl.*535. *n.*5., *Rota decis.* 449. *n.* 1. *coram Cavaler. decis.*865. *num.* 1. *cor. Cerro, & decis.* 1171. *num.* 4. *coram Emer. jun.* fortius
14 quia versamur in antiquis, ut dixit *Rota in Romana Census* 5. *Maii* 1710. §. *& quamvis cor. Me.*

Ex his autem actibus relatis etiam in decisionibus quæ revidentur cor. bo. me. Pio, & Emo Cardinali Priolo, Domini, cæteris prætermissis, potentiores selegerunt, animadvertendo quod Clara, dum viveret, super domo ipsa, de qua quæritur, tanquam
15 super re propria, censum imposuit, & quidem ad effectum ex pretio Census satisfaciendi Fabrum Murarium, qui eamdem domum restauraverat, ex qua circumstantia validissimum eruitur argumentum dominii penès Claram, nam nisi effectivè Domina ejus Domus fuisset, non quæsivisset pecunias sub usuris, ut eam sarctã tectamque servaret, ut in

in puncto firmat *Rot. in Pisauren. Molendinor. Super bono jure 17. Junii 1707. §. In idipsum coram bon. mem. Kaunitz*, nec sanè
16 Judex in eodem contractu impositionis Census adhibitus, causa cognita, decretum suum interposuisset, nisi Clara pro re sua debitum assumpsisset, *Cyriac. contr. 182. n. 7. & seq., Rot. decis. 148 num. 5. cor. Peuting. decis. 149. num. 12. post Constan. ad Stat. Urb. in Romana, seu Urbeventana Censuum 8. Januarii 1696. §. Quibus cor. bo. me. Pio.*

17 Crescit vis hujus argumenti ex eo, quod interfuit hujusmodi contractui impositionis Census ipsemet Hyppolitus, qui è contrario substinetur fuisse Dominus Domus, qui licet viderit, audiveritque Claram contrahere super domo tamquam ad se ipsam spectante, omnia per illam gesta approbavit, & imò fidejussit in Censu per Claram imposito, nec unquam reclamavit, signum evidens nihil illum habuisse juris, aut dominii in eadem domo, nam alias non consensisset actui suo dominio de directo contrario, sibique præjudiciali, ut prosequitur *Rot. in eadem Pisauren. Molendinor. impressa penès Caldaron. res. 87. num. 50. tom. 2., & in Romana Jocalium super Margaritis 4. Apr. 1710. §. Urgentius cor. bo. me. Molines.*

18 Tanto fortius, quia Clara in eodem instrumento favore Emptoris Census sese obligavit intra mensem exhibere instrumentum acquisitionis ejusdem domus, aliàs pepigit, quod posset locus esse favore Creditoris recuperationi fortis; quod sanè pactum resolutivum conventum anno 1566. cum nunquam fuerit ad esse deductum, dicendum est fuisse adimpletum mediante exhibitione veræ, & effectivæ acquisitionis à Clara factæ, ut arguitur in proposito *Rota dec. 302. nu. 10. par. 16. recen., & in Romana Primog. de Bubalo super reliquis bonis ad Cloacam 8. Maii 1718. §. Secundariò cor. bo. me. Ansaldo.*

19 Accedit his gravissimis circumstantiis inconcussa observantia, juxtà quam domus ista semper habita fuit de dominio Claræ, talemque fassi sunt pluribus vicibus, ac tempore non suspecto, & in proportionatis actibus tùm Cornelia Alieornia, & Patres Camaldulenses, tùm Patres SS. Duodecim Apostolorum, & Jacobus Toracca, qui inter se devenerunt ad alios contractus, & transactiones, hoc semper præsupposito, quod dicta domus
20 ad Claram pertinuerit, non est autem dubitandum, quod magnoperè ad probationem dominii, præsertim in antiquis conferat observantia, *Rot. dec. 242. num 6. par. 16. dec. 136. num. 16. par. 17., & dec. 70. nu. 11. par. 19. recen.*

21 Neque etiam deest in Clara titulus, & causa sui dominii eo ipso, quod constat eumdem Hyppolitum Originarium Domus acquisitorem, occasione qua ista nupsit ejus filio, eidem expromisisse supra dotem scut. 3000., quod si non constat alio modo fuisse solutam istam supradotem, neque alios effectus Hyppoliti debitoris hujus augumenti dotalis ad Claram pervenisse, ea statim locum habet præsumptio, & verisimilitudo, quod controversa domus illi tradita fuerit in solutum, ex deductis *decis. 188. nu. 5 cor. Gregor., in Aven., seu Vassionen. Primog. super Castro Angeli 12. Maii 1702. §. fortiùs cor. bo. me. Muto, & in Alleg. Romana Jocalium super Margaritis 4. Aprilis 1710. §. In præsenti, cor. bo. me. Molines.*

Nullóque modo facit ad rem, quod Clara inter sua bona dotalia domum possideret, quia domus dotalis erat sita in contrada dicta *Pozzo delle Cornacchie*: ea verò de qua est quæstio in præsenti, erat, ut pluries diximus, sita in via nuocupata *del Pellegrino*, ità ut ea omnia, quæ de una dicuntur nequaquam de alia verificari possint, neque sit fa-
22 cienda ab una omnino diversa ad aliam illatio, juxta vulgares regulas; quod si verò
23 etiam aliquæ afferebantur antiquæ enunciativæ dominii penes Hyppolitum ejusdem met domus controversæ, Domini animadvertebant, quod non solum conquassantur aliis univocis argumentis, stantibus pro dominio Claræ, verum etiam, quod verificari eo tempore poterant, quo nondum Domus ad Claræ dominium pervenisset.

His ità positis adhuc alia, sed æquè insub-
24 sistens supererat Archiconfraternitatis exceptio ex indè eruta, quod memoratum pactum colliberationis expromissæ Patribus Camaldulensibus contineat conditionem illam, *quod fuerit judicatum favòre creditorum molestias inferentium*, id verò in præsenti non verificetur, quia dicti Patres in principio litis eum Belarmino transegerint. Sed facilis erat hujus difficultatis dissolutio, quia verba pacti non sonant in rem judicatam orientem ex tribus sententiis, sed unicè important, quod ita à Judice fuerit judicatum. Negari autem non potest, quod hoc etiam in facto nostræ hypothesis concurrat, cum jam Belarminus tempore initæ transactionis non solum primam sententiam, sed & duas decisiones rotales sui favore obtinuisset; dum igitur in stipulatione deductum fuit, quod favore supervenientium Creditorum esset judicatum, jam indè patet, quod statim lata sententia factus fuerat locus liberationi expromissæ, & tenebatur Archiconfraternitas assumere molestias sibi à Patri-
25 bus Camaldulensibus denunciatas, quod si ex propria culpa non fecit, non debet id refundere in præjudicium illorum, prætendendo exindè, quod purificata non sit conditio pacti, in cujus de cætero litera pro actione in qua sunt, fundatam habent iidem Patres intentionem, juxta auctoritates *suprà allegat. §. Validitas.*

Et ita omissis levioribus conclusum fuit, utraque &c.

RO-

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE CAPIZUCCHIS.

Veneris 15. Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Affinitas quomodo contrahatur, quique fratres Amitini, quique Consobrini dicantur, optimè declarat præsens decisio.

Fideicommittens, qui vocatorum lineis finitis, in ultimo gravato facultatem eligendi sibi hæredem de familia consanguinea reposuisset, ad proximiores illius consanguineos oculos habuisse, potius quam ad consanguineos sui ipsius in gradu remoto præsumitur; etiam si in dispositione de sua fuisset locutus familia, quando tamen ista præsumi posset verisimiliter extincta; quo casu de familia ab eodem suppletivè vocata intellexisse præsumitur; præsertim, si in tota eadem dispositione de sua familia per medium fœminæ in gradu remoto nunquam fuisset loquutus, & in casu contraventionis præcepto ab eodem ordinato, & ab hærede nominato incursæ, alter post sic nominatum de sua familia succedere voluisset; talia enim provisio ad ejusdem gravati proximiores, & non gravantis directa intelligitur, in illoque casu, si de familia loquutus fuisset, de artificiali ab eodem ordinata intellexisse præsumitur cujus intelligentiæ rationes accuratè distinguit sequens.

SUMMARIUM.

1 Substitutio de te non loquitur *sufficit dicere Substituto litteraliter non vocato.*

2 *Nominatio hæredis quando dicatur testatoris voluntati uniformis.*

3 *Fratres Amitini dicuntur filii fratris, cum filiis sororis inter sese, licet vulgò Consobrini appellentur.*

4 *Consobrini dicuntur, qui ex duabus nascuntur sororibus quasi consobrini.*

5 *Affinitas oritur inter uxorem, & consanguineos viri.*

6 *Item, inter consanguineos uxoris, & virum, illiusque consanguineos.*

7 *Filii nati ex fratre in sua familia, & filii nati ex sorore in altera, quarto inter sese consanguinitatis gradu junguntur.*

8 *Affinitas, sicut, & consanguinitas à duobus componitur extremis sese unica relatione attingentibus, nec dari potest in uno, quin æquo jure detur in altero.*

9 *Consanguineus familiæ dicitur ille, qui est consanguineus illorum eandem familiam repræsentantium.*

10 *Nominatus ad successionem de tempore factæ nominationis, seù purificatæ successionis necessario debuisset esse consanguineus, quando talem consanguinitatem testator requisivisset.*

11 *Amitinus in uxorem non potest ducere Amitinam ob consanguinitatis impedimentum in secundo gradu.*

12 *Amitinus altero succedit Amitino ab intestato decedenti in defectu consanguineorum propinquiori gradu attinentium, quod est signum evident consanguinitatis inter eos.*

13 *Consanguinitas de jure antiquo in civilem masculorum agnatorum dumtaxat complexivam, & naturalem, omnium cognatorum quoquomodo complexivam, & per quamcumque feminam consanguineorum complexivam videbatur.*

14 *Consanguinei civiles primum locum in successionibus habebant, secundi in jus antiquum, quod hodie sublatum est, & qui sunt isti;* vide in nu. supradicto.

15 *Differentia sexus à Jure Justinianeo sublata fuit, adeò ut una aicatur respectu agnationis, & cognationis consanguinitas.*

16 *Ordo successionis à gradu, & prærogativa gradus regulatur inter agnatos, & cognatos.*

17 *Substitutio quando vocatur aliquis de parentela, seu consanguinitate, ultimi gravati, & non gravantis attenditur proximitas.*

18 *Voluntas contraria testatoris, quando eam impugnans regulas habet contrarias contra se, concludentibus argumentis, & demonstrationibus probanda est.*

19 *Vocatio quando est dubia, & in ancipiti posita, nec à regulis, nec à verbornm proprietate recedendum est.*

20 *Consanguinitas per medium fœminæ, ac latiori modo aliundè contracta, nec non consanguinitas testatori proximior ex quibus verbis dicatur præposita consanguinitati gravati, & quando secus.*

21 *Proximitas gravantis, & non gravati attenditur, si fideicommittens directè proximiorem sibi successurum, seu consanguineum vocasset, quo casu admittuntur conjecturæ, & adminicula id suadentia.*

22 *Limita si fideicommittens ultimo gravato facultatem dedisset eligendi personam ei in consanguinitate coniunctam, quo casu non intrat præsumptio favore consanguineorum gravantis, potius quam gravati,* & & vide rationem in num. sequ., & amplia, ut in num. 24.

23 *Verbum permissivum, & facultativum benigniorem admittit intelligentiam, quam genus simpliciter vocativum.*

24 *Fideicommittens dando ultimo gravato facultatem sibi eligendi hæredem, illius consanguineos prœoculis præsumitur habuisse,* & num. sequ.

25 *Amplia, quando talis facultas eligendi hæredem in tempus valde remotum fuisset collata,* & vide rationem in num. sequ.

26 *Facultas à fideicommittente data ad eligendum sibi hæredem fideicommissarium operatur, ut fideicommissum ab illo dicatur adeptam non ex voluntate testatoris, sed ex arbitrio gravati, qui eum elegit:* declara, ut in num. sequ.

27 *Testator plures lineas unam post alteram vo-*

vocans, suam vocationem longissimo tempore fuisse duraturam credidisse præsumitur, & ad suæ familiæ perpetuitatem respexisse.

28 *Testator dando facultatem ultimo hæredi gravato vocandi successorem in primogenitura, se coarctasse non præsumitur ad sui ipsius consanguineos; sed vocationem gravati arbitrio reliquisse, & in eo casu, quo consanguinitatis gradus non designasset; & quando de consanguineis suis intelligi voluisset, id præsumitur, quod expressisset.*

29 *Dictio etiam est ampliativa, & augmentativa*, & num. 32.

30 *Vocatus ultimus quando potest eligere personam de familia etiam extranea, idem est, quod possit eligere personam tam extraneam, quam non extraneam.*

31 *Fœminæ veniunt appellatione familiæ.*

32 *Dictio* etiam *cadit inter diversa, & quorum unum sit altero majus.*

33 *Testator præsumitur vocasse etiam consanguineos de familia extranea per illa verba* -- descendens de familia etiam extranea, in consanguinitate tamen conjuncta.

34 *Facultas nominandi non implicat, quod penes plures in potentia existat, & exercitium ultimo sup rstiti sit reservatum.*

35 *Pluralitas personarum vocatarum in opportunam, & congruam singularitatem resolvitur; quando fideicommittens de pluribus loquendo per verbum* ipsorum, *ad unius familiam tantum se direxisse dignosceretur.*

36 *Verbum* ejusdem *est repetitivum proximè nominati, & explicat personas ad quas se refert, in antecedenti oratione expressas.*

37 *Item indigitat classem personarum, à quibus relatio sumpta est.*

38 *Amplia, quando tali verbo additum reperitur cognomen illius familiæ, ad quam se referat.*

39 *Voluntas testatoris ex proprio loquendi usu declaratur.*

40 *Fideicommittens loquendo de familia sua in casu, quo ista supponenda foret extincta, intellexisse præsumitur de familia, quam artificialiter, & collective in defectum primæ ordinasset.*

41 *Proximitas nominati volita intelligitur, quando alter post sic nominatum in casu contraventionis, seu delicti de familia testatoris vocatus reperiretur*; amplia, ut in num. seq. & 43.

42 *Substitutio accessoria à prima vocatione desumitur.*

43 *Linea remotissimà non præsumitur vocata in præjudicium filiorum innocentium vocati delinquentis, & propter delictum exclusi.*

44 *Proximior in gradu familiæ ipsius fideicommittentis non dicitur vocatus ad exclusionem proximioris respectu gravati, quando ille in tota sua dispositione nullam de primodicta familia mentionem fecisset, sed tantum de masculina, & artificiali nominanda in primæ defectum*; declara, ut in num. sequenti.

46 *Declaratio testatoris quando est clara, omnibus aliis interpretationibus præfertur.*

47 *Dispositiva dubia nullum certum præbet argumentum.*

48 *Provisio suppletivæ vocationis dicitur à fideicommittente facta, quando iste in defectum primivocati, vocandos designavit, & de qua familia progredientes*; declara, ut in num. 49.

50 *Substitutio subsequens ab antecedenti declaratur.*

51 *Verba licet generaliter prolata, semper ad causam expressam referuntur.*

52 *Fœminæ remotiores à fortiori exclusæ dicendæ sunt, quando proximiores fœminæ, & magis dilectæ testatori excluderentur.*

53 *Nominatio hæredis diù ab intercesse habere valentibus approbata, valida præsumenda est, præsertim favore possessoris bonæ fidei, & ex quibus actibus in acta serio secutis dicatur ratificata.*

DECISIO MCLXVI.

Cupientes conservationi dignitatis, & Status eorum agnationis, & familiæ masculinæ de Capizucchis, ac illius perpetuitati, & propagationi providere Marchio Camillus, & Marius Germani Fratres, per contractum donationis exaratæ de anno 1597. Primogenituram instituerunt super Castris Catini, & Podii Catini tunc possessis, aliisque bonis ab ipsis imposterum acquirendis, quam Primogenituram in primis deferri voluerunt ad Paulum alterum ex filiis Marii ejusque filios, & descendentes masculos, servato semper ordine Primogenituræ; eundemque ordinem servari voluerunt deficiente linea Masculina Pauli in linea Roberti, & Marcelli Fratrum dicti Pauli, eorumque filiorum, & his deficientibus in lineis Blasii, & Horatii Fratrum ipsorum donantium, & horum linea deficiente in filiis, & descendentibus naturalibus.

Si verò defecissent omnes prædictæ lineæ, voluerunt admitti ad successionem -- *Filios descendentes ex persona à dicto Domino Paulo, seu ejus Fratribus, vel eorum descendentibus prædictis eligenda, & nominanda, de familia tamen masculina de Capizucchis si superfuerit, sin autem de Familia etiam extranea, sed conjuncta in consanguinitate ipsorum DD. de Capizucchis ejusdem sic Eligentis, seu Nominantis arbitrio, ordine primogenituræ semper servato, ut supra* -- Et quoniam jusserunt, quod *Filii, Nepotes, & Descendentes ex linea Personæ de familia extranea nominandæ &c. non possint succedere, &c. nisi priùs Cognomen, & insignia ipsius Domus, & Familiæ de Capizucchis susceperint, eisque utantur &c.* hinc etiam disposuerunt, quod casu, quo nominatus contraveniret eorum voluntati respectu assum-

sumptionis cognominis, & insignium, successio devolueretur -- *Ad proximiorem in gradu Familiæ ipsorum Dominorum Donatorum.*

Quod si tandem Paulus, aliique omnes vocati, & eorum ultimus desecisset sine descendentibus, itaut illorum linea masculina extincta fores -- *Nulla facta nominatione Personæ, ut suprà expressum est; in talem casum, & eventum*, vocati fuerunt -- *Filii masculi legitimi, & naturales, & in defectum legitimorum naturales tantùm ex linea Æmilii quondam Cencii de Capizucchis, illorumque Filii, & descendentes, jure Primogenituræ, ut suprà semper servato* -- Et nullo ampliùs ex hac quoque linea existente dispositum fuit, quod -- *Succedat proximior in gradu de Familia masculina de Capizucchis cum ejus Filiis, Nepotibus, & Descendentibus in infinitum eodem ordine Primogenituræ.*

Contigit autem quod sicut plerumque humana consilia fallit eventus, ità tot vocationum series citò defecerit; nam Paulus Primus Primogenituræ Possessor reliquis post se Francisco Filium susceptum ex Hortentia Mariscotta, Franciscus verò nullos habuis liberos, itaut illi, nullo superextante de Familia masculina Capizucchia, opus fueris utendo facultate per Donatores attributa nominare personam in Primogenituræ successuram; consultis propterea Primariis ejus temporis Juris Consultis, ut constat ex *Card. de Luca de Fideicommiss. disc. 50., & ex Rodulph. alleg. 73.*, devenis sub anno 1670. ad nominationem in personam Co: Alexandri Marescotti sui Fratris Consobrini, utpotè in quo Donatorum voluntas in casu isto servanda verificabatur, & hic assumpto Cognomine, & insignibus Familiæ Capizucchiæ pacificè quousque vixit Primogenituram possedit, in eaque postmodum continuavit D. Co: Marius ejus filius natu minor, dum primo natus cooptatus fuit in Familiam Ruspulam, & secundogenitus continuavit in Familia Marescotta.

Donec insurrexit D. Hieronymus Columna de linea Æmilii Capizucchii supra memorata prætendens nullitatem prædictæ nominationis spatio jam annorum 50. circiter observatæ, & judicium instruxit coram A. C. de Gentilibus petens immissionem ad Bona Primogenialia, quia tamen in sua instantia succubuit, & prodiit sententia absolutoria Comitis Marii; hinc ascendit causa per appellationem ab eo interpositam ad nostrum Auditorium, eaque mihi commissa, dedi dubium -- *An sit danda immissio* -- in cujus resolutione, licèt DD. concordes non fuerint in Audientia die 15. Januarii proximè præteriti, hodiè tamen reassumpta causæ discussione, & medullitùs iterùm inspecta, & cribata Donationis littera, rescripserunt reproposito dubio -- *Negativè.*

1 Deficere siquidem visus est D. Hieronymus Actor in principali fundamento suæ intentionis; in vocatione scilicet ad succeshonem in controversa Primogenitura, itaut rectè contra ipsum exciperet D. Com: Marius Possessor filius Alexandri ad eandem Successionem nominati per Franciscum ultimum masculum ex descendentia Pauli primò vocati vulgarem regulam, substitutio, seu dispositio de re non loquitur, quam toties approbavis *Rota decis. 524 num. 3., & decis. 535. num. 2. par. 18. recent., in Bonon. Fideicommissi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Cæterum coram Reverendissimo P. D. meo Aldrovando cum aliis in Romana Primogenituræ 23. April. 1717. §. Non quidem coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Et quamvis contenderet exindè suam desumere posse vocationem, quod nominatio facta per Franciscum de persona Alexandri Marescotti fuerit nulla, quia hic non esset de eo Personarum genere, quas Donatores in votis habuerant capaces fore ejusdem nominationis, & è contra ipse consentaneè ad voluntatem eorumdem Donatorum nominandus fuisset, proindeque in præsenti admittendus foret, vel ex quo sublata de medio nominatione nulla, venerit casus substitutionis tunc factæ, quoties decessisset ultimus de familia Pauli, aliorumque vocatorum non facta nominatione, in qua substitutione ipse D. Hieronymus se comprehensum prætendit, cum sit de linea Æmilii Capizucchi; vel ex quo, cum sit unicè capax electionis explendæ juxtà leges præscriptas à Conditoribus Primogenituræ haberi debeat pro nominato jam, & electo. Attamen hic ejus conatus inutilis statim exindè reddebatur, quòd imò constabat rectè per Franciscum fuisse electum Co: Alexandrum, utpotè quia in isto concurrat omnis qualitas in eligendo à Donatoribus requisita.

2 Quando quidem disposuerunt isti, juxtà donationis verba supra relata, quod eligenda foret persona -- *De familia masculina de Capizucchis, si superfuerit; sin autem etiam de familia extranea, sed conjuncta in Consanguinitate ipsorum DD. de Capizucchis, ejusdem sic eligentis, & nominantis arbitrio* -- Certum autem est, quod purificato casu faciendæ nominationis per Francisci obitum sine descendentibus, defectis jam antea eodem modo aliis à Donatoribus vocatis, nullus aderas de Familia masculina, quodque Co: Alexander à Francisco nominatus, erat conjunctus in consanguinitate DD. de Capizucchis; ideoque nominatio de eo facta omninò conformis dici debet eorumdem Donatorum voluntati, ut in similibus terminis aliàs dixit *Rota in Romana Fideicommissi de Mutinis apud Torr. de Primog. Ital. dec. 60. num. 3., & decis. 44. nu. 4, & seqq. apud Card. de Luca de Fideic. lib. 10. tom. 2.*

Nec sustineri posse visum est, quod Alexander esset tantummodo Affinis, non verò etiam consanguineus Familiæ Capizucchiæ, & Fran-

3 & Francisci nominantis. Quippè quia Alexander prædictus natus fuerat ex Sfortia Marescotto, Franciscus verò ex Hortensia Marescotta germana sorore ejusdem Sfortiæ, & Uxore Pauli Capizucchi; undè inter se illud habebant consanguinitatis vinculum, quod à jure civili statutum est inter filios Fratris, & filios sororis, qui, licet vulgò Consobrini appellentur, propriè tamen sunt fratres Amitini, & cum verè, & propriè illi
4 tantum dicendi sunt consobrini, qui nascuntur ex duabus sororibus quasi consorini; hoc verò vinculum hujusmodi filios Fratris, & filios Sororis quarto Cognationis, seu Consanguinitatis gradu secundum jus civile coniungit, ut videre est in literali *Textu in l. prima § Quarto gradu ff. de gradib. affinit.*, ubi Cajus Juriconsultus enumerando septem Cognationis gradus sub *allegat.* §. *Quarto gradu*, ità inquit in fine. *Item Amitini, Amitinæ, idest qui, quæve ex Fratre, & Sorore propagantur, sed vulgus ferè omnes istos communi appellatione Consobrinos vocat*, & concordat *Paulus in leg. Jurisconsultus* 10. §. *Illud notandum*, & §. *Matertera* ibi -- *Ex Fratre autem, & Sorore Amitinos, Amitinas ff. eod.*, & *Imperator in* §. *Quarto gradu instit. de grad. cognat.* ibi -- *Qui ex Fratre, & Sorore Progenerantur Amitinos propriè dici*, ibiq; DD. communiter.

Solùm idcircò vinculum affinitatis non erat inter Franciscum nominantem, & Alexandrum nominatum in casu nostro, quia
5 etsi propter nuptias nascatur affinitas inter Uxorem, & Consanguineos viri, & è contra juxtà *Textum in l. non facile quarta* §. *Affines ff. de gradib. affin.*, itaut Hortensia Marescotta uxor Pauli Capizucchi affinis tantummodo fuerit Fratribus, cæterisque Consan-
6 guineis Pauli ejus viri, qui pari modo vinculo affinitatis tantum jungebantur Hortentiæ, ejusque Consanguineis, juxta ea, quę explicando dictum *Textum tradunt Bart. ibidem vers. nota utrum dicatur affinis mihi, Gonzal in cap. 1. de consanguinit.*, & *affin. n. 5., Barbos. ibidem num. 11.*, & 12., *Verd. in instit. tit. de nupt.* §. *Affinitatis limm. 16. num. 28.*, *Gentil. de nupt. lib. 1. cap. 12. per tot.*, & *Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 67.*
7 *num.* 2., tamen diversimodè res procedit quoad filios, & descendentes in progressu temporis procreatos; nam istorum respectu vinculum illud, quod in primo ingressu fuit simpliciis affinitatis, transit in consanguinitatem, & ideò nati ex Fratre in sua Familia, & nati ex Sorore in alia, quarto inter se consanguinitatis gradu coniuncti sunt, juxta superius relata jura, & alia penes *Cost. de affinit. num. 1. vers. ad secundum*, *Covarr. de Sponsal. par. 2. cap. 6. §. 7. à nu. 1. cum seqq.*, *Sanchez dicto lib. 7. disp. 64. nu. 1.*, & *DD. communniter in cap. 1. de Consanguinit.*, & *affinit.*, & *precipuè Barbos. num. 9.*, & 10., & *Gonzal. n. 5.*, & *Fagnan. cap. 5. num. 5. eodem titulo.*
8 Sicut pariter vinculum illud consanguinitatis promiscuè verificabatur tam respectu Francisci erga Alexandrum, quam respectu Alexandri erga Franciscum, non autem ità scindibile erat, ut Franciscus Capizucchius natus ex fœmina Marescotta esset consanguineus Alexandri de eadē familia Marescotta; at non sic Alexander quoad Franciscum; Conjunctio enim quęcumque, sive affinitatis, sit, sivè consanguinitatis à duobus componitur extremis sese attingentibus unica relatione, & propterea dari non potest in uno, quin æquo jure detur in altero, ut de se patet, & elicitur etiam ex *Textu in* §. 1. *in fin. instit. de legitim. Agnat. tutel.* ibi -- *Invicem tu illi eodem jure Coniungeris*, & *in l. 1.* §. *Sciendum ff. de suit*, & *legit.* ibi -- *Inter se connexi sunt* -- prout etiam pari jure contracta cum Francisco censeri debet contracta cum Familia Capizucchia. Quia si nominationis tempore Familia repræsentabatur à dicto Francisco ultimo masculo Agnato, nec non à Cardinali Raymundo, & Sororibus de Capizucchis, utique Alexander istorum consanguineus, Familiæ consanguineus
10 dici debuit, neque erat necesse, quod esset Familiæ consanguineus, nisi de tempore tacitæ nominationis, seu purificatę successionis, ad *Text. in l. intervenit illa quæstio* 52. *ff. de legat. præst.*, *l. si cognati* 19. *ff. de reb. dub.*, & *l. non oportet* 52 *ff. de legat.* 2.

Ad quæ omnia comprobanda ponderan-
11 dum est, quod inter hujusmodi genus Personarum, Amitinos scilicet, & Amitinas matrimonia contrahere permissum non est, quia resistit ipsis impedimentum consanguinitatis secundum computationem juris Canonici in secundo gradu, ex *Text. in cap. tua nos de Consanguin.*, & *affinit.*, & *in cap. non debet eodem tit. in l. nuptiæ* 53. *ff de nupt.*, & *l. lucesta* 52. *ff. de rit. nupt.*, *Gonzal. in dicto cap. non debet num.* 3., *ibique Barbos. nu* 3., & *Fagn num.* 16., & *optimè Tiraquell. in* 6. *l. connub. gloss. 1. par. 7 num.* 44., quodque
12 in defectum consanguineorum propinquiori gradu attinentium unus Amitinus succedit alteri ab intestato, per *Text. in l. avuncula* 6. *C. commun. de success.*, & *auth. post Fratres Fratrum Cod. de legitim. hæred.*, & latè docent scribentes *in instit. sub tit. de success. cognat.* §. *fin.*, & præsertim *Myusinger. nu. pariter fin.*, & *Arnold. Vinn num.* 4. *tit. de Success. lateral.*, *Cujac. consult.* 23. *ferè per tot.*, & *Barri; de Success. lib.* 18. *tit.* 3. *num.* 6. *circa fin.*, signum evidens, quod invicem consanguinitate juncti sunt, non verò sola affinitate, quia *affinitatis jure nulla successio permittitur*, sunt verba *Text. in l. 7. C. commun. de Success.*

Nullatenus relevante responsione, quod etsi concurrat aliqua inter Alexandrum, & Franciscum, seu Familiam Capizucchiam consanguinitas, adhuc tamen illa non sit ejus speciei, quam Donatores requisiverunt, ex quo isti intellexerint, vel de consanguinitate ducta ex fœmina Familiæ Capizucchiæ nuptæ in alia Familia extranea, per quam

quam Sanguis Capizucchius in ejusdem fœminæ descendentes derivatus sit, vel de tali consanguinitate, propter quam persona eligenda, vel nominanda coniuncta esset ipsis Donatoribus; in utraque enim assertione D. Hieronymus habet contra se juris nostri Regulas, quibus quoad primam docemur, quod
13 licet de jure antiquo divideretur consanguinitas in civilem complexivam masculorum Agnatorum dumtaxat, & naturalem comprehensivam omnium Cognatorum quoquomodo,& per quamcumque Fœminam Consan-
14 guineorum, adeout juxtà tale jus antiquum, primarium in successionibus locum obtinerent consanguinei civiles, hodiè tamen
15 postquam à jure justinianæo sublata fuit differentia sexus, & consequenter etiam Agnationis,& Cognationis una tantum est consanguinitas æquali jure capiens tam Agnatos,
16 quam Cognatos, inter quos successionis ordo non aliter regulatur, quam à gradu, & prærogativa gradus,juxta *Text.in auth.post Fratres C.de legit. hæred.* §. *Hit autem*, §. *illud*, §. *Si verò Auth. de hæred. ab intest. venien.*, quos io proposito exponunt *DD. in instit.*, *& præsertim Oynot lib.3. tit.5. de Success. later.nu.2. ibidemque Verd.lemm. 18. num.88 cum aliis in Carpen Donationis 18. Junii* 1706. §. *Nec dictum verbum cor.*
17 *bon. me. Molines*. Quo verò ad secundam promptior regula esse non potest, quam quod ubi sublimitur, seù vocatur aliquis de Pareotela, seu consanguinitate, veniàt Consanguineus respectu ultimi gravati, & non gravantis, de qua plenè *Rot. decis.* 21. *n.t.*, *& seqq.*, *& decis.*35. *num.pariter* 1. *& seqq. cor. fa. mem Alex. VIII.*, *in Romana Fideicommissi Vannotiæ Pontianæ* 3. *Martii* 1692. §. *Etenim coram bo. me. Molines*, *& in Spoletana Fideicommissi* 7. *Maii* 1717. §. *Suppositum cor. bo.me. Ansaldo.*
18 Esset itaque opus, ut ab ipso D. Hieronymo regulas habente contra suas propositas assertiones concludentibus argumentis, & demonstrationibus verificaretur contraria Donatorum voluntas, ut monet *Rot. dec.* 15. *num.*10. *coram Cerro, decis.*52. *num.*2. *coram Emerix Jun.*, *& in Spoletana Fideicommissi* 3. *Decembris* 1708. §. *Nequid quam coram*
19 *Me*; nam alias re in ancipiti positis, nec à regulis, nec à verborum proprietate receditur, ut io specie dixit *Gam. dec. lusit.* 7. *in fin.*, *& firmat Rot. dec.*406. *num.*6. *coram Priolo dec.*12. *num.* 11. *cor. Zaratt.*, *& in Balneoregien. fideicom.* 6. *Februarii* 1708. §. *Et licet*, *& in confirmatoria* 14. *Januarii* 1709. §. *Idcò coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto.*

Porro hujusmodi voluntatem triplici ex parte Donationis ille desumere intendebat, ex parte scilicet *Dispositiva*, in qua data fuit ultimo decedenti sine descendentibus facultas nominandi, *Controversionali*, seù pœnali, in qua fuit indicta caducitas nominato, qui juxta Leges præscriptas Cognomen, & insignia Familiæ non assumeret, & *Suppletiva*, in qua dato casu, quod ultimus Agnatus ex quinque lineis statuto ordine vocatis decederet nulla facta nominatione sibi de Successore in Primogenitura providerunt eius Conditores vocando filios, & descendentes masculos ex linea Æmilii; DD.
20 vero cujusque partis distinctum examen aggredientes, quantum attinet ad *Dispositivam* repetebant illam coaceptam esse per verba -- *Casu quo linea masculina eiusdem Pauli*, *& aliorum supradictorum extincta foret, tunc in supradictis Castris succedant Filii descendentes ex Persona à d. Paulo,seù eius Fratribus &c. nominanda, de Familia tamen masculina de Capizucchis si superfuerit, sin autem etiam de Familia extranea, sed coniuncta in Consanguinitate ipsorum D D. de Capizucchis,eiusdem sic eligentis*, *& nominantis arbitrio &c.*-- In quibus sanè verbis nulla restrictio inest Consanguinitatis ad illam contractam potius ex descendentia à fœmina Capizucchia, quam latiori modo aliunde contractam; neque ad eam, quæ attineat potius ad Donatores, quam ad ultimum Eligentem, nàm quid-
21 quid secus esset,si Conditores Primogenituræ directè vocassent sibi successurum Proximiorem, vel Consanguineum, in quibus terminis intrat inspectio coniecturarum, ex quarum efficacia censeri potest volita potius proximitas, & consanguinitas Gravantis, quàm gravati, & in quo casu loquuntur omnes allegatæ pro D, Hieronimo auctoritates,
22 utique, cum simus in casu, in quo data fuit à Donatoribus facultas ultimo gravato eligendi, & nominandi Personam coniunctam in consanguinitate, non est amplius regula pro Consanguineis Gravati in linea simplicis præsumptionis, sed induit specimen certæ
23 Donatorum voluntatis,quia cum genus permissivum, & facultivum magis latè pateat, & benigniorem admittat intelligentiam, quam genus simpliciter vocativum ex doctrina *Cuman. in L. unam ex familia in princip n.*3. *ff. de leg.* 2., *Surd. cons.* 247. *n.*5., *Castill. contr. Iur. cap.* 67. *n.* 18., *& seqq. lib.*5., *& Rota dec.* 60. *num.* 8. *post Torr. de Maior.*
24 Hinc hujusmodi facultatem ultimo gravato largientes, Consanguineos istius videntur præ oculis habuisse juxta ea, quæ ponderant *Vasquez de success.progress. lib.* 3.§.26. *n.* 11. *circa med.*, *Molin. de Primog. Hisp. lib.* 3. *cap.* 9. *n.*1., *Rota dec.* 72. *n.*2. *vers.*4. *p.* 1. *divers. dec.* 21. *n.* 8.9. 13., *& seqq.*, *& dec.*35. *n.*8 *pariter*, *& seqq. cor. Ottob.*, & in puncto firmat eadem *Rota in Bonon. de Mulettis dec.* 682. *n.*3., *& dec.*744. *sub n.*8. & 9. *coram Buratto.*

Eæque sunt hujus opinionis præcipuæ
25 rationes à Sac. Rota in his decisionibus ponderatæ, quod si facultas eligendi collata fuit in tempus valde remotum, nil verosimilius, aut certius est, quàm quod Testatores ad gravati Consanguineos respexerint, quia post mille annos eveniente casu electionis, impossibile esset invenire proximita-

tem

tem gravantis, ut ex Molin. de Primogen.
cap. 9. n. 13. lib. 3. inquit d. dec. 744. nu. 8.
in fin. cor. Buratto, et easdem Buratti de-
cisiones approbando dec. 21. n. 13., et 14., &
dec. 35. n. 6., et 7. cor. Ottob. dec. 478. n. 9.,
et 14. p. 18. rec., et in Romane fideicommissi
Vannotię Pontianæ 3. Martii 1692. §. Mul-
toque minus cor. bo. me. Molines, et in Ve-
literne Primogenituræ 26. Novembris 1703.
§. Ex Juris cor. bon. me. Caffarello; quod-
26 que sicut gravantes hujusmodi facultatem
ultimo gravato impertiti, voluerunt fidel-
commissum acquiri non ex voluntate Testa-
toris vocantis, seu substituentis, sed ex ar-
bitrio gravati eligentis, ita hoc idem arbi-
arium videtur magis congruere Consangui-
neis eligentis, utpotè ipsi cognitis, & di-
lectis, quam remotissimis Consanguineis Te-
statoribus à longævo tantum tempore, &
gradu coniunctis, ut egregiè arguit Altogr.
Seu. cons. 92. n 28., et seq. lib. 2, & probat
Rota dec. 60. n 8. post Torr. de Maior., &
apud Card. de Luc. de fid. lib. 10. tom. 2. de-
cis. 44. n. 3. 6., et seq., in Romana fideicom.
de Zeffiris 27. Iunii 1609. §. Nec illimite-
tam, et seq. cor. clar. me. Card. de la Tre-
moille, et in Carpentorateen. Primogeni-
turæ 25. Iannarii 1706. §. Absque eo quod
cor. bo. me. Kaunitz.

Utraque vero isthęc ratio apprimè con-
27 gruit casui nostro, quia Donatores electio-
nem priùs ultimo gravato non permiserunt,
quàm extinctis jàm quinque lineis tàm legi-
timis, quàm naturalibus antea vocatis de
Capizucchis, quas sane multiplices lineas
credere dubio procul illi potuere, quod es-
sent longissimo tempore, pluribusque sæcu-
28 lis duraturæ. Facto vero casu faciendę no-
minationis, illam in eiusdem sic eligentis, et
nominantis arbitrio reposuerunt, & genus
Personæ nominandę explicando usi fuerunt
verbis amplis, & effrenatis, videlicet de Fa-
milia etiam extranea coniuncta tamen in
Consanguinitate &c., quando tamen valuis-
sent, si ita voluissent facilimè exprimere,
consanguinitatem ductam ex fæmina Capi-
zucchia, vel à semetipsis eo modo, quo in
aliis substitutionum gradibus signatas, & cer-
tas personas expresserunt, quod si non di-
xerunt, signum evidens est, & apertum ju-
dicium, quod coarctare præmissum arbi-
trium noluerunt, sed ad quodcumque Con-
sanguineorum genus placito eligentis ex-
tendi posse permiserunt, per Text. in L. Pau-
lus respondit ff. rem rat. haber., et L. quę-
dam in princip. ff. de reb. dub., Rota dec. 163.
n. 3. cor. sa. me Greg. XV., et in Firmana
annuæ præstationis super emolumento Salis
14. Iunii 1709. §. fin. cor. Reverendissimo P.
D. Aldrovando.

Redditur item multo certior hæc dona-
torum voluntas, si maturius perpendantur
verba illa, quibus usi sunt, ut personam
eligendam demonstrarent de Familia etiam
extranea, cum namque dictio illa ETIAM
29 sit augmentativa, & ampliativa, & sic com-
prehedat de sui natura duas difformes spe-
cies, quarum unam explicat, & alteram
virtualiter includit Gratian. discept. 60. n. 1.
Amat. dec. March 1 n. 26., Rota dec. 239.
n. 5. cor Bich. dec. 315. n. 30. p. 14., et dec.
98. n. 8., et 9 p. 17. rec., et in Romana hæ-
reditatis, seu reintegrationis super quarta
dotali 5. Maii 1717 §. Tantum cor. R. P. D.
meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.
30 Hinc idem est posse ultimum vocatum eli-
gere Personam de Familia etiam extranea,
ac posse eligere Personam tàm extraneam,
quàm non extraneam; persona autem con-
31 sanguinea de Familia non extranea, verè,
& propriè esset descendentis per fæminam
Agnatam, cum hæc dicatur de Familia Testa-
toris, & veniat appellatione familiæ, Text.
est in l. fin. cod. de verb., et rerum signific.
& probant Molin. de Primog. Hisp. lib. 3.
cap. 4. n. 4., Lar. dec Granaten. 34. n. 48.,
Rota dec. 101. n. 13. p. 6. Ut igitur verifice-
32 tur ampliatio illa à Donatoribus expressa
per verbum etiam, quæ non cadit, nisi in-
ter diversa, & quorum unum sit majus alte-
ro, juxta deducta dec. 156. n. 10., et 11. ibiq.
Add. n. 18. cor. sa. me. Innoc. X. decis. 361.
n 3. p. 18. rec., et in Bonon. fideicommissi de
Rossenis 17. Martii 1701. §. Probata coram
33 bon. me. Muto, necesse est concludere, quod
intellexerint de consanguinitate Familiæ ex-
tranee, & sic inducta per Fæminam non
Agnatam, aliàs prædicta ampliatio inutilis
fuisset, & frustratoria, quod dicere est ab-
surdum improbatum ex Text. in L. si quan-
do 108. ff. de leg. 1., dec. 478. n. 6. p. 18., et
dec. 85. n. 9. p. 19. rec.

Absque eo quod contrariam intelligen-
tiam pręseferre valeat animadversio, quod
Donatores restrictivè potius loquti sunt de-
signando Consanguinitatem respectu ipso-
rum DD. de Capizucchis, qua coniuncta es-
se deberet Persona etiam extranea nominan-
da, itaut propterea videri debeant admi-
sisse ad facultatē nominandi eas tantum per-
sonas, quæ licet essent de Familia extranea,
forent temen coniunctę Consanguinitate ip-
sis Donatoribus; quoniam cum facultas no-
34 minandi concessa fuisset Paulo, seu eius
fratribus, vel illorum descendentibus prædi-
ctis, itaut omnes eamdem haberent in po-
tentia facultatem, sed exercitium ultimo
tantum ex eis reservatum esset juxta distin-
ctionem inter potentiam, & exercitium, de
qua in Romana Fideicommissi 22 Febrarii
1727. §. fin. cor. R. P. D. meo Cerro 22. Iu-
nii 1718. §. Minusque cor R. P. D. meo Cris-
po, et 28. Aprilis superioris anni, §. Quoad
35 cor. R. P. D. meo Errera; ideo retento
themate plurium, quibus ista potentia tri-
buta fuerat, loquuti sunt Donatores de plu-
ribus, sed statim verbis illis ipsorum de Ca-
pizucchis alia adiunxerunt eiusdem sic nomi-
nantis, et eligentis arbitrio, itaut pateat,
quod vocabulum ipsorum usurpatum ab illis
fuit in sensu distributivo illius personę, quæ
nominare debebat, sic resolvendo pluralita-
tem

tem in opportunam, & congruam singularitatem, ex notatis *in decis. 69. num. 6.*, *& num. 7. post Vrceol de transact. decis. 420. num. fin. cor. Merlin. dec. 1213. n. 17.*, *& seq. coram Emer. Jun*, *& in Perusina fideicommissi 21. Martii 1710. §. Neque diversimodè*, *& §. Præcipuè*, *confirm. 30. Januarii 1711. §. Præcipuè quia coram R. P. D. mea Crispo.*

Hic intellectus influens de cetero in præ-
36 senti themate non ad excludendum Donatorum proximum Consanguineum, aut eorum Descendentem, sed remotissimum transversalem Donatoribus coniunctum in octavo gradu per duplex medium fœmininum, in concursu coniuncti ultimo defuncto in quarto gradu, inde certior reddebatur quod Primogenituræ Conditores restringendo ad singularitatem arbitrium eligendi, usi sunt illo adiectivo *eiusdem*, quod sicut est repetitivum proximè Nominatorum, ita personas explicat in antecedenti oratione, ad quam se refert expressas, *Rodulph. alleg. 10. n 4.*, *Rot. dec. 263. n. 6. cor. Merlin., dec. 642. n. 17. p. 19. rec.*, & propterea argu-
37 mentum præbet quod eodem modo, ac illud repetit ultimum eligere debentem, sic eandem personarum classem indigitent alia verba *ipsorum DD. de Capizucchis*, à quibus relatio sumpta est, ut arguunt *Surd. cons. 370. n. 16.*, *Fusar. de substit. qu. 484. n. 63. et seqq. Rot. cor. Celso dec. 260 n. 12*, *et decis. 21. n 8. cor. fa. me. Alex. VIII.*, maxi-
38 me quia addiderunt dictioni *ipsorum* cognomen *de Capizucchis*, quod si de semetipsis loqui inhibi fuissent, erat superfluum, & non ita quoad gravatos, & Successores, quibus magis aptè congruebat generalitas cognominis, ut in proposito advertit *Rota dec.*
39 *65. n. 19. cor. Cerro.* Ac de facto toto Instrumento donationis perlecto, nunquam ipsi Donatores huiusmodi denominatione alibi usi sunt, sed semper illa *Fratrum*, *vel Donatorum*, quod pariter ad declarandam eorum voluntatem ex proprio loquendi usu valde confert, *Rota decis. 50. num. 21. cor. bon. me. Ansaldo*, *& dec. 16. n. 4. p. 8.*, *& dec. 3. n. 18.*, *& 19. p. 19. rec.*

Hactenus in parte fuimus dispositiva, sed
40 ne quidem suffragari valuit D. Hieronymo pars altera *contraventionalis* ex eo quod Primogenituræ Conditores inibi disposuerint, quod si caducitatem nominatus incurreret, non utendo cognomine, & insignibus de Capizucchis, succedere debeat *alius post sic nominatum proximior in gradu familiæ ipsorum DD. Donatorum*, ideoque ex illa dicendi formula, & signanter ex illis verbis *alius post sic nominatum proximior* ostendere voluerint, quod appellatione Personæ, quæ esset de familia extranea, sed *coniuncta in Consanguinitate ipsorum DD. de Capizucchis*, intellexerunt de Consanguineo Familiæ ipsorum Donatorum, qualis non erat Alexander à Francisco nominatus.

Animadvertebant enim DD., quod sicut de tempore nominationis debebat esse totaliter extincta universa familia Donatorum, in cuius defectum collata fuit facultas nominandi in ultimo Gravato, ita tempore contraventionis alia adesse non poterat Donatorum Familia, quàm ex nominato artificialiter, & allectitiè renovata, & proindè loquentes Donatores de Familia sua isto tempore, ut ostendit casus excogitatus ab ipsis circa caducitatem nominati, nequaquā intelligere potuerunt de familia sua propria & effectiva, quæ supponebatur extincta, sed de familia sui Hæredis, seu Nominati, quæ per coaptationem, & nominationem cum assumptione Cognominis, & insignium effecta fuerat una, & eadem cum illa ipsorum Donatorum, iuxta quæ in proposito notarunt *Peregr. de fideicom. art. 20. n. 9.*, *Mantic. de coniect. ult. vol lib. 8. tit. 12. nu. 39.*, *Rot. dec. 72. n 2.*, *& seqq. par. 2. divers. decis. 979. n. 9.*, *& dec. 1335. n. 11. coram Emer.*
41 *Jun.*; ideo, si in casu contraventionis debebat succedere *alius post sic Nominatum proximior in gradu Familiæ Donatorum*, per quæ verba videtur volita proximitas Nominati, cum ordo gradualis regulariter non verificetur, nisi de proximiore ultimi Gravati, ut dictum fuit *in Senogallien. fideicommissi 21. Ianuarii 1715. §. Si verò cor. bo. me. Ansaldo*, *& 14 Februarii 1716. §. Videbatur cor. R. P. D. meo Cerro*, *& prius dec. 21. n 10 cor. Ottob*; utique iste alius esse non poterat, nisi filius contravenientis, vel alius Descendens magis proximus eidem contra-
42 venienti, non solùm ad hoc, ut pars ista dispositionis conformis sit aliis partibus, in quibus uno vocato, vocati fuerunt eius Filii, Nepotes, & Descendentes, iuxta regulam in substitutionibus accessoriis sumendam à prima vocatione, de qua *Rodulph. alleg. 179. n. 9.*, *Rot. dec. 272. n. 7.*, *& seq. coram Burat. dec. 893. n. 6. & seq. cor. Cocc.*, *& dec. 105.*
43 *n. 4. p. 5. rec.* Verùm etiam ne videantur Donatores in humanitatis vitium incurrere privando propter Parentis contraventionem filios innocentes, eique in exclusionem eorumdem filiorum Successorem quærendo in alia linea probabiliter remotissima, quod omni interpretatione declinandum est, *Peregr. de fideic. art. 14. n. 48.*, *Magon decis. Flor. 91. n 31.*, *Rot. in Firmana Immissionis 13. Maii 1715. §. Hucusque cor. R. P. D. meo Falconerio.*

Non attentis iis contrariis argumentis, ex quibus Donatores non de Filiis, aut Descendentibus Contravenientis intellexisse prætendebatur, sed de Consanguineis ipsorum Donatorum, mediante aliqua Fœmina Ca-
44 pizucchia; quatenus enim asserebatur, quod licèt illi extinctam putaverint de tempore contraventionis eorum Familiam Masculinam naturalem, non verò familiam Agnativam, fuit propterea illa verba *proximior in gradu Familiæ ipsorum Donatorum*, de huiusmodi Familia intelligenda sint, non verò facienda relatio ad Familiam Civilem, & ar-

& artificialem; occurrebat responsio, quod
Donatores in tota ipsorum dispositione de
ista Familia Agnatitia nullam fecerunt men-
tionem, sed de Familia duntaxat propria
Masculina, & de Familia artificiali Nomi-
nandorum; unde dum haberi potest juxta
præmissa eorundem verborum explicatio,
mediante relatione ad unum ex his Familiis,
& præcisè ad artificialem à Donatoribus
vocatam, & consideratam in donatione, non
erat extra vagandum, & quærendum extra
ipsam dispositionem, de qua alia non ex-
pressa potuerint intelligere, *Rot. decis.36.
n.67., & dec. 231. n.51. cor. Cerro, & decis.
620. n 19 p 19. rec.*

45 Quatenus itidem substinebatur, quod vo-
catio proximioris sit volita in ista substitu-
tione eo tantum casu, quo Donatorum volun-
tati contravenissent omnes Descendentes à
Persona per ultimum de Familia Masculina
nominata, quæ quidem Persona, & qui Des-
cendentes erant ipsi de Familia allectitia,
& artificiali, & consequenter non potuissent
dici sub dicto nomine Proximioris de Fami-
lia ad Primogenituram invitati, quia fuis-
sent sibimet ipsis substituti; objectum tolle-
bat littera ipsa donationis, quæ licèt præse-
ferat privationem omnium non assumentium
& gestantium Cognomen, & Arma de Capi-
zucchis, universalitatem tamen istam statim
restringit ad singularitatem, & ad Personam
illam, quæ Primogenituram tunc possedis-
set, & contra Donatorum voluntatem deli-
quisset, jubendo, quod *succedat alius post
sic Nominatum*, & ita literaliter explicat,
quod isti Nominato caducitatem indixerant
Conditores Primogenituræ, & isti non om-
nibus ejus Descendentibus eo casu dare vo-
46 luerint substitutum. Dum igitur habemus
hanc litteralem declarationē, quod uni, non
omnibus congruere debebat ista substitutio,
alia sanè non indigemus interpretatione,
*Bald. in auth.nisi rugati suo n.9. C. ad Tre-
bell., Rot.dec 2251. n 8. cor. Coccin., & de-
cis.425. n.2.p.18.rec.*

Omnibus tamen his, aliisque difficultati-
bus ex hac parte contraventionali deductis,
ea ulterius satis esse poterat generalis res-
ponsio, quod allegatur ad interpretandam
partem dispositivam, cum hic, & nunc in
casu Contraventionis non simus, sed præce-
dentis substitutionis Nominati ab ultimo de
47 Familia Masculina. Pro hujusmodi autem
effectu necesse esset, quod pars illa Contra-
ventionalis esset clara, & non admitteret
inspectiones altioris indaginis, & è contra-
rio clara dispositiva, imo etiam utraque du-
bia, nullum certum ex ea argumentum sumi
potest, ex deductis per *Card. de Luc. de fidei-
com. disc. 1. n.9. circa fin., Rot. in Romana
fideicommissi 24. Aprilis 1690. §. Non ob-
stat, & 10. Decembris 1691. §. Quoniam
cor. bon. mem. Molines, & in Melevitana
fideicommissi 20. Martii 1711. §. Ad exclu-
dendam cor. R. P. D. Crispo.*

Transeundo ex his ad partem *suppletivam*,
ad eam scilicet, in qua Donatores supplen-
do negligentiam ultimi Gravati in Nominan-
do, voluerunt succedere Lineam Æmilii
Capizucchii, ejusque Filios, & Descenden-
tes Masculos. Ex hac Testamenti parte ne-
quaquam inferri potest, quod Conditores
Primogenituræ voluerint præbere normam
nominare debenti circa genus ex quo seli-
gere deberet Personam nominandam, & in-
dicare, quod esse deberet de Sanguine ipso
48 Capizucchio. Quandoquidem distinguendi
sunt duo casus ab ipsis Institutoribus consi-
derati: primus est, quando supersunt Agnati
de Capizucchis ibi -- *de Familia tamen Mas-
culina de Capizucchis si superfuerit.* -- Se-
cundus est quando non superest alius de Fa-
milia de Capizucchis ibi -- *Sin autem de
Familia Extranea.* -- Primo casu fuit facta
provisio suppletivæ vocationis Descenden-
tium Æmilii, non verò secundo casu, quo
nullus alius superesset de Familia Capizuc-
chia, ut arguit in specie hujus Donationis,
*Rodulph. pro veritate consultus alleg.73. sub
n.11. vers. minus.*

49 Concurritque hujus intelligentiæ ratio,
quia si superessent Filii, seu Descendentes
Æmilii Capizucchii, non erat locus nisi pri-
mæ dispositioni, nec verificabatur secunda
concepta cum effrenato arbitrio Eligentis,
& per clausulam adversativam *sin autem* ex-
ponentem casum deficientiæ Familiæ de
Capizucchis; tantoque magis, quia casu
etiam quo non superesset amplius ullus de
Linea Æmilii dispositum fuit, *quod succe-
dat in Castris prædictis Proximior in gradu
de Familia Masculina de Capizucchis, il-
50 liusque Filii &c.*, ex quo evidenter confir-
matur sensus ille, quod provisio vocationis
lineæ Æmilii facta sit durante Familia Mas-
culina de Capizucchis, dum hæc ipsa Fami-
lia Masculina, Lineæ Æmilii substituitur
juxta regulam, quod antecedens substitutio
per sequentem optimè declaratur, ut inquit
*Rot. dec.217. n.10. cor. san. mem. Alex VIII.
dec. 948. n.8. cor. Card. Cerro, & decis.278.
n.18. p.18 rec.*

Haud obstante generalitate illa, qua rela-
tivè ad utrumque casum existentiæ Familiæ
Masculinæ de Capizucchis, & concursus
51 Extranei de Familia conjuncta in Consan-
guinitate facta videtur eadem provisio ibi
-- *nulla facta nominatione Personæ, ut su-
pra expressum est* -, quia cum verba ista
stent relativè ad Personam nominandam per
illam dictionem *ut supra*, non potest ex illis,
neque ulla generalitas, neque amplior intel-
ligentia desumi, quàm resultet ex supra ex-
pressis, *Rot. dec.88. n.12., & dec.139. n.35.
cor. Cerro, & dec.56. n.7. p.18. rec.*

Pro coronide, & tot argumenta deducta
52 pro vocatione illorum tantum Consangui-
neorum, qui Consanguinitatem ducerent ex
Sanguine sibi imbibito à Fœmina Capizuc-
chia, congrua ea quoque responsio visa est,
quod Primogenituræ Conditores habebant
sub oculis de tempore ipso conditæ Primo-
geni-

genituræ Lavinlam filiam Marii alterius ex ipsis, quæ etiam jam Filios fusceperat, & tamen neque de illa, neque de ejus Descendentibus in toto donationis instrumento ulla facta est mentio, quod manifestum indicium utique debet esse, quod post extinctam Familiam Agnatitiam, illi nullam particularem habuerunt affectionem erga Descendentes ex propriis Fæminis, sed contenti fuere, quod Persona eligenda conjuncta qualitercumque foret cum eligere debentes; si autem non habuerunt talem particularem affectionem erga Descendentes à propriis filiabus, multò minus dicendum est illam habere voluisse (ut contenditur ex præadductis argumentis) erga Descendentes à Fœminis remotioribus, ac penitus incognitis, de diversis lineia, ut arguunt in proposito *Menoch. conf.* 436. *n.*10., *Peregr. de fideicom. art.*25. *sub nu.*27., *Manf. consult.*198. *n.*17., *Rot. dec.*300. *n.*6. *cor. Durano, dec.*232. *n.*12 *p.*19. *rec.*, *& in Ravennaten. Manutentionis* 28. *Aprilis* 1719. §. *Licet cor. Me.*

53 Cæterum eo facilius DD. respondendum censuerunt pro D. Comite Mario, quia licèt ex præmissis res omino sit in tuto, & illius jus de per se satis clarum, adhuc si per hypothesim aliqua superesset ambiguitas, tamen, & isto casu ejus favore inclinandum erat, dum agitur de actu jam consumato prævio plurium Juris Consultorum consilio, & signanter Rodulphini, & Cardinalis de Luca, ut supra dictum est, & tam ipse, quàm ejus Pater Alexander à Francisco ultimo Agnato nominatus pacificè possederunt per annos 50. hodie controversam Primogenituram, & nominatio Alexandri non solùm hucusque à nemine fuit impugnata, sed imo præcisam habuit ex pluribus univocis actibus, & valdè perstringentibus observantiam, tum scilicet ab ejus approbatione facta in suo Testamento à clar. mem. Cardinali Raimundo de Capizucchis germano Fratre nominantis, tum longè fortius ab actibus judicialibus, & extrajudicialibus ipsorummet DD. de Columna, quibus præcisè recognoverunt Comitem Marium uti arrogatum in Familiam Capizucchiam cum specifica illius arrogationis mentione, presertim in commissione anni 1705., & comparitione facta in actis anno 1704. coram Vices gerente, nec non in Transactione anni 1709., ac Breve Sanctissimi illius confirmatorio, & cum scientia individuali Donationis, seu Instrumenti Primogenituræ in actis repetiti, & dati in Summario Causæ actitatæ *in Romana Cappellaniæ cor. bon. mem. Moliner, & Reverendiss. P. D. Aldrovando*, eisdem, ut moris est, communicato; quibus omnibus insimul ponderatis tanto proclivius, & urgentius DD. pro validitate nominationis jamdiu gestæ, & pro longævo, ac bonæ fidei Possessore concludendum esse putarunt, juxta ea, quæ docent *Soccin. Sen. conf.*47. *n.*14. *& seqq. lib.*3., *Tiraquell. de Primog. q.*30., *n.*1., *Molin. de Primog. Hispan. lib.*2. *cap.*6. *n.*28. §. *Quidquid*, ibique *Adden. n.*24., 25., *&* 28., *Tor. de Maior. Ital. p.*1. *cap.*39. §. 13. *n.*10., *& Cabed. de Lusit. p.*1. *dec.*121. *n.*2., *& per tot.*, & innuit *Rot. in Romana hereditatis de Ruspolis* 13. *Iunii* 1704. §. *Inre meritoque cor. bo. me. Moliner.*

Et ita utraque Parte jura sua strenuè deducente in secunda Causæ propositione resolutum fuit &c.

RECINETEN. NULLITATIS OBLIGATIONIS

Lunæ 18. *Martii* 1720.

ARGUMENTUM.

Obligatio facta à muliere per virum seducta, ex defectu consensus, & ex capite doli non substinetur; ex quibus vero talis eruatur seductio, optime explicat sequens.

SUMMARIUM

1 *Obligatio mulieris à viro circumventæ non substinetur*, & n. 2. & 3.

2 *Dolus, & machinatio in mulieris obligatione super ventæ, istius consensum excludunt.*

3 *Obligatio mulieris sine consensu non substinetur.*

4 *Obligatio facta à muliere in extremis laborante favore proprii viri, ab isto dolo extorta præsumitur, præsertim si fieri potuisset ante morbum.*

5 *Obligatio facta à Muliere pro eximenda viro à carceribus, ab uno ex creditoribus ei comminatis quando plura mandata fuissent præventive expedita, non substinetur, ex quo, illa non obstante, ab aliis creditoribus potuisset carcerari.*

6 *Mulier præsumitur circumventa, quando in ejus obligatione interposuisset decretum Judex ille, qui fuisset viri confidicus*, amplia, ut in n. seq.

7 *Judex pedaneus, vel ab altero pro convalidando mulieris contractu subdelegatus, ideo adhibitus censetur, ut minori diligentia causam examinaret, ob quam mulier se obligasset.*

8 *Obitus alicujus probatur ex fide Parochi, quæ de mortuorum libro extracta esset.*

9 *Mors uxoris, qua die sit sequta, probatur ex descriptione illius facta tempore non suspecto, & de privato viri libro extracta, præsertim concurrentibus adminiculis; & quæ sint ista* amplia, ut in n. seq. & 11.

10 *Mors alicujus probatur ex ennunciativis instrumentorum, quæ post illam fuissent inita.*

12 *Obligatio mulieris, ut dolo extorta dici queat, plures conjecturæ simul sumptæ sunt ponderandæ.*

13 *Obligatio mulieris à viro seducta ob defectum consensus necessarii nequit per decretum Judicis convalidari.*

14 *Obligatio mulieris, & minoris insinuationem requirit, & sine ista non substinetur*, amplia ut in n. seq.

15 *Insinuatio omissa tanto magis contractum initum vitiat, quando eam necessariam esse*

esse in contractu partes agnovissent.

16 *Amplia, ut isto casu in vim pacti fuisset per contrahentes servanda.*

17 *Insinuatio sequta post obitum mulieris non potest convalidare obligationem ab ea exaratum*: amplia, ut in n. 19.

18 *Insinuatio est praecedentis obligationis ratificatio.*

19 *Defectus insinuationis non sequtae, vivente muliere contrahente, non sanatur, ex quo ista mandatum Procurae ad id exarasset cum facultate insinuandi etiam post sui obitum.*

DECISIO MCLXVII.

NUllitatem fideiussionis expositae favore illorum de Politis ab Aurelia Veneria usque de anno 1664. pro duobus censibus, altero scutorum 200. & altero scutorum 300. in quibus erat obligatus Leopardus illius vir, deduxit in Judicium Rutilia ejus haeres, & licet in prima instantia coram A.C. rejecta fuerit per sententiam latam pro validitate; in secunda tamen obtinuit ab R.P.D. Sardinio Judice Commissario. In istorum Judicatorum conflictu delata fuit Causa ad nostrum Auditorium, ejusque cognitione mihi delegata, dedi dubium -- *An constet de validitate obligationis, itaut sit relaxandum mandatum pro fructibus* - Cumque super eo Dominorum sensum requisiverim in hodierna Rota, responsum habui *Negativum in omnibus*.

Quamqnam verò plures assumarentur à Scribentibus Juris quaestiones super validitate, aut nullitate ejusdem obligationis à Muliere emissae ad eximendum virum ab imminenti supposita carceratione, tum quoad certam formam, & solemnitates servandas ex dispositione Statuti Recineten., tum quoad alias ex Carpensi, vel Ægidiana Constitu-
1 tione requisitas, Domini tamen resolutionis fundamentum in duplici tantum ratione constituerunt, in circumventione scilicet Mulieris seductae ad sese obligandum, & in defectu insinuationis.

2 Quoad primam, illud in jure certum est, quod dolus, & machinatio consensum excludunt, *Torr. de pact. futur. success. lib. cap. 28. n. 1. & seqq. Rot. decis. 76. num. 48. coram*
3 *bon. mem. Ansaldo*; quoties itaque certum est etiam, quod machinatio, & dolus interfuere in obligatione fideiussoria Aureliae, de qua hic agitur, inde sequi debet, quod in eadem obligatione defuerit dictae mulieris consensus, sine quo nulla subsistere potest obligatio, ex plene firmatis *decis. 943. n. 10. & 11. coram Coccin., decis. 435. n. 12. p. 18. & decis. 202 n. 16. p. 19. rec.*

4 Quod autem per circumventionem, seu machinationem inducta fuerit Aurelia ad exponendam fideiussionem in memoratis censibus, quorum alter directè debebatur ab ejus viro Leopardo, alter vero impositus fuerat cum solidali ejusdem viri obligatione, inde primo loco probari Dominis visum fuit, quod eadem Aurelia tempore emissae obligationis lethali morbo correpta laborabat in extremis, & fere animam agebat, cum postridie decesserit; ex qua temporis circumstantia quis non videt, quam validum deceptionis argumentum resultet ex actu, qui caeteroquin, dum jamdiù praeerat viri obligatio, & jamdiu Creditorum promotae fuerant instantiae, poterat commodius, ac rectius longe anteà expleri, & tamen ejus executio collata fuit ad ea momenta, quibus tum morbi gravitate, tum imminentis mortis periculo, & forsan etiam cognitione mulieris obligatae mens, & voluntas torquebantur, & proinde ea facillime potuit suggestionibus viri, aut Creditorum adhaerere, juxta ea, quae in similibus terminis docet *Clarus in §. Testamentum quaest. 37. num 7. vers. tertio sciat*, & firmant cum aliis *Rot. decis. 133. num. 9. & seq. coram Cerro.*

Circumstantiae temporis accedit altera causae in manifestam pariter influens circum-
5 ventionem. Adstruere enim conati sunt ad colorandum actum in tali angustia perpetratum, quod mulier ideo ad sese obligandam inducebatur, quia immineret pro his Debitis sui viri carceratio, quando caeteroquin mandata, pro quibus sequi poterat carceratio, jam per annum antea fuerant expedita, & adhuc vir nunquam carceribus mancipatus extiterat, & ulterius quando ipse vir adeo pressus reperiebatur aere alieno, prout ostendunt acta judicialia proxima huic tempori, & praecipue Imploratio Cap. Odoardus, ut etiamsi ab eo Debito exemptus remansisset, pro quo extorta fuit uxoris obligatio, adhuc pro aliis in dies carcerari potuisset, ex supppositione autem ista minus injustae, ac verae causae doli, ac machinationis suspicionem resultare indubitatum est, ut arguit *Rot. decis. 764. n. 2. coram Cerr. & decis. 447. n. 14. p. 18. rec.*

6 Consimile circumventionis argumentum praebet qualitas Judicis adhibiti pro interponendo Decreto, & auctorizando actu suscepte obligationis; iste enim fuit causidicus à Vicario, qui suppositus fuit detentus aliis occupationibus, subdelegatus ad hunc actum qui sane causidicus successive comparuit, tamquam Procurator Leopardi viri Aureliae pro isto fideiubentis, ac propterea dici debet ideo deputatus in ea temporis angustia à
7 Vicario, cujus caeteroquin interventus antea curari, aut subinde expectari poterat, vel quia particeps fuerit machinationis, & idcirco se subdelegari curaverit, vel quia sic disponente, ac procurante ipso viro, adhiberetur Judex minus diligens, minusque cautus, qui causam ineundae a muliere obligationis minus rigide examinaret, ut in puncto advertit *Rot. decis. 447. n. 13. p. 18 rec.*

8 Frustrà verò pro parte Creditorum hujusmodi argumenta singulariter refellebantur negando signanter, & impugnando obitum Aureliae secutum tempore proximo emissae obligationis, quia non afferretur, ut communi-

muniter servari solet fides Parochi, aut Partita librorum Ecclesiæ, ubi sepultus fit. Cum enim non hic duntaxat sit modus probandæ alicujus mortis ex fortuito casu deficientiæ librorum prædictorum, sequi non debet, quod aliunde talis probatio erui non
9 possit; ad hunc itaque effectum Domini in præsenti ponderabant valde conducere partitam libri memoriarum conscripti ab eodem Leopardo viro, quæ illius obitum præsefert sequenti die post emissam obligationem, nempe die 9. Augusti 1664. quæ sane partita, licet ex privato libro resultans, attamen, utpote conscripta tempore congruo, & non suspecto, necnon formiter extracta, plurimum attendenda visa est, concurrentibus præsertim in ejus veritatem pluribus adminiculis ex eo deductis, quod in iisdem libris adnotata legatur etiam quantitas ceræ consumptæ in funere Aureliæ, quod Testis optime informatus deponit eam decessisse 54 ab hinc annis, & sic concordat cum tempore
10 in prædicto libro designato, quodque demum anno 1666. & 1667. in pluribus actibus judicialibus enunciatur Aurelia, uti jam defuncta, quas quidem circumstantias ad probandam alicujus mortem plurimum attendi præcæteris docet *Mascard. de probat. conclus.* 1075. *n.* 5. *& seq. conclus.* 1976. *num* 7.
11 Unde ex his consequens etiam est, quod eidem Partitæ, eisdemque libris in hac parte plena fides præstari possit, juxta firmata *decis.* 834. *n.* 8. *coram Bich. & dec. f.* 425 *n.* 5. *p.* 19. *rec.*
12 Cæterum illud quoque ad tollendas alias contra præmissa argumenta difficultates ponderandum erat, quod doli, & machinationis, seu circumventionis probatio in præsenti non ex singulis prærecensitis circumstantiis à Dominis desumebatur, sed ab omnibus insimul junctis, prout in omni probationis materia fieri debere certum est, & præcise in similibus terminis probandæ circumventionis in contractu mulieris firmavit *Rot. in supra allegata decis.* 447. *n.* 15. *p.* 18. *rec ubi concordan.*
13 Et his ita se habentibus, nihil utique ponderis, aut firmitatis subministrare potuere hujusmodi obligationi decretum Judicis, juramentum, cæteræque solemnitates in ea adhibitæ. Quoties enim actus exinde vitiosus dignoscitur, quia non processerit ex libera Contrahentis voluntate, sed à seductione mulieris obligatæ, tunc convalidari nequit Judicis præsentia, & solemnitatum formalitate, cum hæc omnia ejus consensum, sine quo dari non potest ulla obligatio, suppeleri non possint, ut in simili firmat *Rot. eadem decis.* 447. *n.* 7. 8. *& seq. p.* 18. *rec.*
14 Transeundo hinc ad alterum nullitatis caput promanans ex omissa insinuatione à Constitutione Ægidiana in contractibus minorum requisita, & subinde à Cardinali de Carpio per aliam Constitutionem Carpensem nuncupatam, ad contractus mulierum etiam majorum in Provincia Marchiæ extensa, ut late inquit *Rot. decis.* 88. *n.* 4. *coram Priol.*, dubitari sane non poterat, quod illius omissio actum obligationis fidejussoriæ ab Aurelia susceptæ invalidaret, ut præ cæteris probant *Post. resol.* 91. *n.* 15. *& resol* 115. *n.* 1. *& Rota Maceraten. coram Thomat. decis.* 190. *n.* 1. *& seq.*
15 Absque eo, quod ejus necessitas excusari posset in præsenti casu, tum quia agatur de obligatione emissa ex rationabili, piaque causa liberandi virum ab imminenti carceratione, & præservandi bona a subhastatione; tum quia solemnitas ista requisita à Carpensi sit incompatibilis cum aliis solemnitatibus requisitis à Statuto Recineten. Quandoquidem, quicquid sit tum circa relevantiam in jure, tum circa probationem in facto, hujusmodi exceptionum tollere visa fuit Dominis omnem ambagem difficultatis circumstantia facti, quod contrahentes omnimode necessitatem actui à se gesto agnoverunt solemnitatem istam insinuationis, eam servari debere disponentes in eodem Instrumento obligationis Aureliæ, eamque adimpleri subinde curantes à Procuratore per illam ad hunc effectum constituto; unde circa hujusmodi servandæ insinuationis necessitatem concurrit confessio ipsa Partium, quæ non minus ex dictis, quã factis resultat, *Rot. in Neapolitana Prælationis* 5. *Decem.* 1710. *§. Præterea cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gu-*
16 *bernatore*, & si fuit volita ex conventione partium, servanda erat in vim pacti, posito etiam, quod ex dispositione legis non requireretur, *Rot. in Æsina successionis* 11. *Junii* 1714 *§. Quoniam coram R. P. D. meo Cerro, & aliis adduct. in Ariminen. fideicommissorum super Immissione* 16. *Apr.* 1717. *§. Omnis coram R. P. D. meo Foscaro.*
17 Videndum itaque supererat, an solemnitas ista adimplata maneret per eum insinuationis actum, qui à Procuratore ad id specialiter constituto gestus fuit sub anno 1677., & Domini nullatenus attendendum esse hujusmodi actum censuerunt, quippe quia cum certum sit juxta superius probata § *Frustra*, quod Aurelia decesserit sub anno 1664. inde sequitur, quod tempore isto factæ per Procuratorem insinuationis, illa jam a multis ante
18 annis mortua erat; ideoque cum insinuatio nihil aliud sit, quam ratificatio præcedentis obligationis, juxta ea, quæ præsertim expendit *Post. resol.* 75. *n.* 7. *&* 10. de anno 1677. quo illam Procurator adimplevit, extrema non erant amplius habilia ad emittendam
19 istam ratificationem; & licet mandatum datum fuisset cum ampla facultate insinuandi etiam post obitum, semper tamen de sui natura expirabat per obitum constituentis, & contractum imperfectum relinquebat, non secuta vivente muliere contrahente insinuatione, ut in specie probant *Gratian discept. forens. cap.* 784. *n.* 24. *& seqq. & Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 43. *n.* 154. *& seq.*

Et ita utraque &c.

HYLDESIMEN. ÆMOLUMENTORUM SUPER EXPENSIS.

Mercurii 20. Martii 1720.

ARGUMENTUM.

Brevis hæc decisio est revocatoria præcedentis sub die quinta Februarii mox elapsi superemanatæ quoad partitam scu 21. non taxatam favore Agentis, & Summario non indiget.

DECISIO MCLXVIII.

TAxationem expensarũ factam in hacCausa à R.P.D.meo de Gamaches moderandam Domini censuerunt in disputatione diei 5. Februarii mox elapsi *cor. Me* quo ad partitam scutor. 21., quia dicta partita respiceret expensas Agentis. Quoniam vero in peritione expeditionis hodie doctum fuit ex parte Canonici Jnacchini, quod hæc partita non respicit expensas Agentis,sed illas Procuratoris designati nomine corespõdẽtis,sub alio nomine consulentis, ut ex combinatione partitarum notulæ Notarii de partibus, ubi diversimode ponitur (sed sine ulla bonificatione in taxa) expensa Agentis; censuerunt Domini per hanc brevem decis. declarandum, quod etiam dicta partita sit de his, quæ veniunt refundendæ,juxta ea, quæ de aliis similibus expensis in Decisione causæ firmata fuerunt.

Et ità pro integra summa expeditionem causæ demandarunt utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 12. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Creditor, cujus jura sint turbida, & ex facto proprio illiquida effecta essent adversus creditum dotale Mulieris sui debitoris clarum, & liquidum, pecuniarum consignationem nequit expostulare.

SUMMARIUM.

1 *Creditor rei sui debitoris fructiferas penes se retinens, suum creditum turbidum facit, & quando ex eadem fructuum perceptione dici possit satisfactus.*

2 *Administratio præsupponitur in illo, qui se ad reddendam rationem admitti postulat.*

3 *Creditum dotale mulieris clarum, & liquidum ex alio credito illiquido non retardatur.*

4 *Creditum non dicitur liquidum, quoties cumque Periti opera indiget.*

5 *Creditor barbarum non gaudet prælatione super pretio animalium, nisi ad illarum ratam, quam animalia vendita fuissent depasta, non vero pro rata consumpta ab aliis animalibus affidatis, quæ sub venditione non ceciderunt.*

6 *Creditum semel consumptum, & extinctum, iterum deducibile non est.*

7 *Creditor viri non potest in præjudicium uxoris quidquam gerere cum illo, & exceptione de re inter alios acta repellitur.*

DECISIO MCLXIX.

PEcunias provenientes ex pretio Bubalarum, quæ pertinebant ad Josephum Zaccaleonum, depositas ab earumdemBubalarum Deliberatario in SacroMonte Pietatis, contenderunt sibi consignandas esse ReverendissimumCapitulumS. Petri ex una, & Victoria Monanna ex altera; Illud, uti creditor AffictuumTenutæ locatę Zaccaleono ad usum Pascuorum pro Bubalis, alisque Belluis; ista, uti Creditrix suæ dotis scutorum duorum millium,& quingentorum receptorum ab eodem Iosepho Patre Tiburtii sui Viri cum specifica obligatione restitutionis una cum quarto usque de anno 1681., & sic longè ante conductionem supradictæ Tenutæ. Delata hujusmodi controversia ad nostrum Auditorium per appellationem Interejectam à Decreto A. C super electione Periti, qui Pascua liquidaret, prævi is duabus decisionibus editis 2. Decembris 1718., & 19. Iunii 1719. cor. R P D. meo Rovault. de Gamaches, definitum fuit dd. pecunias in Sacro Monte extantes in summa scutorum 1920. residualium esse consignandas Victoriæ.

Reclamante Capitulo devenit ad Me commissio causæ cum clausula *si quid exequendũ* unde per congruum dubium requisivi hodie Dominos super executione d. præcedentis judicati, & responsum habui -- *mandatum Rotale esse exequendum* -- attenta illius validitate, quæ non erat in controversia, & Iustitia, quæ resultabat ex prædictis antecedentis Instantię Decisionibus.

Quamquam vero ad Justitiam demonstrandam iterum duplex fundamentum proponeretur à Scribentibus pro Victoria, alterum sistens in potioritate, & anterioritate ejus crediti dotalis,& alterum in turbiditate, & illiquiditate crediti Reverendissimi Capituli Concreditoris; tamen ratio resolutionis apud DD. principaliter stetit in hoc
1 secundo; cum namque concurrerent circa articulum Præ'ationis dotis in concursu locatoris Pascuorum variæ hinc indè doctorum opiniones, & prævalidę rationes,juxta deducta in secunda decisione 19. Iunii 1719. cor. R P.D. meo de Gamaches, hinc posterius fundamentum satis esse putarunt innixum plusquam certæ turbiditati Crediti affictuum,dum indubitatum in facto est, quod idem Capitulum habuit in pignus conventionale per annum, & subinde etiam administravit Zaccaleoni prætensi debitoris Armentum, seu Precodium; unde cum hoc dubioprocul sit in fructu, tùm ratione Fetuum, tùm ratione Lactis, & Butyri, indè sequitur, quod ex his fructibus ejus creditum consumpsisse præsumatur, *l. Peculium* la 2.

la 2. §. *Propterea ff. de pecul* , *Rota decis.* 86. *n.* 8. *cor. Cerro* , & *dec.* 598. *n.* 16. *p.* 19 *rec.*

Et licet in præteritis hujus causæ decisio-
2 nibus Defensores Capituli non concordarent in facto circa præfatam administrationem Prædii; hodie tamen hæc difficultas cessabat, quia ex parte ejusdem Capituli proponebatur instantia pro electione Periti cujus opera reddere posset de eadem admi-
3 nistratione rationem. Sed DD. neque huic Instantiæ annuendum existimarunt, advertendo, quod Mulieri, quæ creditum habet plusquam certum, & liquidum ex publico Instrumento obligatione Camerali vallato resultans, nullamque vel minimam patiens exceptionem, retardanda non est satisfa-
4 ctio per aliud creditum, quod eo ipso, quod indiget Periti opera ad sui liquidationem, & certitudinem, non potest pari claritate, & liquiditate, ex firmatis *dec.* 299. *num.* 10. *p.* 9., & *dec.* 180. *n.* 4., & 6. *p.* 19. *rec.*

Tanto magis, quia juxta relationem Periti datam ab ipsa Muliere, & citato ipso Capitulo coram A. C, editam non modicus concurrit fumus superfluitatis hujus electionis Periti, dum certum omnino est, quod in
5 concursu illius Capitulum deducere non potest suum creditum cum privilegio prætensæ potioritatis, nisi pro rata Pascuorum consumptorum à Bubalis Zaccaleoni, non vero consumptorum ab aliis pluribus Animalibus pertinentibus ad diversas personas, quæ ipse consuevit in eadem Tenuta pro Pascuis admittere, & ut dicitur *affidare*: Hoc autem creditum vix ascenderet ad scuta 1246. 80., & tamen, ultra diversas pecuniarum summas antecedenter habitas, recepit hactenus ex pretio, seu pecuniis Animalium, de quibus agitur, scuta 1100., quæ si jungantur fructibus Prædii pro duobus annis, qui in quacumque parva summa liquidentur, & remaneant penes ipsum Capitulum, statim apparet, quod trascendunt hu-
6 jus creditum, quod ideo creditum, si semel consumptum est, nullo modo permitti potest, quod iterum deducatur in judicium contra alium adeò certum, & liquidum Creditorem, *Rota dec.* 355. *n.* 1., & 2. *cor. Card. Cerro*.

Neque faciunt ad rem aliquæ exceptiones à Capituli Defensoribus adductæ, vel ex eo, quod adhuc Zaccaleonus ipse se ingesserit in administratione Prædii, quia continuarunt ejus Ministri etiam post pignus, & administrationem susceptam ab eodem Capitulo, vel ex eo, quod idem Zaccaleonus colludendo cum dd. Ministris plures fecerit expensas deducendas ex fructibus ejusdem Prædii. Quia omissis aliis responsionibus, ea satis esse videbatur, quod quæcum-
7 que gesta sunt intèr Soccium, & Capitulum, præsertim post susceptam ab isto administrationem, quod idcirco consimilia illi permittere non debebat, & si permisit, sibi imputare debet, nequeunt ullo modo præjudicare Mulieri Creditrici suæ dotis, neque contra ipsam ab his omnibus immunem, & etiam insciam allegari possunt, *Adden. ad Greg. dec.* 586. *n.* 13., *Rota dec.* 317. *n.* 10. *p.* 18., & *dec.* 557. *n.* 5. *p.* 19. *rec.*

Ex ita relative etiam ad decisiones præcedentis instantiæ responsum fuit partibus auditis &c.

ILLERDEN. HÆREDITATIS DE GOMAR SUPER RESERVATIS.

Lunæ 15. *Aprilis* 1720.

ARGUMENTUM.

Res in hæreditario inventario adnotata ad defunctum spectasse præsumitur.

Tutrix, nisi de gestis, & administratis prius rationem reddat, suum dotale creditum nequit deducere.

Ad exhibitionem codicis, vel Scripturæ nemo compellitur, nisi præventivè de existentia penes ipsum doctum fuerit, & reliqua secum fert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Dominium Prædii ad quem pertineat, ex descriptione, sub cujus nomine in Inventario facta sit, probatur.*

2 *Item, ex confessione hæredis, quod ad suum authorem pertinuerit, præsertim si illius primevæ confessioni cohæreat.*

3 *Confessio posterior in actu magis proportionato emissa prævalet alteri minus solemni, & ad alium effectum exaratæ.*

4 *Quantitas prædii non probatur ex productione Scripturæ illius pertinentiam tantum denotantis.*

5 *Dos in subsidium tantum restituenda est de bonis fideicommissariis, cum prius de liberis, quando hæc adsunt.*

6 *Decisio, de cujus viribus non revideatur, præsupponenda est.*

7 *Tutrix creditum suæ dotis nequit expostulare, nisi prius de re pupilli administrata rationem reddiderit.*

8 *Amplia etiam si in solutum censum recepisset, eum tali imputationi locus non detur, nisi prius rationem reddat.*

9 *Immissio per rem judicatam canonizata super censu, qui inter cætera corpora, super quibus fuisset obtenta, comprehenderetur, non potest retardari, nisi per exceptionem identitatis rei.*

10 *Amplia, ut quoad meritum, tali casu in gradu restitutionis in integrum causa retardari possit.*

11 *Ad exhibitionem scripturæ nemo condemnatur, nisi præventivè de existentia penes illum doceatur.*

12 *Amplia, ut talis probatio non sufficit, quod sit præsumptiva, sed concludens, & plena esse debet.*

13 *Existentia Codicis penes aliquem non remanet probata, ex quo ille in inventario sui Authoris adnotatus reperiretur.*

14 *Ad*

Ad exhibitionem codicis non condemnatur hæres, quando ex illius deficientia nullum progrederetur damnum, & in eo ronti sta aliunde possent probari.
15 *Obligatio Tutoris durat, donec durat tutela penes ipsum.*
16 *Obligatio ad actum à tutore expletum consentanea, de jure ipsi inhærere dicitur,* declara in n. sequenti.
17 *Expressiorei, quæ virtualiter inest illi, nil ultra addere dicitur.*

DECISIO MCLXX.

POST concessam per tres conformes Sententias, canonizatas à Signatura Justitiæ cum clausula -- *Sine præjudicio* -- universalem successionem bonorum Petri Francisci Gomar Causæ piæ ab eo ordinatæ, deventum fuit ad immissionem in specie pro singulis bonis, quæ prætendebantur hæreditaria ejusdem contra Monasterium S. Mariæ de Monserrato illorum Possessorem alio titulo, substitutionis scilicet ejus favore factæ in testamento Mariæ Medionæ Uxoris d. Petri Francisci; quæ immissio in specie, licet ab initio versaretur super quinque corporibus Domo scilicet, Castro *de Montolin*, Prædio *della Balaffia*, censu librarum 1000., & Codice censualium; tamen prima duo, Domus scilicet, & Castrum fuerunt in executionem Judicii Sacræ Rotæ dimissa. Unde controversia restricta fuit ad alia tria, pro quibus mandatum obtinuit Causa pia, ejusve Manumissores, prævijs decisionibus editis 24. Aprilis 1711., & 9. Decembris 1712. cor. bo. mem. Ansaldo 1 quod quidem mandatum *esse exequendum* successivè responsum fuit etiam coram R.P.D. meo Foscaro, juxta aliam decisionem coram eo editam 10. Junii 1718.

Adhuc vero reclamante Monasterio, prodiit à Signatura Justitiæ rescriptum -- *Alteri qui ad legitimam* -- ad cujus formam directa mihi appellationis commissione, proposui hodie dubium illi conforme, & responsum habui -- *Procedendum esse ad legitimam juxta modum* -- in præsenti decisione exprimendum, scilicet respectu Prædii *della Balaffia*, & census librarum mille, non autem quoad Codicem censualium.

Distinctè autem procedendo, quantum attinet ad Prædium, frustra Defensores Monasterii iterum illius pertinentiam ad hæreditatem Petri Francisci, & quantitatem jugerum, seu bubulcarum sexdecim impugna-
1 bant. Quippe quia quoad pertinentiam non solum concurrebat illius descriptio in inventario ejusdem hereditatis exarato per Mariam AuctricemMonasterii, quod si certam probationem hujusmodi pertinentiæ non facit, saltem non modicam præsumptionem inducit, attendendam, donec de errore in contrarium non doceatur, juxta plenè firmata *dec.* 337. *n.*7., & 18., & *dec.* 796. *n.*1. & *seqq. cor. Durano*, *dec.* 19. *n* 3. *coram Arguell.*, & *dec.* 486. *n.*9. *p.* 19. *rec. tom.*2.
2 Verum etiam confessio Monasterii illius hæredis, quod tum in venditione totius Prædii *della Balaffia* per ipsum celebrata, asseruit eius partem sibi advenisse ex hæreditate d. Petri Francisci, tum in illius recuperatione ab Alienatariis; qua quidem stante ipsius met Monasterii dupplici confessione, juncta cum præcedenti suæ Auctricis, non erat amplius locus dubitationi circa hujus Prædii pertinentiam ad hæreditatem prædictam, juxta latè deducta in utraque decisione bo. mem. Ansaldi, & præsertim in illa diei 24. Aprilis 1711. §. *Nihilominus*, & in postrema diei 10. Junii 1718. §. *Et sane cor. R.P.D. meo Foscaro*.

Quo vero ad quantitatem, frustra illa coarctari prætendebatur ad jugera duodecim ex enunciativa emissa in eodem instrumento venditionis; quia huic assertioni in sui favorem, & utilitatem emissæ à Monasterio, cujus intererat in eo venditionis actu minuere gravamen, ex quo minuebatur & pretium, opponitur pro majori quantitate jugerum, seu bubulcarum sexdecim canonizata in præcedentibus Judicatis, ultra aliam enunciativam in descriptione facta in inventario pro jugeribus 16., licet non satis certam, quia concepta cum clausula -- *Plus, vel minus*, adhuc servandam quousque con-
3 trarium non demonstretur, solemnis alia confessio posterior ipsius Monasterii, quod ut Prædium subindè ab Alienatariis recuperaret, contendit dd. jugera 16. ex illius integrali quantitate esse de d. hæreditate Petri Francisci; quæ sane confessio, utpote in actu magis proportionato emissa, prævalere debet alteri, ad alliciendum Emptorem emissæ in d. alio instrumento, ut prosequitur Decisio 9. Decembris 1712. § *Quantitas*, & *seq. cor. bo. me. Ansaldo*.

Absque eo quod obesset repetita illa exceptio, quod cum à manumissoribus Causæ piæ Actricis productum extiterit instrumentum venditionis, in quo adest expressio jugerum 12. tantum, nequeat ab ipsis major hodie quantitas postulari. Subsistit enim
4 duplex æquè valida responsio, quod scilicet productio facta fuit non ad probandam quantitatem, quam illi ex dictis aliis actibus deducebant, sed ad probandam pertinentiam Prædii in genere ad hæreditatem ipsis delatam; quodque d. productio munita fuit salutaribus præservativis, & protestationibus, ex quibus ejusdem Instrumenti producti acceptatio, nonnisi in parte pertinentiæ ad d. hæreditatem colligitur, ut advertit *d. decisio bo. me. Ansaldi* §. *Non attento*; & alias firmavit *Rota dec.* 384. *n.* 13., & 14. *coram Benincasa*.

Eodem modo inutiliter refricabat Mona-
5 sterium exceptionem retentionis hujus Prædii ex juribus Elisabettæ Uxoris Antonii filii Petri Francisci Fideicommittentis. Quoniam ejusdem Mulieris dos ex illius bonis debita non erat, saltem nisi in subsidium vigore *Auth. res quæ Cod. commun. de legat.*
Unde

Unde dũ hereditas Antonii habeat bona propria, ex quibus illa dimitti possei, & præsertim bona cadẽsia sub fideicõmissis ãliquioribus in personam Antonii sine filiis defuncti purificatis, nequaquam ad hujus dotis satisfactionẽ adstringi poterant bona Petri Francisci Auctoris Manumissorum Causæ piæ, juxta pariter deducta *in allegata secunda decisione bo. mem. Ansaldi* §. *Quamvis*. Neque existentiam bonorum Antonii cum eadem libertatis qualitate impugnare hodiè licet, quia constat *ex decisione 4. Iunii* 1703. *cor. eodem ha. mem. Ansaldo*, in qua signanter agitur de Castro *Miraval*, uti delato in Antonium ex fideicommisso Gerardi Despes, & libere per obitum illius sine filiis
6 transmisso ad hæredes. Hanc vero decisionem, cum non revideatur, supponere de stylo necesse est, ex vulgata regula, de qua *dec*. 638. *n.* 22., & 23. *p.* 19. *rec.*, & cum aliis *in Ferrarien. Cauthelæ Angeli, seu Redditionis rationis* 30. *Januaris* 1719. §. *Atque hæc cor. Me*.

Hinc transeundo ad Censum lib. 1000., cujus identitas, & pertinentia ad hæreditatem Petri Francisci non est in controversia, respectu illius Justitia pręcedentium Iudicatorum unicè impugnabatur eo sub fundamento, quod iste census cesserit in extinctionem crediti dotalis Mariæ Medinnę Auctricis Monasterii consistentis in libris 1500, & quidem ex judicio nostri Tribunalis, adducendo ad hunc effectum decisionem editam in aliis Parium controversiis 3. Aprilis 1702. coram clar. me. Card. de la Tremoille. Verum iterum DD. advertebant, quod tàm in hac allegata decisione, quam in alis posteriori 4. Iunii 1703. cor. bon. me. Ansaldo, illiquiditas, & extinctio crediti dotalis Medionæ deducebatur, non ex eo tantum, quod illa recepisset sortem hujus census, dum
7 erat Tutrix Antonii ejus filii; sed etiam ex quo nullatenus rationem redderet de mobilibus, Gemmis, Argenteis, & aliis bonis
8 hęreditariis; unde si cumulative, & ad exuberantiam dictum fuit, quod etiam habebat in manibus sortem hujus census sibi à debitore restitutam, jam inde patet, quod non de eo facta fuit imputatio in creditum dotis, sed de prædictis aliis rebus hæreditariis principaliter ponderatis, de quibus donec non reddatur ratio, itaut impares saltem eidem credito dotali demonstrentur, non erit locus etiam imputationi Census in eamdem causam, ex firmatis *in Perusina dotis, & Fructuum* 16. *Junii* 1710. §. *Tanto magis cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto, in Romana Fideicommissi* 23. *Iunii* 1718. §. *Siquidem cor. bon. me. Ansaldo, & in decisione praecedentis Instantię* §. *Quo vero cor. R. P. D. meo Foscaro*.

Redibat vero hìc in exclusionem istius, & consimilium obiectionum, quæ fieri possent circa substantiam, & realitatem creditorum, & rerum pertinentium ad Manumissores Operæ piæ substitutæ in hęreditate Petri Francisci ea peculiaris ratio, quod in Iudicio immissionis inter has partes acti-
9 tato, & canonizato per Signaturam cum clausula *S. P.*, concessa fuit eisdem Manumissoribus immissio super omnibus bonis hęreditariis Petri Francisci; unde in præsenti satis esse videbatur, quod ille census sit de facto, prout non controvertitur, illius hæreditarius, ad hoc, ut iidem Manumissores in hoc judicio, in quo quæritur de executione d. præcedentis rei judicatæ, audiri non
10 possent, nisi respectu identitatis, reliquis exceptionibus rejectis ad aliud Iudicium reassumendum fortasse in gradu restitutionis in integrum, ut animadversum fuit in *secunda decisione bon. me. Ansaldi* §. *Hisce tamen, & in postrema* §. *Quo vero vers. De cætero cor. R. P. D. meo Foscaro*.

Quoniam itaque ex his constabat de justitia præcedentium Iudicatorum respectu utriusque corporis, prædii scilicet, & census, DD. quoad ea responderunt, *esse procedendum ad legitimam*. Quia vero constitit è contrario de injustitia respectu mandati de gravando pro exhibitione Codicis censualium, in diversam abeuntes sententiam, ut par erat, *negative quoad Codicem* prædictum responderunt, quia nullo modo verificata apparuit existentia illius penes Mo-
11 nasterium, sine cujus existentiæ clara, & concludenti probatione, præcisè etiam de tempore motæ litis, illud ad exhibitionem condemnari non potest; *Rota in Romana Cambii super exhibitione* 15. *Maii* 1708. §. *Quamquam coram Eminentissimo Cardinali Polignach., & in Romana hæreditatis de Rivaldis super exhibitione librorum* 10. *Martii* 1710. §. *Deficere cor. Eminentissimo D. Card. Scotto*.

Quę sane probatio non rectè in præteritis
12 disputationibus deducta fuit ex descriptione de eo facta à Maria Mediona Auctrice Monasterii in Inventario tutelari Antonii sui filii. Quandoquidem ultra quod alii etiam adfuerunt Tutores, qui & Inventarium confecerunt, & in eo d. Codicem descripserunt apud quos non minus, quàm apud illam idem Codex potuit existere, omnem difficultatem abstergere visa est animadversio, quod deinde minorem ętatem prętergressus Antonius, possedit ipse bona omnia provenientia ab hęreditate paterna, nec non ab hęreditate quoque materna, cum etiam hæres Matris effectus fuerit. Postmodum vero ipse decedens, Instituit sibi hęredem Elisabetham Uxorem, ad quam etiam eiusdem Bona pervenerunt, itaut in manus Monasterii nisi post longum tempus, & post recensitum transitum de uno in alium, hęreditas Marię medionę devenerit vigore substitutionis de eo factæ Antonio sine filiis decedenti. Unde quemadmodum probabile est, ut inter effectus hæreditarios in Antonium, & Elisabetham prędictos devenerit ipse Codex; ita tanto minus condemnari potest Monasterium ad ejus exhibitionem, nisi etiam de-

mon-

monstretur, quod illud obtinuerit in capienda hereditate sibi postremo loco delata, *Rota dec. 709. n. 2. cor. Markin., dec. 160. n. 11. cor. Bich., & in Romata restitutionis librorum 20. Martii 1711. §. Minimeque coram Reverendissimo P. D. Aldrovando*; non
13 enim ab existentia ejusdem Codicis penes suam Auctricem de tempore eius descriptionis in inventario arguere licet; quod etiam ex post diverso tempore ille extiterit penes Monasterium illius mediatum hæredem, ut in fortioribus terminis dictum fuit *in Lucana Unionis super exhibitione 11. Decembris 1719. cor R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*.

Eoque proniores fuerunt Domini ad ex-
14 cusandum Monasterium ab illa exhibitione & à rigorosa ejus condemnatione ad refusionem creditorũ in d. codice descriptorũ, quia suæ indẽnitati Manumissores possunt aliunde consulere, dum census in eo descripti distinctè quoque referuntur in eodem Inventario cum specifica, & accurata relatione ad eorum Instrumenta; non enim ex hac Codicis non exhibitione ullũ Manumissoribus obveniet præiudicium, si census sine Codice illo possunt exigere vigore eorumdem Instrumentorum, ut bene ad rem firmat *Rota doc. 304. n. 28. p. 9., dec. 4. n. 13. p. 17. rec., & dee. 64. n. 3. cor. bo. me. Ansaldo*.

Nec vim auget petitionis huius Codicis
15 obligatio per Medionam assumpta, custodiendi sula risico, & periculo res in Inventario descriptas. Quia vel ista obligatio per eam emissa, uti Tutricem Antonii, expiravit per cessationem tutelæ, vel uti con-
16 sentanea ad actum, quem uti Tutrix ex-
17 plebat, de iure inerat eius Pesonesitaut in conficiendo Inventario explicata, nihil ulterius addat obligationi legali, quę non progreditur ad effectum, de quo agitur, ea rea, quarum respectu verificetur existentia penès eius heredem, *Thesaur. dec. 228. n. 2. Adden. ad Buratt. dec. 577. n. 10., Rota dec. 229. n. 8. p. 17. rec.*

Et iuxta premissum modum responsum fuit, omnibus Dominis suffragium ferentibus & utraquè &c.

SPOLETANA PECUNIARIA.

Lunæ 15. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Est *juxta modum* decisio ista alterius sub die 14. Martii 1719. emanatæ, confirmatoria, ubi fusius habes argumentum, quod etiam sequens declarat Summarium.

SUMMARIUM.

1 *Solidaliter obligatus integrum debitum persolvens, medietatem tantum ab altero coobligato repetit.*

2 *Solutio semper ad suam causam refertur, & facta ante venditionem rei, ad illius pretii excomputationem non potest referri.*

3 *Emptor rei ad suum debitorem pertinetis, absque sui crediti excomputatione, ad integram solutionem se voluisse obligare non præsumitur.*

4 *Creditum, & debitum inter consocios non potest constitui, nisi de re sociali prius ratio reddita appareat.*

5 *Socius non potest à consocio reintegrationem summæ in societate erogatę repetere, antequam dispuncta computa non fuissent*, amplia ut in n. 8.

6 *Solutio facta per famulum, de pecuniis sui Domini præsumitur.*

7 *Amplia, quando famulus declaravit, se pro persona nominanda persolvere, & subinde cessionem talis crediti dimissi favore Domini cessisset.*

8 *Creditum illiquidum, & dubium nequit cum liquido, & claro contraponi.*

10 *Debitor ad solutionem condemnatus, suum debitum impugnare non potest.*

DECISIO MCLXXI.

Concessa per Dominos facultate Gelio Parentio jura sua deducendi adversus decisionem ipso non informante editam 24. Martii superioris anni coram Me, redierunt hodie ad trutinam partitæ solutionum, quas ipse se fecisse allegabat, in diminutionem residualis pretii Casalis Uneccinarei unà cum fructibus in Apoca venditionis conventis, petiti à Philippo Corvio; quoniam verò non nisi respectu postremæ partitæ scutor. 288. 90. solutorum Vannuccio aliqua suborta fuit difficultas, de qua infra approbatis in cæteris fundamentis ejusdem Decisionis responsum fuit -- *In decisis juxta modum* -- exprimendum in præsenti Decisione.

Porro agnoscebat ipse Parentius se teneri ad solutionem residualis pretii in scut. 983. nisi subsisterent partitæ solutionum ab ipso allegatæ, & ideo non impugnabat ullo modo litteralem obligationem à se emissam in apoca emptionis Prædii Uncinarei etiam respectu fructuum recompensativorum; sed unicè sistebat in examine earumdem partitarum, ad quod Domini procedentes nullo modo admittendam censuerunt primam provenientem ex Credito dimisso massæ
1 Puellarum Spoleti, quia istud Creditum provenit ex Censu solidaliter, & æque principaliter imposito, tam à Parentio, quàm à Corvo, unde pro medietate dumtaxat potest ille solutum repetere, quia pro altera medietate debitum proprium persolvisse dicitur, juxta firmata *dec. 191. n. 7. post Salgad. in labyr. Cred., & dec. 135. n. 18. p. 16. rec., cum aliis in decisione quæ revidetur §.*
2 *Absque eo quod coram Me.* Et inutiliter instabat Parentius, quod saltem ipsi bonificandæ forent solutiones fructuum, quia, ut advertit allegata decisio, non aliæ justificantur solutiones, quam illæ, quæ, facta ut par est temporum distinctione, sunt anteriores venditioni, unde non possunt dici factæ in causam

causam pretii Casalis ex post empti, sed ad
3 alias causas referendæ sunt. Nam aliàs Pa-
rentius non omisisset tutius agendo illas op-
ponere in actu ipso emptionis, & ad tantò
minus ex causa dicti pretii se obligasset fa-
cta illarum excomputatione, ut pariter di-
xit *Rot.dec.148.n.11.p.16.rec.*

Rejecerunt eodem modo Domini tertiam
partitam (nam de secunda Census consimilis
pertinentis ad Congregationem S. Philippi
Nerei Partes non agebant acquiescentes De-
cisioni,) quæ tertia partita provenit à solu-
tione facta Communitati scut. 528. pro ap-
4 paltu subsidii triennalis; quia cum hunc Ap-
paltum in solidum suscepissent ambo contra-
dictores, non poterat inter ipsos Creditum,
aut debitum constitui, nisi prius reddita de
rebus Socialibus ratione, & facta computo-
rum discussione, dum præsertim Corvius
ostendit se plures pecuniarum summas pro
eadem Societate solvisse, quas nescitur esse
majores, vel minores iis, quæ solutæ per
Parentium justificari possent in eadem red-
ditione rationis, ut dictum fuit in decisione
quæ revidetur § *Tertia partita*, & ideo non
5 potest interim iste obtinere reintegrationem
summæ in causam ejusdem Societatis solutæ,
*Giurb. dec.15. n.5., & seq., Rot. decis.1214.
n.1.cor.Seraphin., & dec.31. n.2., & seq.p.6.
recen.*

Duplici non attenta exceptione, altera,
quod solutio facta sit à tertio, qui jura cessit
Parentio, & altera, quod ad istam reddi-
tionem teneatur etiam Corvius, cum ambo
administraverint, ideoque talis exceptio ne-
queat ab eorum nemine allegari. Quo enim
6 ad primam animadversum extitit, quod ter-
tius, qui solvit, fuit actualis famulus Ipsius
Parentii, qui non solum ratione hujus quali-
tatis, sed etiam concomitantibus iis circum-
7 stantiis, quod solvit pro persona nominanda,
quodque subindè nominationem in alterius
personam non fecit, sed cessionem favore
Parentii sui Domini explevit; dicendus est
procul dubio solvisse pro suo Domino, itaut
ista solutio habenda sit, ac si facta fuisset ab
eodem Parentio, ut in fortioribus terminis
notavit *Rot. dec.714. n.11. cor. Merlin., &
dec.673. n.12. p.19. rec.*, & respectu alterius
difficultas pariter cessat ex facto, dum ex
actibus datis in Summario Corvii plenè con-
stitit se pro Administratore gessisse Paren-
tium, & ab ipso retentam fuisse capsam ne-
gocii socialis; nihil juvante ad eum excusan-
dum silentio Corvii in petenda redditione
rationis, quia jam super ea pendet judicium
in Partibus, ad quod hujusmodi exceptio
prout juris est, rejicienda venit.

Ex eadem ratione non esse bonificandam
Domini putaverunt subsequentem, juxta or-
dinem præcedentis Decisionis, partitam scu-
torum 500. provenientium ex rata Census
data à Parentio in solutum ex causa dicti Ap-
paltus Baroni Ancalano. Quoniam Paren-
tius respectu hujus Census reportavit à Cor-
vio recognitionem bonæ fidei, in qua iste
sese obligavit ad bonificationem medietatis
una cum fructibus, quatenus visis hinc inde
computis solutionum factarum pro eodem
Appaltu Parentius remaneret debitor, &
quidem id exprimendo per modum absolu-
tæ conditionis, ibi -- *Con patto, e condizio-
8 ne però, che &c.* -- Undè cum non adhuc
computata recognita fuerint, & incertum
sit, utrum Parentius sit Creditor, vel Debitor,
utique conditio purificata non est, neque
est locus stipulationi prætensæ bonificatio-
nis, *Adden.ad dec 150.n.7., & seq.p.9., Rot.
dec.671.n.7.cor.Burat., & dec.252.n.13.p.19.
recen.*

9 De cætero satis etiam erat ad intentum
Corvii respectu harum partitarum, quod il-
læ remanerent ex præmissis difficultatibus in
statu illiquiditatis, & obscuritatis, ad hoc, ut
contraponi non possent ejus credito satis li-
quido, & certo, utpote resultanti ex pu-
blico Instrumento Camerali etiam obliga-
tione firmato juxta deducta *Dec.356.n.3.cor.
Card.Cerro, dec.215. n.1. & 3.p.18. dec.402.
n.7.p.19 rec.*, & passim alibi.

Supererit nunc agere de postrema partita
solutionis factæ Vannuccio, uti Creditori
Corvii venditoris in summa scut.288. 90. cir-
ca, quam Domini advertebant, quod ipse
10 Corvius negare non poterat se fuisse debi-
torem Vannuccii, cum iste obtinuisset in ju-
dicio contra ipsum canonizari suum credi-
tum, itaut difficultas restringeretur ad fa-
ctum probandæ solutionis expletæ à Paren-
tio, ad quod justificandum asserebatur pro-
ducta coram A.C. Creditoris receputa, quam
corroborabat etiam ejusdem Creditoris ac-
quiescentia; sed hujusmodi receputa in actis,
diligenti facta perquisitione, reperiri non
potuit, undè opponebatur à Corvio nullam
de ea habendam esse rationem, & de facto
non fuisse ab A. C. bonificatam.

In his verò terminis Domini procedendũ
esse duxerunt ad tollendas ulteriores harum
Partium controversias cum temperamento,
quod bonificanda sit ista Partita Parentio,
quatenus tamen intra duos menses exhibeat
duplicatum hujus receputæ in forma pro-
banti, & qua partita etiam admissa, nihilo-
minus creditum Corvii liquido remansisset in
eadem summa contenta in mandatis juxta
calculum aritmeticum datum in præcedenti
propositione *Summ. n.2.*

Et juxta hunc modum standum esse in de-
cisis responderunt cum consueta relatione
ad decisionem, quæ revidetur utraque &c.

FERRARIEN. ALIMENTORUM,
ET DOTIUM SUPER
IMMISSIONE.

Lunæ 15. Aprilis 1720.
Argumentum habes in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta integra familiæ assignata non de-
bent*

bent diminui; ex quo plia ad nuptias pertransiissent, quando ex alio capite masculi contemporaneè minorennitatem excedentes, majori egerent alimenta.

DECISIO MCLXXII.

INhærentes Domini insinuationibus Montiliarum allegantium pro moderatione Taxæ alimentorum assignatorum DD. de Bentivolis, quod cum duæ Puellæ hujus familiæ nuptæ fuissent, proportionabiliter minuenda essent alimenta illis debita, responderunt in audientia diei 8. Martii proximè præteriti constare de re judicata juxta modum, quem expresserunt, importare dictorum alimentorum diminutionem in futurum in scut. 600. ratione obitus nuper secuti Commendatoris Ascanii Bentivoli, & in aliis scut 600. ratione transitus ad suos vires, recepta dote ex bonis fideicommissarlis prædictarum duarum puellarum; & sic in totum in scut. 1290.

Occasione tamen qua Domini de Bentivolis postularunt hodie favorabilium resolutionum expeditionem, institerunt etiam pro reformatione prædicti modi, quantum attinet ad scut. 600. respicientia alimenta filiorum, & filiarum D. Marchionis Aloysii, & exaudiri omnimodè promeruerunt, cum rescriptum extiterit eorum instantiæ -- *Expediatur extensa brevi decisione* -- in qua declarandum mihi Domini injunxerunt consentaneè ad ea, quæ firmata fuerunt in Decisione præcedenter edita 13. Junii 1718. coram bon. mem. Ansaldo, quod non obstante filiarum fœminarum discessu à paterna domo, adhuc Marchionis Aloysii, suæque familiæ alimenta consistere debebant in annua summa scut. 3000., in qua fuerant liquidata per rem judicatam à Signatura Sanctissimi approbatam.

Et summa quidem ratione, quia licèt ex-
1 pensæ manutentionis filiarum fœminarum, quæ nuptæ sunt, Marchioni Aloysio Patri ex una parte decreverint, ex alia tamen parte longè ultra auctæ sunt, habito respectu ad masculos, quorum minor natu ætatem habet annorum 15. Primogenitus verò annorum 26, undè in eo statu jam sunt, in quo pro sui generis nobilitate iste congruum tractamentum habere debet, alter Præceptores quoque, aliasque expensas pro sui educatione condignas exigit: quibus ita stantibus cum eadem Decisione bon. mem. Ansaldi §. *Nec ullam in fine*, Domini concludebant, quod dicta Taxa in scutis 3000. semper justa, semperque congrua apparuit, absque eo quod antedicto respectu aliquam pati illa debuerit diminutionem, & interversionem adeo solemnis res judicatæ.

Et ita &c.

ALBANEN. LEGITIMÆ.

Veneris 19. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Tutrix, ut de dolo possit redargui, satis non est, quod ei objiciatur confectio tutelaris inventarii post biennium à die obitus viri per eandem expleta, quando aliundè, & ex peritorum relationibus verè de statu hereditario appareat, & bonorum occultatio ex facto met illud impugnantis exulat litem pupillo damnosam potest deserere, & utiliter transigere ad litium expensas resecandas.

Legitima juxta valorem de tempore obitus patris debetur, & qualitatem de tempore ejus legalis petitionis repertam.

SUMMARIUM.

1 *Legitima quando debeatur in sextante.*
2 *Calculus arismethicus creditum, & debitum verè liquidat.*
3 *Creditor rem sui debitoris in manibus habens, quando exceptione* -- frustra petis, quod intus habes -- *repellatur.*
4 *Decisiones, de quarum meritis non revidetur, revocandæ non sunt, imo præsupponendæ.*
5 *Tutrix, ut de dolo redarguatur, ex quo post biennium à die obitus viri, & cogente Judice, inventarium confecisset, necesse est, ut id dolo, & malitia fecisse probetur.*
6 *Amplia, si ex inventario, & peritiis æs hæreditarium majus appareret, quam ipse contradictor prætenderet.*
7 *Juramentum in litem datur tutrici, quando de re pupillari reddere rationem non posset*
8 *Firmatio status hæreditarii facta à Tutrice pupillis non præjudicat.*
9 *Æs hæreditarium non augetur ex pretio domus, quam Tutrix ad parcendum expensis litis pupillorum nomine dimisisset.*
10 *Tutrix potest dimittere rem necessariò evincendam ad eximendum ab expensis litis pupillum, & ob id de dolo non potest redargui, cum in eo isto non præsumatur.*
11 *Confessio propria est omni probationum genere præstantior*, amplia, ut in n. 12.
12 *Liber domesticus verè contra scribentem probat, & justus, ac fidelis præsumitur.*
13 *Testis qui suam fidem ex post declarasset, vel moderatus fuisset, rejicitur in secunda dicto, & primo tantum standum est.*
14 *Legitima non augetur ex creditis, quæ è facto defuncti de eius patrimonio exiissent.*
15 *Legitima ex pretio frumenti detrahenda, tempus obitus patris, & non detractionis attenditur.*
16 *Valor medius ex peritorum relationibus deductus attendendus est.*
17 *Pretium rei ex antiquis venditionibus non bene liquidatur, cum valor præsentaneus sit attendendus.*
18 *Augumentum pretii rerum ex Tutoris industria proveniens, pupilli commodo tantum, & non legitimarii cedit.*
19 *Testis de facto proprio deponens pleniè probat.*
20 *Amplia, quando eius dictum Peritorum relationibus famulatur.*
21 *Assertio collitigantis nil probat, & in summario nequit exponi.*

22 Dom-

22 *Damnum casualiter super uno corpore hæreditario superventum, tum legitimarii, cum hæredis damno cedit proportionabiliter.*

23 *Legitima licèt juxta valorem de tempore obitus Patris debeatur, qualitas tamen, & valor de tempore eius legalis petitionis considerandus est.*

24 *Tutrix de mobilibus, & expensis ad tramites inventarii à Peritis approbati rationem reddens de dolo non redarguitur, donec de errore illud non convincatur.*

25 *Tutrix faciendo expensas in re pupillari, non potest inferri, ergo pecuniis pupilli usa est, quando patruum divitem, à quo eas mutuo accipere posset, haberet; idque satis est ad tollendam contrariam præsumptionem.*

26 *Fides Officialis Sacri Montis de re istius, & ad suum munus pertinente plenè probat.*

27 *Legitimarius mandatum pro legitima obtinere non potest, quando summam eius valorem exuberantem in manibus haberet.*

DECISIO MCLXXIII.

POst geminas Peritorum relationes pro firmatione status hæreditarii, & redditione rationis hinc inde à Partibus explenda à nostro Auditorio exquisitas, disputatum fuit coram bon. mem. Ansaldo dubium in Audientia diei 27. Februarii superioris anni, -- *An constet de sufficienti redditione rationis, & pro qua summa sit relaxandum mandatum*, prodiitque responsum in omnibus favorabile Josepho Antonio, aliisque ex Thoma filio d. Josephi nepotibus, *Constare*, scilicet *de sufficienti redditione rationis, & non esse relaxandum mandatum* Concessa verò Antonio altero filio, & Patruo respectivè de pluribus gravaminibus conquerenti, nova audientia, rediit coram Me in Defuncti Collegæ locum subrogato ad trutinam dispunctio ejusdem redditionis rationis, & cum neque generales Antonii exceptiones adversus capiam resolutionem deductæ, neque etiam particulares contra singulas partitas allegatæ ullo modo subsisterent, responderunt Domini *Standum esse in decisis.*

Sermonem autem à generalibus inchoando, subsistebat cardo resolutionis in eo, quod ex duabus memoratis Peritiis constat Assem hereditarium consistere in scut 25172. 36., à quibus detractis scut. 3813. 30. æris alieni, remanet idem As in scut. 21359. 6.; undè
1 calculata juxta hanc mensuram legitima Antonio debita in Sextante, ista ascendit ad scuta 3559. 84., itaut cum obtinuerit jam, habeatque in manibus respectivè ex hæreditate paterna, & Nepotum Pupillorum Patri-
2 monio scuta circiter 4254., satis in comperto sit illum non amplius ex dicto titulo Creditorem esse, sed potius debitorem remanere juxta calculum aritmethicum, quod plenam probationem constituit, *Rot. dec. 349. n. 6. & 7. coram Priol., & in Romana Domus, seu Domorum super reserv. 10. Martii 1719. §.*
3 *Quoniam coram Me.* Proindè jure meritoque rejectus etiam fuit à sua petitione, quia frustra petit, quod intus habet, ut inquit *Rota in Fanen. fideicommissi 23. Januar. 1719. §. Tanto minus cor. bon. mem. Ansaldo, & in Romana Pecuniaria super consignatione 26. Januarii hujus anni §. Quæ enim coram Me.*

4 Nec verò licitum erat Antonio contendere, quod legitima sibi in majori quantitate deberetur, nempe in Triente, quia hujusmodi exceptio totaliter erat incongrua in præsenti judicio, in quo supposita ejus pertinentia in Sextante, unicè quærebatur de statu hæreditario pro firmanda, habito respectu ad illum, præcisa quantitate correspondente eidem Sextanti canonizato in decisione edita 7. Martii 1712. coram clar. memor. Card. Priolo, quæ cum non revideatur, non poterat incidenter impugnari, nec revocari juxta notorium stylum, de quo aliàs *decis. 627. n. 4. p. 19. rec., & in Ravennaten. manutentionis 28. Aprilis 1719. §. Et hæc coram Me.*

5 Parumque profuit objicere, quod prorsùs insubsistens reperiatur eadem firmatio status, & redditio rationis, eo ipso, quod Livia Thomæ Tutrix ejus filiorum, & d. Antonii Nepotum expilavit Josephi hereditatem, submovendo pecunias, cæterasque res facilis contractionis, quodque ipsa non confecit inventarium, in quo basis hujusmodi actuum constitui solet, legaliter ut requiritur, & non nisi post biennium ab obitu Josephi, & tunc cogente Judice, & postquam plures fecerat alienationes, itaut idcirco redacta sit ex dolo ipsius Tutricis ad nimiam difficultatem probatio d. status hereditarii, veniatque admittendum remedium suppletivum juramenti in litem.

His enim, aliisque similibus ab Antonio cumulatis obvia erat responsio valde facilis, & usitata, quod hujusmodi argumenta in Judicio non attenduntur, nisi insimul fulcita sint concludentibus probationibus, quæ sane omnino deerant ex ejus parte, ut præcipue certum est respectu Inventarii confecti post tres circiter menses ab obitu Donantis, & è contrario resilientiam non modicam habebant reflectendo ad Peritias in causa exaratas, ex quibus noscitur, ne quid minimum defecisse, quod calculatum augere valuisset statum hæreditarium, & Liviam summa bona fide omnia in dicto inventario revelasse,
6 & exhibuisse, itaut status prædictus excreverit usque ad summam scutorum circiter 26 mil., quando prius ex confessione ipsius met Antonii Viri cæteroquin experti, & in Curia versati emissa in Causa petitionis legitimæ coram Card. Priolo, videbatur non excedere sc. 20. mil. Hæ autem circumstantiæ videntur totaliter propulsare omnem doli exceptionem, omnemque substractionum, & aliarum culparum suspicionem, nec non
7 etiam difficultatem probationum, quam pariter excludit evantus redditæ, ut infra rationis,

tionis, sine quibus inutiliter quoque proponebatur Instantia ad vissimi's Juramenti in litem, juxta plene firmata *decis. 29. n. 7., & seq. coram Benincas. in Romana Primogenituræ de Cæsarinis super Juramento in litem 27. Januarii 1708. § Admissa coram Me, & in Balneoregien. redditionis rationis 21. Aprilis 1719. § Quo demum, & seqq. coram*
8 *bon. mem. Ansaldo.* Tanto fortius, quia si quisquis dolus ex præmissis colligi potuisset, id provenisset ex persona Turricis, quæ pupillis, nunc in lite existentibus ad firmandum statum hæreditarium Avi, nocere non potuisset, ut præcise prosequitur *Rot. d. decis. 29. num. 10., & decis. 284. num. 3 coram Benincas.*

His quoad generalia præmissis, descendebant Domini ad examen earum exceptionum, quas Antonius proponebat iterum contra plures partitas, ex quibus statum hæreditarium augendum contra Peritorum relationes, & firmata in præcedenti decisione bon. mem. Ansaldi contendebat. Sed adhuc
9 nequaquam Dominis reponendus visus fuit in asse hæreditario valor Domus in Terra Cinthiani sitæ, quæ tempore donationis à Josepho exaratæ favore ejus Nepotum in illius erat Patrimonio. Subsistit namque fundamentum in decisione relatum, quod illa exivit à d. Patrimonio, dum mota super eadem Domo lite vigore fideicommissi, promulgataque per Judicem Sententia contra Possessores favore fideicommissarii, Turrix ad parcendum expensis, quæ forsan valorem ejusdem Domus sc. 200. dumtaxat attingentem superassent cum periculo etiam ulterioris succumbentiæ, & rejectionis quoque expensarum erga fideicommissarium, satius duxit illi dominum prædictum relaxare, ac de facto advertebant Domini, quod licet Antonius contenderet sine ullo documento d. Sententiam fuisse infirmatam, adhuc tamen nullum allegabat fundamentum, ex quo comperiri posset Injustitia d. Sententiæ, aut saltem valida defensio adversus fideicommissarium, qua tueri se possent pupilli rei conventi, ac possessores, & cujus ratione Turrix teneretur appellare, & injuste, ac perperam liti credere
10 non debuerit: Quemadmodum vero legitime id agere potuit, ita minus recte talis actus redarguitur etiam de collusione, & fraude, quia hanc alleganti incumbit onus concludentis probationis, cum cæteroquin præsumptio sit in contrarium *Rot. decis. 509 n. 11. p. 18. rec., & in Romana Pecuniaria 19. Aprilis 1709. §. Nec ad impediendam coram cl. me Card. Priolo.*

Convenerunt item Domini cum fundamentis decisionis, quæ revidetur respectu Bobum calculandorum in num. 72. tantum,
11 & ad ratam sc. 22 pro quolibet. Quidquid enim sit de fidibus, & probationibus noviter adductis, quæ non modicas etiam distincte examinatæ paterentur difficultates; hoc unum certum est, quod constat de prædicto numero, & valore ex confessione ipsius Antonii illos ita describentis in Libris Domesticis suæ domus. Hæc enim est propriæ confessionis efficacia, ut superet omne genus probationis, *Rot. decis. 428. n. 1. & decis. 452 n. 22. p. 19. recen. tom. 2. & in Romana seu Sabinen. redditionis rationis 5. Decembris 1718 §. Supposita coram bon. mem. Ansaldo.* Et ex hac eadem ratione nequaquam attendenda visa fuit ea, quæ idem Antonius inculcabat respectu Equorum, cum eadem adesset ipsius confessio, cum qua Periti in firmando statu recte processerunt.
12 Idemque concurrebat respectu numeri Vaccarum, quia licet Antonius de iis quoque in majori numero calculandis conquereretur, habebat nihilominus contra se eamdem descriptionem in Libris domesticis, à qua non potuit sese eximere repetita illa animadversione, quod in dicta sua descriptione non continerentur Tauri, neque Vituli, juxta depositionem Testis ad id probandum de-
13 ductam, quia sicut advertit decisio, quæ revidetur § *Ejusdem coram bo. me Ansaldo,* iste Testis subinde depositionem suam declaravit medio Juramento per aliam fidem; cui isto casu in primæ declarationem standum erat, *Rot. decis. 1867. n. 49 coram Coccin. decis. 71. n. 14. coram eodem Ansaldo, & decis. 82 n. 3. p. 18. rec.*

Multoque inutilius augumentum assis hæreditarii constituere satagebat sæpedictus Antonius in Creditis, & nominibus Debitorum, qui in magno numero per Schedulas privatas habuisse Josephum uti Negociatorem præsumendum esse asserebat; Nam ex his aliis apocis, jam à Turrice triginta sex exhibitæ fuerunt coram Perito, earumque valor in Asse memorato calculatus fuit, neque de aliis constat, quam de iis, quas ipse Joseph, dum viveret gratuito relaxavit Petro Sciarræ suo Subaffictuario (sed istæ in rei veritate neque erant Apocæ, sed Taleæ, & Pignora Pistoris) occasione subaffictandi furnum quasque eleemosinæ titulo idem Joseph donavit pariter Beatissimæ Virgini de Gallorio nun-
14 cupatæ; & propterea, cum jam hæc credita exivissent ex facto ipsius Josephi ab ejus Patrimonio; quisque videt, quod calculari non possunt pro augenda filiorum legitima, quæ mensuram sumit à bonis tempore mortis in hæreditate repertis, juxta late deducta aliis omissis per *Merlin. de legitim. lib. 1. quæst. 1. n. 3. & lib. 2. quæst. 16. n. 2.*

Subsequitur post hæc in decisione, quæ revidetur dispunctio pretii frumenti in hæreditate Josephi reperti, quod non in sc. 6. 20 pro quolibet rubro, sed in sc. 7. 80. calculandum fuisse substinet Antonius duplici ratione, primo quia tanti venditum fuerit idem frumentum à Pupillis Donatariis, & secundo quia tanti, & ipse vendiderit pariter frumentum eodem anno 1709., sed neutra relevat distinguendo tempora, quibus, & legitima eidem Antonio debebatur, & quibus
15 fuerunt factæ venditiones prædictæ. Siquidem legitima ipsi debebatur tempore mortis phi,

Josephi, & hoc tempore pretium currens, &
ordinarium frumenti juxta plurium Perito-
rum relationes, & attestationes erat illud
16 sc. 6. 20. pro quolibet rubro, quæ relatio-
nes cum sumant hujusmodi rationem à me-
dio, & non à majori; neque infimo pretio
eo mense currenti omnino attendendæ sunt,
juxta late firmata *decis.* 580. *num.* 34. *&* 35.
17 *coram Bich.* Venditiones autem prædictæ
factæ ab Antonio fuerunt diverso tempore,
& imo de diverso frumento scilicet veteri,
quod post novam recollectionem pluris vale-
re solet, quam recens, & ideo non possunt
præbere normam justi pretii diverso tempo-
re, & pro diversa qualitate frumenti, ut ad-
vertit eadem decisio, quæ revidetur §. *Quo*
18 *vero coram bo. me Ansaldo*. Quod autem
etiam ex parte Pupillorum alliquanto pluris
diverso pariter tempore frumentum hære-
ditarium venditum fuerit, provenit ab eo-
rum Tutricis industria, quæ illud custodiri
curavit, & asservari ad tempus in quo pre-
tium auctum esset, & proinde hujusmodi au-
gumentum non legitimarii commodo, sed
Donatariorum cedere debet, prout docent
Peregrin de fideicomm. art. 36. *num.* 34.
Merlin. de legitim. lib. 5. *quæst.* 7. *n* 33 *&* 42.
Aliud gravamen deducebatur ex calcula-
tione novalium ad rationem sc. 5. pro quoli-
bet rubro, quando ex Antonii assertione
calculari debuissent ad sc. 12. circiter juxta
depositionem Testis asserentis ita se cum ea-
dem Tutrice gessisse quoad novalia sibi ven-
19 dita, sed Domini adherendum putarunt as-
sertioni Pupillorum pro sc. 5. cujuslibet ru-
bri; quia præcise de hac quantitate constat
respectu novalium de quibus agitur ex de-
positione Bubulci majoris, vulgo *Capoccia*,
qui præfuit eisdem Novalibus explendis, &
restatur de tribus tantum, ut dicitur aratu-
ris, & de dicto pretio sc. 5., cui quidem
Testi, uti de facto proprio deponenti stan-
20 dum est *ex vulgatis juribus*; Tanto magis,
quia ejus dictum conforme est etiam valuta-
tiuni comuni Peritorum Artis Agrariæ, ut
advertit decisio, quæ confirmatur, neque
curandum est de dicto alterius Testis circa
factum Tutricis, quia non distinguit novalia
completa cum sexta aratura, & potius de
illis intelligendus est, cui correspondet pre-
tium, quod ab eo dicitur solutum, quam de
iis, qui tertiam tantum manum habuerint.
21 Frustra vero ad probandum, quod nova-
lia essent completa, sicut etiam ad alios ef-
fectus, afferebatur in Summario Antonii
contra stylum ejus prætentiones, & assertio-
nes, tanquam Instrumenta, vel alia genera
probationum, quia in præjudicium colliti-
gantis sunt omnino inutiles, & frustratoriæ,
proindeque omnino spernendę sunt, *Rot. de-
cis.* 394. *n.* 14. *coram Bich. decis.* 307. *coram
Cerr.*, *& dec.* 82. *n* 7. *p.* 19. *rec.*
Hæc erant ea, quę etiam in præterita Cau-
sæ disputatione proponebat Antonius ad au-
gendum statum hereditarium Josephi, & im-
pinguandam consequenter ejus Legitimam,
22 modo vero, & aliam addebat quęstionem
circa Animalia, quorum numerum desumeo-
dum contendebat de tempore præciso obitus
ejusdem Josephi, non vero posteriori tem-
pore, dum interim grassante Bovilla peste
(de qua erudite adeo scripsit bo. me Lanci-
sius S. D. Nostri Archiathater, & cujus ra-
tione idem Sanctissimus ad audiendas Agri-
colarum, aliorumque super hac re controver-
sias, Me cum duobus aliis Prælatis ad-
scivit) ejus damnum sensere etiam Pupilli de
Albertis, quorum animalia hæreditaria Jo-
sephi, in notabili numero comune Infortu-
nium subiverunt. Sed Domini hujusmodi
damnum non in præjudicium hereditatis
tantum cedere debere responderunt, sed
proportionabiliter etiam in præjudicium le-
gitimarii, quia cum ex casu fortuito obvene-
rit sine heredum culpa, & quidem ante legi-
timę legalem petitionem, eidem quoque le-
23 gitimario obesse debet, cui licet debeatur
legitima juxta quantitatem bonorum de
tempore obitus, debetur tamen juxta quali-
tatem, & valorem de tempore legalis ejus
petitionis, *Rot. decis.* 94. *n.* 6. *& seq. coram
Bich. decis.* 90. *per tot. post Merlin. de legi-
tim.*, & in simillibus terminis domus collapsę
ex Terremotu *in Ariminen. legitimę* 8. *Ju-
nii* 1714. §. *final. coram Me*.
24 Agere superfuisset de aliis particularibus
exceptionibus, quæ respiciebant mobilia,
& expensas recollectionis frumenti anni
1709; quoad mobilia tamen frustra Antonius
de eorum majori quantitate, & valore sine
ulla probatione conquerebatur, postquam
de iis habita ratio fuit ad formam Inventarii
io duabus Peritiis, quibus, donec ab ipso de
errore concludenter non doceatur, standum
venit, *Rot. dec* 49 *n* 1. *coram sa. me. Greg.
XV.*, *decis.* 263. *n.* 11. *p.* 19. *rec.*, *& passim
alibi*. Quo vero ad expensas recollectionis
frumenti, placuit Dominis decisio, quæ revi-
detur § *Eodemque modo*, ubi quod jam ex-
ceptio ista fuit alias à nostro Tribunali reje-
cta in *decis.* 16. *Aprilis* 17. 1 6. *Neque coram
Reverendissimo P. D. Alarovando Archie-
piscopo Neocæsarien*; *& in alia super man-
datis* 1. *Iulii* 1716. §. *Indeque coram
25 bon. mem. Ansaldo*, itaut inutiliter rursus
contenderet Antonius, illas non ex propriis
Tutricis pecuniis, sed ex hereditariis factas
fuisse cum ratiociniis ductis a possibili, & à
*leg. Quintus Mutius ff. de donat inter Vir.,
& Uxor.*; cessant enim hæc omnia eo ipso,
quod in Summario additionali Pupillorum
demonstratur hujusmodi pecunias impensas
in d. frumenti recollectione habere potuisse
Tutricem à Divite ejus Patruo, illas in ipsius,
& Pronepotum gratiam mutuante, prout
alias facere consuevit, id quod sufficit ad
tollendam contrariam præsumptionem juxta
ea, quæ aliis omissis late docet *Menoch. de
præsumpt. lib.* 3., *præsumpt.* 51. *n.* 36, *&
Rota in Senogallien. Pecuniaria* 27. *Iunii*
1711. §. *In hac coram R. P. D. meo Falcone-
rio Almæ Urbis Gubernatore*, & fortius,
quia

quia deficit omnino inventum Antonii subsistentis præfatas expensas factas fuisse ex pecuniis exactis à Sac. Monte Pietatis, dum ex Peritia Officialis eiusdem Montis *in Summ.*

26 *responsiones Pupillorum n. 1.* convincitur, quod omnes pecuniæ ibi existentes sub nomine Josephi Alberti post ejus obitum ab Antonio versæ fuerunt in creditum aliarum personarum, cui publico Officiali plene credendum est, *Rot. decis.* 21. *n.* 10., *decis.* 200. *n.* 5. & 8. *par.* 18., *decis.* 467. *n.* 16. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Quanquam autem ex his satis superque putarent Domini sublatas esse exceptiones Antonii contra singulas supradictas partitas itaut tuto jam ipsi respondissent, & constare de sufficienti redditione rationis, & non esse relaxandum mandatum ab illo petitum,

27 adhuc pro coronide eam superaddebant animadversionem, quod etiam si aliqua ex præmissis partitis dubia fortassè remaneret, nihilominus tamen rectè procederet resolutio contra illum, qui juxta firmata Superiori §. *Sermonem* non modicam summam habet in manibus ultra importantiam ejus legitimæ.

Et ita aliis omissis, quæ sine ullo probationis fundamento opponebantur, & relative ad præcedentem decisionem responsum fuit utraque &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 19. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Dos ex matrimonialium onerum substentatione soluta præsumitur, ac dotalis hypotheca ad ea etiam bona, quæ de paterna hæreditate fint viro obventura, protenditur.

Patris testamentum semel à filiis in actibus ferìis, & proportionatis pro nullo recognitum, & ideò reiectum, non potest amplius præsertim in tertii præjudicium reviviscere.

SUMMARIUM.

1 *Dos soluta præsumitur ex confessione de recepto à viro facta, subministratione alimonia favore mulieris, & ex quo ista primo viro majorem etiam dotem constituisset.*

2 *Hipotheca dotalis extenditur etiam ad bona viri de futuro sibi acquirenda, quando pro restitutione dotis etiam sua bona futura obligavit;* amplia, ut in num. 8.

3 *Testamentum, in quo pater, relicta legitima uni ex filiis, cæterisque ex asse institutis, cessat, & datur successio ab intestato, quando eo non obstante, filii equaliter hæreditatem inter sese divisissent.*

4 *Testamentum, etiam si validissimum, ex unanimi tamen filiorum placito causa testati ad causam intestati redigi potest.*

5 *Testamentum semel pro nullo à filiis habitum, contra factum propriam in præjudicium tertii reviviscere nequit.*

6 *Aditio hæreditatis ab intestato testamento neglecto, ex quibus ditatur à filiis concorditer facta.*

7 *Hæreditas non dicitur repudiata, ex quo unus ex filiis aliqua re recepta cætera in manibus fratruum deservisset, quando iste esset actus correspectivus ad aliquid jam perantea receptum.*

8 *Vir in præjudicium uxoris non potest super paterna hæreditate transigere suam virilem fratribus renunciando;* ampl.ia ut in num 9. & 10.

9 *Amplia, quando eadem tran[s]actio nec necessaria, nec coactiva fuisset, & in fraudem potius mulieris, quæ ante eam pro suæ dotis restitutione, seu assecuratione egisset.*

10 *Subamplia, quando debitor viri non obstante scientia de credito mulieris, cum isto transegisset, eique libere persolvisset eam summam, quam sub vinculo dotis prius deposuisset.*

DECISIO MCLXXIV.

Semel, atque iterum reproposita causa super resolutis coram Me die 3. Julii 1715. nulla unquam propter suffragiorum paritatem capi potuit resolutio; hodie tamen adscitis de more ad suffragandum quinto, & sexto, tandèm responsum fuit *pro recessu à decisis.*

Quamvis enim Domini cum præcedente resolutione libenter convenerint in eo

1 quod attinet ad creditum dotale Victoriæ Vid. rel. qu. Antonii Tramazza, rati òe illo satis constare ex solemni confessione de recepto à viro exposita, juncta præcedenti promissione dotis, ac continua subministratione alimentorum mulieri præstitorum, nec non circumstantia illa valdè notabili, quod eadem mulier etiam majorem dotem in primis nuptiis consequta fuerat, ex adductis in decisione coram Me dicta de edita §. *Quamquam enim.*

2 Pro eo tamen, quod respicit executionem mandari pro restitutione dictæ dotis favore Victoriæ in prima instantia relaxati, recedendo à dicta resolutione censuerunt hodiè illud exequendum esse etiam super bonis hæreditariis Blasii Tramazza pro quinta parte pertinente ad memoratum Antonium unum ex quinque dicti Blasii filiis, cum ea quoque virilis portio paternæ hæreditatis in eum ex post obventa ceciderit sub generali hypotheca bonorum omnium præsentium, & futurorum, sub qua Antonius soluto matrimonio dotem restituere promisit, *l. si creditor ibique Bart. num.* 1. *ff. de distract. pign.* cum aliis notissimis concordan.

Minimè subsistente fundamento illo, cum quo processum fuit in decisione quæ revidetur, quod nimirum, attento Testamento ab eodem Blasio condito, in quo relictis jure legitimæ memorato Antonio scutis viginti, cæteros quatuor filios heredes universales in-

institiuit, eessaverit omninò causa intestati,
& per consequens nullum jus ex capite legi-
timæ successionis eidem Antonio deferri,
aut quæri potuerit, quod sub hypothecis ab
eo contractis cadere valeret.

3 Quidquid enim sit, an dictum Testamen-
tum, tametsi conditum sine solemnitatibus
a jure Civili præscriptis, nihilominus vel
tanquam factum inter liberos, vel saltem ex
æquitate Juris Canonici *in cap. cum esses de
Testamentis* substineri revera potuisset, &
an filius cui modica summa scutorum vigin-
ti pro sua legitima portione relicta fuerat,
de inofficioso redarguere, & contratabulare
valuisset: Illud hodie pro comperto habi-
tum fuit, quod tam ipse Antonius, quam cæ-
teri quatuor fratres Testamentum pater-
num semper pro nullo, atque irrito habue-
runt: Antonius quidem judicialiter petendo
ejus virilem portionem; cæteri veró fratres
nedum exigendo pecunias hæreditarias pe-
nès edem Sacram depositas tanquam hære-
des Patris ab intestato, sed etiam quod plus
est ipsam paternam hæreditatem dividendo
in quinque æquales portiones, prout in suc-
cessione ab intestato inter quinque filios fie-
4 ri opportebat. Undè his stantibus, etiam
si Testamentum revera sustineri potuisset,
nihilominus ex unanimi placito filiorum te-
stati causa ad causam intestati redacta fuisset
leg. intestat. 64. ff. de verb. sign. ibi -- *Inte-
status est non tantum, qui Testamentum
non fecit, sed etiam cujus ex Testamento hæ-
5 reditas adita non est* -- itaut hodiè fratribus
de Tramazza Reis conventis ejusdem testa-
menti subsistentiam, & validitatem contra
propriam confessionem in tot actibus pro-
portionatis maturè, ac seriò emissam instau-
rare amplius non liceat, *vulgata l. cum præ-
cum &c. de liberat. caus., & cap. per tuas de
probat.*

6 Neque in oppositum urget transactio in-
ter ipsum Antonium, ac duos ex quatuor
aliis fratribus inita, nempè Innocentium, &
Bernardinum: Tantum enim abest, quod
per eam approbatum, confirmatumque fue-
rit paternum Testamentum, quemadmodum
admissum fuit in decisione quæ revidetur, ut
potius à contrario prædicti duo fratres ad
illam devenerint sub expressa qualitate hæ-
redum ab intestato; imo verò benè, ac soli-
dè in facto animadversum fuit, quod Anto-
nius in dicta concordia non transegit cum
fratribus super jure succedendi ex testamen-
to, vel ab intestato, cum omnes inter se jam
ultrò convenirent, non aliter, quam ab inte-
stato agnoscendam esse paternam hæredita-
tem, sed solum transegit super quibusdam
aliis controversiis inter ipsos exortis circa
administrationem negociorum vivente Pa-
tre ab aliis fratribus in Urbe gestam, cum
Antonius contenderet, quod in hæreditate
Patris pro quinta parte ipsi delata compræ-
hendi quoque deberent Caupone in Urbe
exercitæ à cæteris fratribus; ex quo sequi-
tur, ut aditio prius facta ab eodem Antonio
de hereditate, tanquam ab intestato nedum
ex dicta transactione sublata, atque inter-
versa non fuerit, sed potius ex ea confirma-
tionem, ac magnum robur acceperit *eodem
Argumento Text. in l. non minorem 2. C. de
transact.*, quo utitur *præcedens dec. §. Nam
cum ex supra deductis in fin.*

7 Firmo itaque ex his manente jure certo,
atque invariabili Antonio competenti super
virili legitima successione in bonis Blasii Pa-
tris, nihil obstat, quod idem Antonius recep-
ta ab Innocentio, & Bernardino summa
scut. 300., obtentaque remissione aliorum
scut. 700. ab ipso debitorum, certisque ali-
mentis sibi, & ejus uxori reservatis dd. duo-
bus fratribus cesserit, ac renunciaverit quo-
tam sibi debitam in bonis, & hæreditate pa-
terna. Ejusmodi enim cessio, & renunciatio,
tanquam facta favore duorum tantùm ex
quatuor fratribus correspectivè ad recep-
tionem ferè equivalentis valoris, & quod
plus est, super jure per judicialem petitio-
nem jam prius agnito, cum resolvi non possit
in simplicem repudiationem, seu abstensio-
nem, sed sit vera translatio, ac donatio, seù
potius venditio juris jam quæsiti, nullum
profectò inferre potuit prejudicium juri-
bus, & hypothecę dotali Victorię ex ipsò
momento acquisitionis super dicta quota he-
reditati infixæ, *l. Debitor C. de pactis cum
aliis in puncto adductis per Olcam decess. jur.
tit. 2. qu. 3. n. 47.*

9 Eoque certius, quia dicta cessio, licet per
viam transactionis exposita neque dici po-
test necessaria, dum per eam translatum
fuit jus minimè controversum, & ex ipsa
fratrum cessionariorum confessione Antonio
competens; & ulterius neque etiam videri
potest bona fide facta, sed potius animo
fraudandi ipsam Mulierem, quæ jam longè
ante ipsam cessionem, seù transactionem
urgere cœperat, & usque sub die 2. Novem-
bris 1708. vigore sui crediti dotalis cauthe-
lam Angeli allegaverat contra Innocentium
alterum ex cessionariis, qui ideò pretium
Caupone ab eodem Antonio sibi venditæ
deposuit cum expresso vinculo citandi
10 etiam Victoriam. Si igitur idem Inno-
centius non obstante præcisa scientia dicti
crediti dotalis ad transactionem cum
Antonio devenit, eique certam summam li-
berè persolvit, utique transactio bona fide
facta dici nequit, nec apta est illius credito-
ribus nocere, *l. null. 13., & ibi gl. & Bart.
ff. de transf. l. 1. §. Ac si transegis ff. si quis
in fraud. pat. Urceol. de transact. quest. 36.
num. 16.*

Et ita videntibus 5. & 6. & utraque parte
informante resolutum fuit.

LAURETANA CENSUUM.

Luna 22. Aprilis 1720.

Hac est confirmatoria alterius sub die 17. Martii 1719.

ARGUMENTUM.
Habes in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum, quæ non competit filiis adversus inventarium nullum ab eorum tutrice factum, operatur, ut isti simplices fiant hæredes.*

2 *Hæres simplex de proprio erga creditores defuncti tenetur, ac si directè cum eis contraxisset.*

DECISIO MCLXXV.

Unica spes, quam fovebant Fratres de Dionysiis, præservandi eorum Personas, & bona propria ab executione mandati, & exequatur contra ipsos decreti prius ab A. C. Cineio, & deindè à nostro Tribunali, *prævia decisione diei 22. Martii 1715. coram R. P. D. meo Foscaro*, versabatur in eo, quod ipsis indulgenda foret restitutio in integrum adversus malam confectionem inventarii hæreditaris eorum Patris, à cujus Creditoribus mandatum, & exequatur obtentum fuerat. Cùm autem hæc eorum instantia rejecta fuerit in nostro Auditorio prius die 14. Junii 1717., & post variam colluctationem etiam die 17. Martii superioris anni, *videntibus omnibus Dominis juxtà Decisiones editas coram Me*, hinc semper responsum pariter fuit -- *Esse procedendum ad legitimam executionem contra personas quoque, & bona propria*.

Concessa verò ex Dominorum benignitate iterum nova audientia respectu utriusque dubii, rediit ad trutinam in hodierna Rota tam instantia proposita ab iisdem Fratribus de Dionysiis pro restitutione in integrum ab ipsis, ut præmisimus, petita sub congruo dubio, de quo *in contemporanea Decisione*, quam instantiam Creditorum pro executione mandati contra illorum Personas, & bona; & sicut jura Creditorum prævaluerunt in uno dubio, ita prævaluerūt in alio. Responderunt enim Domini *Standum esse in primo, & tertio loco Decisis pro denegatione dictæ in integrum restitutionis, & Standum esse in Decisis pro processu ad executionem prædictam.*

1 Resolutionis fundamentum stetit iterum in eo, quod si Inventarium confectum de hæreditate Paterna à Tutrice illorum de Dionysiis nullum fuit, neque ipsis competit petita restitutio in integrum ad hoc, ut aliud legitimè conficere valeant, procul dubio remanent destituti omni Legis beneficio, cujus vigore personam, & bona propria

2 eximere possint ab executione, & cum haberi debeant uti simplices debitoris hæredes, tenentur de proprio ergà Creditores eorum Authoris, ac si ipsi cum illis de directo contraxissent, juxtà firmata *in utraque Decisione* quæ revidetur, & præsertim *in secunda §. Stetit. coram me*.

E ità relativè ad easdem *Decisiones*, nec non ad alias editas super denegata in integrum restitutione, tertio resolutum fuit, *videntibus omnibus Dominis*, & utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER RESTITUTINE IN INTEGRUM.

Luna 22 Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Præsens decisio est alterius sub die 10. Decembris, revocatoria, & respectivè aliarum duarum sub diebus 14. Junii 1717. & 17. Martii 1719. confirmatoria.

Restitutio in integrum adversus male confectum à tutrice inventarium post lapsum quadraginta annorum, & postquam minores majores facti nullitatem ratificarunt se se in hæreditate immiscendo, numquam concedenda est; neque ex generica probatione de non existentia aliorum bonorum, præter descripta, sanari potest respectu creditorum; quidquid sit respectu hæredum.

SUMMARIUM.

1 *Quadriennium datur hæredi ad petendam restitutionem in integrum adversus malè confectum inventarium à tutrice, à die egressus de minoritate* 1 & num. 2.

2 *Restitutio in integrum adversus malè confectum à tutrica inventarium semel concessa, iterum concedi non debet, quando ea hæres abutens, novum inventarium nullum non citatis creditoribus fecisset*, & num. 7.

3 *Ampliа, ut præsumptio intret, quod in creditorum præjudicium id sit sequutum.*

4 *Subamplia, quando pupillus factus major, tale inventarium ratificasset, manus super hæreditaria apponendo, exigendo, ac relata jurium cessione creditores dimittendo.*

5 *Item non datur pupillo, postquam per viginti annos factus major, illud approbasset.*

6 *Ignorantia juris ab inventario nullo non excusat; secus ignorantia facti.*

8 *Restitutio in integrum adversus inventarium nullum sine læsione non datur*, & vide casum.

9 *Læsio ad effectum irritandi inventarium desumenda est ex combinatione status activi cum passivo hæreditatis.*

10 *Inventarium nullum non convalidatur ex firmationibus status hæreditarii defectuosi.*

11 *Inventarium hæreditarium fundatum super tutelari defectuoso corruit cum isto;* amplia, ut in num. 17.

12 *Non*

12 *Non sanatur ex probatione negativa non existentiæ aliorum bonorum respectu creditores hæreditatis; quidquid verò sit inter hæredem gravatum, & fideicommissarium;* amplia, ut in num.18.

13 *Item neque per excusationem, quod hæres scientiam de creditoribus non habuisset, quando probationes de tali ignorantia essent dubiæ, & confusæ.*

14 *Hæres in confectione inventarii fallax repertus in uno, in aliis sic se gessisse præsumendus est.*

15 *Inventarium fit defectuosum ex descriptione scripturarum in confuso, & librorum instrumenta continentium, absque denotatione Notarii, & diei.*

16 *Singula quæ nec in singularitate subsistunt, nec probant, nec simul unita juvant.*

17 *Inventarium hæreditarium tunc ex pupillari, licet nullo, aliqualiter sanari posset, quando defectus illius ex isto suplerentur, & istius defectus ex illo ad invicem, secus verò si ambo in suo esse defectuosa reperirentur.*

18 *Inventarium nullum non sanatur ex redditione rationis facta à tutrice respectu creditorum, quidquid sit inter heredes.*

19 *Amplia; ut neque ex præsupposita sinceritate Tutricis, cum lex nulli in hac materia parcat.*

20 *Rigor juris scripti æquitati non scriptæ præfertur.*

DECISIO MCLXXVI.

MAturo examine discussa fuit in nostro
Auditorio petitio illa, quam Fratres
de Dionysiis proposuerunt contra Credito-
res Joannis eorum Patris pro obtinenda re-
stitutione in integrum adversus malam con-
fectionem Inventarii istius hæreditatis.
Quippe quia prima vice in Audientia *diei*
14. Junii 1717. coram Me dictum fuit, *eam-*
dem restitutionem in integrum denegan-
dam esse. Successivè verò in *Rota diei* 10.
Decembris ejusdem anni prævio recessu à
decisis responsum extitit, *illam esse conce-*
dendam, collatis tamen subinde invicem vi-
ribus utriusque decisionis, & adscitis ad suf-
fragium ferendum omnibus Dominis post
tres causæ propositiones prodiit rescriptum
die 17. Martii superioris anni *Standum esse*
in primo loco decisis pro ejusdem restitutio-
nis in integrum denegatione. Eodemque
examine hodiè reassumpto, *omnibus* pari-
ter *Dominis* suffragium ferentibus, & par-
tibus iterum jura sua validè deducentibus,
prævaluit Creditorum instantia, & conclu-
sum fuit, *Standum esse in primo, & tertio*
loco decisis.

1 Etenim subsistere visa sunt multiplicia illa
fundamenta, quæ pro deneganda petita re-
stitutione in integrum in decisionibus ex-
penduntur, & primò quidem subsistit illud,
quod Fratres de Dionysiis, licet conscii de
debitis Censuum, pro quibus hodie agunt

illi de Quattrinis, cæterique Creditores;
quia pro iisdemmet Censibus illorum Au-
thores egerunt etiam sub anno 1675., non
solum quieverunt per lapsum 40., & ultrà
annorum, quando tamen de jure præfixus
est quadriennii tempus ad petendam eam-
dem restitutionem in integrum, juxtà *Tex.*
in l. fin. C. de temp. in integr. restit., & *in*
cap. 1., & 2. de restit. in integr. in 6., ve-
2 rum, quod est notabilius, prænoscentes nul-
litatem Inventarii confecti ab eorum Tu-
trice, & necessitatem aliud solemniter con-
ficiendi, cujus beneficio uti possent, eam-
dem proposuerunt instantiam coram Judice
de Partibus sub anno 1677., & obtinuerunt
ad petitam restitutionem admitti, sed ea le-
gitimè usi non fuerunt, quia confecerunt
quidem ejus vigore Inventarium hæredita-
tis paternæ, sed undequaque nulliter, & in
specie nequaquam citatis Authoribus Credi-
torum hodiè comparentium, & qui usque
tunc, jam, ut diximus, comparuerant: In
quibus terminis in hodierna petitione ipsis
obstat dispositio etiam *Tex. in l. fin. Cod. si*
3 *sæpius in integr. rest. postul.* neque digni
sunt ad eam iterum admitti, cujus benefi-
cio à legibus impartito juxtà leges usi non
sunt, imò in fraudem Creditorum abuti ten-
tarunt, juxtà firmata in *utraque decisione*,
quæ confirmatur, & in *Romana Pecuniaria*,
seù Locorum Montium 11. Junii 1706. *§.*
Nilque refert cor. bo. me. Molines.

4 Tantoque fortiùs ex his rationibus exclu-
duntur, quia intermediè facti majores ma-
nus injecerunt super tota substantia hæredi-
taria, faciendo plures Stabilium hæredita-
riorum alienationes, census pariter heredi-
tarios extinguendo, pluraque etiam debita
dimittendo, & quidem posteriora illis, quæ
modo sunt in hac lite, imò dimittendo po-
steriora, etiamsi haberetur omnimoda scien-
tia horum Censuum, pro quibus jam antea
agi cœperat, & anteriora etiam, sed cum ea
distinctione, quod istorum respectu fuit
semper curata cessio Jurium, fortasse ad
eum finem, ut se in bonis hæreditariis eo-
rum prætextu possent confovere; ex tot au-
tem actibus res amplius integra non dicitur,
& jus quæsitum est aliis Creditoribus, præ-
sertim anterioribus, ut & ipsis satisfiat, nec
petitæ restitutioni remanet aditus, ad *Tex.*
express. in l. quod si minor §. Scævola ff. de
minor., *Rota decis. 19. num. 6. coram Coc-*
cin., & *Marchesan.* in postrema *decisione al-*
legat. §. Nec levius de Commiss. restit. in
integr. par. 2. §. 2. num. 49. ibi -- *Si adest di-*
stractio incassum restitutio petitur &c.

5 Nulloque modo juvare Dionysios potuit
allegata rursus ignorantia, præsertim in uno
ex eis omninò supponenda, quia Posthumus,
utpotè natus, Patre jam defuncto anno 1671;
respectu enim istius propter natalia post
alios sortita, nihil ulterius considerari valet,
quam quod non per 40. annos, ut alii, ac-
quieverit factus major, sed per annos tan-
tum 20., cæteroquin contra ipsum militant

eadem rationes, quia & ejus nomine fuit facta dicta petitio admissionis ad restitutionem in integrum coram Judice de Partibus, & ejus quoque nomine confectum extitit aliud Inventarium tot laborans defectibus,
6 & nullitatibus. Ex ignorantia tamen neque ipse, neque alii fratres juvari possunt, quia cum non agatur de ignorantia facti, in quibus terminis loquuntur authoritates pro ipsis adducta; sed de ignorantia juris clari, & manifesti, ut est conficere inventarium juxtà solemnitates à lege præscriptas, ejus prætextus minimè suffragatur illis, qui majores facti aut sciverunt, aut scire saltem debuerunt, & potuerunt ea, quę sunt adeò clari juris ex opinione inconcussa nostri Tribunalis, de qua aliis relatis plenè in *tertia decisione* hujus Causæ 17. *Martii* 1719. §. *Neque suffragari coram Me*, & præsertim *in Romana, seu Ferranien. Cambii* 30. *Januarii* 1711. §. *Minus officiebat coram Emo D. Card Scotto, & in Anconitana, seu Recineten. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* 26 *Febr.* 1712. §. *Minusque cor. Rmo P. D. Aldrovando Archiepiscopo Neocesarien.*

Neque obstant alię authoritates hodiè pro Dionysiis deductę super eo, quod etiam post centum annos restitutio concedatur; quicquid enim sit in aliis casibus, in quibus illę loquuntur, certè in præsenti allegari
7 non possunt, ubi ad restitutionem in integrum excludendam ea præsertim concurrit circumstantia, quod alias petita, & obtenta fuit, & ubi concurrit limitatio temporis ad eam petendam intra quadriennium, quia si id procederet, quadriennium à lege cæteroquin præscriptum transiret in infinitum, & legis limitatio frustranea redderetur, ut tradit *Jovius de solemn. in contract. minor. glos.* 45. §. 5. *num.* 13., & firmat *Rota* in citata *Anconitana, seu Recineten. Cauthelæ Angeli* §. *Etenim cor. Rmo Aldrovando, in Asculana restitut. in integrum* 23. *Aprilis* 1714. §. *fin. cor. Me*, in quibus de minoris temporis lapsu, quam hic concurrit, cum aliis adductis in prima *decisione* §. *fin.*, & in tertia §. *Primum.*

8 Firmum item remanet alterum Fundamentum, sub quo Dionysii rejecti fuerunt in præteritis resolutionibus in eo sistens, quod ipsi petunt restitutionem in integrum non probata lęsione, sine qua tamen illa concedi non potest, juxtà satis vulgarem regulam, de qua in puncto confectionis novi Inventarii *Rota* in allegata *Anconitana, seu Recineten. Cauthelæ Angeli super restitutione in integrum* §. *Etenim restitutio cor. Rmo P. D. Aldrovando, & in Asculana restitutionis in integrum* §. *Tantoque magis cor. Me.*

9 Ad quam quidem lęsionem ostendendam satis non erat Fratribus de Dionysiis ostentare debita hęreditatis paternę, vel ab ipsis dimissa, vel pro quibus ipsi adhuc remanent obligati ascendentia ad notabilem quantitatem; ut enim advertit postrema *Decisio* 17. *Martii anni præteriti sub* §. *finali*, quicquid sit de hujusmodi creditis, eorumque quantitate, satis non est ad intentum demonstrare statum passivum ejusdem hæreditatis, sed necesse est firmare etiam activum, habito respectu ad tempus obitus Patris debitoris ad hoc, ut unus alteri contraponi possit, & ex utriusque status firmatione recognosci, utrum verè lęsio probata sit, ut prosequuntur mox relatę decisiones, & dictum fuit etiam *decis.* 88. *nu.* 1. *post Urceol. de transact. & in Bononien. Immissionis* 6. *Martii* 1702. §. *Quod autem cor. Emo D. Card. Scotto*, cum aliis adductis in *decis.* 14. *Junii* 1717. §. *Et primo cum seq.*

10 Et in hac firmatione status activi iidem Fratres de Dionysiis omni præsidio destituti sunt; quippè quia, licet illam adstruere conarentur, vel ex Inventario tutelari confecto per eorum Matrem, & Tutricem, vel ex alio hæreditario subindè eorum nomine ab illa pariter expleto post reportatam alias restitutionem in integrum, de qua supra fecimus mentionem, vel etiam ex ambobus simul junctis, tamen omninò imparia ad prędictum effectum omnia dignoscuntur, quia plurimis scatent defectibus, ex quibus illorum fides excluditur, ideoque nullum fundamentum prębent, cui tutò in regulando asse debitoris niti possit, ex firmatis in *Romana Pecuniaria* 6. *Maii* 1707. § *Prout, cor. Eminentissimo Domino Cardinali Scotto, & in Romana Annuę præstationis, & Census super Statu activo* 15. *Junii* 1714. §. *Præsupposita coram Me.*

Quantum enim attinet ad hæreditarium excusat ab omni onere excussionis ejus defectuum decisio edita in hac causa *die* 22. *Martii* 1715. *coram R. P. D. meo Foscaro*, in qua illi canonizati fuerunt, & successivè admissi ab ipsis Fratribus de Dionysiis, qui in sequelam dictę resolutionis convolarunt ad aliud remedium restitutionis in inte-
11 grum; quo vero ad tutelare primum etiam quoad illud examinandum sibi esse immorandum Dominis visum est, quando iisdem laboret defectibus, quibus aliud posterius hęreditarium confectum ad ejus formam, & cum iisdem rerum hęreditariarum omissionibus, ut super eo pariter impossibile remaneret constituere ullam basim probationis ad effectum de quo agimus, ut advertit postrema *Decisio* §. *Frustra coram Me*, maxi-
12 mè quia probatio illa negativa non existentię aliorum bonorum in hæreditate, quæ profluit ex Inventario tutelari, procedit quidem respectu hęredis, & similium, non verò in pręjudicium Tertii, & Creditorum hæreditatis, contra quos vis hujusmodi probationis à nostris legibus tributa non est, nisi Inventario hęreditario, citatis ipsis Creditoribus in primis, servatisque aliis de jure servandis legitimè confecto, ut probant *Mascard. de probat. vol.* 2. *conclus.* 938. *num.* 9. *Rota dec.* 491. *num.* 3. *cor. Cavaler., decis.* 53. *num.*

*num.*13, *&* 14. *cor. Royas, & dec.* 489. *n.*32.
par. 18. *recent.*

Hos autem defectus, quia pienè, latèque
eos referunt *precedentes Decisiones*, nequa-
quam repetendos hic Domini censuerunt,
minusque iterum examinandas eas excusa-
tiones, quę à Dionysiis circa illos propone-
bantur, cum & aliàs rejectę fuerint signan-
ter *in ultima Decisione* superioris anni, §.
13 *Absque eo quod, & sequen.* Hoc unum
superaddentes in confirmationem eorum,
quæ inibi firmata sunt, quod respectu omis-
sæ descriptionis Creditorum hereditario-
rum in unoquoque Inventario, aliæ & hodiè
occurrebant probationes solum in confuso
alias relatæ, signanter respectu Crediti *scu-
torum* 20. contra Burattos, alterius *scuto-
rum* 108. contrà Archidiaconum Gentiluc-
cium, & aliorum *scutorum* 18., & scut. 4.
contrà Tomassinum, ut in *præterito* Credi-
14 torum *Summario num.*15., itaut semper
augeatur præsumptio illa contra heredes, &
Tutricem, quod si defecerunt in his, de qui-
bos constat, defecerint etiam in aliis, de
quibus non constat, quod ad præsentem ef-
fectum omninò sufficit, *juxtà authoritates
adductas in eadem ultima Decisione*, quæ
confirmatur §. *Absque eo quod*, & latius in
prima §. *Eoque magis.*
15 Sicut etiam respectu omissæ descriptionis
Scripturarum hæreditatis, quod nequaquam
sufficit inibi fuisse descriptos duos libros in-
strumentorum ascendentium ad numerum
119., imò potiùs inde crescunt Inventarii
defectus, quia, quicquid secùs esset, si & in-
strumenta prædicta adnotata fuissent cum
die, & anno, & designatione Notarii rogati,
quo casu Creditores, aliique interesse haben-
tes, eorum, quæ continebantur in illis, noti-
tiam habere potuissent ex actis publicis No-
tariorum, secus est, quando descriptio ista
est adeò vaga, & generalis, ut dictam noti-
tiam non præbeat, quia tunc & iste est unus
ex notabilibus Inventarii defectibus, ut be-
nè docet *Bartol. in leg. Tutor qui reperto-
rium num.*16. *ff. de admin. Tutor.* ibi -- *sub-
stantia Instrumenti ponatur in Inventario,
licet tenore non extenso &c.*
16 Utroque igitur Inventario impari reper-
to ad firmandum Statum Joannis, neque fie-
ri potest eorum conjunctio, itaut singula,
quę non prosunt simul unita juvent, sicut
17 iterum illius heredes contendebant. Hoc
enim procederet, si unum saltem ex eis in
genere suo defectus substantiales non pate-
retur, quos & aliud patitur, quasi quod id,
quod in uno deficit, haberi posset ex alio,
at vero si ambo deficiunt in iisdem, ex quo
ex eis suppletio haberi poterit probationis
circa eas res, quę in unoquoque deficiunt,
hoc enim casu, quo singula sint vitiosa, &
imperfecta regula prędicta locum non ha-
bet, ex firmatis *decis.* 821. *num.*5. *cor. Mer-
lin., & dec.*1724. *num* 6. *& seq. coram Coc-
cino.*
18 Absqoe eo quod neque ullum supplemen-
tum, & pręsidium haberi queat ex redditio-
ne rationis gestæ judicialiter per Matrem
ergà Filios. Ea enim, quicquid sit inter
ipsos, nullo modo attendi debet respectu
Creditorum hæreditatis paternę, quibus
si non obstat Inventarium tutelare ab illa
confectum, neque obstare potest eadem red-
ditio rationis in ejusdem Inventarii seque-
lam expleta, ut advertit pariter *tertia* hujus
causę *Decisio* §. *Parique facilitate.*
19 Nec demum ad substinenda memorata
Inventaria recurrere profuit ad motivum
candoris, & sinceritatis pręsuppositę in mu-
liere, que utrumque confecit, & ad æquita-
tem servandam ergà miseros pupillos, &
minores. Omisso enim quod ipsa quoque ha-
bet interesse ratione sui Crediti dotalis,
quodque defectus sunt satis evidentes, &
graves in substantia, ea satis est responsio,
quod in jure nostro tales excusationes du-
ctæ à qualitate personatum, bona fide,
errore, ignorantia, simplicitate, & simi-
libus, nequaquam ad hunc effectum at-
tenduntur, ut plenissimè dictum fuit in
*Romana annuæ Præstationis, & Census
super relevatione* 11. *Junii* 1714. §. *Sicut
etiam cum pluribus seqq. coram Me*, quodque
20 ęquitati non scriptæ semper pręfertur juris
rigor scriptus, ut firmat *Rota in Romana
Pecuniaria, seu Locorum Montium* 11. *Ju-
nii* 1706. §. *Et in eo. cor. bon. mem. Molines*
& prosequitur mox citata *Romana annuæ
prestationis, & Census* §. *Ea quidem. coram
Me.*

Et ità relativè ad præcedentes Decisio-
nes, collectis *omnium Dominorum suffra-
giis*, resolutum fuit, utraque &c.

REATINA PECUNIARIA.

Veneris 26. *Aprilis* 1720.

ARGUMENTUM.

Compensatio semel admissa, sub prætextu fi-
deicommissi destrui non potest, cum veræ
solutioni æquiparetur.

Hæres gravatus creditum exigere non prohi-
betur, quod nullo favore fideicommissi vin-
culo obstringeretur, & debitor bene solvis-
se dicendus est.

SUMMARIUM.

1 *Immissio non retardatur heredi fideicommis-
sario ex altera immissione, quam vigore
retentionis pro suis creditis reus expostu-
laret, quando hęc essent cum fructibus per-
ceptis compensanda*, amplia, ut n. seq.
2 *Compensatio solutionis vim habet*, & num.
3., & 11.
3 *Compensatio per rem judicatam canonizata
amplius refricari non potest.*
4 *Res judicata litis finitæ exceptionem parit.*
5 *Compensatio crediti unius non datur cum
credito alterius.*
6 *Heres tenetur compensare fructus perceptos*

de re retenta cum credito sui antthoris fu per illa, cum credito, & debitum ad eum dicatur pertinuisse, declara, ut in nn. 12., & 14.

7 *Creditor anterior posteriorem excludit.*

8 *Creditum fideicommissi non satis probatur ex sententia nemine contradicente obtenta, quę non modicam collusionem involveret.*

9 *Compensatio jam consumpta ex titulo fideicommissi revocari non potest. quando actui compensationis fideicommissarius nullum apposuisset impedimentum.*

10 *Heres gravatus libere potest exigere creditum, quod in origine nullum vinculum favore fideicommissi habuisset.*

13 *Compensatio ex ficta dupplicis personę representatione non retardatur.*

15 *Clausula* pro nunc *est restrictiva ad illud tantummodo tempus expressum.*

16 *Compensatio demandata cum clausula* pro nunc *directa ad liquidationem faciendam, facta liquidatione retrotrabitur ad primam diem compensationis*, & vide casum.

17 *Compensatio opposita in terminis habilibus quibus fieri potuisset, & per Judicem admissa, statim facta intelligitur de omnibus creditis existentibus.*

18 *Excessus sicuti per calculum aritmethicum probatur, ita ex illo, quando adest, excluditur.*

DECISIO MCLXXVII.

PUtabant Fratres deSeveris amplius agendum non esse de compensatione Creditorum Bartholomæi senioris de Vecchiarellis cum debito fructuum Tenutæ Sylvæ Rotundæ ipsis restituendorum ab illis de Vecchiarellis, à quibus d. Tenutam fideicommissariam avocaverant in diuturno litigio ab anno 1666. usque ad hæc tempora continuato, & hanc spem confovebant ex eo, quod super hujusmodi compensatione suborta jam esset Res judicata ex plurimis nostri Tribunalis sententiis; sed Fratres de Vecchiarellis hodierni eorum contradictores eamdem controversiam ex integro restaurarunt coram R. P. D. meo Crispo, à quo proponi curarunt dubium -- *An pro dictis creditis esset relaxandum mandatum* -- quod tamen ex peculiari rescripro aptatum fuit ad aliud Judicium ita -- *An sit danda immissio*; Cumque istud propositum fuerit in Audientia diei 19 Februarii 1717. *negativum* prodiit responsum, & in hoc ipso sensu permanserunt DD. in nova causæ discussione omnibus ad suffragium ferendum adscitis 3. Martii 1719., juxta decisiones sub his diebus editas coram R. P. D. meo Crispo, ad quarum tenorem prodiit successiva Sententia.

Ex appellatione ab iisdem Actoribus succumbenribus interposita, Causæ cognitio delegata mihi fuit, unde disputandum exhibui consuetum dubium, & *omnibus*, ut par est, *Dominis* suffragium ferentibus responsum habui -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam*, quia constitit de illius validitate non controversa, & de justitia ex relatis præcedentis instantiæ decisionibus.

1 Et sane jure merito denegata fuit immissio Fratribus de Vecchiarellis pro creditis, quæ illi allegabant, quia cum hæc eadem credita adducta fuissent pro obtinenda retentione Tenutæ Sylvæ Rotundæ, ad quam agebant Severi vigore fideicommissi ipsorum favore purificati, quamquam admissa fuisset illorum relevantia, sancitum insimul fuit, quod essent compensanda cum fructibus à Bartholomæo.& Valerio de Vecchiarellis Possessoribus d. Tenutæ post motam litem perceptis, & ad quorum restitutionem condemnati jam illi reperiebantur; unde cum semel per istam compensationem,

2 quæ vires habet solutionis, eique in omnibus æquiparatur, ut dixit *Rota in Romana pecuniaria quoad partitam scutorum* 1116. 4. *Martii proximè præteriti §. Concurrentibus cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore* remansissent extincta, nulla amplius pro iis actio contra Severos exerceri poterat, ne alias ad ejusdem debiti duplicatam solutionem compellerentur, juxta firmata *dec.* 98. *n.* 1. *cor. fan. mem. Innoc. X., & dec.* 708. *n.* 7. *cor. Card. Cerro*, cum aliis *in secunda decisione R. P. D. mei Crispi §. Rursus.*

Nec DD. reassumendam hic putarunt quęstionem illam -- *Utrum eadem compensatio profecta jam esset, vel collata in futurum, ad liquidationem scilicet eorumdem fructuum ex post secutam*; in hac enim parte omnem difficultatem removent lato calamo deducta, & summa diligentia enucleata *in eadem decisione §. Citra quod cum seqq. cor. R. P. D. meo Crispo*, & de facto Fratres de Vecchiarellis non amplius in hujusmodi exceptione immorabantur, sed in ea fundamentum objectione constituebant, quod prædicta compensatio, etiamsi totaliter perfecta, esset retractanda tanquam injusta, & excessiva.

3 Licet vero DD. probè noscerent ab hac difficultate facile illos de Severis vindicasse Justitiam præcedentis Sententiæ Rotalis valida illa responsione, quod si jam erat ista compensatio perfecta vigore rei judicatæ Rotalis, non erat licitum amplius illam refricare ex quovis prætextu, nisi prævia in integrum restitutione adversus hujusmodi rem judicatam (quam tamen in integrum restitutionem jam illi de Vecchiarellis obtinuerant, & disputaverant, ut refert *eadem decisio diei 3. Martii superioris Anni §. Minusque cor. R. P. D. meo Crispo*) Hic enim est effectus rei judicatæ, ut quascumque perimat exceptiones, & faciat de albo nigrum, quousque per aliam rem judicatam non revocetur, *Card. de Luc. de benefic. disc.* 136. *n.* 8., & cum aliis *Rota in Pisanrein., seu Bonovien. Pecuniaria 20. Jannerii* 1708. *§. Quæ propositio cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Nihi-

Nihilominus etiam advertebant, neque assertam prædictæ compensationis iniustitiam, neque excessivitatem concurrere; quantum enim attinet ad iniustitiam, frustra illa ex eo desumebatur, quod credita, de quibus agitur spectarent ad fideicommissum; Fructuum vero restitutio facienda foret à Bartholomæo, & Valerio de Vecchiarellis
5 itaut demandata dici deberet in his terminis compensatio crediti unius cum debito alterius; siquidem duplex occurrebat responsio,
6 altera, quod hujusmodi credita pro retentione adducta fuerunt in toto d. Judicii decursu, tanquam propria Bartholomæi senioris Avi prædictorum Bartholomæi iunioris, & Valerii tunc Tenutæ ab illo emptæ Possessorum, & ideo si ipsi uti Bartholomæi Emptoris successores etiam fructus perceperant utrumque, debitum scilicet, & creditum ad illos pertinebat, itaut rectè fuerit demandata compensatio, *Rocc. disput. Iur. cap.* 146 *n.*2., *Surd. dec.* 164. *n.*6., *Rota dec.* 1669. *n.*2., *& dec.* 262. *n.* 3. *p.* 12. *rec.*

Cuius quidem responsionis efficaciam non elidebat animadversio, quod Bartholomæus
7 ex causa anteriori esset debitor fideicommissi, ad quod sunt ex persona propria vocati Actores; itaut proinde isti pro anteriori credito comparentes valeant excludere creditum fructuum restituendorum illis de Severis ex causa posteriori. Quoniam (ul-
8 tra quod de creditis fideicommissi erga Bartholomæum seniorem non aliunde constat, quàm ex sententia nemine contradicente, & pendente hac lite obtenta, quæ non modica in collusionis suspicionem involvit, præter quam di i valeat illa huc usque non esse sufficienter probata, satis est, quod hujusmodi credita allegentur hodie post jam
9 consumptum actum compensationis, qui nequaquam retractari potest ex allegato titulo fideicommissi, quod nullum in actu ipso compensationis præstabat impedimentum, juxta firmata in similibus terminis *dec.* 427. *n.* 14. *p.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Altera æquè valida responsio, quæ summovebat omnem difficultatem ea erat, quod
10 dum Bartholomæus junior, & Valerius erant eo tunc hæredes gravati, inde sequebatur, quod si nullum in origine dictis creditis inerat vinculum speciale investimenti, poterat in eorum manibus libere, ac tuto fieri eorundem solutio in modum, ut sequeretur etiam quoad successive vocatos omnimoda liberatio, ex deductis *dec.* 516. *n.* 15. *cor. Celso, dec.* 214. *n.* 4. *p.* 16., *& dec.* 598.
11 *n.* 19 *p.* 19. *rec.*. Sicut vero id contingere poterat per realem dd. creditorum satisfactionem, quisque videt, quod idem sequi debuit per compensationem, quæ in omnibus æquivalet veræ, & factæ solutioni, ad *text. in l. Solutionis ff. de solut.*, cum allegatis *in secunda decisione precedentis instantiæ* §. *Altera cor. R.P.D. meo Crispo, & supra* §. *Et sanè*, quibus concordat *Rota dec.* 657. *n.* 9. *p.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Nihilque propterea refert, quod à Bar-
12 tholomæo seniore fructus restituendi non essent, & tamen credita ad illum pertinerent; quia satis est, ut tempore demandatæ compensationis in eisdem met personis coaluissent credita prædicta, & debita restitu-
13 tionis fructuum, ad hoc, ut locum habere posset compensatio, quæ ex ficta duplicia personæ repræsentatione non retardatur, ut firmat *Rota dec.* 427. *n.* 6., *&* 7. *p.* 19. *rec.*

Ex his igitur colligitur, quod sive credi-
14 ta ad Bartholomæum seniorem pertinerent, sive pertinerent ad fideicommissum, justè secuta est eorum compensatio; igitur transeundo ad excessum, qui ex eo intervenisse contenditur, quia fructus calculati ab anno 1583. ad diem demandatæ compensationis non sint, nisi in summa valde inferiori creditis compensatis; difficultas non subsistit, quia fructus, qui erant restituendi illis de Severis, & qui fuerunt propterea compensati, non erant tantum decursi ab anno 1693., sed usque ab anno 1666., ut per aliam rem judicatam Rotalem judicatum extitit ratione litis jam ab hoc anno pendentis; & quamquam in prima sententia
15 demandante compensationem habita fuerit ratio de illis, qui ab anno 1693. percepti fuerant, tamen addita fuit clausula *Pro nunc*, & restrictio hujusmodi provenit à liquidatione ad hoc tantummodo tempus
16 tunc restricta, itaut cum inde supervenerit omnium liquidatio, de omnibus facta intelligatur compensatio usque ab initio, cum eadem liquidatio ad diem ejusdem demandatæ compensationis retrotrahatur, ut egregie firmavit *Rota dec.* 208. *nn.* 15., *&* 29 *cor. Cerro*.

Idque suadet ratio demandatæ compensationis, quæ ratio cum fundetur in debito restitutionis faciendæ à die motæ litis, nonminus respicit fructus perceptos ab anno 1693., quam alios perceptos ab anno 1666. à quo tempore lis verè mota fuit, & ideo
17 cum omnes essent restituendi, omnes etiam erant compensandi; & sic intelligenda est Sententia talem compensationem demandans, quia opposita per partem compensatione in terminis habilibus, quibus illa fieri possit, statim facta intelligitur, & Judex nihil aliud agit, quam illam factam declarare, cum cæteroquin ipsi necessitas etiam imponatur eam admittendi, ut per hæc verba arguit *Rota in Romana Pecuniaria super partita scut.* 1156. 4. *Martii hujus anni sub* §. *Concurrentibus coram R. P. D. meo Falconerio*.

Ducto autem calculo de fructibus ab an-
18 no 1666. perceptis, cessat totaliter quilibet excessus, & nullum superest creditum, pro quo agere possint Vecchiarelli; quin imò iidem de Severis remanent Creditores residui dictorum fructuum in summa scutorum 835. 80. calculat. *in decisione super fructibus edita* 30. *Januarii* 1711. §. *Transeundo coram R.P.D. meo Falconerio*, cui successit.

alia

alia res judicata; ficuti etiam ceffat quævis alia oppofitio ex rationibus deductis in utraque decifione præcedentis inftantiæ, ad quas DD relativè fefe in reliquis omnibus habuerunt.

Et ita omnibus Dominis fuffragium ferentibus, & utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 26. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Præmium ob Locorum Montium attergationem ab afficuario attergant promiffum ex caufa litis fuper afficius refciffione inter illum, & Dominum directum exortæ, denegari non debet fub motivo, quod attergans nullum fubire potuerit periculum; quia non accidens fuperventum, fed contractus natura in fuo effe, ac periculum, quod in potentia attergans, fi non in actu fuiffet fubiturus infpici debeant.

SUMMARIUM.

1 *Attergatio locorum montium fidejuffioni æquiparatur.*

2 *Præmium ficuti debetur ex caufa fidejuffionis, ita ex caufa attergationis locorum montium*, & n. 7.

3 *Amplia, quando contrahentes in inftrumento de attergationis periculo fpecificam fecifent mentionem.*

4 *Præmium ob attergationem locorum montium non retardatur fub motivo cafus fuperventi, cum periculum in potentia ab attergante fubeundum fit infpiciendum*, amplia ut in n. 6.

5 *Læfio ex cafu accidentali fuperventa contractum non irritat, cum illius natura in linea fubftantiæ, & non accidens, fit ponderanda.*

7 *Periculum attergantis loca montium pro alio pretio eft æftimabile.*

8 *Periculum dicitur imminuiffe attergantí loca montium, quando etiam eo invito, ex facto attergatione gaudentis, illa fub vinculo coactè ftetiffent, & ex quibus aliis tale adfuiffe periculum dici debeat.*

9 *Præmium debetur attergantí loca montium ratione præjudicii fufcepti, ex quo illa in comercio amplius currere non potuerint.*

10 *Vinculum fuper locis montium coactè permanens, periculo æquiparatur.*

11 *Attergatio locorum montium pro fecuritate afficius facta, ne periculofa dicatur, non fufficit refciffionis afficius petitio, fed fat eft, quod fub incertitudine victoriæ illa fteterit.*

12 *Pactum refolutivum non operatur, nifi volente illo, in cujus favore initus fit contractus.*

13 *Retrotractio in tertii præjudicium fieri non debet.*

14 *Refolutio contractus non poteft dici fequuta, quando aliquid in ejus exequutionem fieri unus ex contrahentibus procuraffet*, & num. feq.

15 *Refolutio contractus ad non effe contractum reducit.*

16 *Præmium debetur ex attergatione locorum montium favore Domini afficius facta, donec afficius refolutio non fequatur.*

17 *Amplia, quando afficuarius per fufceptionem termini, debitum fructuum attergationis decurforum folvendo ratificavit.*

DECISIO MCLXXVIII.

Ut pacto inito cum Duce Grillio in conductione ejus feudorum fatisfaceret Ramonius, curavit in dicti Locatoris fecuritatem attergari à Marchione Sparapano Loca 50. Montis S. Petri, eique in præmium periculi, cui dicta loca interim remanebant expofita, promifit folvere fcuta tria annua pro quolibet loco, & huic promiffioni per publicum inftrumentum contractæ, folidaliter per Apocam privatam acceffit Salvonus; contendit verò paulò poft Dux locator afficium refolvendum effe, tum quia Ramonius tempore debito non fatisfeciffet pacto attergationis Locorum Montium, & traditionis Ceduiæ Bancariæ ab ipfo Duce approbandæ, tum quia contra expreffam legem in inftrumento adjectam admififfet in Socium præfatum Salvonum; Ramonio autem contradicente, & fubftinente præfertim fuiffe à Duce approbatam attergationem Locorum Montium Marchionis Sparapani, & prorogatum tempus pro complemento aliorum attergationis, caufa diu actitata fuit coram A. C., & deinde terminata etiam in noftro Auditorio pro afficius refolutione, juxta Decifionem editam 19. Junii 1716. coram R. P. D. meo de Gamachea.

Egit poft hæc Marchio Sparapanus non folùm pro liberatione ejus Locorum Montium à vinculo attergationis, fed etiam pro folutione fummæ decurfæ ad formam dictæ recenfitæ obligationis, & ab A. C. Cincio mandatum obtinuit computatis computandis pro fcutis 236. prius contra Ramonium, & deindè etiam contra Salvonum coobligatum; qui poft fufceptum terminum, & ter fibi denegatam à Signatura Juftitiæ appellationem, mediante refcripto *Sine præjudicio* habito recurfu ad R. P. D. Auditorem Sanctiffimi, caufam mihi *uti Prælato* in fufpenfivo delegari reportavit, ideoque hodie juxta ftylum requifivi Dominos -- *An mandatum A. C. fit exequendum*, habuique refponfum, non fine tamen aliqua hæfitatione, *Affirmativum.*

Siquidem concordes hinc indè Partes erant

1 in ea fententia, quod attergatio Locorum Montium æquivaleat Fidejuffioni, itaut ficut

2 ex Fidejuffione, ita ex eadem Locorum Montium attergatione licita effet præmii conventio ratione periculi, cui rem propriam Fidejuffor exponit, ut conciliando diffidentes opiniones Theologorum, & Canonifta-

noniſtarum ex *Tex. in leg. Periculi pretium ff. de naut. ſen.*, *& in leg. Si vero non remunerandi* §. *Maurus ff. de mandat.*, tradunt *Leotard. de uſur. q.23. n.30.*, *& 34.*, *Card. Mantic. de Tacit. lib.6. tit.6. n.5.*, *Bonden. colluct. legal.31. n.16.*, *Card. de Luc. de Vſur. diſc.4. n.9.*, *bon. mem. Anſald. de commerc.*, *& mercat. diſc.98. n.55.*, *Rot. dec.61. n.1.*, *& per tot. ibique Adden. coram ſan. mem. Gregorio XV.*, *& dec.121. n.8, p.13. rec.*, &
3 Id habuiſſe contrahentes in animo etiam expreſſerunt in attergationis, & obligationis reſpectivè inſtrumento, ubi de hoc periculo expreſſa mentio habita fuit. Propterea tota difficultas reſtringebatur ad dignoſcendum, utrum aliquod in præſenti periculum ſubiverit Marchio Sparapanus.

4 Quamquam autem ex parte Salvoni ſuſtineretur, quod nullum unquam periculum imminere illi potuerit, dum Contractus Affictus nullum habuit effectum, & reſolutus fuit ad inſtantiam Locatoris etiam ex judicio nullri Tribunalis, itaut ſicut nulla adfuit Affictuarii obligatio, ita neque ulla adfuerit obligatio, & conſequenter nullum periculum Loca Attergantis, ſeu Fidejuſſoris. Domini tamen procedentes cum regula, quod ad judicandum de qualitate contractuum,
5 eorumque naturam in linea ſubſiſtentię ponderandam, non ſolet haberi reſpectus ad ea, quæ ſupervenerunt ab eventu, ſed juxta ſtatum initi contractus ad ea, quæ periculoſum, & læſivum, aut quid ſimile contractum efficere poterant, ad *Tex. in l. Si ea lege C. de Vſur. ubi gloſ.* inquit, *potuerat eveniſſe, quod nihil eveniſſet, & tamen neceſſe haberet hanc conventioni*, *Rot. deciſ. 129.*
6 *n.88, p.12.*, *& dec.501. n.7. p.18. rec.* Itaut propterea ad conventionem fructuum in præſenti caſu ſuſtinendam ſatis eſſe debeat periculum in potentia, ut in puncto probant *Romoald. de Camb. cap.19. in fin.*, *Scaccia de Commerc.*, *& Camb.* §.3. *gloſ.3. ſub n.12.* §. *Extende ſecundo verſ. tum quia periculum*, *&* §. *Extende 3. verſ. nam hoc non eſt pretium periculi certi*, & *Boden. allegat.*
7 *collect.31. n.8. vol. 1.*, & pretium hujus periculi exigi valeat etiam ſi nullum Fidejuſſori, ſeu Attergatori Montium damnum obvenerit, ut pariter tradunt *Surd. conſ. 306. n.1.*, & ſequitur *Mard. obſerv.56. n.15. & 16.*, *Roſignol. de contract. controv.3.* §.8. *n.1.* Contrariis procedentibus in caſu, quo etiam excludatur tale periculum, quod diximus ſufficere in potentia.

8 Periculum porro iſtud ſubiiſſe Marchionem Sparapanum quiſque videt; quia ſuam obligationem expoſuit pro affictu, & penſione illius in ſatis notabili annua quantitate ſcut. 14. mil., & ultra, pro qua, ſi vel in totum, vel etiam in parte in hoc, vel altero anno affictus Ramonius non fuiſſet erga Ducem promptus in ſolutione, remanſiſſent obnoxia ejus Loca Montium, itaut illorum integrum Capitale de facili idem Marchio deperdere valuiſſet.

Nec ſanè ab hujuſmodi periculo illum exemit ſuperventa contractus reſolutio; quia quamvis à Duce Grillo intentatum fuiſſet ſuper eadem reſolutione judicium, adhuc Ramonius non ſolùm mordicus ſubſtinuit ejuſdem Affictus ſubſiſtentiam, & firmitatem, itaut ſi Dux aut litis ceſſiſſet, aut in eadem lite ſuccubuiſſet, certè Loca Montium attergata dicto periculo remanſiſſent expoſita, ſed imo (quod eſt ſummopere notabile) interim ipſe voluit Loca Montium permanere ſub eadem attergatione, ſubſtinendo, quod ſibi à Duce prorogatus fuerat terminus ad attergandum alia uſque ad quantitatem conventam, & iſtorum, de quibus agitur, attergationem, licèt poſt tempus præfixum expletum acceptaverat, ac de facto Marchioni Sparapano petenti deletionem vinculi ſeſe ſemper oppoſuit, donec totaliter terminata fuit eadem lis ſuper Affictus reſolutione, etiam per denegationem remiſſoriæ, ad effectum examinandi Teſtes ſuper prædicta acceptatione factę attergationis, & prorogatione termini ad alia Loca attergauda; ex quibus patet, quod ſine dubio (quidquid ſecus eſſet ſi intentata per Ducem locatorem lite Ramonius deletioni attergationis conſenſiſſet) ex facto ipſius Affictuarii permanſerunt Loca Montium Marchionis Sparapani etiam inviti, ſub vinculo, & periculo, & ſi res ceſſiſſet, juxta vota Ramonii tale fuiſſet, ut per totum tempus Affictus eorum amiſſioni ille ſubjectus remanſiſſet.

9 Et ex hac reluctantia Ramonii in permittenda deletione ſæpedictæ attergationis, arguebant etiam Domini aliud Marchioni Sparapano præjudicium ortum fuiſſe, quod ipſius Loca Montium interim non potuerint eſſe in commercio ratione vinculi illius, niſi pro pretio valdè inferiori, ut teſtatur *Card. de Luc. de regal. diſc.30. n.11.*, *Rota dec.77. n.5. cor. Beninc.*, *& in Romana Fideicommiſſi 14. Febr. 1707.* §. *Nimis obſtat*
10 *coram Me*, ac proinde, cum ipſe proteſtatus quoque fuiſſet de damno exinde ſibi obveoturo, hęc vinculi coacta perduratio æquivalere poteſt periculo: tantò fortiùs, quia hujuſmodi quoque diminutionis valoris habita ratio fuit in fructuum conventione.

Abſque eo quod attendendum ſit argumentum ductum à reſolutione Affictus indicta per Ducem in ipſius inſtrumento cum effrenatis Clauſulis, *ipſo facto*, & ſimilibus, quaſi quod contractus ille haberi debeat, ac
11 ſi verè numquam factus extitiſſet. Quoniam ſtrictè ad effectum, de quo hic quæritur, ſatis omnino eſt, quod adfuerit neceſſitas obtinendę reſolutionis in judicio, & interim Loca Montium ſteterint ſub ſæpedicto, periculo Victoriæ litis reſpectu Ramonii, quæ licèt non ceſſerit juxta ejus petitionem, poterat tamen ceſſiſſe, vel ſi ille explevisset validas probationes ſuper ea quam ſubſtinebat termini prorogatione ad adimplenda pacta cum Duce conventa, vel ſi Judices illi moræ petitam purgationem conceſſiſſent,
vel

vel si Dux liti renunciasset, quæ omnia admodum incerta, semper idem periculum
12 confovebant. Imo obligationem Ramonii ponderando in statu, & terminis quibus cœpta fuit, occurrit, quod tum quidem res erat penitus integra, dum nullo modo Dux judicium recissionis Affictus intentaverat, non obstantibus quibusvis clausulis, pactum resolutivum operari non poterat, nisi idem Dux eo uti velle declarasset, ut apposite firmat *Rot.post Urceol.de transact. dec.34. n.8. dec.11.n.19.,& dec.21.n.53. coram Peuting. dec.422.n.4.p.4.tom.1., & dec.330. nu.35., & seq.p.11. rec.*

13 Non attenta retrotractione dictæ resolutionis, super qua insistebant Rei conventi Defensores; quia illa potuit ad plures effectus considerari respectu Locatoris, & Conductoris, qui contractum resolutum inierant inter se, neutiquam tamen operari potest in præjudicium Tertii, qualis est Marchio Sparapanus, qui non cum Duce Locatore, sed tantum cum Ramonio Conductore contraxit, *Mantic.de tacit.lib.3.tit.48. n.14., Rot. dec 34.n.6.cor.Card. Cerr., & dec.2. n.3 post Card.de Luc. de Judic.*

14 Sed hanc retrotractionis difficultatem, & aliam deductam ex instantanea resolutione Affictus post lapsum terminum præfixum ad adimplenda pacta cum Duce Locatore conventa, cæteris omissis, ea tollebat animadversio, quæ promanabat ex facto ipsius Ramonii, qui, licèt idem terminus elapsus jam esset, adhuc à Marchione Sparapano in executionem instrumenti ejusdem Affictus curavit attergationem Locorum Montis S.Petri, de quo hic est controversia; id quod repugnat totaliter supposite resolutioni, quia
15 contractus resolutus idem est, ac si factus non fuisset, neque de ejus executione agi valet, nec potest stare simul, quod resolvatur, & effectuetur, ut loquit *Gratian. discept.301.n 51.,& 57., Rot. dec.631. n.4 p.1. diverf.,& dec.718 n.14.p.18.rec.*

Prout eodem modo cessant ea, quæ deducuntur ex relatione ad instrumentum Affictus habita in attergatione Ramonii erga Marchionem Sparapanum, quasi quod ex illa relatione hic scire deberet secutam Af-
16 fictus resolutionem. Quoniam ultra quod actus ipse, qui gerebatur, ut diximus, illi resolutioni omnino contrarius erat, satis est Marchioni Sparapano, quod usque tunc eadem Contractus resolutio non fuisset à Duce Locatore acceptata, cujus favore conventa fuerat, ut interim contractus in statu firmitatis summa bona fide ab eo credi posset, *Rocc.disp.jur.cap.148.n.22., Urceol.de transact.p.9,nu.13.,& sequitur Rot. post eumdem Merl.dec.34.n.8.,& dec.509.n.12.,& sequen. p.13.rec.*

17 His Domini pro Coronide superaddebant, quod pluries ipsi debitores agnoverunt subsistentiam eorum obligationis, non solùm solvendo Marchioni Sparapano primum terminum decursum ejusmodi fructuum, verùm etiam in hac eadem lite successivè suscipiendo terminum ad solvendum, & formiter, ut par est, debitum fatendo, ex qua quidem observantia non deducta principaliter ad firmandum debitum eorumdem fructuum, sed saltem ad stabiliendum concursum periculi, cujus ratione fructus essent omni modo liciti, rem poni in claris concludebant, juxta deducta *dec.56.n.13.,& dec.329.n.17. coram Cerr.,dec.619.n.7.p.18. rec., & in Romana Fructuum Dotalium 27.Martii 1719. §.Neve ulla in fin. cor.R.P.D.meo Corio.*

Et ita utraque &c.

ROMANA CONCURSUS.

Lunæ 6. Maii 1720.

ARGUMENTUM.

Mulier in Creditorum conflictu super Viri patrimonio concurrentium eis præfertur in consignatione super pretio domus, adversus cambialem Creditorem, cujus pecuniæ in Fabri murarii domum reaptantis, & augentis cessissent, *ad terminos Textus §. His consequens.* Loca Montium simpliciter pro dote hypothecata fundum dotalem improprium constituunt; sique Viro ad inopiam vergente, Loca Montium cum pecuniis de Viri patrimonio extractis in dotis restitutionem comparentur, & Mulier favore Viri ea resignet, sibi præjudicat, non verò si sint Loca Montium simpliciter hypothecata; & in primo casu simplex Viri Creditrix posterior remanet.

SUMMARIUM.

1 *Creditor pecuniarum cambialium pro constructione domus erogatarum vigore privilegii legis interdum cæteros ædificantis creditores excludit*, amplia ut in n.24.

2 *Limita adversùs mulierem pro restitutione dotis agentem in vim Textus prædicti.*

3 *Hypotheca specialis favore mulieris super locis montium viri existens cessat, eo ipso, quod illorum resignationi consensum præbeat.*

4 *Limita, quoad cætera bona viri sub generali obligatione comprehensa.*

5 *Dos quando est in fundo, operatur, ut illum mulier persequi teneatur.*

6 *Dos à quantitate incipiens operatur, ut species postea in dotem assignata, non ipsa specie, sed pro quantitate primo loco expressa in solutum tradita censeatur.*

7 *Fundus dotalis excluditur ex clausulis dominii translationem præseferentibus.*

8 *Loca montium pro fundo dotis stare non dicuntur, quando dictum fuisset, quod illa stare debuissent obnoxia, & pro dote hypothecata.*

9 *Hypotheca, & pignus super re propria favore Domini non cadunt.*

10 *Loca montium stare pro fundo dotis non dicuntur, quando vir promisisset dotem vel* in

in eis, vel in aliis investimentis ex eis factis restituere.

11 *Amplia, si Uxori data fuisset facultas subhastandi bona Viri, quoties dotem non reperiisset.*

12 *Subamplia, quando dos à Tutrice cum omnibus solemnitatibus fuisset constituta, & quare?*

13 *Solemnitates Statutarię non requiruntur, quando bona æstimata dantur in dotem, & in viri dominium pertransfeunt.*

14 *Dos quantitativa, & non in fundo dicitur constituta, quando illius major pars in quantitate consisteret.*

15 *Fundus dotalis improprius dicitur, quando loca montium sunt simpliciter pro dote hypothecata.*

16 *Amplia, quando dotis restitutio in eisdem rebus hypothecatis facienda foret, vel locis montium sub expressione* -- quatenùs adsint -- *sin minùs ex alio investimento pro dotis restitutione constructo.*

17 *Hypotheca specialis super locis montium perditur à muliere, quę mandatum Procuræ ad loca montium resignanda in viri personam exaravit, licèt ad virum illa pertinuissent.*

18 *Dos dicitur consumpta super locis montium à muliere receptis, quæ de pecuniis viri ad inopiam vergentis fuissent in faciem ipsius mulieris comparata.*

19 *Restitutio dotis non sequitur ex emptione locorum montium in faciem viri cum simplici hypotheca favore dotis restituendæ, nisi actualis in faciem mulieris adjudicatio sequatur.*

20 *Limita, quando loca montium fuissent de mandato Judicis comparata in faciem uxoris in causam dotis restitutionis ob inopiam viri.*

21 M*ulier si loca montium quæ pro restitutione dotis à Judice obtinuit, à viro distrahi permittat sibi, & non creditoribus viri nocet*, & n. 22.

23 *Creditor ex causa melioramentorum, & si posterior, præfertur anterioribus super pretio domus, cum commune pignus ejus pecuniis salvum factum dicatur.*

24 *Privilegium* legis interdum, *quod competit pro sorte, competit etiam pari passu pro fructibus.*

25 *Creditores in concursu cessante* legis interdum *privilegio, juxta temporum pręrogativam actionem habent.*

26 *Creditores hypothecarii super re cæteris aliis concreditoribus hypoteca destitutis præferantur.*

27 *Detractiones non competunt legitimario, qui mediantibus alienationibus eas consumpsisset.*

28 *Separatio bonorum, quando locum non habeat, ex quo omnia ad communem debitorem pertinuisse reperiatur?*

DECISIO MCLXXIX.

Concurrente super pretio Domus positę ad viam Lungariæ, & cæteris bonis hęreditariis Dominici Salvii triplici classe creditorū, nempe Andrea Roncallio hærede Angelæ Floranæ pro residuo dotis restituendæ; Paulo Diamante pro credito Cambii scut. 850., ejusque fructibus, & Philippo Salandra, unà cum Catherina Bernona, & Mario Capacio pro credito scut. 2500., triangularis inter eos efformata est controversia, cujus definitio post plura, ac difformia judicata in Curia Capitolina edita, novissimè ex audientia Sanctissimi delegata fuit Capitaneo Appellationis de Voto hujus nostri Tribunalis. In obsequium itaque hujusmodi rescripti proposuà hodie Dubium -- *An, & de cujus credito constet, itaut sit præferendus* -- & responsum fuit -- *Constare de credito Pauli, & Andreæ juxta modum, & esse præferendum juxta modum, infra exprimendum.*

1 Et assumendo primo loco inspectionem circa pretium dictæ Domus positę ad Lungariam, licèt Paulus pro excludendis cæteris creditoribus niteretur privilegio vulgati *Textus in l. interdum ff. qui pot. in pign. habeat.*, ex quo pecunię per ipsum cambio traditæ cesserunt in satisfactionem Fabrimurarii, qui eandem domum ampliavit, & re-
2 staurativ. Pro eo tamen, quod attinet ad Andream hæredem mulieris, cum benè adverteret d. ejus privilegium superari, ac vinci ab alio dotali mulieribus concesso in §. *His consequens authen. de æqual. dot.*, *juxta latè, ac magistraliter firmata per Rot. in Romana Pecuniaria, seu Cauthelæ Angeli super reservatis 3. Junii 1718. cor. R.P.D. meo Herrera*, acerrimè propterea substinebat, dictum creditum dotale fuisse jam semel omnino satisfactum, & extinctum, itaut nequiret Andreas mulieris hæres iteratam ejusdem crediti satisfactionem expetere super pretio retracto ex dicta Domo; & in hac defensione contra mulierem, sive ejus hęredem conveniebant cum Paulo, quoad cętera bona, etiam Salandra, aliique creditores cum eo comparentes.

Hæc tamen difficultas versabatur super toto credito dotali; nam Andreas quoque admittebat majorem ejus partem satisfactam fuisse, prout de facto luculenter constabat ex pluribus documentis exhibitis. Quamobrem tota contentio inter partes reducebatur ad loca montium undecim cum dimidio, quę tamquam vendita à Dominico Salvio de mandato Angelæ Uxoris pro pretio scut. 1324. tam Paulus, quàm cæteri creditores contendebant ab ipsa in causam ejus crediti do-
3 talis accepto ferenda esse. Verùm Domini circa hujusmodi controversiam animadvertentes in facto alia ex dictis locis montium eo modo alienatis ad ipsum virum pertinuisse, licèt cum vinculo specialis hypothecæ favore Uxoris pro dote. Alia verò, nempe quinque ex eis fuisse propria ipsius mulieris, utpote in ejus faciem de mandato Judicis empta pro assecuratione, & restitutione d. ejus dotis, non omnia eodem jure censeri posse crediderunt. Respectu enim ad loca montium

montium primæ speciei, cum mulier super eis non dominium, sed specialem dumtaxat, hypothecam haberet, hanc quidem per consensum alienationi præstitum remisisse, nul-
4 lum tamen sibi prejudicium intulisse videri poterat quoad cætera bona viri ejus favore generaliter hypothecata, dum præsertim pretium eorumdem locorum montium, non ad ejus, sed ad viri manus pervenit, *leg. tabernas* 32 *ff. de contrah. empt.*, *Rot. dec.* 304. *n.* 15. *p.* 13. *rec.*

5 Nilque obstare visum fuit, quod dicta loca montium starent pro fundo dotali, quodque propterea ex eorum alienatione de expresso mandato ipsius mulieris per virum expleta, vel ipsa dici debeat pro intranti quantitate quoad hanc ratam jam semel satisfacta, vel in omnem casum ejus heredi nulla alia supersit actio contra bona viri, sed ipsum fundum dotale persequi teneatur, *l. fin. ff. de pact. dot. l. fin. C. de secundis nuptiis.*

Ut enim Domini benè ponderabant, objectio corruebat in supposito, & si namque in instrumento dotali dictum fuerit, quod loca montium starent pro fundo dotali, & in eisdem facienda esset ejusdem Dotis restitutio, ex toto tamen instrumenti contextu perspicuum erat, dotem d. Angelæ in quantitate, & non in fundo constitutam fuisse. Enim
6 verò id in primis suadebat promissio ejusdem Dotis, à quantitate incipiens, quæ operatur, ut species postea in Dotem assignata, non in
7 ipsa specie, sed pro quantitate primo loco expressa insolutum tradita censeatur, *Rota cor. Bich dec.* 53 *n.* 22., *& dec.* 98. *n.* 7. *p.* 18., *& in Spoletana census* 2. *Julii* 1714. §. *Nihilominus cor. R. P. D. meo Cerro.*

Rursùs id ipsum evincebant tum plures clausulæ translativæ dominii, quæ cum fundo dotali nullo pacto sunt compatibiles, *Rota dec.* 487. *n.* 3. *p.* 14., *dec.* 241. *n.* 4. *p.* 17, *& dec.*
8 205. *n.* 4. *p.* 19. *rec.*, tum & clarius pactum illud inter partes expressè conventum, quod loca montium ita cessa, & assignata stare semper deberent affecta, obnoxia, & hypotecata pro dote, & fundo dotali, quod quidem manifestè ostendit, illa non remansisse in dominio Uxoris, & pro vero fundo dota-
9 li, cum neque pignus, neque hypoteca in re propria consistere possit, ut ex regula *Tex. in l. neque pignus* 46 *ff. de R. I.* bene in proposito arguit *Rot dec.* 69. *sub num.* 2. *p.* 15. *dec.* 15. *n.* 4, *& dec.* 98. *nu.* 19. *p.* 18. *rec.*; tum
10 denique facultas alienandi viro concessa, dum restituere promisit acceptam dotem in eisdem locis montium, quatenus extarent, sin minùs in aliis investimentis ex eis faciendis, quæ pariter cum fundo est incompatibilis, *Rot. dec.* 399. *n.* 5. *par.* 3., *& dec.* 517. *n.* 4. *coram*
11 *Dunoz. jun.*, & correspectiva potestas uxori tributa, ut devenire posset ad subhastationem bonorum viri, *Rot. coram Cerr. dec.* 894. *n.* 10. *& seqq.*, *& in Romana restitutionis Dotis* 2. *Julii* 1710. §. *Præsertim coram R̃mo Aldrovando.*

12 Ad hæc accedebat, quod dos fuit Angelæ constituta ab ejus Matre, tanquam Tutrice, & Curatrice, servatis omnibus solemnitati-
13 bus à Statuto præscriptis, quas tamen adhiberi necesse non est, nisi cum bona dantur in dotem æstimata, & in viri dominium transeunt, *Rot. cor. Zarat. dec.* 42. *n.* 14., *& dec.* 75. *n.* 72., *& cor. Emer. jun dec.* 199. *nu.* 6. & ulte-
14 riùs eadem dos citra aliquam controversiam fere pro tertia parte in quantitate consistebat, Ex qua circumstantia præsumptio juris de cætero militans favore mulieris pro dote quantitativa plurimùm augetur, & incalescit, *Rot. dec.* 69. *n.* 1. *&* 2. *p.* 15., *& dec.* 10. *n* 9. *p.* 16., *& dec.* 98. *n.* 16. *p* 18.

His autem stantibus non nisi parvi fieri poterant argumenta in contrarium adducta;
15 nam quatenus dictum fuit, quod loca montium stare deberent pro fundo dotali, intelligi hoc debebat coharenter ad supradicta pro fundo dotali improprio, id est pro speciali hypoteca, *Rot. dec.* 392. *n.* 2., *& seqq par.* 19., *& cor. Emer. dec.* 146. *n.* 7., *& seqq.*, *& in d. Romana restitutionis dotis*, *& acconcii* 2. *Julii* 710. §. *Non relevante cor. R̃mo Aldrovando*, *& in Spoletana census* 2 *Julii* 1714 §. *Et nihilominus coram R. P. D. meo*
16 *Cerro*, & quatenùs fuit conventum, quod restitutio facienda esset in eisdem locis montium, suppleri pariter debebat ab alia parte d. instrumenti, in qua id ipsum dictum fuit, sed sub expressa conditione, quatenùs loca montium extarent; & non poterat accipi, nisi relativè, & compatibiliter cum facultate mulieri tributa persequendi etiam alia bona viri, *Rot. cor. Bich. dec.* 330. *n.* 19., *&* 33., *& in rec. dec.* 280. *n.* 2. *p.* 18., & penès *Balducc. lib.* 4. *de dot. dec.* 16 *n.* 21.

17 Quod igitur pertinet ad hæc loca montiū in ipso dotali instrumento insolutum viro tradita, quamvis ad effectum illa alienardi necessarium omnino fuerit mandatum mulieris, ex quo ad parcendum expensis numquam antea in codicibus Principis in faciens viri translata fuerant, prout sæpe fieri consuevisse testatur *Card. de Luc. de regal. disc.* 183. *n.* 7., *Rot. dec.* 764. *n.* 2. *p.* 2., *& in Romana fideicommissi* 21. *Ianuarii* 1707. §. *Quod etenim cor. Me*; inspecta nihilominùs veritate facti non ideo dici potest, quod mulier dicta loca alienaverit, dum illa revera ad Maritum pertinebant, eorumque pretium, non ad uxoris, sed ad mariti manus pervenit, sed solum dici valet, quod per eandem mulierem remissa fuerit specialis hypoteca, quam super eis dumtaxat habebat, *Rot. cor. Gregor. dec.* 225. *n.* 3., *& in rec. dec.* 304. *n.* 15. *p.* 13., *& in Auximana dotis* 14. *Iunii* 1707. §. *Neque cor. bo me. Kaunitz.* & sæpe alibi.

18 Longè autem diversa ratio militare visa fuit quoad cætera quinque loca montium, quæ non pro ipsa dotis constitutione viro assignata, & insolutum tradita, sed longè postea in faciem ipsius Uxoris, viro ad inopiam vergente, de mandato Judicis empta fuerunt, Cum enim mulier super istis non spe-

cialem

cialem dumtaxat hypotecam, sed liberum,
ac plenum dominium, Auctore Prætore,
consecuta fuerit, & quidem in expressam
causam restitutionis ratæ partis ejus dotis,
nemo non videt, quod pro hac rata ipsius
creditum dotale omnino consumptum, ac
satisfactum remansit *§.1.Inst.quib.mod.toll.*
oblig., cum aliis notissimis concordantibus.

19 Frustraque opponebatur, quod bona, quæ
viro ad inopiam vergente, mulieri traduntur
pro assecuratione ejus dotis, non ideo desi-
nant esse de dominio ipsius viri, nisi etiam
superaccesserit actualis adjudicatio eorum-
dem bonorum in causam restitutionis dotis,
quodque proinde mulier super eisdem bonis
non aliud acquirat, nisi specialem hypote-
cam. Id enim bene quidem procedit, quando
mulieri assignantur bona, quę jam prius ad
20 ipsum virum pertinebant; secùs verò quan-
do, prout in casu, ex pecuniis in patrimonio
viri repertis emuntur de mandato Judicis
pro Uxore tot bona pro assecuratione, &
restitutione ejus dotis. Hoc namque casu,
concurrente, prout in nostro, speciali obliga-
tione restituendi dotem, nedum soluto, sed
etiam constante matrimonio, dos ipsa sine
alio ulteriori actu adjudicationis, pro rata
bonorum emptorum, restituta, ac satisfacta
censetur, cum per ejusmodi emptionem bo-
na empta, non viro, sed mulieri omnino, ac
pleno jure acquirantur, juxta rotundos *Tex.*
in l.si ex ea C.de rei vindic., L.final. C.si quis
alteri vel sibi de quibus Rot. in Romana lo-
corum montium 24. *Decembris* 1704. *§. Ex*
qua profecto, & 4.*Maii* 1716. *§. Etsi enim co-*
ram Me.

21 Quidquam non obstante, quod hoc quoque
pretium istorum quinque locorum montium
ad viri manus pervenerit, quia hoc poterit
quidem operari, quod mulier à die aliena-
tionis remanserit pro sui indemnitate credi-
trix viri pro d. pretio, non verò quod exer-
cere amplius possit jura, ac privilegia dota-
lia pro d. rata jam prius consumpta, ac satis-
facta in præjudicium aliorum creditorum,
Salgad. in labyr.p.3. cap.13. §.unic. n 46., &
seq., & n.49.cum seqq., Fontan.dec.472.n.3.,
Rot.dec.352.n.9.& seqq.p.19., & in Firmana
immissionis 22. *Junii* 1707. *§. Nec allegare*
cor.bo.me.Omanna, & 3.*Junii* 1711. *§. Nec*
subsistit cor. R.mo Aldrovando.

22 Et hinc est, quod quamvis creditum istud
indemnitatis, tanquam initium sumens à die
29. Novembris 1704. sit tempore anterius
alio credito Cambii à communi debitore
contracti favore Paoli Diamante; nihilomi-
nus tanquam denudatum quocumque dotali
privilegio, concurrere nequit cum dicto cre-
dito Pauli Diamante, qui cum pecuniam
23 suam crediderit, non ad construendam à
fundamentis domum (ut Andreas perperam
sustinebat) sed ad illam restaurandam, per-
ficiendam, atque ampliandam, certi juris est,
quod quamvis in tempore posterior, præfer-
ri nihilominus debet cęteris aliis creditori-
bus anterioribus, cum commune pignus ejus

pecuniæ salvum fecisse videatur, vulgar. *leg.*
interdum ff.qui pot.in pign.hab.

Totam itaque rem perstringendo, quod ad
pretium d. Domus attinet, hunc ordinem in-
ter Andream, & Paulum Domini servandum
esse censuerunt, quod nempe ex d. pretio
primus omnium satisfiat Andreas hæres mu-
lieris pro rata correspondente pretio loco-
rum sex cum dimidio in ipsa dotis constitu-
24 tione assignatorum, deinde verò satisfiat
Paulus nedum pro sorte principali ejus Cam-
bii; sed etiam pro fructibus non solutis, cum
pro illis etiam competat privilegium legis
interdum, ut firmavit *Rot. in Romana Pe-*
cuniaria 29. *Novembris* 1715. *§ Quemad-*
modum cor. R. P.D. meo Crispo. Et denique
residuum si quod superest, cedat pro credito
indemnitatis, seu reintegrationis aliorum
quinque locorum montium à muliere in be-
neficium viri distractorum.

25 Quatenus autem dictum pretium impar
sit integræ satisfactioni Pauli Diamante; &
dicti alterius crediti mulieris pro ejus indem-
nitate competentis, ita ut contingat, ipsos
concurrere debere super aliis bonis hęredi-
tariis Dominici Salvii communis debitoris,
cum super illis cesset privilegium *leg. Inter-*
dum Paulo competens super domo dumtaxat,
attendenda erit inter ipsos temporis pręro-
gativa, juxta *reg.l.qui prior ff.de reg.jur.*, re-
26 jectis in ultimum gradum Salandra, Mario
Capacio, & Catharina Bernonia, quorum
creditum hypoteca destitutum concurrere
nequit cum dd. aliis duobus creditoribus hy-
potecariis, *l. Procuratoris §. Si plures ff. de*
trib.act. Rot.*dec.*152.*n.*3.*p.*6., & sæpe alibi.

Nil urgente, quod ex bonis in hęreditate
Dominici repertis separanda sint illa, quæ in
ipsum obvenerunt ex hæreditate Caroli Bos-
sii, & super iis præferendi sint dd. Salandra,
Capacius, & Bernonia supra mulierem, &
Paulum, cum d. Carolus sit una cum Domi-
nico Salvio eorum favore obligatus, & cre-
ditores defuncti etiam Chirographarii super
ejus bonis pręferri jure debeant quibuscum-
que creditoribus hęredis. Ut enim Domini
in facto animadvertebant, licèt idem Domi-
nicus fuerit hęres d. Caroli Bossii, hoc ta-
men nomine nihil prorsùs assequutus fuit,
quia cum ob fideicommissum Ludovici Pa-
tris ejusdem Caroli, R. Fabrica Sancti Petri
27 occupasset omnia bona, memoratus Do-
minicus in judicio agitato coram bon. mem.
Severolo, nedum nihil consequi valuit ex ti-
tolo detractionum Carolo ejus Auctori com-
petentium, cum jam tunc compertum fuerit
illas fuisse omnino consumptas ab alienatio-
nibus præcedenter factis, sed ulterius ex
duobus creditis sibi ex propria persona com-
petentibus, altero nempe ex causa legati si-
bì relicti ab eodem Ludovico fideicommit-
tente, & altero ex causa dotis maternæ, in
totum componentibus summam scur. 2250,
bonificari sibi solum obtinuit summam longè
inferiorem scur. 1562., cæteraque bona possi-
dere postea continuavit, non jam amplius ex

titulo hereditario Caroli, sed virtute cessionis reportatæ à R. Fabrica mediante com-
28 positione cum eadem celebrata. Quamobrem his stantibus nullus esse potest locus separationi bonorum, cum omnia Dominici bona nonnisi tamquam bona ipsius propria considerari valeant.

Et ita Partibus in acerrimo contradictorio auditis, resolutum fuit.

MELEVITANA PECUNIARIA SUPER REMISSORIA, ET EXIBITIONE.

Veneris 10. Maii 1720.

ARGUMENTUM.

Remissoria, quando articuli sunt irrelevantes, & ideo non profuturi, ac etiam si de materia profana agatur, quæ tamen implorabile, & inverisimile factum contineat, deneganda est, sicuti & librorum non necessaria, nec utilis exhibitio ad crediti clari exequutionem retardandam.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria non profutura nunquam conceditur, talisque dicitur, quando articuli sunt irrelevantes, vel improbabiles*, & n. 4.

2 *Fructus non debentur ex simplici mutuo, nec attenditur qualitas contraentium, nec obvium investimentum, & quid requiratur?*

3 *Fructus, ut debeantur ex simplici mutuo, formalis, & rigorosa probatio præcisæ occasionis investiendi de tempore contractus requiritur.*

5 *Remissoria in profanis conceditur.*

6 *Limita, si materia articulata esset inverisimilis*, & n. seq.

7 *Testes deponentes de facto sequto post lapsum quadraginta annorum, ex capite nimiæ inverisimilitudinis rejciuntur.*

8 *Remissoria si in tertia instantia postuletur, sapit de calumnia.*

9 *Exhibitio librorum ad retardandam exequtionem crediti clari, & liquidi per Judicem canonizati non conceditur.*

10 *Amplia, si isti libri respicerent alia negocia ex post inter partes peracta, nil commune cum illo habentia*, & n. 14.

11 *Judicium ubi ceptum, ibi debet terminari.*

12 *Creditor si mutuo accipiat pecunias à suo debitore, præsumitur, quod ejus creditum ab isto contendatur, & ideo novum contractum cum eodem inire voluisse.*

13 *Exhibitio librorum semel facta, si iterum petatur, hæc nova instantia de calumnia suspecta dicitur.*

14 *Exhibitio librorum non profutura denegatur.*

DECISIO MCLXXX.

A Sententia Rotali lata per R.P.D. meum Corium præviis duabus decisionibus dierum 11. Februarii 1718., & 10. Martii 1719. provocarunt Ærarium Sac. Religionis Hierosolymitanæ, & hæredes illorum Muscat, & in novo Causæ examine ad Me devoluto, quærentes d. sententiæ infirmationem, ad novas se verterunt instantias contra Adrianum Gurgion Contradictorem: Ærarium enim ad substinendam fructuum conventionem in contractibus, de quibus agitur, petiit Remissoriam, qua probare contendit, vel ex consuetudine Melitensi, vel ex facti circumstantiis fuisse licitam eamdem fructuum conventionem; illi vero de Muscat, seu heredes eorum petierunt exhibitionem librorum, ex quibus prætendebant resultare, quod intercesserint inter ipsos, & d. Gurgion tot alia mutua, & alii contractus, ut nullum istius creditum amplius superesset; unde contemporaneè ad discussionem fundamentorum sententiæ Rotalis, dedi etiam dubium dictarum petitionum complexivum -- *An, & ad cujus favorem sit concedenda Remissoria, & an sit locus exhibitioni librorum respectu Gurgion* -- Et quamquam DD. hæsitaverint in illius resolutione die 31. Januarii proximè præteriti rescribentes -- *iterum proponatur* -- hodiè tamen *Negativè in omnibus* responderunt.

Sermonem autem incoando à Remissoria,
1 resolutionis fundamentum in eo stetit, quod perlectis articulis ab Ærario exhibitis, materia in iis contenta visa fuit, aut irrelevans, aut improbabilis, itaut idcircò, ex regula inconcussa, Remissoria non profutura concedenda non esset, *Rota dec. 151. n. 1., & 8. cor. sa. me. Alex. VIII. dec. 157. n. 3. p. 18. rec., in Bononien. fideicommissi de Bavosiis super remissoria 6 Junii 1705. §. Licet enim & in Policastren. subventionis super remissoria 27. Junii 1707. §. Tanto magis cor. Me.*

Siquidem eorum plures, tres scilicet primi, nihil aliud continent, nisi quod originarii Creditores Mercaturæ essent addicti, quod in Insula Melitensi ultro se offerant quotidiè occasiones percipiendi interesse à propriis pecuniis, & demum, quod in Tribunali ejusdem Insulæ vigeat consuetudo admittendi tanquam probatam occasionem proximam
2 investiendi. Hæc autem omnia, etiamsi plenè justificarentur ex testibus vigore remissoriæ examinandis, tamen juxta deducta, tum in decisionibus præcedentis instantiæ coram R.P.D. meo Corio, tùm in contemporanea cor. Me, nihil utique conferrent ad substituendos contractus controversos, quia sequendo opinionem, cum qua in Curia vivitur, & judicatur, nostrum Tribunal perpetuo tenuit in hac gravi, & periculosa usurarum materia, nec qualitatem Contrahentium Mercatorum, neque promptitudinem investimenti, neque cõsuetudinem Tribunalium, & Regionum suffragari ad hoc, ut licitè ex mutuo fructus conveniri, & exigi possint;
3 sed imo semper requisivit formalem, & rigorosam probationem præcisæ occasionis investiendi de tempore contractus, ut firmant præcipuè auctoritates adductæ *in prima* *deci-*

decisione diei 11. *Februarii* 1718. §. *Et cum cor. R.P.D. meo Corio, & in contemporanea hujus audientiæ* §. *Nec attentis coram*
4 *Me*, sequitur proinde, quod Remissoria in hac parte tendat ad probandum contrarium tot Rotalibus resolutionibus, atque imò plusquam certæ opinioni nostri Tribunalis, & ideo veniat reijcienda, ex firmatis *decis.* 36. *n.*5., *& disc.*45. *n.*2. *cor. fa.me. Alex.VIII. & dec.* 264. *n.* 3., *&* 4. *p.* 19 *rec.*

Et quanquam regula sit in prophanis, quod
5 sufficiat relevantia unius articuli, & saltem quartus omnino relevans in præsenti dicendus esset, quia præcisè continet formalem probationem d. præsentis occasionis investiendi pecunias mutuatas de tempore con-
6 tractus, nihilominus DD., neque pro hujusmodi articuli probatione Remissoriam dari posse censuerunt, quia post lapsum 40. annorum (fuerunt enim contractus initi an-
7 no 1680.) inverisimile prorsus est, quod reperiantur Testes, qui deponant de hoc, vel illo investimento Creditoribus oblato tunc temporis, prout necesse foret ad effectum, de quo agimus, ut probant omnes Causæ decisiones locis mox allegatis, & stante hac inverisimilitudine, Remissoria pariter deneganda est, *Rota dec* 41. *n.*4 *cor. Bich, dec.* 173. *n.* 5. *cor. Emer. jun. in Aprutina pecuniaria super remissoria* 3. *Martii* 1604. §. *Omisso cor. Eminentissimo D. Card. Scotto, & in Romana affictus super Remissoria* 25. *Junii* 1717 §. *Nec obstat cor. R.P.D. meo Rovault de Gamaches*.

Tantoque facilius DD convenerunt in
8 irrelevantia hujus articuli, eo quod hodiè dumtaxat in tertia instantia, quæ agitur in Curia, proposuit hujusmodi petitionem Ærarium circa hujusmodi promptam, & præcisam occasionem tempore contractus, quandò prius generalius tantum prædictis circumstantiis continuæ occasionis investiendi, & similibus nitebatur, quas cæteroquin, & A. C., & nostrum Auditorium semper rejecit: unde insurgit etiam suspicio calumniæ, propter quam Remissoria concedi non debeat, ex firmatis *dec.* 333. *n.* 3. *coram Bruincas. in Firmana dotis, & fructuum* 25. *Jun.* 1703. §. *Primo cor. bon. mem. Molines, in Bononien. fideicom. de Buvosiis* 3. *Junii ejusdem anni* §. *Maxime, & in Fanen. successionis super remissoria* 4. *Maii* 1708. §. *fin. coram Me*.

Transeundo nunc ad Remissoriam, seu subdelegationem Judicis in partibus petitam ab heredibus illorum de Muscati ad effectum exhibitionis librorum, ex quibus probari prætenditur, quod nullum remaneat illorum debitum ergà Gurgion, censuerunt pariter DD. *negativè* rescribendum, quia creditum d. Gurgion, non solum resultans ex publico Instrumento, sed diù quoque observato
9 inter ipsas partes, sed etiam jam canonizzatum geminis judicatis, dici omninò debet clarum, & liquidum, ideoque incongruum est ejus executionem retardare, ejusque cla-
10 ritatem confundere exceptionibus turbidis exorientibus à negociis ex post inter partes actis, & nihil habentibus commune cum precedentibus Instrumentis, & computorum solidatione, juxta firmata in contemporanea decisione §. *fin. cor. Me*, & ad effectum excludendi hanc instantia in secunda decisione diei 10. Martii superioris anni §. *fin. pariter cor. R.P.D. meo Corio*.

Tantoque magis, quia super his negociis, post Instrumentum prædictum, & solidationem computorum tunc factam judicialiter inter partes discutiuntur partitæ, dum fuit præcisè introducta ad hunc effectum lis in Curia Meliten(s)i, eaque jam delata reperitur ad Tribunal A. C. in modum ut hæc inspectio non possit confundi, cum hoc diverso præcedenti judicio, ne contra regulas unus
11 Judex diversæ Causæ in alienam messem falcem immittere videatur, & deceat potius ubi unumquodque judicium ceptum est, ibi terminari, & in similibus terminis dictum fuit *in Ariminen. Immissionis* 2. *Iunii* 1719. §. *Ex quo cor. Me*.

Neque ad reddendum inverisimile credi-
12 tum Hadriani Gurgion satis est in genere allegare, quod fuerint ab ipso mutuo acceptæ pecuniæ ab illis de Muscat, quas, si fuisset Creditor, accepisset in sui crediti satisfactionem. Hoc enim processit, quia isti prætendebant eo tunc se non teneri ad relevationem Gurgion pro conspicua fructuum summa ab ipso soluta, & sic mirum non est, quod potius voluerint procedere per novos contractus.

Ea demum, quæ dicuntur de petita, &
13 impugnata exhibitione horum librorum, etiam in partibus, videntur potius retorqueri, cum ex facto constet fuisse libros Gurgion, jam tunc semel exhibitos, itaut videatur suspecta de calumnia illorum exhibitionis renovata petitio; tanto fortius, quia & ipsi Muscati habent proprios libros, ex quibus, si legales sint, idem possent resultare, &
14 propterea concludebant ex his DD. asserram exhibitionem in præsenti non esse profuturam, & ideo non admittendam, ut firmat *Rota dec.* 41. *n.* 9., *& dec.* 56. *n* 3. *cor. Card. Cerri, & dec.* 73. *n.*2. *p.* 17. *rec.*

Et ita, partibus informantibus in triangulari contradictorio, responsum fuit &c.

MELEVITANA PECUNIARIA.

Veneris 10. *Maii* 1720.

ARGUMENTUM.

Fructus ex simplici mutuo nunquam debentur, licet inter Mercatores agatur, nec sufficit occasio generica investimenti, sed requiritur, quod adeo fuerit creditori prompta, ut si pecunias mutuatas habuisset, tale investimentum omnino fecisset.

Adversus publicum mutui Instrumentum si adducatur apoca requisitis à lege Scripturas destituta ad fructuum conventionem proban-
dam

dam loco damnorum, ac interesse, presumitur de antidata suspecta, presertim si in tertii præjudicium adducatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus ex mutuo simplici non descendunt, & soluti, in sortis extinctionem imputantur*, & nn. 8., & 18.

2 *Contractus talis esse intelligitur, qualis à Partibus denominatur.*

3 *Apoca destituta requisitis à lege scripturæ adversus publicum instrumentum suspecta præsumitur de antidatâ, & à debitore contestè extorta, ne pro sortis restitutione vexaretur*,

4 *Fructus in instrumento mutui non conventi non præsumuntur reservati ad apocam exarandam, de qua in d. instrumento nulla mentio facta fuisset, eum multiplicatio scripturæ sapiat de fraude.*

5 *Amplia, quando talis apoca in lucem non prodiisset, nisi post lapsum temporis considerabilem, & intermedio tempore, superventa debiti accollatione facta à tertio, habita fuisset relatio ad instrumentum, & non ad apocam.*

6 *Interpellatio, quando non precedit super receptione pecuniarum ad usuras, mora debitoris induci non potest ad hoc, ut fructus debeantur.*

7 *Mercator non præsumitur otiosas retinere suas pecunias.*

8 *Fructus ut ex simplici mutuo debeantur, non sufficit, quod agatur inter mercatores ad effectum probationis lucri cessantis, & damni emergentis, & sola investimentorum affluentia satis non est, sed debet verificari occasio investimenti in potentia proxima, & non remota, itaut mutuans in designatum investimentum omnino eas erogasset*; amplia, ut in n. seq., & 11.

10 *Usuræ sunt de jure etiam divino prohibitæ, & ideo sub consuetudinis prætextu non tollerantur, imo talis consuetudo abusus appellatur.*

12 *Mutuum non parit fructus, & si debitor dixisset mutuo se recepisse pecunias pro gerendis negociis*, & vide rationem in nu. sequenti.

13 *Assertiva simplex debitoris in materia usurarum nil probat.*

14 *Usuræ, & interesse ex parte creditoris metiendæ sunt*, & vide casum.

15 *Mutuum simplex si ex instrumento scateat, non est quærendum, an sortis, & lucri assecurationi sit locus.*

16 *Fructus debentur ex causa à contrahentibus expressa, & non ex alia.*

17 *Accollatarius verus debitor fit; & à debito sibi accollato debitorem relevare tenetur.*

18 *Accollatio unius debiti solutionem parit.*

19 *Instrumentum publicum facit probationem et paratam habet executionem.*

DECISIO MCLXXXI.

Uniformi Judicio prius in Tribunali A. C., & deinde in nostro Auditorio definitum fuit imputandos esse in sortem fructus ab Auctoribus Ven. Ærarii Sacræ Religionis Hierosolymitanæ exactos ex duplici mutuo constituente quantitatem scutorum 6000., & quicquid ultra sortem exactum fuerit esse restituendum. Ita enim declaravit R. P. D. Cincius, cui delata fuit Causæ cognitio per appellationem interpositam à Judicato Ordinarii Melevitani condemnante hæreditatem Fratrum de Muscat ad solutionem, & ita pronunciavit etiam prævils duabus decisionibus 11. Februarii 1718., & 10. Martii 1719. R. P. D. meus Corius. Cumque, provocante iterum eodem Ven. Ærario, commissa mihi extiterit appellatio à Rotali sententia, dedi dubium. *An esset confirmanda, vel infirmanda*, cui licet in Audientia diei 31. Januarii hujus anni nulla capta fuerit ob suffragiorum scissuram resolutio, hodie responsum fuit -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam* -- Illa enim æquè valida, ac justa reperta fuit tùm in parte prædicta, in qua fructus in sortem imputandos esse decernit, tùm in alia, qua Gurgion originarium debitorem omnimode relevandum ab illis de Muscat Accollatariis definitum extitit à solutionibus post accollationem tàm ratione fructuum, quàm capitalium peractis, itaut etiam Ven. Ærarium eidem Gurgion restituere teneretur summam exactam post d. accollationem ultra Capitale.

De validitate quidem nulla erat controversia; justitia vero quoad primam partem 1 ex eo profluebat, quod agitur de Contractibus mutui, à quo omni jure vetitum est fructus exigere, itaut exacti ipso jure in sortem imputentur, & creditum principale extinguant, juxta firmata in decisionibus præcedentis Instantiæ, in prima scilicet §. *Basis*, & in secunda §. *Pro eo cor. R. P. D. meo Corio*, ac de facto, quod tales fuerint Contractus, de quibus agitur, constat ex ipsa Instrumentorum littera, in quibus *debitores dixerunt, & confessi sunt se habuisse, & recepisse &c.* 2 *nomine puri mutui*; regulare autem est, quod talis esse contractus intelligitur, qualis ab ipsis Partibus denominatur, ad *text. in l. Qui fundum 40. §. Qui agrum ff. de contrah. empt., Rota dec. 221. nu. 7. p. 17. rec., & in Romana, seu Florentina pecuniaria 19. Junii 1716. §. Rimata, & 16. Januarii 1719. §. Resultat coram Me.*

Adversus hanc instrumentorum litteram 3 frustra iterum allegabantur Apocæ, in quibus promissi extitere fructus sub nomine damnorum, & interesse. DD. namque advertebant ex his Apocis potius quàm coadjuvaretur licita fructuum perceptio, resultare contrario non modicam suspicionem pravæ intentionis fænerandi, dum deficientibus in eis requisitis notoriæ legis scripturæ §. Sine autem C. Qui porior in pignor. habeant, nequaquam certum est, quod,

fue-

fuerint contemporaneè exaratæ, ut substinent Defensores Ærarii, sed immo suspicari potest, quod exaratæ fuerint expost cum antidata, ut firmat *Rota dec.* 403. *n.* 11.,*& seq. cor. Bich.*, & extortæ ad palliandas usuras, coacta debitorum voluntate, ne pro restitutione fortis vexarentur, ut optimè dixit *Rota dec.* 73. *n.* 13. *post Constan. in. ad Stat. Urbis*. Alias enim si damna, & interesse non fuissent palliata, & fuissent in mente contrahentium usque ab initio, profectò palam & publicè Partes de illis convenissent in Instrumentis, neque hujusmodi Conventionem reservassent ad Apocas post solemnem mutui expressionem in iisdem Instrumentis, ut ponderat *Ciroch. discept.* 71. *n.*32., *Roderic. de annuis redditibus lib.* 2. *quæst.*3.'*n.* 53., *& Leotard. de Usur. qu.* 40. *num.* 31.
4

5 Tantoque fortius, quia hujusmodi Apocæ nunquam prodierunt in lucem, nisi sub annis 1696. 1699., & 1700., quando tamen exaratæ dici debuissent usque de anno 1689. & quando adfuit ex actu intermedio accollationis secutæ anno 1686. in personam illorum de Gurgion occasio uimis præcisa de iis habendi aliquam mentionem, quæ nihilominus pretermissa fuit, & habita relatio ad Instrumenta mutui dumtaxat, per ea, quæ arguit *Gobb. consult.* 33. *nu.* 40., *Rota dec.* 69. *n.*14., *& seqq. p.* 9. *rec.*, *& dec.*291.*n.*8. *cor. Peutinger*.

6 Et si vero Apocæ prædictæ contemporaneæ fuissent ipsis Instrumentis, adhuc tamen non exinde redderetur licita exactio fructuum loco damnorum, & interesse, cum nequaquam probentur vulgaris requisita, *Castrensis in l. Tertia* §. *fin. ff. de eo quod certo loc.*, ex quibus Conventio primum tantum interpellationis, non reliqua supplere potest, juxta inconcusse firmata *dec.* 36. *cor. Zarat. dec.* 157. *n.* 2. *p.* 13. *rec.*, *in Romana Pecuniaria post Constant. dec.* 23. *n.* 5., *& in confirmatoria* 3. *Junii* 1701. §. *Sed non idem cor. clar. mem. Card. Priolo*, *& in Romana Pecuniaria*, *seu Cautelæ Angeli* 4. *Aprilis* 1718 §. *Minusque*, *& seq. coram R.P.D. meo Herrera*.

7 Non attentis iterum deductis pro parte Ærarii ex eo, quod res fit inter Mercatores nunquam solitos suas pecunias otiosas retinere, sed illas implicare in Contractibus fructiferis, itaut concurrente etiam præfata conventione non sit necessaria rigorosa probatio eorumdem requisitorum, sed sufficiat verisimilitudo ex frequentia occasionum Investiendi in loco ipso contractus etiam

8 cum majori lucro. Quoniam quicquid nonnulli Doctores tenuerint, ea nostri Tribunalis opinio semper fuit, quod etiam data conventione, & quod agatur inter Mercatores, ad effectum probationis lucri cessantis, sola affluentia investimentorum non sufficiat, sed necessaria sit verificatio occasionis in potentia proxima, ita scilicet ut si mutuans habuisset pecunias mutuatas, eas certo erogasset in illud designatum Investimentum, seu negocium, & quo certum lucrum percepisset, ut sequendo *dec.* 3. *de usur. cor. Mohedan.* successive inquit *Rota dec.* 29. *per tot. post Merlin. de pignor. dec.* 16. *n.* 3. *cor. Bichio decis.* 12. *nu.* 11. *cor. San. mem. Alexandro VIII.*, *& preter allegatos in dec. præcedentis Instantiæ* 11. *Febr.* 1718. §. *Et eum hac cor. R.P.D. meo Corio*, *eadem Rota dec.*775. *n.* 3., *& seqq. p.*18. *rec. to.* 2. *& in d. Romana Pecuniaria*, *seu Cauthela Angeli* 4. *Aprilis* 1718. §. *Minusque cor.*

9 *R.P.D. meo Herrera*. Si enim admitteretur generica tantum occasio investiendi, quæ in magnis plerumque Civitatibus deesse non solet, ampla sterneretur via fænori, & usuris, quæ semper sub specioso prætextu damnorum, & interesse palliari possent, ut præcisè advertit *Rota dec.* 1. *n.*16. *post Card. de Luc. de usur.*, ubi quod ideo requiritur actualitas, & potentia proxima, & prosequitur eadem *Romana Pecuniaria, seu Cauthelæ Angeli* §. *Prætendi cor. R.P.D. meo Herrera*.

Parum propterea juvit contendere, quod in Insula Melitensi vigeat consuetudo, quod occasio proxima habeatur pro probata, quod ita ibi judicetur etiam in Tribunalibus Ecclesiasticis, quodque alias fieret strages quamplurium Instrumentorum, & Contra-

10 ctuum. Hæc enim omnia, quæ à præfata pendent consuetudine, cessant eo ipso, quod agitur de usuris, quarum respectu cum sint omni Jure etiam Divino prohibitæ, nulla consuetudo dari potest, quæ illas licitas efficiat, sed talis consuetudo, tanquam abusus, & corruptela illiciti fœnoris nutritiva reiicienda est, ut præcisè probat *Leotard. de usur. quæst.* 99. *n.* 2., *& seqq.*, & firmat, *Rota decis.* 16. *n.* 19. *coram Bich. decis.* 409. *n.* 22., *& seq. coram Merlin. decis.*401.*n.*47 *par.* 16. *rec.*, *& decis.* 11. *n.* 7. penes *Card. de Luca in Mantiss. de usur.*

Inutiliter item suaderi prætendebatur occasio proxima, & imminens investiendi super massa frumentaria ad rationem scutorum quatuor pro centenario. Etenim in primis massa frumentaria initium habuit 19. Junii 1680., & per Edictum fuit nunciata solum sub Anno 1681., quibus temporibus, contractus, de quibus agimus, initi 21 Maii 1650

11 jam præcesserant, & ulterius adhuc hujusmodi occasiones dicuntur generales, & in potentia remota, nec sufficiunt ad reddendum licitas usurarum conventiones, & perceptiones, ut probant supradictæ auctoritates, præsertim in terminis nostræ Urbis, ubi quotidie adsunt Venalia Loca Montium, & in specie, *Rota decis.* 23. *n.*7. *&* 8. *post Constant. ad Statut. Urbis*.

Posito ex his, quod nequaquam subsisteret conventio fructuum ratione damnorum, & interesse, quorum titulo illos Partes pacte sunt in apocis, & contractibus, de quibus

12 agitur, multo minus eadem conventio sustineri poterat ex alia causa non expressa in contractibus, ex eo scilicet, quod ageretur de

de pecuniis destinatis ad investiendū ratione expressionis factæ in iisdem apocis à mutuatariis, ibi -- *che ci hà prestati per negociare* --. Quandoquidem, ut egregie dixit Decisio præcedentis instantiæ 11. Februarii 1718. §. *Subbastio & seq.* coram R. P. D. meo Co-
13 rio, talis expressio est simplex debitorum assertiva, cui in materia usurarum stari non debet, & immò relative ad creditores per verbum illud *imprestati* repetit mutuum, & sic remanet omnino inefficax ad effectum in ea constituendi validitatem conventionis
14 usurarum loco damnorum, & interesse, quę deberent concurrere ex parte ipsius creditoris, qui pecunias tradit, non debitoris, qui pecunias recipit, & in proprium dominium convertit, *Leotard. de usur. quæst.* 32. *n.* 21. & 30., *Cardin. de Luc. disc.* 12. *n.* 41. & *disc.* 27. *n.* 10. *eodem tract*, *Rota decis.* 36 *in fin. coram Zarat.*, & *decis.* 401. *n.* 19. *par.* 19. *rec.*

Similiter insubsistens visa est prætensio sub stinendi præfatam fructuum, seu usurarum conventionem ex eo quod continerentur in memoratis apocis trini contractus, societatis, assecurationis sortis, & assecurationis pariter certi lucri; etenim relicta lierum quæstione in genere super validitate hujusmodi contractuum, juxta discordes hinc inde Decisiones relatas in prima Decisione §. *Quin hujusmodi* coram R.P.D. meo Corio, omnia difficultas removebatur ex eo, quod sivè considerentur Instrumenta, sivè considerentur Apocæ conventionum, & contractuum de quibus agitur semper deficiunt prædicta omnia, ex quibus trini contractus substantia in præsenti neque expresse, neque tacite ve-
15 rificari queat. In Instrumentis quidem Partes non egerunt, nisi de puro mutuo, & sic inutile est ibi quærere societatem, assecurationem lucri, & sortis, aut quicquam aliud, juxta ea, quæ in propositio expendit *Rocc. disput. Iur. cap* 99. *n.* 3. In apocis vero separatim confectis, nullum pariter de
16 prædictis verbum legitur; sed causa productiva fructuum restringitur ad damna, & interesse, à qua, relictis subauditis intellectibus, & stilis deductis à simplici enunciativa destinationis pecuniarum ad mercaturam, recedi non debet, *Rota decis.* 576. *n.* 10. *coram Emerix Junior*, & latius in utraque Decisione causæ, in prima scilicet §. *Quæstio hac*, & in secunda §. *Omissa* coram R.P.D. meo Corio.

Descendendo nunc ad secundam sententię Rotalis confirmandæ partem, quæ respicit Jura Adriani Gurgion contra Fratres de Muscat Accollatarios, & Ven. Ærarium,
17 ratio resolutionis nixa fuit alias deductis fundamentis, quorum primum est, quod cum Accollatarii respectu ejusdem Gurgion originarie obligati evaserint veri debitores, tenentur illum à debito accollato relevare, *Rota decis.* 64. *n. fin. coram san. me. Alexandro VIII.*, & *decis.* 294. *n.* 1., & *per tot.*
18 *par.* 17. *rec.*, & pro hujusmodi relevationis effectu, illi restituere, quicquid Gurgion solvit de proprio post accollationem, secundū illud est, quod ū Ærarium, ejusque Auctores exegerunt in causam fructuum quantitatem majorem capitalibus, summa exuberans veniat omnino restituenda, juxta principia, & auctoritates, de quibus supra.

Nec contra primum fundamentum ullatenus relevat, quod plures alii consimiles contractus intercesserint inter eosdem de Muscat, & Gurgion, itaut ex iis datum sit arguere, quod dictus Gurgion amplius non remaneat creditor. Siquidem illud in facto iretum consistit, quod liquidatis computis usque de tempore accollationis inter Partes, iisque vicissim subscriptis, & approbatis, in computo particulari signato *litt. B*, Gurgion erat creditor illorum de Muscat in scu. 6660 & licet in eorum contrapositionem habita fuerit ratio de mutuis accollatis, adhuc ille remansit creditor in sc 1220: ut explicat secunda decisio præcedentis Instantiæ §. *Haud*
19 *refragante* coram R. P. D. meo Corio. Aut igitur contractus aliorum mutuorum præcesserunt, & per dictum Instrumentum, & solidationem præfatam computorum, sublati sunt, cum ea æquivaleat solutioni, ut dictum fuit *in Romana Pecuniaria, seu Reintegrationis* 23. *Ianuarii* 1719. §. *Quemadmodum coram Eodem*. Aut sunt aliis posteriores, & super iis pendet particulare judicium in Tribunali A.C., ideoque apti non sunt retardare executionem accollationis per publicum Instrumentum susceptæ, quod facit probationem probatam, & exequi omnino dignum est, ex vulgatis.

Et ita in secunda Causæ propositione, responsum fuit Partibus auditis &c.

ROMANA EMOLUMENTORUM PAROCHIALIUM, SIVE PRÆTATICI.

Lunæ 13. *Maii* 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoris alterius emanatæ sub die prima Iulii 1718.

Prætaticum Parocho non debetur, quando habitualis animarum cura penes Capitulum existit, & actualis penes illum, eidemque Parocho incerta, ratione administrationis Sacramentorum debentur, *ad terminos Constitutionis Sa. Me. Pii V.* la 139.

SUMMARIUM.

1 *Indebitum competit illi, qui per errorem solvit, quod non debebat.*

2 *Congrua debetur Parocho, quando cura habitualis ad Capitulum pertinet, & actualis ad primum, uti istius Vicarium.*

3 *Prætaticum inter Parrochialia emolumenta continetur, quando in istorum locum est subrogatum.*

4 *Verba contra mentem, et dispositionem rationem intelligenda non sunt.*

5 *Emo-*

5 *Emolumenta incerta, & incertæ obventiones à personali servitio dependentia pertinent ad Vicarium curam animarum habentem* ex constitutione supradicta.

6 *Prętaticum, cum sit certus, et fixus redditus non dicitur inter incerta reservata comprehensum*, amplia, ut in nn 8., & 11.

7 *Prętaticum non comprehenditur sub emolumentis Parochialibus.*

8 *Verba* imposterum pertinebant -- *ad futurum relativa nequaquam ad antecedentia & præterita, ac jam pertinentia referibilia sunt.*

9 *Sub nomine fructuum redditanm, & proventuum veniunt omnia, quæ vel ex Stabilibus, vel ex obventionibus, aliisque emolumentis proveniunt.*

10 *Emolumenta ratione rectoriæ Parocho non debentur, sed tantum ea, quæ haberi possent ratione actualis exercitii, & Sacramentorũ administrationis*, amplia, ut n.13.

12 *Declaratio in re dubia Constitutionum Apostolicarum multum observantiæ defertur, præsertim si ista sit continuata.*

14 *Vicarius non potest prętendere Prętaticum ex quo per ipsum non steterit, quominus elaborasset ratione parvitatis Parochiæ quando nec per Capitulum steterit, quominus illa amplior esset.*

15 *Prætaticum, ac Parochialia emolumenta ex Hebreis exigi non possunt*, limita, ut in num. 20.

16 *Argumentum nimis probans minus probare dicitur.*

17 *Qualitas à lege, vel Pontificis dispositione requisita probanda est, ad hoc, ut lex, & dispositio exequantur.*

18 *Parochus, si destruerentur omnes domus suæ Parochię, remaneret Parochus in habitu cum tantum deficeret subiectum, super quo ejus qualitas exerceri posset.*

19 *Parochus, & non Vicarius dicitur ille S. Marię de Planctu Urbis.*

20 *Parochus S. Nicolai in Carcere Tulliano Vicarius dicitur, & Prætaticum recipit ab Hebreis, & cur?*

21 *Prætaticum an pertineat ad Capitulum, sive ad Parochum probatur ex descriptionibus antiquis talis proventus in libris Ecclesiæ, & ex descriptionibus modernis.*

22 *Extrema quando sunt probata, media præsumuntur.*

23 *Cessionarius in omnibus cedentem repræsentat, & si pro cesso credito egerit, suo jure usus fuisse dicitur.*

24 *Transactio actus dicitur individuus, nec potest in parte reici.*

25 *Illatio certa, quando diversa militat ratio, fieri non potest.*

DECISIO MCLXXXII.

PRovocati in litem Canonici, & Capitulum Sancti Angeli in Foro Piscium à Hieronymo Amato Galbino ejusdem Ecclesiæ Vicario super pertinentia quorumdam emolumentorum Parochialium, ipsi quoque adversus illum eam proposuerunt signanter instantiam, quod teneretur ipsis restituere Prætaticum indebite per eum exactum ab Hebreis inhabitantibus intra terminos dictę Parochialis Ecclesię: Et licet in prima instantia, quę fuit coram A. C., talis controversia definita non fuerit, ac subinde in prima Causę propositione in nostro Auditorio coram Me victoria steterit pro eodem Vicario, cum die prima Julii 1718 responsum fuerit non esse locum restitutioni ejusdem Prætatici, atque illud exigi debere non à Canonicis, sed à Vicario, juxta decisionem tunc editam, successive tamen res quoad istũ tot invenit obices, totque difficultates, ut concessa adversus hanc decisionem nova audientia in pluribus propositionibus, nulla capta fuerit resolutio, sed injunctum, quod causa videretur *ab omnibus Dominis*, & tandem in hodierna Rota reassumpto illius examine conclusum extiterit -- *esse recedendum à decisis.*

1 Constitit enim Prætaticum à Vicario injuste perceptum fuisse, quoties illud non ad ipsum, sed ad Capitulum, & Canonicos pertinebat, ideoque locum esse illius restitutioni, juxta firmata *per Rot. dec. 456. n. 3. cor. Emerix jun. & dec. 143. n. 9. par. 17. rec. & in eadem decisione, quę revidetur §. Cum enim coram Me.*

2 Quod vero non ad Vicarium, sed ad Capitulum Prætaticum controversum pertineret, inde Domini arguebant, quod cum inter ipsas Partes quæstio non sit Curam habitualem hujus Parochialis pertinere ad Capitulum, & actualem dumtaxat ad Contradictorem uti Vicarium ejusdem Capituli, inde sequitur, ut cæteris omnibus ad idem Capitulum pertinentibus, ille contentus esse debeat de Congrua sibi assignata, ut dixit, *Rot. dec. 138. n. 17. coram Ubald & dec. 2046 n. 5. coram Coccin.*

Et quamquam contenderet Vicarius ipsius
è contrario intentionem pro exactione Præ-
tatici fundatam esse in Constitutione 139. fa.
me. Pii V. per quam Summus ille Pontifex
hanc, aliasque similes Vicarias erexit non so-
lum cum assignatione certæ summæ pro Con-
3 grua Vicarii, sed etiam cum reservatione
ejus favore emolumentorum, & obventio-
num Parochialium, sub quibus etiam Præta-
ticum contineri dicendum esset, tamquam
subrogatum loco emolumentorum Parochia-
lium, quæ Parochus perciperet, nisi in Pa-
rochia habitarent Hebræi; adhuc tamen
ejusdem Constitutionis tenore perpenso, scru-
tataque Pontificia voluntate, certum visum
est, quod emolumenta prædicto Vicario re-
servata nequaquam compræhendere poterãt
controversum Prætaticum, & quidem ex
pluribus argumentis ex spiritu, & sensu ipso
4 ejusdem Constitutionis resultantibus, quæ
sicut excludunt Prætaticum ab emolumentis
Vicario reservatis, ita universalitati verbo-
rum omnino prævalere debuerunt, juxta re-
gulam, de qua, *Rot. dec. 856. n. 7. coram*

Coec. dec. 139.n.3. coram Cerr., & dec. 190. n. 3. coram sa. me. Alex. VIII.

5 Sensus quidem Constitutionis colligendus ex illis verbis ibi -- *Omnia, & singula emolumenta, & obventiones, quæ ratione exercitii Curæ, & administrationis Sacramentorum hujusmodi, ac Officiorum funeralium, quæ ipsa die humationis cadaverum celebrabuntur, non autem ratione Anniversariorum, & ad ipsas Ecclesias imposterum pertinebunt* - non alius esse potest, quam ut intelligatur facta assignatio de emolumentis, & obventionibus incertis dependentibus à personali servitio præstando à Vicariis erga Parochianos, quæ obventiones, & emolumenta de facto inter redditus fixos, & certos numerari non valent, ut optime præ cœteris explicat *Lagun. de fruct. par. 1. cap. 33.n.16*

6 Cum autem Prædaticum esset redditus omnino certus, & fixus, cum Hebræi coacti ex Constitutionibus Summorum Pontificum ad habitandum in suo claustro nuncupato *Gheto*, necessario habitare debeant in Parochia S. Angeli, & de facto longe ante editam Constitutionem erectionis Vicariarum à S. Pio, jam iste redditus reperiebatur etiam inter capitalia Collegiatæ ejusdem Ecclesiæ S. Angeli descriptus, ut constitit ex antiquis libris annorum 1493., & 1513., & 15 4. Mihi, citato Vicario, per Canonicos exhibitis, profecto dicendum est, non esse in prædicta reservatione contentum, quæ de incertis loquitur, & non fixis emolumentis, ex *Tex. in cap. Extirpandæ § Si vero de Præbend. Rot. in Salisburgen Vicariæ 31. Januarii 1714. Pro parte eorum R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Compostellana Parochialis 11. Maii 1716 §. Plenariam coram R. P. D. meo Cerro.*

7 Hanc intelligentiam suadent præsertim ea verba - *ratione exercitii curæ, & administrationis Sacramentorum*, quia cum exercitium curæ, & administratio Sacramentorum verificari non possit in Hebræis extra sinum Sanctæ Matris Ecclesiæ vagantibus, notorie panditur, quod emolumenta tali ratione reservata Vicario, Prætaticum non comprehendunt, quod solvitur à dictis Hebræis, circa quos non cadit actualitas exercitii, & administrationis præfatæ, ut ponderando indolem eorumdem verborum in similibus terminis dixit *Rot. in Romana funeralium 4. Martii 1695. §. Minus cum seq., & 30. Januarii 1696. §. Absque cor. bo. me.*

8 *Molines*, idque ipsum demonstrant alia verba subsequentia -- *imposterum pertinebunt*, quæ cum sint omninò relativa ad futurum, nequaquam antecedentia, & præterita, & jam pertinentia tangere possunt, ut est etiam regulare in Legibus, & Constitutionibus, ad *Tex. in l. minimus in fin. Cod. de hæred. instit., & l. Leges ff. de legib., Rot. dec. 38, n. 4. post Antonell. de jur. & oner. Cleric., & in Romana successionis de Vitalibus 25. Junii 1700. §. Atque hoc cor. cl. me. Card. de la Tremoille*, itaut si jam certum est, præextitisse emolumentum hujusmodi ante editam d. Constitutionem, illudq; ad Capitulum pertinuisse, certum remaneat, de eo Sanctum Pontificem favore Vicarii nequaquam disposuisse.

Tantò fortius hæc procedunt, quia S. Pius ante erectionem Vicariarum exploravit Ecclesiarum redditus, ut patet ex eo, quod non omnibus Vicariis eamdem Congruæ quantitatem assignavit, sed uni majorem, & alteri minorem, & Ecclesiæ, de qua agimus, Vicario Congruam de facto scut. 60. dumtaxat constituit, Ex omnibus verò Ecclesiarum fructibus, proventibus, & redditibus portionem excerpsit, quam pro dicta Congrua Vicariis assignavit, ut ex eadem Bulla §. 2. ibi -- *Congrua fructuum, ac proventuum portione, qua honestè sustentari valeant, eis assignata* -. & rursus §. 3. ibi -- *singulis Vicariis hujusmodi singulas portiones &c. annuatim ex fructibus, redditibus, &*

9 *proventibus* Cum autem nomine fructuum, redditruum, & proventuum veniant omnia vel ex stabilibus, vel ex obventionibus, aliisque emolumentis provenientia, juxta deducta per *Cyriac. contr. 397. n 9. 11. & 14., Gonzal. ad regul. Cancell. § 7. in proœm. n. 197.*, & latius *Lagunez de fruct. cap. 3. par. 2 per tot. & signanter num. 16. & 24.*, clarum remanet, quod habita ratione à S. Pontifice etiam de Prætatico, relictum illud fuerit Capitulo, & solum ejus pars, prout de cœteris fructibus, & proventibus in Congruam computata extiterit favore Vicarii.

Idque summa factum constitit ratione, quia sicut Capitulo relinquebatur cura habitualis, ut pienè constat ex ipsa Bulla, & fuit definitum à Sac. Congregatione Concilii juxtà ejus resolutionem relatam à *Pigna-*

10 *tel. consult. 172. n. 4. to. 9.*, ideò Vicario habenti merum famulatum, non debebantur ea emolumenta, quæ percipi possent ratione Rectoriæ, sed tantum ea, quæ haberi possent ratione actualis exercitii, & administrationis Sacramentorum, à quibus Præta-

11 ticum omninò exceptum esse debebat, quia cum & illud sit emolumentum causativum tamquam merx, seu præmium laboris, cessante respectu Vicarii hujus laboris, & mercedis causa, cessare & illud debebat, ut arguit in puncto *Card. de Luc. de Paroch. disc. 29 n. 4.*

12 Hunc intellectum comprobat successiva observantia, & quidem proxima evulgationi ejusdem constitutionis. Quippè quia primus Vicarius deputatus in ejusdem Constitutionis executionem, expressè sub anno 1573. fassus fuit sese exigere ab Hebræis Prætaticum ex pura concessione Capituli, non autem uti partem emolumentorum Parochialium, Et hæc sanè observantia plurimum semper attendi consuevit in Apostolicarum Constitutionum intelligentiam, ut aliis relatis præcipuè firmat *Rot. dec. 271. nu. 26. par. 19. rec.* maximè dum continuata, & renovata ferè semper fuit à successivis Vicariis

riis usque ad tempora moderna, quo casu dubio procul multò magis prævalet ad dirimendam omnem dubietatem, ex deductis per *Gratian. discept. for. cap.*521. *num.* 26., *Rot. in Romana Prælationis, & Pecuniaria* 22. *Aprilis* 1709. §. *Hancque cor. bo. me. Molines.*

Cùm igitur ex his plenariè constet de pertinentia Prætatici istius ad Capitulum ex dispositione præfatæ Bullæ S. Pii, itaut super eo Vicarius jus non habeat, nequaquam assumendum putarunt Domini examen ejus articuli, utrum idem Prætaticum in sua origine subrogatum sit loco vivariorum, & mortuariorum, quæ perciperet Parochus, si in sua Parochia loco Hebræorum inhabitarent Christiani, ut Vicarius contendebat, ex deductis per *Pignatell. consf.*70. *tom.* 4., vel potiùs loco decimarum, ut contendebat Capitulum, ex *Tex. in cap. Quantò de usur.*

13 Quandoquidem sivè uno, sivè altero modo idem Prætaticum à Judæis deberetur, semper firmum remanebat principium illud, Quod si Summus Pontifex in hujus Vicariæ erectione Prætaticum Capitulo reservavit, & Vicario sola emolumenta incerta, & proventia à servitio, quod actu, dietimque præstat Parochianis unà cum Congrua assignavit, ei debet acquiescere, nec quid ultrà prætendere valet, juxtà auctoritates superius allegatas §. *Quod verò.*

14 Noscebant de facto horum argumentorum efficaciam Vicarii Defensores, ideoque ad eam recurrebant animadversionem, quod per eumdem Vicarium non stet, quominus etiam respectu Hebræorum curam animarum exerceat, & laborem illum impendat, propter quem ipsi merces, & emolumentum debitum sit. Sed facilè erat hujus responsionis, seu animadversionis insubsistentiam respectu quæstionis, de qua agitur, comperire; quia non videbatur exindè ulla illatio duci posse contra Capitulum, quod neque ex parte sua ullum præstat impedimentum, propter quod conditio laboris, & exercitii curæ à S. Pio volita, censeri debeat à Vicario adimpleta, sed omne provenit ex natura rei præexistentis in eodem statu ante editam Constitutionem dicti S. Pontificis, ex quo scilicet in Parochia habitant Hebræi,
15 respectu quorum, nunquam est verificabilis curæ exercitium ad exigendum Prætaticum, dum aut in eorum errore permanent Judaismi, & nefas est de Sacramentorum administratione, & animarum cura eorum respectu cogitare, vel Catholicæ Fidei lumine perculsi, ad baptisma convertuntur, & amplius in eorum habitationibus non permanent, exeuntque à Ghetto, & Prætatici
16 solutioni non subiacent. Hujusmodi itaque argumentum ductum à voluntate Vicarii nimia probat, ideoque nihil probat, & à quæstionis semita prætergreditur, nec attendendum est ex *vulgari regula.*

Eodem modo Domini parum immorandum censuerunt in definiendo utrum Prætaticum in genere deberetur ratione curæ ha-
17 bitualis, seu actualis. Quia procedendo semper strictè ad hypothesim omninò præsupponendam dictæ Bullæ erectionis hujus Vicariæ; aut Prætaticum debetur ratione curæ habitualis, & ista est penès Capitulum, aut debetur ratione curæ actualis, & Vicarius non habet qualitatem exercitii actualis respectu Hebræorum in sepedicta Piana Constitutione requisitam, & ideò ipsi non debetur, *Rot. dec.* 496 *num.* 2. *par.* 1. *dec.* 138. *n.* 1. *par.* 16., *& dec.* 580. *num.* 11. *par.* 18. *rec.*,
18 & actualitas ista cum cesset, subintrat habitualitas, quæ stat favore Capituli, juxtà exemplum Ecclesiæ, cujus Parochiæ domus destructæ sint; tunc enim Parochus ejus loci non habet curam actualem, quia deficit subjectum, in quo exerceatur, ut explicat *Tondut. quæst. benefic. par.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 8. *&* 9.

Non tamen applicabilia in contrarium visa sunt exempla aliarum Ecclesiarum S. Mariæ de Pianctu, & S. Nicolai in Carcere Tulliano, quarum Vicariæ in eadem S. Pii
19 Constitutione erectæ fuerunt. Quia Parochus S. Mariæ de Planctu nequiquam est Vicarius, sed verus, & proprius Parochus.
20 Alter verò S. Nicolai est quidem Vicarius ex dicta Constitutione, sed Prætaticum ab Hebræis recipit propter minorem Ghettum longè post eamdem Constitutionem Hebræis assignatum pro eorum promptuariis vulgò *Magazzeni*, & sic quemadmodum ille Vicarius ex domibus Hebræis assignatis ante concessionem istam inhabitatis à Christianis emolumenta Parochialia reservata in Bulla percipiebat, æquum non fuit, ut ex imposterum, superventa Hebræorum habitatione, damnum sentiret, quod non verificatur de Ecclesia S. Angeli, in cujus limitibus jam tunc ante editam Constitutionem recepti fuerant, & permanere coacti Hebræi, & Prætaticum jam erat cum Capitulo conventum, & inter istius redditus annumeratum.

21 Absque eo quod negari valeat pertinentia ista Prætatici ad Capitulum de tempore ipso editæ Constitutionis Pianæ, ex eo quia in ejus libris tunc temporis non adsit descripta illius exactio; quippè quia cum pertinentia probetur ex antiquiori descriptione per plures annos ante dictam constitutionem inter census, pensiones, aliosque redditus omninò fixos, & certos, & subindè etiam post editam Constitutionem non solum ex iisdem libris, sed ex confessione ipsa primi Vicarii confirmetur, necessariò præsumendum est, quod etiam intermedio tempore illud ad idem Capitulum pertinuerit,
22 cum probatis extremis, media præsumi debeant, *Rocc. disput. jur.* 135. *n.*25. *Rot. dec.* 26. *n.*42. *cor. bo. me. Ansaldo dec.*718. *n.* 18. *par.*18. *tom.*2., *& dec.*134. *n.*3. *& 4. par.*19. *rec.* Potuit quippè intermedio hoc tempore alicui exigendum committi ratione alicujus crediti, vel juris, quod in latebris antiquitatis

tatis amplius indagare licitum non sit.

Ea item, quę dicebantur de diuturna exactione Prętatici facta a Vicariis pro tempore, litibusque ab his actitatis, vel contra Hebræos debitores, vel aliquando etiam contra ipsum Capitulum, nullius relevantiæ pondus habere ad hodiernæ quęstionis definitionem Domini existimarunt. Hæc enim omnia ex eo processerunt, quod ipsum Capi-
23 tulum cesserat loco incertorum quorundam emolumentorum facilioris exactionis gratia Prætaticum Vicariis, ac super eo cum iisdem Vicariis aliquas inierat transactiones, Undè si exegerunt, & pro exigendo egerunt contra debitores, usi sunt juribus Capituli illud cedentis, & eius actiones exercuerunt, juxtà deducta ex *Tex. in l. ultim. C. quando Fisc. vel privil. per Acost. de privil. credit. prælud.2. num.9. Arias de Mesa lib. 1. resol. cap.19 num.13., & Olea de cess. jur.*
24 *tit 1. qu.2. n.47.*, & si etiam in judicio substinuerunt contra Capitulum illud sibi deberi, id agere potuerunt ex transactionibus, quas tamen si modernus Vicarius in aliis partibus voluit impugnare, non potest in alia parte sibi proficua firmas pretendere, sed vel omnimodè firmas, vel in totum resolutas habere debet, ad *Tex. in l. cum queritur ff. de administr. tut., & l. si quis etiam ff. de solut., R. t. dec.399. n. 9. & 10. par.17. & dec.323. n.1. & 2 par.18. rec.*

Et demum nullatenus curandum Dominis visum est de declaratione facta à fel. mem. Alexandro VII., quod Vicariis hujusmodi debeantur emolumenta illorum defunctorum, qui obierunt extrà Parochiam, & deferuntur ad Ecclesiam Vicarialem pro tumulatione, licèt illis Sacramenta non fuerint à Vicario Ecclesiæ tumulantis admini-
25 strata. Nam etsi isto casu Vicarius nullum subierit onus administrationis Sacramentorum, subit tamen laborem alquem excipiendo funus, peragendo Defuncto exequias, & sepulturæ illum tradendo, id quod non facit respectu Hebreorum, & sic cum diversa militet ratio, nulla indè potest fieri certa illatio, *Gratian. discept 869. num. 20., Rot. dec 116. num.46, & dec.255. num.20. par.2., & dec.607. nu.30. & 31. par. 19. rec. tom.2.*

Et ità in quinta causæ propositione, omnibus Dominis suffragium ferentibus, resolutum fuit utraque &c.

ROMANA JOCALIUM SUPER ADAMANTIBUS MAJORIBUS.

Lunæ 3. Iunii 1720.

ARGUMENTUM.

Inventarium gestum à Procuratore, quem specialiter ad id Tutor constituisset, qualia bona ad hæreditatem pertineant, apprimè probat, ac ad ejusdem tutoris dictamen factum præsumitur. Pupillus, licèt tutelari inventario possit renunciare, attamen ex hoc probationes circa rerum descriptarum identitatem non destruuntur. Inter Matrem nobilem, & filium non disparis conditionis uxorem ducentes, ut dicatur, quod illa consensum præstiterit, ut filius, uti proprias illius gemmas pretiosas ad Sponsæ ornatum sibi adscripserit, scriptum non requiritur, cum facile id præsumatur; secùs verò si ageretur de præsumpta donatione stabilium, quo casu requiritur.

SUMMARIUM.

1 *Pacta in transactione inita sunt omnino servanda.*
2 *Tutela in Sacerdote de jure canonico est prohibita.*
3 *Dominium rei dicitur pertinuisse ad illum, in cujus hæreditario inventario descripta reperiretur.*
4 *Inventarium eo modo, quo rerum pertinentiam probat ad hæreditatem descriptam, ita præsumere facit inibi non descriptas ad illam non pertinuisse*, amplia, ut in nn. 9. & 31.
6 *Inventarium eo magis excludit pertinentiam illius rei ad hereditatem, quæ descripta non reperiretur, quando hæres declaranda bona uti hæreditaria defuncti retinere velle, de illa nullam fecisset mentionem*, & nn 7. & 8.
7 *Hæres proprius non presumitur habere ignorantiam de his rebus, quæ ad suum auctorem pertinuissent.*
8 *Amplia, respectu gemmarum conspicui valoris, ad propriæ domus magnatitiæ ornatum inservientium.*
9 *Inventarium tutelare, vel mixtum de tutelari, & hæreditario fert præsumptionem juris, & de jure quoad pertinentiam rerum hæreditariarum in eo descriptarum ad pupillum, nec probationem ullam in contrarium admittit.*
10 *Amplia ut talis probatio ex tali inventario deducta minimè subvertatur ex generalibus exceptionibus ductis, vel ex clausulis præservativis addendi, vel minuendi, vel ex modo loquendi, & qui sit iste modus?*
11 *Inventarium* rerum repertarum *denotat describentem intellexisse, reperta, & descripta ad hæreditatem pertinuisse.*
12 *Limita, si describens dixerit* -- delle robbe che si ritrovano -- *quę verba dant intelligere, se ad materialem tantum existentiam retulisse, non verò ad pertinentiam ad hæreditatem descriptam.*
13 *Inventarium factum à Procuratore specialiter constituto habetur, & probat, ac si ab ipso constituente factum fuisset.*
14 *Procurator conficiendo inventarium cum filiis ad id præparatoriis describendo minutatim argenta cum pondere, numero, & mensura, præsumitur, quod eadem folia à constituente receperit.*
15 *Descriptio bonorum in inventario hæreditario*

tario erronea dici nequit, quando, qui illud emisit, à tali descriptione non reclamasset.

16 *Pupillus potest renunciare descriptioni hereditatis factæ in inventario tutelari ab ejus tutore, licèt istud probet pertinentiam rerum descriptarum ad ipsum*, & vide casum.

17 *Declaratio facta à pupillo, quod bona velit possidere uti hæreditaria non ad effectum infirmandi inventarium, istius vim non inficit.*

18 *Pupillus, id quod describere non fecit in inventario hæreditario sui auctoris, præsumitur voluisse, quod in ejus hæreditate non diceretur comprehensum.*

19 *Libri privati quando dicantur probare ad quam hæreditatem bona pertineant, & quando non?*

20 *Dominium rerum sicuti in dies mutatur, ita unius temporis ad alterius temporis inferri non potest.*

21 *Dominium rei in antiquis præsumitur super illa re, de qua univocæ cadunt probationes ex inventariis desumptæ.*

22 *Præsumptio veritati cedit.*

23 *Apoca, quæ non exhibeatur inter cæteras scripturas præsumitur vel retrodata, vel lacerata.*

24 *Partita libri particularis interlineata præsumere facit, in ea contenta de scribentis dominio exiisse*, & vide casum.

25 *Interlineatio unius partitæ in libro particulari facta à scribente, quid denotare possit, ex stylo, quem scribens in aliis partitis accensis, & similiter interlineatis detinuit, interpretatur*, & vide casum.

26 *Jocalia pretiosa ad Sponsum Magnatis à pluribus personis ex parte viri transmissa præsumuntur, ut ea unoquoque nomine transmissa, ad transmittentes pertinuerint*, ampliia, ut in num seq.

27 *Dictio* -- respective -- *singula singulis referr.*

28 *Mater consensum præbens, quod filius sibi adscriberet occasione nubendi dominium suarum gemmarum, quas ad Sponsam transmisit, præsumitur filii factum approbasse.*

29 *Dominium gemmarum maternarũ à filio ex matris consensu adeptũ, ad ipsum occasione nubendi necesse non est, ut probetur, quod accedat temporis lapsus, eum sine scriptura præsumatur quod sequi potuerit.*

30 *Limita si ageretur de præsumenda donatione stabilium, quæ sine scriptura non debet præsumi.*

32 *Testamentum non probat Testatorem talia, & talia jocalia designatim possedisse per hoc, quod dixisset, se deferere jocalia pretiosissima in genere loquendo, & eadem non individuans.*

33 *Testator condonans hæredibus gemmas eis commodatas, quas in testamento expressit, dat intelligere, ut quas non expressit, pro commodatis habendas fore noluerit.*

34 *Consensus à Testatore requisitus super facultate disponendi de tota sua hæreditate, non excludit, quod ille in vita de aliquibus rebus disponere non potuerit.*

35 *Res hæreditaria, ut tuto ad quam ex hæreditatibus pertineat, hæredum observantiæ multum deferendum est.*

DECISIO MCLXXXIII.

Controversię, quæ post obitum clar. mem. Principissæ Olympiæ junioris de Aldobrãdinis exarserant inter clar. mem. Principem Joannem Baptistam Burghesium ejus filium ex primo matrimonio susceptum, & Eminentissimum D. Cardinalem Benedictum, ac clar. mem. Principem Joannem Baptistam Pamphilium filios ab eadem in secundo thalamo procreatos, consopitæ fuerunt ex mediatione clar. mem. Cardinalis de Luca sub anno 1683 amicabili transactione, in qua inter cætera dispositum extitit, quod *Mobilia, Gemmæ, Argenta* (sunt verba transactionis cap.9.) *esistenti, & spettanti alla Primogenitura, & al Prencipe Gioan Giorgio, si debbano consegnare al Signor Prencipe Borghese, e quelli spettanti alla Principessa Don Olimpia seniore, & al Sig. Cardinale Pietro, & alla Secondogenitura istituita dal detto Sig. Card. Ippolito, si debbano consegnare al Sig. Principe Pamfilii, e nascendo sopra l'identità di dette Gioie, Argenti, e Mobili alcuna differenza si debba stare alli Periti uno per parte &c.*

Quamquam verò ex actu adeo solemni, & præmeditato inter dictas Magnatitias Domos conquiescere omnia debuissent, adhuc tamen dilata Gemmarum consignatione, novum illud inter eas insurrexit Litigium ex visceribus ipsis ejusdem transactionis, in quo actum fuit super adimplemento præmissi pacti, præsertim respectu trium Adamantium majorum, quos sibi omni jure debitos Princeps Burghesius substinuit; reque ad judicium delata, tandem in nostro Auditorio idem D. Princeps Burghesius tria conformia obtinuit judicata, quorum ultimum prævijs duabus decisionibus editis sub diebus 30. Januarii, & 15. Maii superioris anni videntibus omnibus Dominis prodiit à bon. mem. Ansaldo, qui decrevit executionem duarum Conformium, & rei judicatæ, ac taxavit, & moderatus fuit expensas.

Ad novam autem reclamationem D Principis Pamphilii commissa mihi fuit ejusdem Causę respicientis dictos tres Adamantes, ulterius cognito per Rescriptum Signaturæ Justitiæ post diuturnam colluctationem editum *Alteri qui ad legitimam*, ad ejus formam, cùm hodie disputandum exhiberim dubium -- *An sit procedendum ad legitimam*, in eoque de more omnium Dominorum suffragia requisiverim, responsum habui *Affirmativum*; quia cum res judicata promanans à tribus præcedentibus nostri Tribunalis Sententiis, undequaque valida, & justa

comperta sit, omnis justitia postulat, ut legitimè demandetur executioni.

Porrò de validitate nulla erat controversia inter Partes; justitia vero plenissimè resultabat ex septem decisionibus in Instantiis antecedentibus editis priùs coram Eminentissimo D. Cardinali Polignach, deinde coram bon. mem. Molines, & postremo loco coram dicto bon. mem. Ansaldo, in quibus stabilitum fuit validis, firmisque fundamen-
1 tis, quod controversi tres Adamantes majores, utpote pertinentes ad clar. mem. Principem Joannem Georgeum Aldobrandinum, & consequenter ad Primogenituram ejusdem Familiæ, erant consignandi D. Principi Burghesio vigore supra relati pacti initi in instrumento transactionis, quod omnia iura poscunt, ut servandum sit, & exequendum, ad *Tex. in cap. Apostolicæ 22. de Præben., cap. fin. de pact., & leg. Non minor. Cod. de Transact. cum concordan. in Hortana Sylvarum super qualitate Lignorum* 28. *Ianuarii* 1715. §. *Porro, & in Romana annuæ præstationis* 4. *Aprilis ejusdem anni* §. *Omissa coram Me.*

Quod quidem Adamantes sæpedicti ad Principem Joannem Georgeum pertinuerint, non verò ad Cardinalem Petrum, Principissam Olympiam seniorem, aut Cardinalem Hippolytum, dilucidè resultabat ex facto Auctorum D. Principis Pamphilii. In
2 primis enim cum idem Cardinalis Hippolytus post obitum Principis Joannis Georgii ex indulto san. mem. Urbani VIII. admissus fuisset ad tutelam Principissæ Olympiæ junioris illius filiæ in pupillari ætate relictæ à qua uti Sacerdos ex prohibitione Sacrorum Canonum arcebatur, deventum ab illo fuit in adimplementum obligationis Tutoribus à jure indictæ, sibique à Judice ipsum ad tale munus admittente etiam injunctæ, ad confectionem inventarii bonorum hæreditariorum Principis Joannis Georgei Pupillæ Patris media te persona Ciotani Pro-
3 curatoris ad id specialiter constituti; in eoque inventario expressè, & nominatìm descripti extiterunt prædicti Adamantes, inter effectus hæreditarios defuncti Principis. Ex hac autem descriptione, tamquam ex solemni confessione per Tutorem emissa, nulli dubium esse potest, quod probatum remaneat Dominium Adamantium favore Principis Joannis Georgei, ejusque hæreditatis, juxta plenè firmata in singulis Causæ decisionibus, & signanter in illa *diei* 14. *Decembris* 1708. §. *Frustra, & seq. cor. Emo D. Cardinali Polignach*, & 4. *Aprilis* 1710. §. *Pertinentia cor. bon. mem. Molines*, & in alia *diei* 30. *Januarii* 1719. §. *Quamobrem cor. bon. mem. Ansaldo.*

Successivè item, cum ex hac vita migrasset etiam Cardinalis Hyppolitus scripta sibi hærede Olympia juniore eius Nepte expressa lege, quod declaret retinere uti hæreditaria Cardinalis omnia bona per ipsum relicta, confectum fuit inventarium bonorum hæreditariorum etiam dicti Cardinalis Hyppoliti post factam ab hærede requisitam per Testatorem declarationem, & neque in isto inventario descripti ullo modo fuerunt con-
4 troversi Adamantes. Inconcussa verò regula est, quod quemadmodùm inventarium probat pertinentiam rerum in eo descriptarum ad hæreditatem Defuncti, ita è converso etiam præsumere facit inibi non descriptas ad illam non pertinere, ut cum aliis adductis in eadem *decis.* 4. *Aprilis* 1710. §. *Hujusmodi cor. bon. mem. Molines*, firmat *Rot. in Romana Salviani* 15. *Februarii* 1704. §. *Maximè quia*, & 8. *Junii* 1705. §. *Constat cor. Me.*

5 Hæc duo inventaria, quorum alterum per affirmativam, aliud per negativam in idem conducunt, simul juncta, & ponderata, ut in materia probationum fieri debet, quisque videt quantum perstringant intellectum pro suadenda pertinentia horum Adamantium ad Principem Joannem Georgeum. Assumunt verò etiam maiorem efficaciam à plurimis adminiculis illa concomitantibus; respectu namque primi ponderandum occurrit, quod Cardinalis Hippolytus summopere cautus fuit ab omni suo præjudicio in assumenda Neptis Tutela, ut ex precibus ab eo porrectis Summo Pontifici pro habilitatione, & ex instantia Judici facta pro admissione plenè resultat, hoc tamen non obstante in inventario prædicto describendo dictos Adamantes nullam emisit jurium præservationem, nullamque fecit mentionem tituli, ex quo suo potiùs dominio, vel suorum Auctorum tribuendi essent, tametsi è converso anxiè sollicitus fuerit jura sibi expressè præservare quoad alia bona, super quibus aliquod habere putavit interesse, ut in eodem inventario *lit. I.*, & *L.*, ut egregiè dixit etiam decisio proximè præcedentis instantiæ 30. *Januarii* 1719. §. *Quæ si coram bon. mem. Ansaldo.*

6 Prout pariter quoad secundum non modica animadversione digna est ea facti circumstantia, quod debuit Olympia junior ex præcepto Cardinalis Hyppoliti defuncti declarare, quod bona omnia per eumdem Cardinalem relicta retinebat uti istius hæreditaria, & nihilominus Adamantes descripti non fuere; quodque in confectione illius Inventarii comparuerunt Maria, & Catherina Sorores de Aldobrandinis aliæ d. Cardinalis Neptes ex Duce Petro fratre substitutæ in casu non factæ dictæ declarationis, & jugiter institerunt, quod essent describendæ Res, Gemmæ, Jocalia, & Lapilli pretiosi diversi generis, quæ provenirent ex hæreditatibus Cardinalis Petri, & Olympiæ senioris; & tamen prosecuta eadem descriptione post aliquot dies, quibus intermediè haberi potuit notitia, & scientia de provenientia Jocalium, & Gemmarum ab una, vel altera hæreditate nec ne, præsente Procuratore dd. Sororum excipientium, ut supra, descriptisque aliis quampluribus Gemmis, & Jocalibus,

libus, nec verbum quidem appositum fuit in inventario prędicto de Adamantibus.

7 Respectu demum utriusque, notandum est, quod agitur de inventariis confectis non ab Hæredibus, & personis extraneis, sed ejusdemmet familię Aldobrandinæ, quæ nihil est verosimilius, quam quod conicię rectè fuerint ad quam hæreditatem, quodque patrimonium Adamantes spectarent, aut quod saltem facilè conficię reddi potuerint ex Scri-
8 pturis propriæ Domus; agiturque etiam de Gemmis forma, elegantiaque conspicuis, & prętmaximi valoris, quæ cum sint precipuum ornamentum Domus magnatitiæ, non admittunt præsumptionem ignorantiæ, vel negligentiæ, prętertim in actibus adeo seriis, & proportionatis, ut aliàs dictum fuit in prima decisione 30. Januarii 1719. §. *Prædictus coram bon. mem. Ansaldo*, & in similibus terminis in *Romana Primogenituræ de Salviatis super Jocalibus, & Tabulis pictis 22. Martii 1706. §. 33. & 47. cor. bo. mem. Molines.*

9 Supremum hęc omnia probationis gradum constituunt, si prętertim ponderetur primum inventarium confectum à Cardinali Hyppolito Tutore Olympiæ junioris, vel uti Tutelare, vel saltem uti mixtum ex Hęreditario, & Tutelari, quale canonizatum fuit in omnibus Causę Decisionibus, & pręcipuè in geminis prącedentis instantię, tunc enim inde eruitur Confessio plusquam certa pertinentię rerum descriptarum in tali Inventario ad pupillum, quæ tantam vim habet, ut faciat præsumptionem juris, & de jure, & probationem in contrarium non admittat, ad *Tex. expressum in l. fin. §. Sin autem C. arbitr. Tutel. gloss. ibidem verbo rescripserit; Bartol, Bald., & Odofred. in princ. Barbos. n. 3., & seqq., Mascard. de probat. conclus. 939. n. 1., & seq., Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 97. n. 2.*, cum aliis relatis in *eadem prima Decisione bo. me. Ansaldi* §. *Quamobrem, & seqq.*

10 Et hæc probatio, in qua fundatam habet intentionem D. Princeps Burghesius, minimè subvertitur generalibus illis exceptionibus ductis vel ex clausulis pręservativis generalibus appositis in utroque Inventario *addendi, & minuendi*, vel ex modo loquendi de his Adamantibus in dicto primo Inventario per verbum illud *Ritrovati nell' Eredità &c.* Singulis enim his objectionibus pleníssimè fuit satisfactum in tot causæ decisionibus plurimis æque validis responsionibus, & præcipuè tis, quę subministrat discretivus agendi modus respectu aliarum rerum, circa quas Cardinalis Hyppolitus contentus non fuit generali prædicta præservativa, sed adhibuit specialem, & circa quas etiam idem Cardinalis Hyppolitus diversimode loquutus fuit, quàm de Adamantibus,
11 dum dixit -- *Inventario delle Gioje ritrovate nell' eredità &c. -- che si ritrovano, come si dice presso l'Illustrissima, & Eccellentissima D. Ippolita Principessa Aldobrandini* -- Signum evidens, quod in mente Describentis primum illud verbum *Ritrovare*,
12 significabat dominium, secundùm verò illud, *che si trovano*, denotabat materialem existentiam, ut pariter animadverterunt precedentes causæ decisiones, illa scilicet diei 27. Aprilis 1711. §. *Præsertim cor. bon. mem. Molines*, & alia 30. Januarii 1719. §. *Atque ob id ad* §. *Et de facto cum seq. coram bo. mem. Ansaldo*, contra quę nihil refert, quod etiam descripta fuerint sub eodem verbo *Ritrovati* quędam Argenta deinde restituta Principissæ Hyppolitæ, ad quam verè spectabant; quia eorum descriptio facta fuit sub verbis dubitativis *come si dice*; unde nulla inde duci potest illatio, nisi talis, quæ potiùs retorqueatur, cum respectu Adamantium nulla dubitativa expressio legatur.

13 Neque itidem obstat respectu Inventarii conditi à Cardinali Hyppolito, quod illud factum fuerit mediante Procuratore, quasi quod inde minuatur efficacia d. Confessionis ex descriptione inibi facta, utpotè qua prodierit à Persona non informata. Siquidem non solum stat in contrarium vulgaris illa regula, quod quiequid fit à Procuratore, pro facto habeatur à Constituente, de qua omissis generalibus in his terminis *Rota dec. 17. n. 8., & 9 coram Ubugo, & dec. 620. n. pariter 8., & seq. p. 18 rec., & in Romana Fideicommissi Mutii de Bubalo super Tabulis 13. Januarii 1702. §. Et hinc cor. Reverend. ssimo dell' Olmo*; verum etiam littera præcitati *text. in L. fin. §. Sin autem C. Arbitr. Tutel.* in illis finalibus verbis ibi -- *In publico inventario scribi contra se aliquid patiatur* - quæ rem non per se ipsum, sed ab alio gestam significant.

14 Cœterum non hisce regulis opus est, dum habemus ex facto certam scientiam ipsius Cardinalis de omnibus gestis à suo Procuratore; hic enim constitutus à Cardinali prędicto pluribus adhibitis cauthelis, asseruit in ipso initio confecti Inventarii, sese ad hoc habuisse folia præparatoria, omniaque Jocalia, & Argenta descripsit minutatim cum suis numero, pondere, & mensura. Horum autem scientiam Ciofanus habuisse non potuit, nisi ex participatione ejusdem Cardinalis, qui ita dixerit ea esse describenda. Sicut etiam dicta folia aliunde habere non potuit, quàm ab eodem Cardinale, à quo sibi commissa fuerit confectio Inventarii, ut de jure præsumitur, ex deductis per *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 49. n. 1., Rota de-*
15 *cis. 532. n. 13. cor. Emer. jun.* Et in eandem scientiæ demonstrationem collimant etiam gesta per Cardinalem ex post. Ipse enim nunquam, & si supervixerit per annum, & ultra, reclamavit à d. descriptione Adamantium in Inventario; imo cum evidenti ejusdem Inventarii ratificatione transmisit R. P. D. Pratum suum familiarem ad recuperanda Jocalia existentia penes Principissam Hyppolitam viduam descripta in illo cum tali expressione, quod penes d. Principissam existe-

existerent. Quæ sane omnia, sicut certam
reddunt scientiam talis descriptionis in Car-
dinali Hyppolito, ita confirmant assumptum,
quod Adamantes minime ad illum, sed ad
Principem Joannem Georgeum spectaverint,
& excludunt quancumque possibilitatem
erroris, qui non datur in sciente, & confir-
mante, ut easdem ponderando circumstan-
tias dixit postrema decisio 13. Maii 1709. §.
Augetur edita in primo judicato Rotali
coram Eminentissimo D. Cardinali Polignach.

Minimeque relevat, quod juxta eam
objectionem, in qua hodie Defensores D.
Principis Pamphilii urgentius insistebant;
censura allegatæ *legis fin. Cod arbitr. tutel.*
16 & consequenter probatio resultans ex des-
criptione facta in Inventario, intelligatur
tantum favore Pupilli, cui idcirco licitum
sit illi quandocumque renunciare, & in casu
nostro de facto renunciaverit Principilla
Olimpia junior neptis Cardinalis Hyppoliti,
& Pupilla, faciendo declarationem sibi à
Cardinali injunctam retinendi omnia bona
ab eo relicta uti hereditaria illius. Quoniam
17 ultra quod semper remaneret eadem vis
probationis etiam huic Inventario simul jun-
cto cum tot aliis circumstantiis non faventi-
bus Pupillæ tantum pro suo interesse, sed
etiam Primogenituræ, & hæreditati Princi-
pis Joannis Georgei ab eo causam non ha-
benti, facile objectio tollitur, advertendo,
quod neque talis declaratio fuit ad hunc ef-
fectum à Cardinali Hyppolito requisita, ne-
que emissa à Principilla Olimpia, sed ad il-
lum requisita, & emissa fuit effectum, ut non
liceret eidem Principissæ prætensiones ex-
citare contra bona Cardinalis Petri, & Olim-
piæ senioris ejus Matris, & de facto, licet
ista declaratio facta fuisset sub die 26. Junii
1638., attamen post mensem Septembris in
18 inventario confecto hereditatis d. Cardina-
lis Hyppoliti, memorata Principilla ejus he-
res Adamantes non descripsit, quos si ha-
buisset in animo perperam adscriptos fuisse
hæreditati Principia Joannis Georgei, con-
simili actu descriptionis in Inventario Car-
dinalis, inter res uti hæreditarias illius in
vim d. declarationis retinendas, debuisset
recensere.

Cum igitur ex his plenariè constet de per-
tinentia controversorum Adamantium ad
Principem Joannem Georgeum Aldobran-
dinum ex relatis actibus respicientibus An-
19 num 1637., & 1638. frustra in contrarium
D. Principis Pamphilii Defensores, de an-
tiquiori tempore suadere conabantur eo-
rumdem pertinentiam ad Cardinalem Pe-
trum, & Olimpiam seniorem, ostendendo
ex domesticis libris d. Cardinalis Petri, quod
illi anno 1603. in eis fuerunt descripti, &
anno 1611. facta per Principissam prædictam
adnotatio eorum commodati occasione, qua
Uxorem duxit Joannes Georgeus ejus filius.
Quamvis enim prædictis libris, eorumque
partitis ea tribuenda esset fides, quæ tribue-
retur publico instrumento acquisitionis fa-
ctæ, vel à Cardinali Petro, vel à Principissa
Olimpia seniore, adhuc cum successivè ha-
beamus contrariam posteriorem probatio-
nem pertinentiæ eorundem Adamantium
ad Principem Joannem Georgeum, jam
exinde sequeretur, quod amplius de præ-
cedenti titulo curandum non esset, neque à
dominio unius temporis ad alterius tempo-
20 ris dominium inferri posset, cum illud in-
terim mutari potuerit, ut dictum fuit in om-
nibus hujus Causæ decisionibus, & præser-
tim die 14. Decembris 1708. §. *Sed quate-
nus cor. Emo Polignach. 4. Aprilis* 1710.
§. *Multoque cor. bo. me. Molines, & 30. Ja-
nuarii* 1719 §. *Vindicato cor. bo. me. Ansal-
do*, & alias firmavit *Rota in Romana Pri-
mogenituræ de Cæsarinis 21. Junii* 1708. §.
*Nec valent, & in Romana Pecuniaria,
seu Fideicommissi de Martellis 11. Martii
huius anni §. Nequaquam cor. Me.*

Recurrebatur in his terminis ad præsum-
ptam Dominii continuationem, semel quo
illud probatum esset in Cardinali Petro, vel
Olimpia seniore etiam pro tempore succes-
21 sivo; sed inde statim deprehendebatur,
quam impari argumento pugnent contra D.
Principem Burghesium deducentem pro fu-
damento suæ intentionis univocas probatio-
nes Dominii pertinentis ad Principem Joan-
nem Georgeum deductas ex relatis Inven-
tariis inducentibus expressam confessionem
ejusmodi pertinentiæ promanantem à Car-
dinali Hyppolito, in quo dictum antiquius
Dominium, si non fuisset immutatum, con-
22 tinuatum præsumi deberet. Satis vero es-
set huic objecto respondere in hac hypothe-
si, quod præsumptio semper cedit veritati,
ideoque cedere debet præmissis demonstra-
tionibus assistentibus eidem D. Principi Bur-
ghesio, ad *text. in l. Nuptum ff. de jur.
dot. l. in rebus 30. sub principio, versic. Non
enim Cod. eodem, & l. cum indebito ff. de
probat.*

Nihilo tamen minus occurrit eidem obje-
cto etiam probatio d. intermediæ immuta-
tionis Dominii. Siquidem est in confesso,
quod de commodato prædicto secuto favo-
re Principis Joannis Georgei occasione ejus
nuptiarum cum Principissa Ludovisia nepte
tunc Regnantis Pontificis san. mem. Grego-
23 rii XV. exarata fuerat Apoca; quæ sane Apo-
ca, etiamsi aliæ consimiles scripturæ penès
D. Principem Pamphilium habeantur, non
exhibetur; signum evidens, quod fuerit re-
stituta, vel lacerata, quodque id contige-
rit ex d. causa mutationis Dominii, ut op-
timè arguit decisio 27. Aprilis 1711. §. *Ad-
stipulantibus cor. bo. mem. Molines*. Maxi-
24 me quia etiam in libro Velliarii vulgo di-
cti *Guardarobba*, interlineata fuit partita
descriptionis horum Adamantium, quod
pariter ostendit illos non amplius numerari
inter bona ejus, in cujus faciem ibi descrip-
ti reperiebantur. Licet non appareat inter-
lineata etiam adnotatio commodati, quia
ista remanere debebat intacta pro cauthela
ejus

ejusdem Ministri Vestiarii ad eum eximendum à reddenda ratione de iisdem Adamantibus, quorum descriptionis cancellatio alioquin ipsi tribui potuisset, ut prosequitur eadem Decisio §. 2., & §. *Minimè cor. bon. mem Molines*; idque confirmat stylus pra-
25 cticari solitus à Principissa Olimpia, quæ respectu quorundam nobilium in eodem libro descriptorum, & donatorum Ecclesiæ S. Mariæ in Transtiberim interlineavit eodem modo Partitam in corpore libri, non vero adnotationem marginalem; unde declaratur quid actum fuerit per consimiles interlineationes, ut advertit alia decisio 4. Aprilis 1710. §. *Coadiuvatis cor. bon. mem. Molines*.

In eumdem collimat intellectum Instru-
26 mentum confectum in actu transmissionis horum Adamantium ad Sponsam. Quanquam enim ex eo continuationis Dominii probationem eruere contenderent Scribentes pro D. Principe Pamphilio ratione reservationis ejusdem dominii, de qua sibi caverunt Transmittentes, adhuc concludere potius videbatur pro D. Principe Burghesio pertinentiam Adamantium ad Principem Joannem Georgeum. Actus enim iste importat, quod contractis sponsalibus cum Principissa Hyppolita Ludovisia, transmittebantur ad illam Jocalia pretiosa, quibus ornatior incederet, tùm à Principissa Olimpia Sponsi Matre, tum ab ipso Sponso, tùm etiam ab ejus fratribus exaratis, insertisque in eodem instrumento distinctis Inventariis eorum jocalium in primis, quæ transmittebantur à Sponso, & aliorum deinde, quæ transmittebantur ab aliis prædictis personis; in Inventario autem jocalium transmissorum à Principe Sponso connotati leguntur Adamantes, de quibus est quæstio. Quod si igitur in eodem instrumento omnes Transmittentes sibi reservarunt Dominium rerum transmissarum, perfectum inde oritur argumentum, quod jocalia uno quoque nomine transmissa ad transmittentem pertinebant, ut aliis adductis probat egregiè decisio diei 27. Aprilis 1711. §. *Hisce geminis cor. bon. me. Molines*; quippe quia, cum reservatio cantet sub expresso omnium nomine cum relatione ad inventarium, & cum clausula illa - *Unusquisque respectivè* -- alia interpretatio illi dari non potest, quam quod singula singulis congruè referendo, Principissa Mater sibi reservaverit dominium Gemma-
27 rum nomine suo transmissarum, Fratres aliarum eorum nomine, & Sponsus pariter earum proprio ipsius nomine transmissarum, juxta effectum prædictæ clausulæ, de quo *Rot. dec.*581. *n.*3. *coram Cavaler., dec.*182. *n.*2. *p.* 6., & *dec.* 340. *n.* 12. *p.* 19. *rec.*

Non attento, quod iste actus factus sit ad pompam, & majoremSponsi elargitionis honorificentiam, quodque non distet ab apoca commodati exarata inter Matrem, &Sponsum, nisi per octo dies. Quo enim ad primam objectionem, plenè satisfaciunt Causæ decisiones, & præsertim mox allegata diei 27. Aprilis 1711. §. *Adversus* cor. bo. me. Molines, ubi, quod iste actus factus fuit absente Sponsa, omnibusque ejus Consanguineis, quibus, neque idem instrumentum transmittendum erat, neque deducendum ad notitiam, sed eidem Sponsę erant offerenda Jocalia cum nuda descriptione, & nomine transmittentium, itaut ejusmodi actus nullo modo necessarius foret pro augenda
28 doni honorificentia; neque in hoc sistit ejus efficacia, sed in eo, quod Olympia Mater præsens, & videns sibi Filium stipulare talem dominii reservationem consensit, nulloque modo sibi cavit de contrario sui dominio in Adamantibus, itaut inde dicatur approbasse, quod illud vere ad filium pertineret, ut dixere aliæ præcedentes decisiones 26. Martii 1708. §. *Quodtutius* coram Eminentissimo D. Cardinali Polignach, & 14. Decembris ejusdem anni §. *Ejusdemque* coram eodem. Quo vero ad secundam, difficultatem tollebant animadversiones cumulatæ pariter in decisione Causę edita 27. Aprilis 1711. cor. bon. mem. Molines §. *Et*
29 *ob eamdem*, quod scilicet agitur de re gesta inter Matrem ditissimam, & FiliumSponsum nobilissimæ Matronæ, quod non ex sola temporis intercapedine deducitur mutationis dominii probatio, sed ex tot aliis prę recensitis argumentis resultat, quodque agitur de mobilibus facilis contractationis, quorum dominium inter Matrem, & filium unico verbo sine scriptura, vel instrumento de
30 uno in alium transferri potuit ad differentiam Stabilium, in quibus diversimodè practicari solet, ut alias dixit *Rot.* laudando decisiones hujus causæ *in Romana fideicommissi deCurtis* 13. *Jun.* 1716. §. *Neque in hypothesi cor. R. P. D. meo Falconerio Almę Urbis Gubernatore*.

Et id ipsum comprobant quoque illa asserta folia habentia datam anni 1634., quæ juxta suppositum Principis Pamphilii, à quo fuere producta, præseferunt inventarium omnium bonorum Principissæ Olimpiæ Senioris. Quamvis enim in illis minutatim de-
31 scripta legantur omnia Jocalia tàm acquisita ab eadem Principissa, quàm provenientia à Majoribus Domus Aldobrandinæ, de controversis tamen Adamantibus, nulla in eisdem fit minima mentio, quod est alterum non minus perstringens argumentum, quod usque tunc dd. Adamantes extitissent è dominio Principissæ, ut ponderat *dec. bon. mem. Ansaldi* 30. *Januarii* 1719. §. 16.

Sicut verò ex huc usque firmatis tantum abest, ut asserta continuatio dominii inPrincipissa Olimpia Seniore probata sit, ut potius contrarium deprændatur, ita multo minus illa deduci valet ex aliis ęquivocis argumentis ad eundem effectum ponderatis, & deductis ex testamento ejusdem Principissæ. Ad quid enim refert, quod illa in eo-
32 dem testamento disposuerit de omnibus bonis Stabilibus, & mobilibus pretiosis, & con-

pretiosissimis provenientibus ex hæreditate Cardinalis Petri, quasi quod illa expressio verificari omnino debeat de Adamantibus controversis, quando cæteroquin io hæreditate d. Cardinalis tot alia fuperer ant Jocalia, & mob lia pretiosissima, in quibus, subductis etiam his tribus Adamantibus, dispositio verificari poterat, & de facto sicut talia expressio non excludit, quod eadem Principissa disposuerit jam antea de tot aliis Jocalibus in numero 30. partitarum, ita neque excludere valet, quod transtulerit etiam hos Adamantes in dominium Filii.

Quid item resultare potest ex condonatione filio facta scut. 14. mil. quæ illi
33 commodaverat, quidque ex consensu ab omnibus Filiis requisito ad effectum disponendi de hæreditate d. Cardinalis Petri? Condonatio siquidem Commodati expressè retorquetur, quia si commodatoa credidisset eidem Principi Joanni Georgeo etiam Adamantes, de iis quoque mentionem facere non omisisset in suo Testamento, & eodem modo retorqquetur filiorum consensus, dum Cardinalis Hyppolitus unus ex eis hæres institutus, in actu subindè tam notabili, prout est inventarium superius memoratum, Adamantes controversos adscripsit hæreditati Principis Joannis Georgei; ultra quod iste
34 consensus requisitus ad cauthelam, & ad effectum deponendi de tota hæreditate, non excludit, quin antecedenter facta sit dispositio de aliquibus rebus particularibus, ut essent Adamantes sæpedicti, ut respondendo huic obiecto inquit decisio 14. Decembria 1708. § *Neque pro excludenda* coram Eminentissimo D. Cardinali Polignach.

Hæc demum omnia, quæ non solum comprobant pertinentiam Adamantium ad Principem Joannem Georgeum, & consequenter
35 ad D. Principem Burghesium, verum etiam excludunt quamcumque præsumptionem eorum dominii penes Principissam Olympiam Seniorem, & Cardinalem Petrum, & Hyppolitum, & per consequens omne jus D. Principis Pamphilii non modicam vim, & efficaciam assumit ex Partium observantia. Licet enim inter ipsas post obitum Principis, & Olympiæ Junioris tot Lites insurrexissent, & devenissent ad adeo solemnem transactionem; de pertinentia tamen controversorum Adamantium nullam inter se quæstionem habuerunt, imo convenientes præcise earum intuitum ad dirimendas controversias, quæ potuissent insurgere circa separationem Jocalium, & Gemmarum, uoicè cogitaruot de identitate definienda per Peritos: evidens indicium, quod pertinentiam, & dominium ex inventariis supra relatis resultare existimarunt, juxta firmata in decisione 30. Januarii 2719. §. *Omnis* coram bo. me. Ansaldo.

Et ita &c. utraque &c. relativè &c. omnibus &c.

NARNIEN., SEU SABINEN. BONORUM.

Veneris 7. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 29. Januarii hujus anni, ubi fusius habetur argumentum.

Vulgariter substitutus in locum gradus caducati subintrat, cum tali casu substitutus censeatur, sive nolit, sive non possit primus hæreditatem adire. Jus, quod sibi reservavit vir in casu restituendæ dotis potius in una, quam in altera specie io superstitem uxorem pertransit, quæ adversus hæreditatem viri pro illius repetitione ageret.

SUMMARIUM.

1 *Filii jure proprio non possunt venire ad hæreditatem eorum patri relictam, quam iste repudiare potuisset.*

2 *Vulgaris substitutio purificatur in filiis illius, qui hæreditatem repudiavit, quando testator primo instituto filios alternativè substituit*, & vide casum.

3 *Substitutio vulgaris non expirat, ex quo institutus non valeat, seu noleat hæreditatem adire.*

4 *Substitutio evanescere dicitur, quando vocatio concepta est per verba* si institutus vivus erit, & quare?

5 *Substitutio purè concepta cum alternativa* -- ò vero -- *vulgarem absolutam importat, & non excludit substitutos per existentiam instituti.*

6 *In conditionibus voluntariis nudum factum attenditur, nec investigatur ratio, quare testator magis in uno, quam in alio casu disposuerit.*

7 *Confessio semel facta à defensoribus causæ, ab eis amplius impugnari non potest.*

8 *Detractiones legitimæ, & trebellianicæ competunt primo hæredi gravato, ex bonis fideicommissariis*, & num. 17.

9 *Hæres fideicommissarius, qui ad rationem reddendam teneatur, debitor non potest constitui, nisi redditu prius ratione, & neque creditor.*

10 *Repudians hæreditatem, de ea ratione reddere non tenetur.*

11 *Mandatum expeditum citato Curatore tantum, nullum fit, quando adest hæres.*

12 *Mandatum est nullum, quando in causa omnes æquale, vel principale interesse habentes non fuint citati.*

13 *Fructus census dotalis, soluto matrimonio, ad hæredes mulieris pertinent, & allegata extinctio, uti quia facti ad eos retardandos, probanda est.*

14 *Sententia lata cum legitimo contradictore, etiam quoad non citatos statum facit.*

15 *Uxor habet jus petendi restitutionem dotis, vel super censu, vel super illius valore, quando vir non declarasset, super qua specie dotem restituere voluisset.*

16 *Iden-*

16 *Identitas bonorum absque ulla designatione confinium, & sub nimis vaga expressione probata non remanet.*

18 *Filia titulo dotis accepisse ea bona censetur, quæ mater in talem causam ipsi donasset.*

19 *Alienatio bonorum fideicommissariorum facta per gravatum, vix sequuto testatoris obitu, in causam detractionum præsumitur.*

20 *Amplia, quando talis alienatio, nec ab hærede fideicommissario, nec à creditoribus impugnata umquam fuisset, adeout etiam ab observantia robur assumeret.*

DECISIO MCLXXXIV.

Sententiam Rotalem latam præviis tribus decisionibus editis 12. Junii 1718., 23. Januarii, & 12. Maii 1719. à bo.me. Ansaldo, in qua definitum fuit competere DD. Fratribus de Sacripantibus, & Castellis retentionem bonorum, quę ab iis avocare contendebat titulo fideicommissi sui favore purificati Joannes Vannicellus, confirmandam esse responsum extitit in audientia diei 29 Januarii hujus anni coram Me, cui causa in gradu appellationis commissa fuerat. Cumque adversus hanc decisionem novis exceptionibus comparuerit idem Joannes, hinc illi concessa facultate jura sua iterum deducendi, rediit ad trutinam examen Creditorum, quibus innixa fuit retentio, seù reintegratio ad bona, quæ sunt in controversia, elargita memoratis fratribus deSacripātibus, & Castellis, & quia non obstantibus ab illo deductis, adhuc eadem eredita subsistere visa sunt, rescriptum prodiit pro persistentia - *in decisis*.

Insequendo siquidem distinctionem illam Creditorum, cum qua processum fuit in decisione quę revidetur, competere DD. censuerunt retentionem, seù reintegrationem
pro iis, quæ proficiscuntur ex persona Cle-
1 riæ Cardulę. Non attenta exceptione, quod
nullum jus, nullumque Creditum ex persona
dictæ Cleriæ allegari possit à dd. DD. de
Sacripantibus, & Castellis habentibus causam à Joanne Bernardino, & Clemente de Scottis, quia dicta Cleria in suo Testamento instituit hæredem Faustinam filiam, eique substituit Antonium Patrem prędictorum Joannis Bernardini, & Clementis, sed idem Antonius hæreditatem repudiavit; undè infertur, quod vocatio filiorum repudiantis caducata fuerit, & ideò ex proprio jure venire non possint.

2 Cleria enim post obitum Faustinæ filię,
substituit *Antonio suo figlio, se sarà vivo, ò vero li suoi figli legitimi, e naturali*; undè cum Antonius hæreditatem Cleriæ post Faustinæ obitum sibi delatam repudiaverit, vigore alternativæ qua concepta fuit eorum vocatio, factus fuit locus successioni favore filiorum, & in eis purificata fuit vulgaris substitutio, ut in terminis repudiationis pręcisè probant *Bald. in l. suum hæredem C. de*
jur. delib., Craff. in §. Substitutio qu.9. nu. 1., Fusar. de Subst qu.35. nn.1., & per tot., & qu.43. paritèr per tot., ubi quod semper
3 admittitur, facta per vocatum repudiatione,
substitutus, & est regula in hac materia, quod
substitutio vulgaris non expiret, sed in sequenti gradu purificetur, instituto non valente, vel nolente hæreditatem adire, de qua *Amat. resol.40 nu.8., Rot. decis.548. n. 1. coram Bich., & dec.322.num.2. par.15. Recen.*

4 Nec quicquam refert, quod vocatio con-
cepta sit per illa verba *se sarà vivo*, undè infertur, quod purificata vocatione Antonii viventis, evanuerit alia ejus filiorum Substitutorum, quasi quod ista pendeat tantum à casu, quo Antonius non sit vivus. Hoc enim fortasse procederet, si conditio superviventiæ Antonii esset apposita in ipsa sub-
5 stitutione filiorum, sed quia istorum substi-
tutio purè facta fuit sub illa alternativa tantùm *ò vero*, quæ substitutionem vulgarem absolutam importat, non influit in expirationem hujus secundæ vocationis, cum in
6 conditionibus nudum factum attendi de-
beat, nec facienda sit extensio de uno ad alium casum, ut in terminis probat *Rot. in contrar. allegat. decis.138. nu 9., & 10., & n.13., & 14. cor. Priolo.*

7 Et hæc tantò fortiùs procedunt in præ-
senti, quia non sulum in decursu hujus causæ semper Defensores Joannis vocationem prædictam admiserunt, sed etiam in facto concordato de mandato nostri Tribunalis in anteacta instantia coram bonę memorię Ansaldo illam fassi sunt explicitè illis verbis -- *Che Clemente, e Giovanni Bernardino Scotti &c. furono chiamati nel fidecommisso di Cleria Carduli* -- Undè quanto minus illis hodie licitum erat istam confessionem impugnare, tanto facilius eadem capienda erat interpretatio, juxta firmata in similibus terminis *in Perusina Fideicommissi* 14. *Decembris* 1695. §. *Quod autem cor. cla.me. Card. Priolo.*

8 Neque etiam refert, quod Faustinę primæ
hęredi à Cleria institutæ competerent detractiones legitimæ, & Trebellianicę, ex quibus creditum dotale, & Patrimonium Cleriæ imminui debeat. Etenim ex propria persona Joannes Vannicellius nullo modo causam habet ab eadem Faustina, & tanquam vocatus ad Fideicommissum Joannis Bernardini Senioris de Scottis, ut dirigere valeat ullam actionem contra Faustinam, satis non est, quod alleget se Creditorem, nisi etiam
9 id probet. Ad quam probationem consti-
tuendam non sufficit, quod Faustina fuerit hæres fideicommissaria, & teneatur reddere rationem, quia quousque ratio reddita non est, non potest neque creditum unius, neque debitum alterius assignari, juxtà deducta in decisione, quæ revidetur §. *Quie-*
10 *quid enim*, advertendo signanter, quod
neque ista redditio rationis ex persona Faustinæ explenda esset à DD. de Sacripanti-

bus, & Castellis, quia neque eorum anctores fuerunt ejus hæredes, sed imò illius hæreditatem repudiarunt.

Quanquam verò hodiè debitum Faustinæ erga fideicommissum erui prætenderetur ex mandato contra illius hæreditatem relaxato in Curia Eminentissimi Cardinalis Vi-
11 carii; adhuc nulla neque de debito, neque de mandato prædictis haberi potuit ratio in præsenti themate. Hoc enim novissimè contigit pendente hac lite, & immò hac instantia in nostro Tribunali, citato tantum Curatore deputato hæreditati jacenti Faustinæ, quando tamen ista habet legitimam hæredem Franciscam suam filiam in Testamento institutam, & quæ etiam adivit hæreditatem, nullisque per hujusmodi Curatorem servatis solemnitatibus, nullisque deductis adversus actorem defensionibus; Quo sanè casu ultrà quod mandatum fuisset etiam nul-
12 lum, res acta censetur collusivè in perniciem, & præjudicium aliorum, contra quos meditabatur subindè ejusdem Crediti, & mandati oppositio, & quos cæteroquin uti æquale, si non etiam principale habentes interesse citare necesse fuisset, & ideò nullum adversus istos probationis gradum constituit, ut in similibus terminis advertit nuperrimè *Rot. in Reatina Pecuniaria 26. Aprilis 1720. §. Cujus quidem cor. Me.*

Tertia oppositio, quæ hodiè allegabatur contra credita deducta ex persona Cleriæ Cardulæ respiciebat duos Census, alterum scut. 100. & alterum scut. 160. ex quibus prætendebatur fructus exigi non posse attenta facultate Joanni Bernardino Viro Cleriæ attributa in instrumento dotali restituendi bona in dotem assignata, vel in specie, vel in eorum æstimatione; sed quoad primum Censum difficultas omninò cessabat ex facto, quia non est ejus speciei, ut cadat sub prædicto pacto, quemadmodum constat ex facto concordato §. 16.; quo verò ad secundum potiùs videbatur DD. quod, & ille non caderet sub præmissa objectione, dum debitum hujus Census fuit adscriptum Joanni Bernardino ex jure, & titulo venditionis ejusdem factæ Cleriæ Cardulæ à Tullio Scotti Patre, & Anctore ejusdem Joannis
13 Bernardini; undè fit, ut cessante etiam titulo dotis, in cujus partem fuit assignatus per dissolutionem Matrimonii, adhuc iste Census connumerandus est inter debita hæreditaria Joannis Bernardini, & ab ejus hæreditate debentur fructus per Matrimonii dissolutionem decursi, usque quo non probetur sortis restitutio, quæ uti quid facti per actum rei consimilem impositioni Census ab allegante probari debet, *Rota dec. 367. nu. 10. post Cenc. de Cens. decis. 223. n. 3. par. 8., & decis. 523. num. 8. par. 18. recent.*; maximè quia de hac non secuta restitutione valida concurrit probatio ex pluribus sententiis relatis in eodem facto concordato §. 3., & concedentibus immissionem pro satisfactione fructuum illius, quæ tanquam latæ cum legitimis Contradictoribus, nimirùm enim
14 aliis Creditoribus hæreditatis ejusdem Joannis Bernardini Senioris, jus faciunt etiam quoad Joannem non citatum, vulgata regula *Text. in l. Ingenuum ff. de Stat. Homin.*
15 Quatenùs tamen iste Census caderet sub dispositione relati pacti, adhuc illud non esset in nostris terminis impeditivum fructuum, cum requireretur, quod vir ea electione usus fuerit, declarando, quod æstimationem, non Census, aliasque res dotales restituere volebat; aliàs tali declaratione non secuta, quia de ea nullum datur documentum, electio prædicta transfertur in Uxorem, ut expressè firmat *Gloss. in l. unica §. Cum autem verb. restituendis circa medium Cod. de rei Uxor. act.*, & egregiè *Castill. dec. 38. num. 5. lib. 1.*. Cleriam autem, ejusque hæredes elegisse restitutionem in bonis, non in æstimatione, indè constat, quod de nonnullis bonis in dotem assignatis cæperunt possessionem, ut ex Instrumento hujus possessionis dato per ipsum Joannem.

Et hæc quoad primam classem Creditorum provenientium à Cleria Cardula; transeundo igitur ad aliam eorum, quæ proveniunt à Victoria Vitutia, nullius momenti visa est oppositio inculcata pro parte Joannis Vannicellii, quod sit reintegrandum fideicommissum Joannis Bernardini Senioris pro dote constituta Annæ Mariæ filiæ Faustinæ in tot bonis hæreditariis dicti Joannis Bernardini valoris scut. 2400., quando debitum principale ejusdem dotis erat penes Franciscum Hieremiam Patrem, & ali. Auctorem Fratrum de Sacripantibus, & Ca-
16 stellis. Non solum enim illa oppositio tuta non habet fundamenta in facto, dum ex Instrumento dotali Annæ Mariæ non benè resultat bona in dotem data esse eadem, quæ descripta sunt in Inventario hæreditario Joannis Bernardini, cum in illo sine ulla specificatione confinium legatur tantummodo expressa denominatio, quæ uti nimis vaga, & incerta non sufficit ad probandam identitatem, *Rot. dec. 69. num. 12., & seqq. coram Carill. dec. 131. n. 3. cor. Buratt.*

Verum etiam occurrit, quod Faustina dotem constituens in prædictis bonis, uti filia ejusdem Joannis Bernardini fideicommittentis erat Creditrix ex publico Instrumento dotis sibi ab illo promissæ, quando nupsit dicto Francisco Hieremiæ in scut. 4000., & uti
17 prima hæres gravata debebat obtinere etiam detractionem Trebellianicæ in iisdem
18 bonis fideicommissariis. Quod si igitur eadem Faustina de bonis prædictis disposuit per donationem factam filiæ causa dotis, ea in computum, & solutionem hujusmodi Creditorum accepisse censenda est; absque eo quod graventur ullo onere reintegrationis ergà fideicommissarios, ut pro dote est *Tex. in l. Abomnibus 107. §. fin. ff. de reg. jur.*, & de aliis creditis, & detractionibus firmat *Rota decis. 421. num. 3., & 8. coram sa. me. Gregor. XV. dec. 550. num. 5., & 15. cor. Dunoz.*

noz. Jun., *& dec.* 91. *nu.*2. *cor. Emer. Jun.*,
19 dùm præsertim agitur de alienatione facta anno 1637., & sic paulo post obitum fideicommittentis, quo casu certò certius evincitur illam operatione legis, ac Ministerio Juris cessisse in causam detractionum alienanti competentium, ad *Tex. notorium in l. Marcellus §. Res quæ ff. ad Trebell. Rota decis.* 153. *num.* 8. *cor. Celso decis.* 726. *nu.* 4. *cor. Dunoz. Jun.*, *& dicta decis.* 91. *n.* 4. *cor. Emer. Jun.*, *& in Prænestina Fideicommissi* 4. *Maii* 1716. §. *Nam licet coram R. P. D. meo Foscaro*. Ac de facto à tot
20 Creditoribus, qui successivo tempore comparuerunt contra hereditatem Joannis Bernardini nunquam talis distractio impugnata fuit, sicut neque ab ejus hæredibus, itaut etiam ejus respectu concurrat Judicialis, & diuturna observantia plurimum attendenda, *Rot. dec.* 171. *num.* 9 *& seqq. coram sanctę mem. Alexandro VIII.*, *& dec.* 79. *num.* 33. *cor. bo. me. Ansaldo.*

Et ità relativè in reliquis ad omnes decisiones præcedenter in causa editas, ubi aliis objectionibus plenè satis fit, resolutum fuit utraque &c.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE CAPIZUCCHIS.

Veneris 7. *Junii* 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 15. Martii hujus met anni.

Proximitas respectu ultimi gravati potius quam gravantis à Donante contemplata præsumitur, qui in ultimi hæredis gravati arbitrio electionem nominandi sibi successorem reposuit, In eo præsertim casu. & tempore, quibus omnes de sua familia descendentes verisimiliter mortui censendi forent, & licet etiam in caducitatis verbis -- *suæ familiæ* - usus esset, (qui casus ad familiam restauratam directus regeretur), eadem verba non ad Proximiores ipsius, sed ad Proximiores ultimi gravati sunt referenda.

SUMMARIUM.

1 *Agens ad immissionem super bonis fideicommissariis tamquam vocatus in exclusionem heredis nominati jam possidentis, suam vocationem probare tenetur, aliàs ex incertitudine sola proprii juris reiicitur*, & num. 9 10. & 30.

2 *Dispositio Testatoris quando prout litteraliter sonat, veniat intelligenda*, & n. 8.

3 *Successor eligendus ab ultimo herede, de familia testatoris esse debet, quando iste favore familię suæ fideicommissum instituit*; & num. 14.

4 *Proximitas gravati testatori tamen in consanguinitate conjuncti attendenda est in fideicommisso perpetuo, & agnatitio, in quo deficientibus primò vocatis, proximiores de familia invitantur.*

5 *Extraneus non potest eligi ab ultimo herede, cui sit concessa facultas nominandi sibi Successorem restrictivè ad unum de familia.*

6 *Proximior ex latere materno prefertur consanguineo remotiori ex latere paterno, quando agitur de nominato ab ultimo herede, cui data sit facultas sibi nominandi Successorem de consanguinitate generica respectu fideicommittentis*; & num. sequenti.

7 *Consanguineus tam ille est, qui est coniunctus ex latere Patris, quam ex latere Matris*, & num. 11. & 12.

8 *Dispositio, prout litteraliter sonat, attendenda est in Primogenitura per contractum instituta; secùs in relicto per ultimam voluntatem, circa quam coniecturæ admittuntur*; & n. 10. & 29.

9 *Donatarius petens se immitti uti vocatum ad bona fideicommissaria, suam vocationem concludentibus, non verò æquivocis, & vagis argumentis probare tenetur.*

10 *Amplia, ut sola dubietas apta sit ad illum repellendum*; & num 30.

12 *In contractibus nullum verbum otiosè stare prę sumitur*

13 *Dictio* etiam *semper est augumentativa, & importat ampliationem inter duas diversas species, quarum una explicetur, & altera virtualiter includatur.*

14 *Consanguinitas Familiæ quovis modo extraneæ etiam per fœminam non agnatam inducta, præsumitur vocata, quando fideicommittens consanguineos in genere post longum tempus ab ultimo herede voluit fore nominandos.*

15 *Amplia, quando fideicommittens neque directè hujusmodi electionem, & præceptivè ultimo gravato iniunxisset, sed ampliativè sub generalitate consanguinitatis, etiam ex familia extranea deductę.*

16 *Facultas nominandi heredem ultimo gravato commissa, præsumitur potius, quod faveat ejus libertati circa personam nominandam, & quando secus.*

17 *Amplia, quando in elaborata dispositione, cum pluribus vocationibus, & substitutionibus diversi generis personarum, semper saltem in subsidium, & defectum agnatorum, descendentes ex fęmina sub generali vocatione descendentium contemplavit.*

18 *Vocatio descendentium, etiam illos de fœmina compræhendit, imò etiam naturales descendentes ex iis, in quibus substitutiones fideicommittens efformasset*; & vide casum.

19 *Testator nominando consanguineum de sua familia in casu ab ipso contemplato, præsumitur, ut quando in dicto casu de consanguinitate non fuit loqututs, de illo disponere non intellexerit.*

20 *Descendens ex fœmina remotiori eo fortius prę sumitur exclusus in gratiam proximioris ultimo gravato, quando fideicommit-*

mittens neque descendentes ex fœmina sibi proxima contemplasset; amplia ut in num. 24. & 34.

21 *Consanguinitas respectu gravati, & non gravantis præsumitur contemplata, quando facultas nominandi sibi hæredem ultimo gravato esset post longissimum tempus tributa.*

22 *Amplia, quando electio in arbitrio ejusdem gravati fuisset reposita, & electi de jure gravanti non essent successuris* subamplia, ut in num. seq.

23 *Dictio* -- *sic* - *non est novæ qualitatis inductiva, sed præcedentis formæ, vel qualitatis repetitiva.*

25 *Frater Amitinus in quarto consanguinitatis gradu coniunctus succedit ad exclusionem Amitini in octavo gradu.*

26 *Electio consanguinei à fideicommittente demandata operatur, ut electus ab isto dicatur nominatus.*

27 *Consanguineus Testatoris ultimo tamen gravato proximior, vocatus intelligitur, quando electio facienda est in personam incertam, de certis tamen personis proficiscentem.*

28 *Consanguineus hæredis gravati censetur prædilectus, quando iste à fideicommittente prædilectus reperitur, & fideicommissum in infinitum progreditur, itaut ad istud veniant etiam illi, qui sunt post obitum gravati nasciturì.*

31 *Coniunctus in sanguine idem non est, ac coniunctus in consanguinitate*; & vide rationem.

32 *Consanguinitas tam ex latere Paterno, quam Materno contrahitur, cum sit quasi eodem sanguine nativitas*; & num. seq.

34 *Nativitas, & coniunctio in sanguine communi distinguitur à nativitate ex eodem sanguine, prima enim respicit in generalitatem, altera stat restrictivè ad unitatem.*

35 *Consanguinitas non à gravante, sed à gravato metitur, quando istius, & non illius proximitas contemplata reperitur.*

36 *Proximitas gravati, & non gravantis attenditur, licet in casu caducitatis proximior respectu gravantis selectus appareret, quando caducitas delata fuisset ad tempus, quo descendentes gravantis amplius verisimiliter non reperirentur.*

37 *Amplia, quando caducitas esset referibilis ad casum familiæ restauratæ per medium personæ nominatæ ab ultimo gravato*; & num. 39.

38 *Familia tantum agnatitia dicitur contemplata, quando fideicommittens, loquendo de sua familia, addidit verbū* -- Sui Ipsius.

40 *Dispositiva donationis in ambiguis, ex parte contraventionali dubia non declaratur.*

41 *Dispositiva trahit ad se partem accessoriam, & famulativam.*

42 *Substitutio implicat, quod prius verificetur in Cognatis, quam Agnatis, agendo de primogenitura agnatitia.*

43 *Nominatio hæredis, ut Testatoris menti dicatur consona, observantiæ ub hæredibus detentæ multum defertur.*

44 *Nominatio hæredis, & istius aggregatia in familiam, unicus dicitur actus, quando ambo ab eadem universali causa dependent, eodemque instrumento perficiuntur, & ideò pariformiter sunt determinandæ.*

45 *Minor actum nullum approbasse dicitur, quando factus maior nullitatem non allegasset.*

DECISIO MCLXXXV.

Quamvis nominatio ad Primogenituram Capizucchiam expleta usque de anno 1670. vigore facultatum sibi competentium ex lege ejus institutionis à Francisco ultimo masculo Primogenito ejusdem Familiæ in personam Com. Alexandri Marescotti sui Fratris Consobrini, pacificam hactenus habuisset observantiam, & omnimodam approbationem ab iis quoque, qui ad eamdem successionem ullo modo aspirare potuissent, cum non solum ipse Comes Alexander, sed etiam D. Comes Marius ejus filius fuerint pro legitime adscitis, & arrogatis, ac nominatis ad eamdem Familiam Capizucchiam in quibusuis tam judicialibus, quam extrajudicialibus actibus semper recogniti. Nihilotamen minus his posthabitis, D. Hieronymus Columna putans eandem nominationem factam fuisse de persona, quæ ex Donatorum, & Conditorum Primogenituræ voluntate nominari in sui exclusionem non poterat, provocavit Comitem Marium in judicium coram A. C. de Gentilibus, petiitque sibi uti successori in casu non factæ legitimæ nominationis, ac alias vocato ad hujusmodi successionem decerni Immissionem ad bona primogenialia, sed fuit per sententiam absolutoriam Comitis Marii exclusus à sua petitione.

Nec dissimilem sortitus est exitum in nostro Tribunali, ad quod ipse appellavit à dicto Judicato, sub die namque 15. Martii hujus anni dubio per Me proposito uniformi ejus instantiæ, responsum fuit *non esse dandam Immissionem*, idemque extitit Dominorum sensus in hodierna audientia, in qua assumpta discussione fundamentorum editæ decisionis, renovatoque conflictu super subsistentia prædictæ nominationis, rescriptum prodiit, *In decisis*.

1 Siquidem certum omnino est, quod D. Hieronymus in præsenti Judicio personam gerit Actoris, veniteque in exclusionem nominationis jamdiu factæ in personam Com. Alexandri à Francisco Capizucchio, ideoque tenetur ipse concludenter demonstrare tum dictæ nominationis nullitatem, tum propriam sui vocationem ad Primogenituram; nam alias Comiti Mario Reo, & Possessori ex non certo Actoris iure vincere satis est, juxta vulgas regulas, de quibus sunt *Text. in leg. extat. 25. ff. de Iur. Fisc, leg. ult. Cod. de rei vindic. leg. Actor, Cod. de probat. & in cap.*

cap. cum Ecclesia de caus. possess. & propriet.

Relictis autem aliis pluribus exceptionibus, & præsertim ea denegatæ consanguinitatis inter Franciscum nominantem, & Alexandrum nominatum, utrumque hodie fundumentum ex eo desumere intendebat argumento, quod Primogenituræ Conditores nominari voluerint ab ultimo masculo Familiæ Capizucchiæ masculum ejusdem Familiæ Consanguineum, cujus tamen consanguinitas non aliunde procederet, quam ex sanguine desumpto à fœmina Capizucchia, itaut nominandum intellexerint Donatores masculum descendentem ex fœmina Capizucchia, & propterea, cum talis non esset Alexander frater Amitinus nominantis, eique idcirco conjunctus diversa censanguinitate desumpta ex fœmina Marescotta nupta in Familia Capizucchia Matre ipsius nominantis, & respective Amita nominati, esset è contrario ipse admittendus, utpotè qui descendit à fœmina Capizucchia de linea Æmilii, Donatoribus, & conditoribus Primogenituræ in quinto gradu coniuncti, & postremo loco vocati, nupta in domo Ruitz, & ejus Avia materna.

2 Facile tamen fuit Com. Mario hujusmodi prætensionem refellere, distinguendo terminos quæstionis ab iis, qui in corroborationem sui assumpti deducebantur pro parte D. Hieronymi Actoris, & ponendo iterum sub DD. oculis literam ipsam donationis, juxta quam mensuranda venit facultas impertita Comiti Francisco ultimo masculo nominandi unum, vel alterum ex illo, vel illo genere consanguineum.

3 Non quidem sumus in terminis, in quibus aut fuerit à Testatore simpliciter institutum fideicommissum favore Familiæ suæ, itaut inter illos de tali familia necessario quærendus veniat successor, ut est casus de quo loquuntur *Mantica de conject. ult. volunt lib. 8. tit. 32. n. 29. in fin. Gratian. discept. 493. n. 23. Gall. de excep. tit. 4. except. 26. n. 100. Cald. de renovat. emphyt. lib. 1. quæst 9. n. 36. Fusar. de substit. quæst. 484. n. 51. Tost. decis. Banon. 63. n. 41. Rot. decis. 72. sub n. 2. par. 1.*

4 *divers.*, neque in terminis, in quibus Testator constituendo fideicommissum perpetuū, & agnatitiū in defectū personarū primo vocatarum invitaverit proximiorem de familia, quo casu succedere quidē debet proximior in gradu ultimo morienti, sed per sāguinē quoque fideicōmittentis consanguineū, itaut extraneus à Familia Institutoris excludatur à remotiore de eadem familia, quemutique casum perpendunt *Castill. controvers. jur. lib. 5. cap. 93. §. 13. n. 3. Molin. de primog. lib. 3. cap. 9. n. 2. Gratian. discept. 493. n. 26. Cyriac. controv. 269. n. 14. & 15. Card. de Luc. de emphyt. disc. 3 n. 12. & de fideicomm. disc. 23. n. 8. & seq., Thesaur. dec. 64. n. 5. & per tot. Torr. vor. quæst. tom. 1. tit. 1. quæst. 15. sub n. 28. §. Neque subsistere, Capic. Galeott. controv. 11. n. 7. lib. 1. de Men. in addit. ad Gamm. decis. 7. §. Sed & probat,*

5 *& Rocc. disp. Jur. cap. 63. n. 18. & 19.* Minusque in casu, quo concessa sit alicui facultas nominandi successorem, sed restrictive ad unum de Familia, qua posita figuratione firmant Doctores eligi extraneum non posse tanquam extra genus personarum, intra quas restricta est facultas eligendi, & illos terminos percutiunt auctoritates *Noguerol. alleg. 9. n. 73. & seq. Add. ad Molin. lib. 2. cap. 5. n. 4. vers. nec personæ, Castill. controv. Jur. lib. 5. cap. 87. n. 33. & sequen. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 67. n. 3. & 4.*

6 Versamur vero in hypothesi, in qua Primogenituræ Conditores ultimo masculo primogenito de familia agnatitia in defectum quatuor linearum Agnatorum substitutarum & sic post tempus verosimiliter remotissimum, facultatem concesserunt eligendi successorem *de familia etiam extranea, sed coniuncta in consanguinitate*; casu namque illo, quo defecissent omnes lineæ primò vocatæ Pauli primogeniti in constitutione Primogenituræ prælecti, ac Marcelli, & Roberti d. Pauli Fratrum, nec non Blasii Fratris ipsorum Donatorum ita disposuerunt -- *Eveniente autem casu, quod linea masculina ejusdem D. Pauli, & ejus fratrum prædictorum, ac etiam prædicti Illmi D. Blasii, ac descendentium eorumdem tam legitima, & naturalit, quàm naturalis tantum cujusvis eorum, aut illorum filiorum, & descendentium prædictorum penitus, & in totum deficeret &c. tunc &c. succedant filii descendentes ex persona à d. D. Paulo, seu ejus fratribus, vel eorum descendentibus prædictis eligenda, & nominanda, de familia tamen masculina deCapizu chis si superfuerit, sin autem etiam de familia extranea, sed coniuncta in consanguinitate ipsorum D.D. de Capizucchis ejusdem sic eligentis, & nominantis arbitrio ordine Primogenituræ*, & in hac hypothesi quisque videt, quod Donatores nullam consanguinitati volūe in persona eligenda restrictionem addiderunt, sed locuti sunt generali illo termino - *coniuncta in consanguinitate* - qui late omnino patet,

7 & quidquid esset de jure antiquo, post novissimum jus Justinianeum non minus agnatos coniunctos ex latere Patris, quam cognatos coniunctos ex latere Matris comprehendit, ut probant *Tiraquell de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 5., & seq., Peregr. de fid. ar. 22. n. 35. in fin., & Rot. dec. 351. n. 16. p 9. rec.*, & appositè etiam *Bartol. in contrarium all. g. cons. 10. sub n. 1.* iis verbis pro D. Hieronymo designatis ibi - *ex Matre enim sua mihi consanguineus vulgariter dicitur* -- itaut inter istos, tanquam pari forte, & Jure consanguineos ad effectum succedendi nihil aliud spectetur, quam gradus prærogativa, juxta quam consanguineus ex latere materno proximior in gradu vincit alium consanguineum ex latere Patris, seu natum ex fœmina lineæ paternæ remotiorem in gradu, ad *text. in auth. post fratres C. de legit. hæred. §. His autem §. Illud, &*

§. Si

§. *Si vero Auth. de hæred. ab intest. ven.*,
cum aliis allegatis in decisione, quæ revide-
tur §. *Nullatenus cor. Me*.
Patet igitur ex littera ipsa donationis,
quod nulla restrictio facta fuit in commissa
electione personæ successuræ in primogeni-
tura ad genus illud consanguineorum, quod
substinent D. Hieronymi Defensores, coniun-
ctorum scilicet nominanti per latus pater-
num mediante fœmina Capizucchia, & hæc
8 littera eo fortius stringit, quia agitur de
institutione Primogenituræ facta in contra-
ctu, in quo ad differentiam relicti per ulti-
mam voluntatem rejecta quavis interpreta-
tione à verosimili excerpta, & coniectura-
ta, litteræ ipsi, prout sonat, standum est,
ne alteretur contrahentium dispositio, *Gra-
tian. discept. 575. n. 27., Card de Luc. disc.
73. n. 1., & seq. de testam, Rota in Interam-
nen. Immissionis 5. Junii* 1716. § *Quia idem
cor. Emo D. Card. Althann, & in Roma-
na Primogenituræ* 10. *Februarii* 1719. §. *fin.*
9 *cor. R. P. D. meo Falconerio*; unde fit, quod
idem Actor tanto fortius perstringatur ad
demonstrandam contrariam Donatorum vo-
luntatem non æquivocis, vagisque argumen-
tis, sed ad evidentiam concludentibus, ex
adductis in eadem decisione, quæ confirma-
tur §. *Esset itaque, & in Spoletana fideicom-
missi* 3. *Decembris* 1708. §. *Nec quicquam
cor. Me*, itaut alias re in statu dubietatis
10 remanente, nullo modo à verborum pro-
prietate, & littera Donationis recedi possit,
ut plene firmat *Rota in Balneoregien. fidei-
commissi* 6. *Februarii* 1708. §. *Et licet*, & in
confirmatoria 14. *Januaris* 1709. §. *Ideo co-
ram Emo D. Cardinali Scotto*.
Tantum abest, quod hujus generis argu-
menta in præsenti adducta sint, ut imò po-
tius è contrario concurrant pro D. Com. Ma-
rio ad substinendam generalitatem consan-
guinitatis, & validitatem nominationis ex-
pletæ de consanguineo nominantis ex late-
re materno sibi coniuncto, licet non descen-
dente ex fœmina Capizucchia; non solum
11 quippe Donatores usi sunt eodem generali
vocabulo consanguinitatis, sed hujusmodi
consanguinitatem verificari posse expresse-
runt etiam de familia extranea ibi -- *etiam
de familia extranea, sed coniuncta in con-
sanguinitate &c.* -- Si vero jàm sub sola ip-
sa consanguinitatis designatione substinetur
intellexisse Donatores de consanguinitate
contracta ex fœmina Capizucchia, & sic ex
fœmina Agnata, aliquid amplius dicendum
12 est, voluisse eosdem Donatores exprimere
argumentativis illis verbis *etiam de familia
extranea*, quæ si starent ad importandam
solam consanguinitatem prædictam ex fœmi-
na agnata ductam remanerent superflua, &
otiosa, contra regulam, de qua *Bald. in rubr.
C. de controv. empt. n. 9., & in l. 1. ff quod
met. caus., Cirocch disceptat.* 665. *n.* 16. *&*
17., *Rota dec.* 356. *n.* 15. *coram Cerro, &*
13 *dec.* 85. *n.* 9. *p.* 19. *rec.* Propterea que, ut
operetur indoles eorundem verborum, quæ
talis est, ut ampliationem inducant inter
duas diversas species, quarum una explice-
tur, & altera virtualiter includatur, ita ta-
men, ut una sit major altera, juxta firmata
dec. 166. *n.* 10, *&* 11. *ibique, Adden. n.* 18.
cor. san. me. Innoc. X. dec. 361. *n.* 3. *p.* 18. *rec.
& in Bononien. fideicommissi de Roffenis* 17.
Martii 1702. §. *Probata cor. bo. me. Muto*,
14 inferendum inde est, quod Donatores in-
tellexerint de consanguinitate familiæ quo-
vis modo extraneæ, & sic de consanguinitate
inducta etiam per fœminam non agnatam ex
firmatis in decisione, quæ revidetur §. *Red-
ditur item, & dec.* 29. *n.* 9., *& num.* 4., *&* 6.
post Gob. tract. var.
Consimile argumentum non volitæ restri-
15 ctionis ad ullum consanguinitatis genus,
sed universalitatis, quæ includere capax sit
etiam consanguineos ex fœmina non agnata
descendentes, ea præbet circumstantia, quod
nequidem directè Donatores hujusmodi ele-
ctionem talis consanguinei per præceptum
iniunxerunt ultimo gravato, sed illam sub
præfata generalitate Consanguinitatis ductæ
etiam de familia extranea commiserint *ejus-
dem sic eligentis, & nominantis arbitrio*;
16 Hoc quippe casu pro donatione semper ca-
pienda est interpretatio, ut in majori sit li-
bertate gravati personæ nominandæ præe-
lectio, & facultas ista eligenti cum minori
concessa sit restrictione, quia ad differen-
tiam generis vocativi, permissivum istud ge-
nus disponendi, & facultativum magis latè
patet, & benigniorem intelligentiam admit-
tit, ex doctrina *Cuman. in l. unum ex fami-
lia in princip. n. 3 ff. de leg. 2., Castill contr.
Jur. cap* 67. *n.* 18., *& seq. lib.* 5. *Rot. dec.*
60. *n.* 8 *post Torr. de maiorat.*
Pari efficacia suadetur hæc eadem Dona-
17 torum non restricta voluntas ex eo, quod
in elaborata donatione cum plurimis voca-
tionibus, & substitutionibus diversi generis
personarum semper incluserunt saltem in
subsidium, & defectum Agnatorum descen-
dentes ex fœminis sub generali illa descen-
dentium vocatione, quæ ipsos comprehen-
18 dit ex notissimo *cons. Fulgos.* 85., & incon-
cussam opinionem, de qua præsertim in *Rea-
tina Primogenituræ de Nobilibus* 19 *Jun.*
1719. 12. *Januarii, &* 7. *Junii hujus anni
sdrè per tot. cor. R. P. D. meo Crispo*, imò
etiam naturales descendentes ex iis. in qui-
bus primas supradictas substitutiones effor-
19 marunt; in eo tamen casu, quo per ultimum
gravatum faciendam electionem disposue-
runt, & in quo deficientiam prædictorum
descendentium ex eisdem quatuor lineis
primo vocatis habuerunt præ oculis nulla-
tenùs eosdem descendentes ex fœminis fa-
miliæ Capizucchiæ nominandos expresse-
runt, prout in aliis prædictis casibus de tot
aliis diversis personis facere consueverunt,
& facere æquè benè potuissent etiam in isto;
signum evidens, quod in hac parte dona-
tionis ad tales personas nullo modo respe-
xerunt, ut arguunt *Molin. de Primog. lib.* 3.
cap.

cap. 5. n. 55., *Torr. de Primog. Ital. p. 1. cap. 25. §. 24. sub n. 280.*, *Rota in Romana Primogenituræ de Bubalo 4. Junii 1717. §. Et id ipsum cor. Me.*

Perstringentius denique hujusmodi veri-
20 tas ostenditur ex facto ipso Donatorum, qui
tametsi de tempore ipso conditę Primoge-
nituræ haberent sub oculis Laviniam filiam
Marii alterius ex ipsis, & etiam filios, quos
illa jam susceperat, nihilominus neque de
ea, neque de ejus descendentibus in toto
donationis contextu mentionem ullam fe-
cerunt, quo quidem facto majus argumen-
tum dari non potest exclusivum assertæ re-
strictionis ad vocationem Consanguineorum
descendentium ex fæminis Capisucchis, &
ad demonstrandum, quod Donatores in ar-
bitrio eligendi concesso ultimo gravato
contenti fuere quavis consanguinitate quo-
modocumque contracta, quia si non habue-
runt particularem affectionem ergà descen-
dentes à suis propriis filiabus, quomodo sua-
deri potest, quod contra literam ipsam ver-
borum, quibus locuti sunt, talem affectio-
nem habuerint erga descendentes à feminini-
nis remotioribus sibi incognitis, & de di-
versis lineis minus omnino dilectis, per ea,
quæ in similibus perpendunt *Peregrin. de fi-
deicom. art. 25. sub n. 27.*, *Mans. consult.
198. n. 17.*, *Rota dec. 232. n. 12. p. 19. rec.
& in Ravennaten. manutentionis 28. Apri-
lis 1719 §. Licet, confirmat. 12. Januarii
hujus anni §. Neque ad intentum cor. Me.*

E' conspectu hujusmodi argumentorum,
21 & sub præsupposita terminorum distin-
ctione nullius roboris comperiuntur illatio-
nes illæ, ex quibus pro parte D. Hierony-
mi memoratam restrictionem ad descenden-
tes ex fæmina Capisucchia adstruere cona-
bantur illius Defensores; quantum quippe
attinet ad repetitam obiectionem ductam
ex eo, quod Donatores consanguinitati in
persona eligenda requisitæ addiderint ea
verba ipsorum de Capisucchis ibi -- *etiam
de familia extranea, sed coniuncta in con-
sanguinitate ipsorum DD. de Capisucchis*,
parum supererat immorandum, cum plenè
adeò in hac parte satisfecisse visa sit decisio,
quę revidetur à §. *Porro hujusmodi ad §. Ha-
ctenus cor. Me*, ut ad evitandam prolixam,
inutilemque repetitionem, ad eam DD. re-
missive sese habuerint; ibi namque validis
substinetur rationibus, quod non obstanti-
bus præmissis verbis consanguinitas à Dona-
toribus volita fuit non relativè ad se ipsos,
sed ad ultimum gravatum, cui facultatem
nominandi in remotissimum tempus conces-
serunt, juxta in puncto firmata in *Bonon. de
Malettis dec. 513. p. 4. divers. cor. Pamphil.
& dec. 682.*, *& dec. 744. per tot. cor. Bu-
ratto*, quarum decisionum rationes apprimè
congruunt casui nostro, etiamsi in iis agere-
tur de facienda electione Doctoris de Pa-
rentela, & hic agatur de facienda electione
Coniuncti in consanguinitate, quia sistunt
præsertim in eo, quod quæstio sit, prout
etiam verificatur adamussim in nostra hypo-
thesi de facultate eligendi collata in remo-
22 tissimum tempus, & in arbitrium ipsius eli-
gentis, & cum substitutione Descendentium
ab Electis, qui Testatori, vel Donatoribus
successuri de jure non fuissent ab intestato,
ut præsertim ponderat relata *dec. 682. n. 1.
ad 4. cor. Buratt.*; non attenta responsione
quod arbitrium eligentis in casu nostro re-
frenatum fuerit, & coarctatum à Donatori-
bus, quia loquti sunt per dictionem illam
sic, committendo electionem *ejusdem sic
eligentis, & nominantis arbitrio*; petit enim
principium responsio illa, dum eo ipso, quod
nullam formam Donatores ex pręmissis res-
pectu certæ consanguinitatis in eligendo
præscripserunt, neque potuit eamdem for-
23 mam, vel modum repetere dictio prædi-
cta, quæ de sui natura non est inductiva no-
vę qualitatis, sed repetitiva præcedentis for-
mæ, vel qualitatis, ex deductis per *Menoch.
cons. 1040. n. 1., & seq. Guttier. pract. lib.
3. q. 19. n. 23.*, *Rota dec. 432. n. 6.*, *& dec.
687. n. 9. p. 2. rec.*

Ea vero argumenta, quæ eruebantur ex
24 naturali affectione Testatorum erga illos,
qui ex proprio sanguine concreti sunt, vel
ex ordine intestatæ successionis retorque-
bantur potius contra ipsum Dominum Hie-
ronymum, dum naturalis affectio prædicta
quomodo importare poterat argumentum
vocationis descendentium ex fęminis Agna-
tis, quando Donatores Laviniam filiam al-
terius ex ipsis nullo modo vocarunt, neque
ejus descendentes, etiamsi illa jam filios
procreasset? Itaut nullam affectionem erga
propriam filiam, propriosque descendentes
& personas sibi cognitas hujus generis osten-
derint, & habuisse dicendum sit erga remo-
tiores, imò remotissimos descendentes, &
omnino incognitos, quod quantum repu-
gnet, & quàmpotius vim in contrarium ha-
beat pro exclusione talis generis persona-
rum de se patet, & mox firmavimus superio-
25 ri §. *Perstringentius*; Ordo item succes-
sionis ab intestato non diversum inducere
potest intellectum eo ipso, quod si deces-
sisset Franciscus Capizucchius ab intestato,
& ad ejus successionem concurrissent Com.
Alexander Marescottus ejus Frater Amiti-
nus ipsi coniunctus in quarto consanguinita-
tis gradu, atque ab eo nominatus ad Primo-
genituram ex una, & D. Hieronymus eidem
coniunctus in octavo gradu ex altera, illi
procul dubio, & non isti debita fuisset suc-
cessio, ad *text. in Auth. post Fratres C. de
legit. hæred. §. His autem §. Illud, & §. Si
vero Auth. de hęred. ab intest. ven.*

Neque ad rem concludere visa sunt alia,
quę cumulabantur ex eo, quod electio con-
26 sanguinei demandata sit ab ipsis Donatori-
bus, ideoque electus beneficium recognos-
cere debeat ab ipsis, & haberi, ac si directe
ab ipsis nominatus fuisset assumendo ad hunc
effectum disputationem celebris distinctio-
nis inter facultatem datam eligendi in cer-

tum de incertis, & facultatem nominandi
incertum de certo genere personarum, de
qua plenissime Rota in Romana *Fideicom-
missi de Zeffiris 27. Iunii* 1696., & 27. *Mar-
tii* 1699. *cor. clar. mem. Card. de la Tremoil-*
27 *le*, indeque inserendo, quod sicut in casu
substitutionis Consanguinei proficiscentis à
disponente, intelligitur vocatus Testatoris
Consanguineus, proximior tamen ultimo
gravato, ita id ipsum censendum sit in ele-
ctione facienda incerti de certis, ut scilicet
ista electio cadat in persona consanguinea
ipsius Testatoris, quæ tamen sit proximior
ultimo gravato nominanti.

Cum ea namque regula, in qua totus iste
discursus fundamentum habet, quod nomi-
natus nominationis beneficium recognoscat
à Testatore, non à Nominante proceditur
ad diversum effectum gravaminis, an nempe
illud imponi valeat Nominato à Nominante,
ad terminos *Tex. in l. Unum ex Familia ff. de
leg. 2.*, & ad hunc effectũ de ea agunt omnes
DD. pro D. Hieronymo allegati. Ad alium
28 verò effectum, de quo hic agitur metiendę
Consanguinitatis nominandi, vel à Condito-
ribus Primogenituræ, vel à Nominante ip-
so, præsertim post longam seriem substitu-
tionum, ac tempus valde remotum, proce-
ditur cum alio principio, quod nimirum si-
cut fuit prædilectus hæres gravatus, qui post
multa sæcula dictæ nominationis arbitrium
exercere debet, ita censentur prædilecti
ejus Consanguinei, qui juxta naturalem affe-
ctionem præcipuum locum obtinent in men-
te ipsius Electoris, juxta ea, quæ in termi-
nis regulandæ proximitatis ponderant in
proposito *Surd. cons. 370. n. 16, Vasquez de
success. progress. lib. 3. § 26. n. 11. post med.,
Molin. de Primog. Hisp. lib. 3. cap. 9. n. 13.,
Rot. decis. 72. n. 2. vers. 4. p. 1. divers. dec. 682.
n 3, & dec. 744 n. 8., & 9 cor. Buratto decis.
21. n. 8. & 9., 13, & 21., cum seq, & dec. 35.
n. 6. & 7. pariter cum seq. cor. san. mem. Ale-
xandro VIII.*

29 Noscebant utique Defensores Don
Hieronymi, quod strictè ad literam donatio-
nis nullum in præmissis ampliùs fundamen-
tum constituere valebant pro invalidanda
nominatione Comitis Marescotti, & adstru-
enda vocatione ejusdem Actoris, ideo sua-
debant literam ipsam donationis ita expli-
candam, ut ea verba concessiva arbitrii eli-
gendi *etiam de familia extranea, sed con-
juncta in consanguinitate ipsorum DD. de
Capizucchis* sonare potius viderentur in
hanc aliam formam — *etiam de familia ex-
tranea, sed conjuncta in eodem sanguine ip-*
30 *sorum DD. de Capizucchis* - . Ex hoc au-
tem ipso deprehendebatur, quod jam ipsi non
ita assistit, ut illi contendebant littera Dona-
tionis, & Primogenituræ, dum jam ex
tali arguendi modo plenè constat, quod
imo non solùm indiget multa, difficili-
que interpretatione, quod tamen ex præ-
missis sufficeret, sed etiam immutatio-
nem, quæ immutatio est evidens, & ma-
nifesta non solùm quia superadduntur verba
illa *in eodem*, quæ in nostra donatione non
31 leguntur, verùm etiam quia in substantia
non est idem vocare conjunctum in sanguine
Capizucchio, ac conjunctum in consangui-
nitate illorum de Capizucchis, quia conjun-
ctus in sanguine Capizucchio non potest pro-
priè esse nisi agnatus per masculinum sexum
conjunctus, ad *Tex. in leg. ult. §. 1. in fin. ff.
de grad. affin., et leg 2. §. Agnati ff. de suis,*
32 *& legit. her.*, & conjunctus in consanguini-
tate propriè est, tam Agnatus, quàm Co-
gnatus, tam scilicet consanguineus ex latere
Patris, quàm ex latere Matris ex supra rela-
tis §. *Versamur.*

Nec quidquam roboris huic arguendi mo-
do addit definitio consanguinitatis, quæ
juxta *Gloss. in §. Sunt autem verbo consan-
guinei instit. de legit. agnat. success.*, est qua-
si eodem sanguine nativitas, & *juxta Ar-
chidiac. in cap. 1. n. 2. de sponsal. in 6.*, dicitur
à con, & sanguine, quasi de communi, idest
34 de eodem sanguine nativitas; quandoqui-
dem aliud omnino est, quod dicatur nativi-
tas, vel conjunctio in sanguine communi,
aliud de eodem sanguine; una enim dictio
est restrictiva ad unitatem, altera patet ad
generalitatem, juxta deducta per *Barbos.
dict. 152. n. 21. et 22.*, & cum hac procedendo
distinctione, si juxta superiùs firmata non est
35 consanguinitas metienda à Donatoribus,
sed ab Eligente, sequitur inde, quod non
aliud videndum sit ad propositum nostrę
quęstionis, nisi utrum concurrat ista nativi-
tas de communi sanguine respectu eligentis,
& Electi, & de ea dubitari non poterit, cum
Eligens natus sit ex Hortensia Marilcotta,
electus verò ex Sfortia ejusdem Hortensiæ
Fratre, & sic sanguis Electi, seu nominati
respectu Matris est omnino communis cum
Eligente, ac de facto sunt, ut non amplius
controvertitur, Consanguinei.

Hęc erant ea, quę lato calamo hodie re-
assumebantur ex parte dispositiva Donatio-
nis in qua fuit ordinata controversa Primo-
genitura, sed adhuc supererat spes Actoris
Defensoribus suam intentionem firmandi ex
partibus contraventionali, & suppletiva
jam alias expensis, & rejectis etiam in Deci-
36 sione, quæ revidetur. Quo verò ad primam
nihil inde juris desumi posse pro Don
Hieronymo DD. visum est, quia licèt Dona-
tores casu contraventionis in deferendis eo-
rum Cognomine, & Insignibus, disposue-
rint, quod succedere debeat *alius post sic no-
minatum proximior in gradu familiæ ipso-
rum DD. Donatorum*; unde infertur, quod
sicut hic alius proximior tali casu vocatus,
debebat esse de Familia Donatorum, ita
debuerit esse Consanguineus eligendus, ta-
men occurrebat statim animadversio illa,
quod tempore nominationis faciendæ ab ul-
timo gravato debebat esse totaliter extincta
Familia ipsorum Donatorum; ideoque si post
istam extinctionem, adhuc Donatores vo-
luerunt succedere *proximiorem in gradu fa-
miliæ*

mil'æ ipsorum Donatorum, id intelligi debet de familia non sua propria jam extincta, sed de renovata per hæredem ab ultimo nominatum, cum illius familia per assumptionem Insignium, & Cognominis tunc rectè à Donatoribus considerari potuerit pro una eademque cum illa ipsorum Donatorum, ex notatis per *Peregrin.de fideicom.'ar.20.n.9., Rot.dec.979.n.9, et dec.1335.n.11. cor.Emer. iun.*, cum aliis allegatis in decisione, quæ revidetur §. *Animadvertebant coram Me*, ubi hec intelligentia aliis etiam confirmatur argumentis.

37 Et hanc explicationem minime tollit ea responsio, quod etsi defecisset Familia Capizucchia masculina, non tamen defecisset Familia Cognatitia consanguineorum ipsorum Donatorum, hoc quippe procederet, quatenus Donatores propriam Familiam Capizucchiam non constituissent in nominando, & alliciendo, sed cum dispositio, ut diximus, præsupponat jam per allectionem restauratam propriam familiam in nominato, in cujus descendentibus illa continuare debebat per veritatem de tali familia, non de alia semper Donatores intellexisse censendi sunt ex regula qualitatis adjectæ verbo referibilis semper ad tempus verbi, de qua ad rem *Torr. de Primog. par.1. cap.11. n.27., Rot. apud Cardin. de Luca de fideic decis.109.*
38 *n.13.* Et de facto numquam de Cognatitia cogitasse potuerunt stante superaddito illo *ipsorum DD. Donatorum*, quod efficit, ut si strictè juxta verborum sensum capienda esset interpretatio, de agnatitia tantum familia sensisse dicendi essent, juxta receptam distinctionem, de qua *Rodulph. alleg 132. n 9., Rot.dec.204.n.5.,et 6.p.ta dec.232.n.18. p.19 rec.*, & cum aliis *in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Quinimo, et seqq cor. bon. mem. Muto*, & tamen neque de hac agnati-
39 tia Familia sensisse potuerunt, quia eam supponebant extinctam, ut diximus, sensisse igitur necessariò debuerunt de allectitia, & artificiali renovata per nominatum.

40 Cæterùm satis erat ad excludendas omnes illationes ductas ex ista parte contraventionali, quod aliquo modo dubia sit, & ambigua ipsius interpretatio, ut nullo modo inservire possit in explicationem partis dispo-
41 sitivæ, quæ sicut est principalis in mente Donatorum, trahit quidem ad se partem accessoriam, & famulativam, ut est contraventionalis, non verò exinde mutuatur suam intelligentiam, juxta deducta cum aliis relatis in decisione quæ revidetur §. *Omnibus*, per *Rotam in Melevitana Fideicommissi 20. Martii 1711. § Ad excludendam cor. R. P. D. meo Crispo, & in Ariminen. Manutentionis 11. Maii 1716. §. Qua præsupposita in fine cor. R.P.D. meo Foscaro.*

Respectu demùm partis suppletivæ, ejus scilicet in qua Donatores non facta nominatione supplendo negligentiam gravati sibi providerunt de Successore, & vocarunt masculum ex linea Æmilii, parum immorandum erat, quia litera ipsa Donationis ostendit, quod illa restricta est ad solos masculos per masculum descendentes ex dicta linea Æmilii in eo casu, quo non amplius superextante aliquo de Familia masculina de Capizucchis, ultimus vocatus sine nominatione decessisset, & hoc patet manifestè ex earum ponderatione, quod in defectum descendentium ex linea Æmilii vocatur proximior in gradu *de Familia masculina de Capizucchis*,
42 Igitur præexistebat adhuc Familia masculina de Capizucchis, & sic in isto casu adhuc præexistentis Familiæ masculinæ de Capizucchis data fuit suppletio, prout in puncto hujus Donationis respondit *Rodulph.* à Francisco nominante consultus pro veritate, antequam nominaret Comitem Alexandrum, *allegat.73. sub n.11. versic. Non minùs*; nulloque modo potuerunt esse priùs substituti Cognati, quia aliàs antepositi fuissent Agnatis, quod in Primogenitura Agnatitia est absurdum, ut in specie dixit *Rota in Romana Primogenituræ de Bubalo 4. Junii 1717. §. Et id ipsum*, & confirmatoria 9. *Maii 1718. §. Alias enim cor. Me.*

Ex his conclusivè promanat, quod tantùm abest, quod ex parte Actoris doctum sit de nullitate factæ nominationis per Franciscum ultimum gravatum de Familia Agnatitia, ut potiùs consentaneè ad Donatorum voluntatem, literam Donationis, & congruentiam arbitrii eidem ultimo elargiti rectè facta sit nominatio favore Comitis Alexandri, & si
43 quod aliud requirebatur in eorum confirmationem argumentum, illud præsto erat ex observantia inconcussa declarativa in hunc sensum sæpedictæ Donationis, ut demonstratum fuit in §. *finali Decisionis*, quæ confirmatur; nec verò hodie ad minuendam efficaciam earum actuum, in quibus tum clar. mem. Cardinalis Raymundus Capizucchius, tum ipse Don Hieronymus Columna agnoverunt Comitem Alexandrum, & successivè etiam Comitem Marium uti arrogatos in Familiam Capizucchiam, juvit opponere, quod non inde agnati etiam fuerint uti legitimè nominati, vel per legitimam nominationem Successores; quoniam
44 cum nominatio expleta fuerit in actu ipso, & in eodem instrumento arrogationis, imo præcisè arrogatio facta fuerit ad effectum, & occasione dictæ nominationis, stare simul non potest, quod agnita, & admissa fuerit arrogatio, non autem nominatio, quæ eamdem præsupponit arrogationem, & uti expleta unico contextu, & in eodem instrumento, pro unico actu haberi debet *Rot. decis.305.n.17.p.18., & dec.419.n.8.p.19. rec.*;
45 minusque relevat, quod aliqui ex his actibus gesti sint ipso Don Hieronymo existente in ætate minori, quia etiam alii gesti sunt, postquam factus fuit major, ex quibus, & eadem inducta fuit observantia cum ipsius scientia, & præcedentium actuum approbatione, *Rot.dec.110.n.6.cor. Ottbob. dec.81.n.7.p.6, dec.224. n.11.p.14. rec., & in Prane-*

Prænestina Fideicommissi 4. *Maii* 1716. §. *Eamdemque cor. R. P. D. meo Foscaro.*

Et ita aliis omissis levioribus, relativè ad præcedentem Decisionem responsum fuit Partibus sua jura viriliter deducentibus &c.

ROMANA OFFICII MAZZIERATUS APOSTOLICI.

Lunæ 10. *Junii* 1720.

ARGUMENTUM.

Est confirmatoria duarum præcedentium, unius nempe sub die 5. Decembris 1718., & alterius sub die 12. Junii 1719. emanatarum.

In hac disponitur decisione, quod qui mutuo pecunias dat emptori Officii Vacabilis animo sibi acquirendi reservationem decreti pro rata mutuo data, simplicem tantum hypothecam adipisci voluisse non præsumatur; bene verò condominium pro rata suis pecuniis mutuatis correspondente, ad cujus tramites fructus etiam proportionabiliter sibi vindicat.

SUMMARIUM.

1 *Condominium super officio vacabili, quod quis adipisci intellexerit, probatur ex ordine directo in actu acquisitionis, qui talem animum ferret, & à trahente in eo expressum.*

2 *Amplia, ut numquam ad simplicem hypothecam coarctari possit, quando inter illius emptorem, & mutuo pecunias dantem nullus alius præcessisset contractus, ex quo posset deduci motivum ab isto de credito sibi cavendi habitum.*

3 *Hypotheca creditum præexistens supponere debet, ut contrahatur.*

4 *Condominium super officio vacabili non excluditur pro rata mutuo ab emptore recepta per hoc, quod tota fructuum exactio penes istum stare deberet, vel quod esset in facultate istius in duppli solutione easdem pecunias restituere, & cur?*

5 *Fructus debentur condomino super officio vacabili pro rata ad eum spectante, nec possunt à titulari retardari sub prætextu usuræ.*

6 *Recognitio bonæ fidei potest fieri à minore etiam absque solemnitatibus in veritatis obsequium.*

DECISIO MCLXXXVI.

Marius Antonius Januarius ne ob mutationem Turni frustraretur beneficio appellationis ab eo interpositæ adversùs sententiam Rotalem, prævìis duabus decisionibus à Me latam favore Aloysii Magni, iterum causam mihi delegari curavit. Quamobrem proposui hodie consuetum dubium -- *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda* -- : Et Domini non obstantibus exceptionibus ab eo oppositis nullitatis, & injustitiæ, *illam confirmandam esse* responderunt.

Rem namque ordiendo à validitate Sententiæ, perperam illa impugnari visa fuit ex quo Sac. Tribunal adeo anceps fuerit in firmanda præcisa quantitate pretii in emptione hujus Officii Mazzieratus erogati, ut per brevem decisionem declaratum voluerit, quod illa in suspenso relinquebatur: & nihilominus in Sententia Rotali per Me lata canonizata fuerit validitas cujusdam Apocæ à Marco Antonio exaratæ, in qua præcisè firmatur quantitas d. pretii in summa scutorum 1400.

Objectio enim facili negotio submovebatur, distinguendo, ut par erat inter validitatem d. Apocæ in genere, & particularem verificationem eorum, quæ in eadem Apoca annunciabantur in specie: cum namque in relatione hujus causæ pro expeditione utraque à Marco Antonio impugnaretur; validitas nempe in genere sub obtentu, quod in confectione Apocæ adhibita non fuissent solemnia de Jure, ac Statuto in Contractibus minorum servanda, & verificatio Enunciatorum in specie sub prætextu erroris, in quem irrepsisse dicebat Marcus Antonius in expressione quantitatis pretii inibi factà in summa scutorum 1400., Domini idcirco pro eorum consueta maturitate, ac prudentia certa ab incertis separantes, cum de validitate in genere plenè satisfacti essent ex deductis iam in prima decisione 5. Decembris 1718. §. *Firmato*, quàm in secunda diei 12. Junii 1719. §. *Hinc descendendo* coram Me edita, causam expediri demandarunt; sed ne expeditio hujusmodi impedimento esset, quin Marcus Antonius jura sua deducere posset circa assertum errorem dictæ expressionis in disputatione alterius causæ super laudo, & novo examine decisiones coram Me pariter super illo editæ, dicta die 12. Junii 1719., sub qua propriè, ac directè cadebat inspectio quantitatis, propterea voluerunt, ut à Me extenderetur brevis decisio., in qua declararetur, quod veritas quantitatis in Apoca enunciatæ in suspenso reliquebatur, ut plenè resultat ex ipsa brevi decisione edita 31 Julii ejusdem anni 1719: unde his stantibus nulla omnino difformitas inter sententiam, ac decisiones considerari potest, cum imo illa ad normam insistentiarum expressè ista fuerit, ut patet ex ejus tenore.

Æquè autem ac validitas clara, ac perspicua visa fuit ejusdem sententiæ justitia. Pro

1 eo enim, quod attinet ad condominium Officii Christophoro adjudicatum pro rata scutorum 600., nimis concludenter illud resultabat, tum ex litera Ordinis in dicta summs scutorum 600. per eumdem Christophorum Aloysii auctorem directi mensæ nummulariæ Sancti Spiritus in præviam causam acquisitionis Officii, & sub expressa conditione reservationis decreti pro dicta rata ad sui favorem faciendæ, tum ab effectiva dicti decreti appositione in supplicatione à Sanctissimo.

ctissimo signata, tum denique ab iteratis confessionibus per Ipsum Marcum Antonium emissis, non minùs in supradicta Apoca, quàm in solutione correspective partis fructuum, & compromisso Inter Partes celebrato, ut latè firmatum fuit in dd. duabus decisionibus precedentis instantiæ cor. Me.

2 Nequidquam suffragante repetito objecto, quod reservatio decreti resolvatur in specialem hypothecam pro majori cauthela creditoris, juxta deducta per *Rot. in Romana Pecuniaria 13. Jun. 1688., & 31. Januarii 1689 cor. bon. mem. Ursino.* Placuit enim etiam hodie responsio, quod hujusmodi Interpetrationi potest utique locus esse in casu quo inter Partes aliquis alius præcesserit Contractus, puta, Mutui, Cambii, aut Societatis Officii, in cujus causam pecuniæ creditę fuerint; cum tunc videri possit creditor ea mente in exigenda decreti reservatione fuisse, ut de restitutione earumdem pecuniarum cautior fieret juxta clausulam adductarum Decisionum. At verò cum nullus alius præcessit Contractus, sed pecunia expresse contributa fuit ad effectum acquirendi officium cum reservatione decreta, tam pro sorte, quàm pro fructibus, ut contigit in hypothesi, impossibile est, quod reservatio resolvatur in hypothecam, cum natura actus sonet in acquisitionem dominii, & hy-
3 pothecæ intelligi nequit sine credito antecedenti, ut latè animadversum fuit in dd. decisionibus præcedentis instantiæ coram Me.

4 Et quamvis Cristophorus facultatem Marco Antonio dederit restituendi dictam summam scutorum 600. in duabus solutionibus, permiseritque, quod ipse solus fructus immediatè exigeret, Id tamen nihil afficit acquisitioni Condominii, cum dicta facultas sit bene compatibilis cum ipso dominio rei, donec pecunia solvatur, & novum non sit, quod unus ex Condominis universam rei communis administrationem alteri Condomino credat, ut quotidie videmus.

Et hęc pro eo quod respicit controversi Of-
5 ficii condominium, pro eo verò quod attinet ad validitatem Apocæ, & fructus correspondentes ratæ pretii in ejus emptionem à Cristophoro Magno erogati, cum hodie nihil aliud opponeretur, quàm quod fructus conveniri nequivissent citra labem usurariam, facile fuit Dominis ab hujusmodi objectione se expedire, cum posito condominio Cristophori fructus illi correspondentes, nedum non illiciti, sed omni jure debiti videantur,
6 adeout subsequens Apoca per quam Marcus Antonius ad illos tradendos se obligavit, non aliud sit, quàm recognitio bonæ fidei, & declaratio rei, quæ gesta erat nullis solemnitatibus indigens juxta plenè deducta in utraque decisione causæ versus finem.

Et ita utraque &c.

BONONIEN FIDEICOMMISSI DE MARSILIIS.

Veneris 14. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est in parte confirmatoria alterius sub die 23. Junii 1719.

Immissio super bonis fideicommissariis cum liberis commixtis ut hæredi fideicommissario retardetur, onus probandi qualia sint libera, & qualia fideicommissaria ad hæredem hęredis gravati pertinet.

SUMMARIUM.

1 *Immissio non potest retardari hæredi fideicommissario sub prætextu, quod sint cum liberis commixta,* & vide casum, ac amplia, ut in n. 2.

3 *Immissio super bonis fideicommissariis ut retardetur ob commixtionem cũ liberis concludenter probandum est, quæ sint libera, & quæ fideicommisso obnoxia.*

4 *Immissio ex causa melioramentorum, quæ illiquida essent, non retardatur.*

5 *Temperamentum æquitativum assignandi tantundem de bonis liberis hæredi fideicommissario immissionem petenti intrat, quando hæres gravatus inter bona fideicommissaria, & libera domum pro communi commodo construxisset, ad reparandam illius, vel divisionem, vel amissionem, in præiudicium gravati.*

DECISIO MCLXXXVII.

INdulta utrique parti nova Audientia adversus decisionem coram Me editam sub die 23. Junii superioris anni, in qua Comiti Sylvio Antonio quoad Bona allodialia concessa fuit petita Immissio super duabus petiis Terræ sitis in Communi *Salvaris*, & Bebulcis 49. positis in quarterio Dusentulæ in loco nuncupato *Tivoli*, sed denegata quoad Domum positam in Cappella Sancti Proculi, proposui hodiè consuetum Dubium, an sit standum, vel recedendum à decisis, & responsum fuit = *Standum esse in decisis quoad duas petias Terræ in Communi Salvaris, & in reliquis iterum proponatur.*

1 Quod enim attinet ad dictas duas petias Terræ in Communi *Salvaris*, cum in Facto concordato admissum fuerit, eas à Fideicommittente acquisitas fuisse uti liberas, & allodiales, & subinde descriptas, in calce ejus Testamenti, atque ultimo loco in Divisione inita inter descendentes Jacobi obvenisse in portionem eorum, à quibus causam habent illi de Casalinis Rei Conventi, facile fuit Dominis convenire in sensu precedentis Decisionis, quod nempè Comiti Sylvio Antonio non posset respectu illarum Immissio denegari, ex deductis in eadem Decisione §. *Quo verò ad allodialia.*

2 Frustraque repetitum fuit obiectum, quod dictæ duę petiæ Terræ fideicommisso obno-

noxiæ commixtæ sint cum aliis per hæredes gravatos successivè acquisitis; nam in exequutione mandati, vel [illegible] erit ex combinatione certorum [illegible] quibus circumscripta sunt Bona fideicommissaria, ista à liberis distinguere, & super eis dumtaxat exequutionem perficere; vel quatenus ex dictis successivis acquisitionibus tanta sit inducta Bonorum confusio, ut fideicommissaria à liberis discerni nullo modo possint; & hoc nullum Actori præjudicium inferre debebit, sed in ejus electione erit ex toto corpore Bonorum commixtorum capere ratam æquivalentem Bonis fideicommissariis, juxta deducta per *Card. de Luca de fideicom.*
3 *disc.* 194. *n.*13.; cum nihil magis in Foro receptum sit, quam quod commixtis, ut in casu, & confusis Bonis fideicommissariis ex culpa, & facto hæredum gravatorum, in ipsos, & eorum universales Successores refundatur onus concludenter probandi, quid, & quantum in eodem loco, quo Bona fideicommissaria sita sunt, ex post acquisiverint, juxta celebre *consil. Fulgos.* 145., *quod sequuta est Rota in Decisione Causæ §. Hac autem probatione*, ubi concordantes.

Non ità tamen DD. convenire potuerunt quoad Bubulcas 49. sitas in quarterio Dusentulæ, & Domum positam in Cappella S.Pro-
4 culi; nam respectu illarum, tametsi ad impediendam petitam immissionem inutilis visa fuerit exceptio melioramentorum, cum eorum liquidatio adhùc desideretur mediante opera tertii Periti ad hunc effectum novissi-
5 mè electi; Quia tamen rei conventi summa contentione exagerabant immane præjudicium sibi illatum iri super Bonis conterminis, si ab istis dividantur Bona fideicommissaria, in quibus ab hæredibus gravatis constructæ fuerunt Domus, & plura alia ædificia ad necessarium usum tam Bonorum fideicommissariorum, quam liberorum. Placuit proindè aliquibus ex Dominis expectare memoratam relationem tertii Periti, ut certior ex ea reddita Sac. Rota de veritate, vel insubsistentia dicti præjudicii decernere tutius valeat, utrum sit admittendum temperamentum æquitativum restituendi in alio loco tot Bona libera æquivalentia Bonis fideicommissariis, ut alias servatum fuit *in Bononien. fideicommissi de Ghisleriis decis.* 74. *cor. Ubogo.*

Respectu verò Domus positæ in Cappella S. Proculi, nulla pariter ob suffragiorum scissuram capi potuit resolutio, cum alii ex Dominis etiam hodiè processerint cum sensu præcedentis decisionis, quod nimirum ab Actore haud satis concludenter probaretur, quod Domus, ad quam petitur immissio, sit de numero earum, quas Fideicommittentem in dicta Cappella possedisse constat: Alii autem ex diverso censuerint dictam probationem abundè resultare ex Instrumento divisionis initæ cum Cæsare, & Hercule Reorum conventorum Auctoribus.

Et ità omisso examine aliorum Bonorum, quæ sub præsenti dubio non continebantur, utpotè restricto ad jam decisa in præcedenti resolutione, utraque parte informante responsum fuit.

ROMANA CONCURSUS, SEU CONSIGNATIONIS PRETII DOMUS.

Veneris 14. *Junii* 1720.

ARGUMENTUM.

Mulier, quæ pro credito dotali super pretio de domo viri vendita retracto concurrat in consignatione, etiam adversus cæmentorum Creditores, qui sibi de speciali præambula hypotheca etiam supra dotes sibi non cavissent, præfertur, præsertim quando eadem domus de novo fuisset constructa, nec non pariter adversus omnes cæteros Creditores, *& si legis interdum* gaudentes privilegio, virtute *Textus in §. his consequens*, qui omnia Fisci privilegia dotibus tribuit.

SUMMARIUM.

1 *Dos Mulieris adversus cœtum creditorum super viri patrimonio concurrentem præfertur*, & vide casum.
2 *Prælatio datur Creditori, cujus pecuniæ in domus reparationem cesserunt, virtute legis* Interdum, *aliis creditoribus exclusis.*
3 *Limita favore mulieris pro suæ dotis restitutione agentis*; amplia, ut in n. seq.
4 *Prælatio non datur creditori agenti vigore* legis interdum *super pretio domus suis pecuniis restauratæ, adversus mulierem illius dominæ; præsertim si domus de novo fuisset constructa*, & nu. 6.
5 *Prælatio super domo datur credenti pecunias pro illius refectione, non autem pro constructione ex integro, nisi in casu, quo creditor de speciali hypotheca super nova fabrica construenda sibi cavisset*, & nu. 19. & 20.
7 *Amplia, si iidem creditores super cæmentis sibi dominium reservassent*, & n.22.
8 *Limita, quoad mulierem pro dote agentem, quæ omnibus Fisci gaudet privilegiis*, & num 12.
9 *Dos habet omnia, quibus & Fiscus gaudet, privilegia.*
10 *Prælatio non datur creditoribus ex causa laboreriorum, vel materiæ datæ ad construendam domum, absque reservatione dominii, adversus dominum situs, sed meri operarum, & cæmentorum creditores remanent*, & nu. seq.
11 *Prælatio debetur mulieri agenti pro dote super pretio domus adversus illos, qui mercenarios dimiserunt, & fidem de pretio penes virum ædificantem habuerunt*; amplia ut in n.14.
13 *Prælatio datur fabrilignario super pretio domus suis lignaminibus, & laboreriis restauratæ.*
15 *Limita quoad mulierem agentem pro dote, quando subductis laboreriis, & cæmentis nil in dominio viri ædificantis remaneret* & vide casum, ac declara, ut in nu. 14.

16 *Re-*

16 *Reservatio dominii excludit hypothecam dotalem super re à viro comparata, etiam post receptam dotem*, & n. seq.

17 *Reservatio dominii impedit acquisitionem liberam rei emptæ.*

18 *Hypotheca à pari procedit cum dominio, & reservatio dominii impedit acquisitionem hypothe*

21 *Creditor anterior non excluditur à potiori, qui de suarum pecuniarum versione non doceat.*

22 *Ædificium præsumitur elevatum cum pecuniis illius creditoris, qui tempore constructionis eas ædificanti subministrasset.*

23 *Hypotheca super fabrica à creditoribus paris tituli non acquiritur, nisi ea ad perfectionem redacta, qui ex eadem constructione illam desumerent, inter quos temporis prioritas in subministrando materias non attenditur, cum identitas causæ consideranda sit.*

24 *Limita in concursu creditorum ex diversa causa, ut est mulier ex causa dotis, cujus favore hypotheca contrahitur.*

25 *Hypotheca dotalis ex privilegio in* §. His consequens *operatur, quando mulier super aliis debitoris bonis specialibus affectis hypothecis, sibi nequit satisfacere, nec dicitur subsidiariè mulieri competere.*

26 *Amplia, ut neque alienum præjudicium in mulieris concursu attendatur*, & vide rationem in seq. num.

27 *Mulier pro eo consequenda dote bona intricata persequi non tenetur, nec emittere obligationem de restituendo prioribus, & potioribus, quando potior est, in vim* Text. in §. consequens.

DECISIO MCLXXXVIII.

Convocato concursu super Bonis hæreditariis Francisci Monciatti Tempestini, qui oberatus ex improviso decesserat sub anno 1716., inter cæteros Creditores, qui coram Primo Collaterali Curiæ Capitolinæ comparuerunt, fuerunt ii, qui pecunias eidem extradiderant pro fabrica Domus ab eo ædificatæ loco alterius, quam possidebat in via vulgò nuncupata *di Macello de' Corvi*, quamquam Terremotus anni 1703. ità conquassaverat, ut non nisi Trabium, & similium fulcimentorum ope substentaretur. Statim verò ac illi cœperunt agere de consignatione pretii ex dicta domo sub hasta publica vendita retracti in scutis 9995. sese opposuit Octavia Fonthia Monciatti debitoris Uxor, Creditrix Dotis, una cum quarto, ram ex statuti, quam ex contractus dispositione sibi debita, nec non fructuum inter ea decursorum; unde assumpta fuit quæstio coram dicto Judice circa prælationem concedendam, vel dictis creditoribus, vel uxori, & distributa jam in alios aliqua parte pretii præfatæ domus super residualibus scutis 5000. circiter, tum in sententia, tum in vuto decisivo desuper extenso, primo loco graduata fuit Octavia uxor, & subindè prædicti creditores, cum ea tamen declaratione, quod respectu illius, qui in traditione suæ pecuniæ sibi caverat cum pacto speciali præambulæ hypothecæ etiam adversus dotem esset graduandus ante ejusdem dotis creditricem in aliqua summa liquidanda pro eo, quod de pecuniis ab ipso traditis Monciatto, potuerit in fabricam erogari à die 24. Julii ad totum ferè mensem Augusti anni 1704., quo tempore ædificium extollebatur.

Ab hoc judicato reclamavit cœtus prædictorum creditorum, sed ab Allectamento admissa fuit appellatio *in devolutivo tantum, relictis in suspenso scutis mille ex credito dotali* favore ejusdem creditoris, qui habebat pro se memoratum pactum hypothecæ præambulæ *pro summa liquidanda ad formam sententiæ graduatoriæ*; commissa in his terminis causa Capitaneo appellationis *de voto* nostri Tribunalis, renovata extitit inter partes supra relata præstationis contentio in hodierna Rota sub dubio omnium complexivo à Me de more proposito -- *An, & cujus favore, & pro qua summa debeatur consignatio pretii domus* -- cui responsum fuit *Consignationem esse faciendam juxta modum*, inferius exprimendum, scilicet ad formam præcedentis judicati, & voti primi Collateralis.

1 Competit enim dubio procul prælatio mulieri Creditrici suæ dotis, quia cæteris omnibus creditoribus anterior tempore reperitur, ideoque prior in satisfactione sui crediti consequenda esse debet, *ad Textus in l. prior ff. qui pot. in impign. habeant*, Et quan-

2 quam agatur ad obtinendam hujusmodi satisfactionem ex pretio Domus, quæ reparata extitit alienis pecuniis, in quo pretio potius videntur jus habere ii, qui pecunias ad dictum effectum reparationis crediderunt, *ad Text. in l. interdum ff. eodem tit.*,

3 adhuc tamen ad illorum exclusionem privilegium est istius dotis desumptum ex aliajuris Cæsarei dispositione *in §. his consequens Auth de qualit. dot.*, ut mulier super re ipsa restaurata præferatur, juxtà inconcussam nostri Tribunalis sententiam, de qua testantur *Card. de Luca de dot. disc.* 166. *nu.* 58. *Paulut. dissert.* 38. *num.* 27. *&* 28., & quam videre est *dec.* 223. *num.* 2., *&* 3 *cor. Buratt. dec.* 328. *num.* 22. *& seqq. p.* 5. *recen. dec.* 70. *num.* 4., *& dec.* 71. *num.* 2. *&* 3. *post Consl. ad Stat. Urb., in Romana Pecuniaria, seù Caut. Angeli super refer.* 3. *Jun.* 1718. §. *Creditor. cor. R. P. D. meo Herrera, in Romana Pecuniaria* 19. *Junii* 1719. §. *ratio cor. R. P. D. meo de Gamaches, & in Romana Concursus* 6. *Maii prox. pret. cor. Me.*

4 Ultra quod neque isto casu Creditoribus suffragari posse videbatur dispositio prælaudati *Tex. in l. interdum ff. qui pot. in ping. habeantur*, cum illic prælationis Privilegium conservanti, & reficienti attributum sit, non autem de novo ædificanti, ut ex litera ejusdem *Text. & Glos.* ibi, *Verbo crediderim in fin.* aliis relatis probant *Card de Luc. de cred. disc.* 15. *num.* 3., *bon. me. Ansaldo de*

Com-

Commercio, & mercat. dis. 83. *n.* 36. *Rot. dec.* 435. *n.* 5. *cor. Emer. Jun, dec.* 327. *n* 2. *& seq. par.* 14 *rec., in allegat. decisionib post Const. ad Stat. Urb.* 70. *num.* [illegible] *nu* a, *& in Romana Pecuniaria, seu cauth. Angeli super reserv.* § *Potioritatem cor. R.P D. meo Herrera*, & in præsenti themate, versamur potius in terminis novæ ædificationis, cum in facto constet antiquam domum fuisse totaliter dirutam, & ejus loco aliis duabus domibus vicinis comparatis, & coniunctis ędificatam fuisse eam, de qua agitur in diversam, & novam omninò formam longè ampliorem.

5 Ac de facto cumulabant ipsorum Defensores alium prælationis titulum ex *Tex. in l. licet C. eod. titulo*, juxtà quem idem Prçlationis jus deberetur etiam iis, quorum pecunia res comparata probatur; sed etiam ex hoc ipso textu dignoscebatur. quod tale jus tunc quidem competit, quando Creditores, quorum pecunia res comparata, vel ędificium constructum est, si per eadem re, vel edificio specialem sibi hypothecam reservarunt ibi - *Ei pignori esse specialiter obligatum statim convenit* - *& tenent de Luca de credit. dicto disc.* 15. *num.* 2. *& seq. Constant. ad Stat. Urb. Aunot.* 30. *num.* 229., ubi concordan., *Rot. dec.* 127. *num.* 7. *cor. sa. me. Alexandro VIII. dec.* 435. *nu.* 6. *cor. Emer. Jun., & in eadem Romana Pecuniaria seu Cauthelæ Angeli super reserv.* 3. *Jun.* 1718. §. *jura Fratrum*, *cor. R. P. D. meo Herrera.* Hanc verò reservationem specialis hypotecæ cum Monciatto communi debitore, præter unum, cujus jura distinctè infra examinabuntur, nemo alius ex comparentibus creditoribus convenisse dici potest.

6 Hic propterea totus conatus sistebat in eo, quod ex pluribus concurrentibus limitationibus, & declarationibus non applicaretur nostrę quęstioni privilegium Prçlationis Mulieri competens ex allegata dispositione §. *His consequens*, & immò verificaretur è contrario dispositio præadductorum textuum *in l. interdum ff. qui potior. in pign., & l. licet C. eodem tit.*, itaut ad mulieris exclusionem alii creditores essent admittendi, & idcireò singulas hujusmodi limitationes, quas diversimodè illorum Defensores proponebant, necesse Domini putarunt examinare; & rem ordiendo ab iis, qui pecunias Monciatto tradiderunt sub expresso pacto, ut cum iis dimitterentur Mercenarii, & domini cæmentorum.

7 Istorum defensio in duobus principaliter consistebat Argumentis, altero quod Mercenarii Creditores operum, & laborum dietim impensorum in Fabrica, rem communis Debitoris effecerint pratiosiorem, altero, quod retinuerint dominium cæmentorum, & materiæ usque ad integralem eorum satisfactionem respectu mercedis, & valoris rerum traditarum pro Fabrica. itaut, sicut ex his argumentis iidem mercenarii, & Domini cæmentorum etiam doti præferri debuissent, ità præferri etiam debeant ii, qui subingressi sunt in eorum juribus, & eum pacto hujusmodi subingressus pecunias Munciatto tradiderunt; Sed neutrum subsistere

8 visum est. Non quidem primum, quia quicquid sit in concursu cum aliis Creditoribus, in quibus terminis loquuntur Doctores pro fundanda contraria assertione adducti, & signanter *Rodriquez de concurs. Credit. par.* 2. *art.* 4. *num.* 38., in concursu sanè cum dote nullum dicta generalis ratio rei pratiosioris effectæ, titulum Prælationis consti-

9 tuere potest, tum quia de directo pugnaret cum dispositione *Text. in* §. *his consequens auth de æqual. dot.* quæ de facto respicit cum Creditorem, cujus pecuniis empiæ, aut reparatæ sunt res, tum quia si istiusmodi ratio non suffragaretur contra Fiscum præferendum talibus creditoribus ex literali *Text. in l. quodvis* 18. *ff. de privil. Crededitor., & Glos.*, ibi, *verb. quoque modo*, nequidem suffragari debet adversus dotem, cui communicata sunt omnia privilegia, quę competunt *Fisco, l.* a. *C. de Privil. Fisc., & l. dotis C. de jur. dot.* cum aliis apud *Accorl. de Privil. credit. in præfat. ad regul.* 2. *nu.* 16.

Neque secundum suffragari valuit argumentum, quia deest in præsenti themate

10 dominii reservatio, ideoque locantibus mercenariis operas, & tradentibus Dominis sua cæmenta scienter ad construendam domum in solo alieno, non prodest allegare præsumptam tantum dominii retentionem, cum potius è contrario præsumatur habita fides de pretio, ad *Glos in* §. *venditæ, Instit. de rer. divis. verb. fidem, Merlin. de Pinor. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 41. *num.* 12. *Acosta de Privil. cred. reg* 1. *ampl.* 13. *sub num.* 4. *Maus. consult.* 10. *sub nu.* 21. Et Dominus soli, in quo operas præstiterunt, & cęmenta impenderunt cum præfata scientia, quia omnia cædunt solo, efficitur totius rei, & materiæ Dominus, ut sunt *Text. express. in* §. *cum in suo, Vers. ex diverso inst. de rer. divisis* & *in l. item pretio* §. *cum insula ff. locat.*, ac de facto nostrum Tribunal semper hujusmodi Artifices, & Fabros, censuit esse non Dominos materię, sed simplices creditores operarum, & pręții cæmentorum, ita videre est *decis.* 6. *num* 42. *& seq par.* 11., *& decis.* 32. *num.* 4., *& seq. par.* 12. *rec., dec.* 427. *nu.* 2. *cor. Priolo*, & cum aliis *in Romana Pecuniaria, seu cauthelæ Angeli* 4. *Apr.* 1718. §. *At non ità, & seq. coram R. P. D. meo Herrera.*

Hæc vero dubio procul procedunt in hac

11 hypothesi ex duplici facti circumstantia, altera quod deficit etiam præsuppositus subingressus in Juribus Mercenariorũ, & Dñrum cæmentorum, quia Creditores, qui deposuerunt hujusmodi pecunias traditas ad cambium Monicatto, illas solvi fecerunt Fabris Murariis, qui per antea absque ulla jurium cessione dominii præservatione, aut alia cauthela, vel qualibet die Mercenarios hujusmodi dimiserant, vel saltem in fine heb-do-

domidæ; & altera, quod prædicti Fabri Murarii, quibus Creditores solvi fecerunt eorum pecunias, certo certiùs habuerunt fidem Monciatto de pretio Fabricæ ab ipsis constructæ, seu reparatæ, dum usque ad annum 1715. integralem satisfactionem non obtinuerunt, quibus sanè positis, dubitari amplius nequit, quin interim ædificium effectum fuerit debitoris, & obnoxium remanserit hypothecæ dotali, quæ omninò
12 vincit eam hypothecam, quamvis specialem, quam habebant præfati Operarii in re constructa, vel restaurata, ut ponderat *Castill. quotid. contr. lib. 3. cap. 8. n. 27., Mart. Medic inter Decis. senen. exam. 11. nu. 22., & seqq. Merlin. Pignor. Cap. 26. n. 2 lib. 1., & Castald. consult. 78. n. 2.*

Consimile argumentum his addebat alter Creditor Cambii cum Monciatto communi debitore contracti, cujus pecunia soluta fuit Fabrio lignario pro pretio lignorum, & operarum subministratione in eadem domo ædificanda cum amplissima ejus jurium cessione. Arguebat enim sese ex persona,
13 & Jure dicti Fabri lignarii cedentis allegare posse privilegium illi competens, non quidem prælationis, sed subductionis à Patrimonio debitoris, quasi in hujus patrimonio extare non censeatur, nisi id, quod superest, deducta mercede, & rebus ab eodem Fabro murario subministratis, ex deductis *à Capic. latr. consult. 117. à nu. 37. ad 54., & Card. de Luc. de dot. disc. 81. n. 4.,*
14 *& disc. 166. n. 60.* Sed ultra quod & Faber lignarius habuerat fidem de pretio Monciatto debitori, dum ab anno 1704., quo Domus constructa fuit, fluit usque ad annum 1712., quo cum pecuniis Creditoris hodiè comparentis dimissus fuit, & sic & ipse non poterat considerari, nisi simplex creditor cedentibus ejus lignis in dominiû Monciatti, & jamdiù illis affectis hypotheca dotali illius Uxoris, juxta superiùs ponderata; ina-
15 plicabile detegitur tale argumentum respectu Mulieris creditricis dotis anterioris, & privilegiatæ ex ea ponderatione, quam rectè habuit præ oculis etiam Judex præcedentis instantiæ, quod facta subductione ista Cæmentorum, lignorum, & aliarum rerum, quæ domum constituunt, nihil remaneret pro dote, & privilegium adeo speciale ipsi attributum ab Imperatore in dicto §. *His consequens*, redderetur inutile, & frustatorium, neque contrarium afferunt *Capyc. lat., et Card. de Luc. mox allegati*, dum loquuntur de concursu super fructibus qui non dicuntur, nisi deductis expensis, non de concursu super re principali.

Hinc descendendo ad deducta per alium
16 Creditorem, qui in traditione suę pecunię ea ulteriori usus fuit cauthela, sibi reservandi specialem præambulam hypothecam adversus quoscumque, & etiam adversus dotem ipsam, non dubitarunt porro Domini, quicquid dixerint circa inefficaciam hujus pacti *Merlin. Pignor. d. contr. 26. n. 5. Tom. V.* circa fin., & ibi *Scopp. in addit. n. 1.*, quod illud tantum obtinere vim possit, ut excludat à re restaurata, vel ædificata cum pecuniis tali expressò pacto traditis etiam dotem, juxta opinionem, quàm aliàs secuta est *Rota dec. 223. cor. Buratt.*, ea præsertim ratione, quod sicuti reservatio dominii im-
17 pedit in alio dominii acquisitionem, & reservatarius dominii doti procul dubio præfertur, juxta deducta per *Merlin. de pign. q. 41. n. 46., & seq., de Luc de dot. disc. 166. n. 39., & bo. me. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 56. n. 1., & seq., & firmata in Romana, seu Sabinen. Cauthelæ Angeli 6. Martii 1711. § Quod sane cor. bo. me. Kau-*
18 *nitz.*, ita pactum reservationis specialis hypothecæ eii impeditivum acquisitionis hypothecæ, quæ à pari procedit eum ipso dominio, ut in puncto probant *Spad. consf. 266. n. 15., et seq. Vol. 2., Paulut. dissert. legal. 38. n. 28., et antiquior. relat., Rota d. dec. 223. n. 4., et seq. cor Buratt.*

Difficultas autem fuerit in applicatione;
19 hujusmodi quippe creditum quoad capitale consistit in scut. 2000., & certum in facto est, quod scuta mille soluta fuerunt mediante ordine exarato sub die 28. Iulii 1704. pro laboreriis jam factis, undè convenientes DD. cum sensu Iudicis, à quo pro his scutis mille suffragari non posse memoratum pactum censuerunt, tùm quia jam tunc in prædictis laboreriis, & in prædicta Fabrica jam confecta hypothecam acquisiverat Octavia Creditrix suæ dotis, ac propterea in ejusdem dotis anterioris præjudicium nullum in iis jus sibi poterat reservare, *Merlin. pign d. cap. 26. n. 1., Rota in Romana Pecuniaria 2. Decembris 1718. §. Etenim in fin. cor. R. P. D. meo de Gamaches*, & solum
20 pro prædicta summa ille creditor potuit acquirere Jura Artificum, quæ, ut supra dictum est, non sunt hypotecę dotalis exclusiva, tum quia respectu hujus quantitatis, dum tempore ejusdem solutionis laboreria
21 jam facta fuerant, deficit probatio versionis, qua fieri poruerunt ex pecuniis jam ab aliis antea traditis, vel propriis ipsius debitoris, & sine probatione hujusmodi versionis constitui non potest hypotheca exclusiva Creditoris anterioris, ut firmatum fuit in puncto consimilis solutionis *in Romana immissionis 17. Martii 1719. §. Verum DD. cor. bo. me. Ansaldo.*

Non sic res procedere visa fuit quoad alia
22 scuta mille soluta expost, cum diversis ordinibus, quia etiamsi isti quoque ordines exarati fuerint cum eadem expressione laboreriorum jam factorum, tamen cum hoc tempore intermedio, a die scilicet 24. Julii ad totum mensem Augusti nullus alius pecunias crediderit Monciatto: credendum omnino est, quod Ædificium, quod tunc erat in majori calore, si non pro tota d. residuali, saltem pro aliqua summa creverit, & expletum fuerit ex pecuniis hujus creditoris, itaut juxta temperamentum prædicti

 Ju-

Judicis, à quo pro eadem aliqua summa li-
quidanda, pactum relatum, quo iste credi-
tor sibi cavit, suam possit executionem pro-
mereri etiam adversus dotem, juxta mox ad-
ductas authoritates.

His ita firmatis, agendum supererat de ali-
quibus generalioribus argumentis, quibus
unitim Creditores utebantur in ejusdem do-
talis hypothecæ, & prelationis exclusionem
sed inutiliter; quandoquidem nullatenus
23 DD. obstare visa est exceptio illa, quod
in Fabrica nondum perfecta illa acquiratur
hypotheca, sed istius acquisitio conferatur
ad illud ultimum tempus, seu momentum,
quo illa perfecta integrè remansit, hoc enim
procedere fortasse potest quoad Creditores
paris tituli ex eadem scilicet Fabricæ con-
structione, vel restauratione, quorum re-
spectu, sicut consideratur identitas causæ,
ita admitti valet æqualis concursus, non at-
tenta temporis prioritate, & in his terminis
loquuntur *Rodriq. de concurs. p. 2 artic. 4.
n. 40., de Luc. disc. 12 n. 7. de Regal.*, & aliis
allegat.; sed quidquid sit in dd. terminis,
24 utique secus est in concursu creditorum ex
diversa causa, ut est mulier ex causa dotis,
cui si tantum eo tempore, quo ædificium
perficitur, acquisita diceretur hypotheca,
numquam potest frui privilegio sibi attributo
in §. *His consequens*, quia istud ipsi de fa-
cto attribuitur pro dote anteriore in tem-
pore, ad hoc, ut vincat superventas hypo-
thecas, & esset frustratoria questio ipsa pre-
lationis, quæ inter dotem anteriorem agi-
tur, & Creditores pecuniæ impensæ in ædi-
ficiis, & inutile esset pactum preambulæ
hypothecæ, dum non daretur prius, neque
posterius.

Minus vero attendenda visa fuit alia obie-
25 ctio, quod privilegium istud prælationis
dotibus attributum in §. *His consequens* sit
subsidiarium, quatenus illæ non possint sa-
tisfactionem obtinere in aliis debitoris bo-
nis, non affectis specialibus hypothecis, jux-
ta *Spad. cons. 265. in fin to. 2.*, nam alias
prelatio illis indulta verteretur in totalem
exclusionem hujusmodi creditorum non so-
lum à Fabrica suis pecuniis extructa, sed
etiam ab aliis bonis debitoris, quæ occu-
pantur ab intermediis aliis Creditoribus.

Quandoquidem opinio præcitati Docto-
ris expresse confutatur per *Castald. consult.
78. sub n. 2. vers. minus urget*, ubi quod
idem privilegium nullo modo dici debet
subsidiarium, & Castaldi assertionem com-
probat observantia Tribunalium Urbis, &
signanter nostri Auditorii, nam licet Spa-
da ediderit dictum Consilium in eadem cau-
sa, in qua prodiit decis. 223. cor. Buratt., &
licet etiam ejus opinio adducta fuerit nuper
in alia causa *Romana concursus 6. Maii pro-
xime preteriti coram Me*, nunquam tamen
admitti promeruit, & è contrario fuit cano-
nizata competentia prælationis favore Mu-
lierum. Neque in istarum concursu alienum
26 prejudicium attendendum est, non solum
quia ubi actio alicui de Jure competit, ne-
quit ei agendi libertas coarctari, ad *text. in
l. Creditor ff. distract. pign.*, & *in l. Mos-
chis 47. ff. de Jur. fisc.*, & *Rota decis. 899.
n. 2. cor. Emer. jun.*, & *in Romana reau-
ctionis in pristinum ll. Montium super exe-
cutione mandati 28. Novembris 1718. §.
Absque cor. R. P. D. meo Falconerio almæ
Urb. Gubernatore*, tum quia si Mulier coge-
27 retur alia Viri debitoris bona persequi, alio
& ipsa gravaretur præjudicio, nam cogere-
tur quærere satisfactionem ex bonis intrica-
tis, & emittere obligationem de restituen-
do prioribus, & potioribus cum periculo
successivæ avocationis, quibus omnibus non
subiacet, si pecunias recipit uti potior ex
dispositione dicti §. *His consequens*; & ideo
æquum nō est, ut ad eadē bona persequenda
adstringatur juxta firmata in *Romana Im-
mis. 6. Mart. 1705 §. In nibilū cor. b. m. Oman-
na*, & *in Romana Salviani, seu Canonum
prima Decembris 1710. §. Minusque coram
clar. me. Card. Priolo*.

Et ita omnibus Jura sua strenuè deducen-
tibus resolutum fuit &c.

ROMANA RESTITUTIONIS HÆREDITATIS SUPER EXEQUTIONE MANDATI.

Lunæ 17. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Gravatus, qui incertum de certis personis ad
hæreditatem vocare teneatur, licet aliquod
onus ei nequeat adiicere; attamen si quid
ultro vocato de proprio relinquat, illi po-
test gravamen iniungere, quique ulterius,
si tale acceptet testamentum, onus præfa-
tum non valet amplius excutere.

SUMMARIUM.

1 *Legatarius acceptans legatum sibi à Testa-
tore relictum, cum Testatore se contra-
xisse dicitur, & amplius resilire non va-
let*, & n. 7.

2 *Gravamen non potest imponi ab illo, qui in
testamento incertum, de certo tamen ge-
nere personarum vocare teneatur.*

3 *Limita, quando nominationi sic factæ ali-
quid de proprio Testator addidit, & ra-
tione talis additamenti aliquod iniunxis-
set onus, ac declaratur textus* in l. unum
ex familia §. Et si ff. de legat 2.

4 *Pœna indicta heredi necessario vocato, si-
mulque legatario substinetur quoad lega-
tum tantum, non vero quoad causam de
jure insubsistentem*, & vide rationem in
nu. seq., & amplia, ut in n. 9.

5 *Actus semper referri debet ad causam de
jure subsistentem, non vero ad alteram
de jure probibitam.*

6 *Hæres gravatus in præjudicium heredis fi-
deicommissarii, non potest onus super fi-
deicommisso acceptare.*

7 Lega-

7 *Legatarius acceptans legatum cum onere sibi iniuncto, etiam ad totum onus adstrictus remanet, nullo habito respectu ad quantitatem, & proportionem emolumenti legato infixi.*

8 *Amplia, quando legatum non esset compensativum, quo casu onus deberet esse in pari mensura cum legato, sed esset pro omni, & toto eo, quod legatario de jure competeret.*

10 *Actus individuus non potest in una parte favorabili acceptari, & pro parte contraria reiici*, & n.5.

11 *Legatarius ut dicatur legatum cum onere iniuncto acceptasse, probatur ex quo testamentum ad suam intentionem fundandam produxisset, & illius vigore legatum postulasset.*

12 *Amplia, quando declarasset se velle acceptare legatum cum omni commodo, et incommodo sibi à legante iniuncto, et per viginti annos siluisset*, & subamplia, ut in n. seq.

14 *Legatarius declarans se acceptare legatum cum verbis* -- prout in testamento continetur - *relativè ad idem testamentum in omnibus sui partibus se habuisse dicendus est.*

16 *Appellatio interposita ad cauthelam à declaratione facta ab Authore appellantis, cum expressa præservativa Juris quæsiti, in alium non trahitur sensum, quam declarationis magis specificæ, nec actum turbiditate afficit.*

17 *Actus ad majorem cauthelam in contrarium sensum detorqueri non potest, et cauthela superabbundans juri quæsito non præjudicat.*

18 *Confessio Procuratorum sine speciali mandato procuræ principalibus non præjudicat.*

DECISIO MCLXXXIX.

Geminis Sententiis in nostro Auditorio latis, quarum prima prodiit à R. P. D. meo Falconerio præviis decisionibus editis 9. Martii, & 22. Junii 1716., altera vero evulgata fuit à R.P.D. meo Cerro præviis aliis decisionibus dierum 27. Junii 1718., & 27. Martii 1719. fuit absolutum V. Monasterium B. Mariæ Septem Dolorum à reintegratione hæreditatis Ducis Joannis Sabelli, quam ab eodem Monasterio uti causam habente à Ducilla Camilla Virginia ejusdem Ducis filia, & hærede, petierant in Judicio Creditores Principis Julii Sabelli nominati ad hæreditatem d. Ducis Joannis per memoratam Ducillam Camillam Virginiam. Cum autem, reclamantibus prædictis Creditoribus, causæ cognitio delegata mihi fuerit cum clausula -- *Constito de duabus*, - hinc rediit ad trutinam sub novo dubio eadem Creditorum petitio. At quia DD. non minùs validè, quàm justè censuerunt illos fuisse exclusos in præcedentibus instantiis, congruo dubio in hodierna Rota proposito, responderunt -- *Constare de duabus*.

Siquidem præsupposita validitate, quæ non erat in controversia, justitia satis clarè deprehendebatur ex quatuor prærecensitis decisionibus, in quibus optimè firmatum
1 fuit, quod si jam semel placuit Principi Julio, loco ejus reintegrationis, quæ in hoc judicio petitur, consequi à Ducilla Camilla Virginia legatum Tenutæ Ripaltæ relictum sua ea lege · *Che debba restar contento, e sodisfatto di tutto cio. che potesse pretendere nel Patrimonio di me Testatrice, tanto in virtù di detto testamento, e dispositione paterna, quanto per ogn' altra via, e causa* &c. non potest à tali facto resilire, neque actum jam serio consumatum retractare; censetur enim cum ipsa Testatrice, & aliis ab ea causam habentibus quasi contraxisse, ac voluntati illius plenariè se subijecisse, ut aliis relatis præcipuè firmant *dec.* 9. *Martii* 1716. §. *Firmissima cor. R.P.D. meo Falconerio*, *et* 27. *Junii* 1718. §. *Conspirabant cor. R.P. D. meo Cerro*, & jam plenè dictum fuerat in *Romana immissionis super Domo* 27. *Junii* 1713. §. *Non attento cor. Reverendissimo P. D. Aldrovando Archiepiscopo Neocæsarien.* 23. *Februarii* 1714 §. *Demum*, *et seq. cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto*, *et* 13. *Maii* 1715. §. *Hujusmodi coram eodem R.P.D. meo Cerro*.

Hujusmodi exceptionem, qua eorum pe-
2 titionem omnino repelli noscebant Creditores ejusdem Principis legatarii, iterum duplici evitare conabantur responsione potestatem Ducillæ Camillæ Virginiæ legantis, & altera voluntatem Principis legatarii circa talem legati acceptationem. Sed inutiliter, quia respectu potestatis Ducillæ legantis nequaquam obstabat, quod ipsa teneretur ex dispositione Ducis Joannis nominare incertum de certo tamen genere personarum, ideoque nullum electo posset gravamen iniungere, ad *text. in l. Unum ex familia* §. *Et si ff. de legat.* 2.; quia dispositio
3 hujus textus eam recipit declarationem, quod si eligens non sistit intra terminos puræ nominationis, neque onus imponit bonis nominato omninò restituendis, sed Testatoris Beneficio suam addit liberalitatem, & aliquid de proprio tribuit electo, & ratione talis additamenti onus iniungit electo; tunc quidem istud onus tanquam non profluens à nominatione ipsa, sed ab emolumento relicto eidem nominato rectè subsistit, & servandum est, ut distinguendo tradunt hujus causæ decisiones, prima nempe coram R. P.D. meo Falconerio §. *Nihilominus*, *& seq.*, & altera prima pariter secundæ instantiæ §. *Profecto cor. R. P. D. meo Cerro*, & firmavit pariter pluries *Rot.*, *ut in Reatina successionis* 3. *Junii* 1709. §. *Agendum cor. cl. me. Card. Priolo*.

Nec urget, quod imò gravamen censea-
4 tur additum ipsi electioni, & non legato eo ipso, quod Testatrix in casu contraventionis declaravit arcere Principem Julium à beneficio nominationis. Quicquid enim ef-

set si comminata privatio restricta foret ad
solam nominationem, sanè dum complecti-
tur tàm illam, quàm relictum ipsius nomi-
nantis juxta ea verba -- *Privo il sudetto del-*
la nomina, e legato -- tùnc, sicut non curata
pæna, adhuc potuisset Princeps Julius nomi-
nationem obtinere, ita eadem pęna restrin-
gitur ad solum legatum, & ejus respectu
tantum subsistit, & sic juxtà regulam refe-
5 rendi quemlibet actum ad causam de jure
subsistentem, non verò ad alteram eodem
jure damnatam d. gravamen, & pœna ad
legatum unicè referri debet, ut per *Alti-*
mar. de nullitat. rubr. 5. qu. 50. nu. 4., *Cy-*
riac. controv. 560. n. 26., & alios relat. in
laudata decisione R.P.D. mei Cerri §. *Nec*
argumenti, *tradit Peregrin. de fideicomm.*
art. 48. n. 83., *Rota dec. 444. sub n. 4. p. 4.*
& dec. 180. n. 5. p. 5. tom 1 rec.

Nihilque refert, quod licèt gravamen non
tangat directè, & immediatè hæreditatem
omnino restituendam, afficiat tamen illam
indirectè, quia operatur, ut eadem hæredi-
tas restituatur aliquo modo diminuta. Ur-
6 geret enim obiectum, si res esset cum fidei-
commissario proprio jure succedente in fi-
deicommisso, cui præjudicari non potuisset
per hæredem gravatum acceptando onus
hujusmodi causativum indirectæ diminutio-
nis fideicommissi; secus tamen esse debet in
casu nostro, in quo fideicommissum expira-
bat in ipso Principe Julio legatario accep-
tante dictum onus, qui in sui præjudicium
nemo dixerit id facere non potuisse.

Sicut neque inquirendum est, utrum sub-
stineatur onus, quando isti æquivalet emo-
lumentum, ut hic prætenditur; quia reli-
cta hujusmodi quæstione ad alios casus, ea
in præsenti locum non habet, dum tota sub-
stantia legati à Testatrice restricta fuit ad
hujusmodi onus adiectum rei proprię cum
omnimoda ademptione in casu contraven-
tionis: Unde si legatarius acceptat legatum,
7 obstrictus remanet etiam ad totum onus non
habito respectu ad quantitatem, & propor-
tionem emolumenti, ut egregiè explicat
Gloss. in l. Imperator §. Sed si certum ff. de
legat. 2., & distinguendo tradunt *relat. in*
decisione supramemorata 9. Martii 1716. §.
Quatenus cor. R.P.D. meo Falconerio, dum
8 præsertim Testatrix non disposuit per viam
compensationis, quæ fortassè deberet esse
in pari mensura cum legato, ut substinebant
Creditores, sed reliquit Tenutam pro omni,
& toto eo, quod nominatus, seu legatarius
prętendere posset, quo casu totum pendet
ab ejusdem legatarii acceptatione.

Obijci itidē nō profuit, quod Tenuta lega-
9 ta utpotè subrogata loco rerum fideicom-
missariarum distractarum jam veniret in
restitutione hæreditatis facienda nominato,
sicut venissent res ipsæ distractæ. Quando-
quidem ista subrogatio non fuit facta sim-
pliciter, & absolutè, sed sub sæpedicta con-
ditione acceptationis pro omni, & toto eo,
quod à legatario prætendi posset pro rerum
prædictarum distractione, ac propterea per
10 actum omnino individuum unico instanti,
quo fuit volita subrogatio, fuit appositum
onus, & sic hujusmodi actus nequaquam po-
terat pro parte tangente subrogationem ac-
ceptari, & pro alia gravamen iniungente
reprobari, ut latè responsum fuit huic obie-
cto in *prima dec. mox allegat. §. In nibilo, &*
§. Haud suffragante cor. R.P.D. meo Fal-
conerio.

Quemadmodùm verò ex his certa omni-
no erat potestas Ducissæ Testatricis, ita ex
11 aliis consimilibus univocis facti circumstan-
tiis certa reddebatur etiam voluntas Princi-
pis legatarii circa acceptationem ejusdem
oneris sibi iujuncti in eodem relicto. Non so-
lùm enim dictus Princeps Julius successivè
petiit associationem ad Tenutam Ripaltæ,
& quidem prævia productione Testamenti
dictæ Ducissæ Camillæ Virginiæ, & à Judi-
ce mandatum obtinuit juxta formam dictæ
dispositionis, ex quo fit, quod ejus petitio
restricta non fuerit ad Fideicommissum Du-
cis Joannis, sed singula singulis congruè re-
ferendo censenda sit relativa ad jus proficis-
cens ex legato in Testamento producto con-
tento, juxta ea, quæ advertit tum dicta de-
cisio 9. Martii 1716. §. *Invincibiliter, &*
seqq., ubi optimè explicatur hujusmodi pe-
titio, & contemporanea exhibitio etiam Te-
stamenti Ducis Joannis, cujus fideicommisso
non erat ullo modo gravata dicta Tenuta,
neque affecta ejus reintegratione, nisi per
pręfatum legatum, tum in aliis editis 27. Ju-
nii 1718. §. *Apprimè, & seqq.*, ubi pariter
eadem approbatio egregiè fundatur in de-
creto Judicis decernentis immissionem, &
27. Martii 1719. §. *Cum itaque cor. R. P. D.*
Cerro.
12 Verùm etiam ex post publico solemnique
instrumento expressè declaravit, sese accep-
tare eamdem Tenutam cum omni commodo
& incommodo memoratę dispositionis exa-
ratæ à Ducissa Camilla Virginia, in modum
ut dum ex ista declaratione adeo certa red-
ditur ejus voluntas, ulterioribus argumen-
tis nequaquam opus sit eam confirmare, ad
Tex. in leg. ille, aut ille, ibique Doctores ff
de legat. 3.

Hujus autem declarationis efficaciam fru-
stra Creditores interpretandam esse suade-
bant correspectivè ad quasdam lites super
eadem Tenuta vigentes, & ponderatas in
13 eodem Ducissæ Testamento. Stat enim in
contrarium littera ipsius declarationis, cui
etiam jungitur observantia ipsius Principis
declarantis, qui per 20., & ultra annos ei-
dem declarationi, & acceptationi legati cum
14 suo onere aquievit. Habetur enim in illa
declaratione indefinita illa relatio ad Du-
cissæ Testamentum per ea verba -- *prout*
in eo continetur -- unde tam acceptatio,
quàm declaratio prædicta directa videtur
ad totum, sea semper urgente ponderatione,
quod actus erat individuus, cum in eodem
Testamento contineretur relictum cum
men-

mensione litium, & cum obligatione illud
acceptandi pro omni, & toto eo, quod pre-
tendere posset lagatarius acceptans, ideoque
15 non poterat in parte acceptari, & preser-
tim respectu unius gravaminis, nisi etiam
acceptaretur quoad aliud in eadem disposi-
tione contentum, & eidem rei indictum, ut
in puncto duplicis oneris firmavit *Rot. in Romana legati 7. Decembris* 1708. §. *Neque obstare cor. Emo D. Card. Scotto, & in confirmat.* 22. *Junii* 1709. §. *Ex his cor. R. P. D. Crispo.*

Absque eo quod adeo certam Principis
Julii acceptationem aliquo modo obumbrent
actus ex postea gesti, vel ex incuria, vel
forsan etiam ex nimia cauthela à Defensori-
bus tunc temporis Ven. Monasterii, qui à
dicta declaratione Principis tamquam non
satis clara appellarunt, & subinde assump-
serunt examen reintegrationis compilando
petitias ad effectum liquidandi alienationes.
16 Quandoquidem appellatio interposita fuit
ad cauthelam, & cum expressa præservatio-
ne juris jam Monasterio quæsiti ex accepta-
tione jam facta; quamobrem in quemcum-
que sensum trahatur, non poterit illa signi-
ficare nisi majorem ejusdem Monasterii sol-
licitudinem in declaratione magis specifica
expetenda, nec poterit reddere turbidum
actum, qui cæteroquin omni caret umbra
turbiditatis, *Rot dec* 299. *n.* 19., *& seqq p.* 11. *dec.* 433. *n* 10. *p.* 19. *rec.*, *& dec.* 32. *n.* 47. *cor. bo. me. Ansaldo.*

Et assumpta liquidatio reintegrationis de-
bitę hæreditati Ducis Joannis ob alienatio-
nes factas à Ducissa Camilla Virginia Auctri-
ce Monasterii, nunquam disjuncta fuit ab ar-
ticulo in nostro Tribunali vigente super il-
lius incompetentia ratione acceptationis
jam factę Legati Tenutę Ripaltæ à Principe
Julio Successore in hæreditate Ducis Joan-
nis ex nominatione dictæ Ducissæ, ac de
17 facto simul, & semel, ac in sequelam reso-
lutionum Rotalium, quæ prodierant *coram bo. me. Emerix, & cor. Me*, agebatur de ea-
dem teintegratione, petita, & obtenta fuit
in hac alia controversia appellatio suspensi-
va à Signatura Justitiæ, & litigium succes-
sivè prosecutum extitit absque ulla acquies-
centia, in modum potius, ut actus prædicti
gesti sint ad cumulanda jura suæ defensio-
nis, quam ad illa restringenda, seu renun-
cianda, juxta ea, quæ ponderat decisio 27.
Junii 1718. § *fin. cor. R. P. D. meo Cerro*, &
prius latè disseruit *altera* 9. *Martii* 1716.
cor. R. P. D. meo Falconerio à §. *Nulla igi-*
18 *tur ad finem*, in qua ostenditur non potuis-
se ex his ullum Monasterio præjudicium ir-
rogari, etiamsi adducerentur actus omnino
expliciti, cum prodierint post jus quęsitum,
& à Defensoribus illius sine mandato legiti-
mè ad illos dato, servatisque aliis solemni-
tatibus.

Et ita relativè in omnibus ad easdem qua-
tuor decisiones præcedentium instantiarum,
relictis aliis, quę ibidem confutantur Credi-
torum argumentis responsum fuit utraque
Parte informante, & 5., & 6. suffragium fe-
rentibus &c

URATISLAVIEN. JURIS APPROBANDI CONFESSARIOS.

Lunæ 17. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Jus approbandi Confessarios tam Regulares, quàm Seculares non ad Abbates Monasteriorum, vel cæteros Ecclesiarum Superiores pertinet, sed ad Ordinarios privativè, *ex dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 23 de reform. cap. 15.*

In materia Apostolicarum derogationum mens Pontificis totum operatur, ad quam unice pro judicanda compræhensione unius, vel alterius privilegii recurrendum est.

SUMMARIUM.

1 *Jus approbandi Confessarios pertinet ad Ordinarium.*

2 *Amplia, ut neque Prælati Regulares valeant Monacorum Confessarios approbare, quamvis Monasteria eis essent subjecta*, & nn. 7, 8., & 19.

3 *Jus Ecclesiasticum antiquum allegabile non est adversùs Constitutionem Apostolicam ex post superventam.*

4 *Derogationis materia in omni casu pendet à voluntate Pontificis derogantis, ad quam unicè pro compræhensione unius, vel alterius privilegii recurrendum est.*

5 *Derogatio generica in Constitutione apposita, per viam legis facta, quæcumque continet privilegia, clausulas derogatorias continentia*, amplia, ut in n. 6.

6 *Derogatio Apostolica ex quibus dicatur se extendere ad abolitionem privilegiorum, de quibus specialis mentio foret necessaria, in se derogatorias derogatoriarum habentium.*

7 *Ius approbandi Confessarios sublatum non censetur Ordinario per hoc, quod Abbates Monasteriorum haberent jus eos nominandi, & ad nutum amovendi, & quare?*

9 *Derogatio, quæ de præcedenti constitutione non loquatur, ad istam se non extendere præsumitur, & cur?*

10 *Reservatio jurium facta in transactione numqam præsumitur extendibilis ad illud jus, cui juris dispositio adversaretur*, & vide casum.

11 *Transactio de sui natura stricti juris est, & non compræhendit nisi ea, de quibus præcisè agitur.*

12 *Transactio, ut bene in parte dubia interpretetur, qualitas transigentium, res, super qua fuit transactum, ipsiusque transactionis natura inspiciendę sunt.*

13 *Observantia immemorabilis, ut statum præbeat, debet concludenter, & cum suis qualitatibus, & notoriis requisitis probari.*

14 *Remis-*

14 *Remissoria ad examinandos testes non conceditur in Rota, nisi super ea particulare dubium datum sit.*
15 *Testimonium non possunt præbere Monaci in causa favore eorum Abbatis, uti testes in causa propria.*
16 *Testis non probat negativam, nec immemorabilem, nisi addat aliter esse non posse, quin ipse sciverit, & possibilitatem in contrarium penitus excludat*, amplia, ut in num. 18.
17 *Ordinarius probare non tenetur suam facultatem privativam approbandi Confessarios, & cur?*
19 *Observantia immemorabilis nil in contrarium, neque gestum, neque actum fuisse requirit.*

DECISIO MCXC.

JUs approbandi Confessarios Sanctimonialium Monasterii Trebinicensis, quod sibi arrogare contendebat Rmus Abbas Lubensis Ordinis Cistercinienfis, ex quo idem Monasterium huic suo Ordini subjectum sit, etiam privativè quoad Celsissimi Episcopum Uratislaviensem, in cujus Diœcesi Monasterium prædictum situm reperitur, opus fuit eidem Episcopo sibi præservandum curare in judicio, & ideo ejus controversiæ definitionem dalegari obtinuit ex speciali commissione relaxata ex decreto Rmi Auditoris Sanctissimi Sacræ Congregationi Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum cum voto nostri Auditorii, in quo in sequelam talis commissionis disputato dubio in audientia diei 3. Februarii superioris anni coram bon. mem. Ansaldo -- *An Confessarii Monasterii Trebinicienfis deputandi à Cistercienfibus, sint approbandi ab Ordinario Vratislaviensi* --, prodiit responsum non attemis deductis pro Parte Rmi Abbatis *affirmativum*, ut ex decisione sub dicta die evulgata.

Cum autem de more concessa extiterit eidem Abbati nova audientia, hinc hodie coram Me rediit ad trutinam eadem quæstio sub congruo, consuetoque dubio, cui, reassumpto examine fundamentorum deductorum hinc inde, iisque maturè discussis, responsum fuit *Standum esse in decisis.*

1 Ordinarius enim pro controverso jure sibi adscribendo fundatam habet intentionem, tum in litterali dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.23. de reform. cap.15.*, tribuente solis Episcopis in eorum Diœcesibus jus approbandi Sacerdotes tam Sæculares, quàm Regulares pro audiendis Confessionibus, ut optimè explicant *Barbos. ad idem Conc. loco allegat. n.23. Pignat. Consult.95. n.10. tom.10., & Rot. dec.49. n.1. post Tambur. de Jur. Abbat.*, tum & fortiùs in notoria Constitutione inexcrutabili san. memor. Gregor. XV. inter ejus impressas *Bullar. nov. tom.4. la 18.*, per quam expressè cau-
2 tum legitur, ne Prælati Regulares approbare valeant Confessarios Monialium, quamtumvis ipsæ eorum Ordini subjectæ sint, sed talis approbatio spectet consequenter ad solos Episcopos, ut cum aliis adductis in decisione quæ revidetur §. *Motivum, tradunt Tusc. de Visit. lib.2. cap.18.n.45., Antonell. de regim. Eccles. cap.12. n.10., & pax Jordan. Lucubr. lib.7. tit.12. de Monial., & Hilar. Visit., & regim. n. 201. tom.2.*

Has Ecclesiasticas sanctiones triplici fundamento evitare satagebant Rmi Abbatis Defensores, primò nempe, quia concurrerent ipsius favore aliqua Apostolica Privilegia; secundò, quia de hoc jure actum fuerit in transactione inita sub anno 1677. inter Abbatem Lubensem tunc temporis, & cla. me. Cardin. Langravium de Hassia, pariter eo tempore Episcopum Uratislaviensem; & tertio demum quia concurrat ejusdem Abbatis, favore præscriptio immemorabilis, cujus vigore ampliùs refricari non possit jus istud, sibi ex tali præscriptione attributum; nullum tamen ex his fundamentis distinctè examinatis subsistere visum est.

3 Et sermonem ordiendo à Privilegiis Apostolicis, statim Domini præmittebant temporis distinctionem, quod aut illa sunt concessa ante editam Constitutionem prædictam san. mem. Gregor. XV., aut post. Si ante, prout erant ea pro Abbate deducta Honorii III., Innocentii VIII., & S. Pii V. absque alia peculiari eorum efficaciæ discussione, concludebant, quod per præfatam Constitutionem sublatum remanserat istud jus, etiam si in iis fuisset præcisè concessum, dum omnibus, & quibuscumque Apostolicis Privilegiis inibi derogatur, ut ex ejus lectura dignoscitur.

4 Neque obstat, quod etiam Ordini Cisterciensi illud fuerit à san. mem. Gregorio IX., concessum Privilegium, quod nullæ Litteræ Apostolicæ illi præjudicium irrogent, nisi de eo specialem, & expressam faciant mentionem; ideoque præfata Constitutio sa. me. Gregor. XV. hujusmodi specialem mentionem non continens, non potuerit eorum anterioribus indultis præjudicare, quoniam cum in materia derogationum totum operetur mens Summi Pontificis, ad quam unicè pro comprehensione unius, vel alterius privilegii recurrendum est, ut monet *Rota dec.133. n.2 p.1 divers., dec.100. n.57 p.5., & post Vivian. de larepatr. dec.91. n.12 &*
5 *seq.* Satis ad hunc effectum videbatur respectu Constitutionis Gregorii XV., quod iste Summus Pontifex non solùm per eã professus fuerit indicere legem universalem, quo casu necessaria nequidem fuisset ulla derogatio præcedentium privilegiorum, ut docent *Felin. in cap. Nonnulla de rescript. Cardin. Albit. penès Card. de Luc. de jurisdictione discept. 2. q.9. n.2., Rot. cor. Puteo dec. 164. n.2. lib.2. in antiq., cor. Pen. dec. 1042. n.5. cor. Burat. dec.390. n.5. Post b. de manut. decis 4054. n. fin., & dec.8. n.9 p.1. rec.*
6 Verùm etiam quibuslibet de facto anterioribus privilegiis derogare intellexerit sub

sub illa verborum amplitudine, cum qua in eadem Constitutione locutus fuit ibi -- *Etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis speciali, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset junctis consuetis clausulis, & aliis sequentibus verbis -- Tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes.* -- Ex his namque patet, Pontificem derogasse etiã privilegiis eorum, de quibus specialis mentio quovis modo necessariò facienda est, & habentibus pro se derogatoriis quoque derogatoriarum ex deductis per *Felin. in cap. Nulli n. 4. de rescript. Card Albit. d. q. 9. n. 5., Rot. dec. 1. de rescript. cor. Mohedan.*, & perpendendo consimilia verba Indulti S. Pii V. *dec. 10. n. 10. & seq. cor. eod summ.* Pontifice Gregorio XV. priùs nostri Tribunalis Auditore.

Quæ cum ita sint unicè agendum supererat de Indulto fa. me. Alex. VII., in quo eisdem Patribus Cisterciensibus facultas impartitur instituendi, & destituendi Confessarios pro Monialibus sui Ordinis; sed ex eo minimè inferri posse Dominis visum est ad excludendam necessitatem ex præmissis inductam præcipiendi approbationem ab Ordinario, quippe quia idem Summus Ponti-
7 fex in ista sua Constitutione, quæ habetur inter ejus impressas in *Bullar. to. 6. la 168. 5. 15.* ad id allegato. Nihil aliud disponit, quam quod pro recto regimine ejusdem Ordinis, cui per hanc Constitutionem consulere intendebat, licitum foret Abbati Generali, & quatuor primariis Abbatibus deputare Confessarios Monialium ad nutum movibiles, qui ab iis instituantur, & destituantur; sed ab hoc actu deputationis ad nutum, & institutionis, & destitutionis volitæ, pro regimine Ordinis, & ea obedientiæ Lege, quam Superioribus Religiosi servare tenentur non resultat, quod ipsis concessa sit exemptio à
8 jurisdictione Ordinarii, quibus de jure competebat facultas illos approbandi, & citra quam approbationem ab Ordinario expetendam jus ipsorum resistit intentioni, cum eidem Ordinario tantùm privativè quoad Prælatos inferiores actus omnino distinctus auctorizabilis approbationis competat, juxta notata per *Gloss. 1., & Doctores in Clement. 1. §. Volumus de for. competen.*, & per *Fagnan. in cap. eam te n. 3. de ætat. & qualit.*,
9 ac de facto nulla nec tacita, nec expressa in ista Constitutione derogatio legitur præcedenti Constitutioni supra relatæ Greg. XV., quam cæteroquin Papa non omisisset, si contra illam disponere intellexisset.

Absque eo quod in contrarium allegare juvent nostri Tribunalis decisiones editas in Causa *Burgen. Iurisdictionis super Commissione Curæ, & Actibus Parochialibus cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & R. P. D. meo Crispo.* In eo quippe casu dubitari non poterat de comprehensione in privilegio Apostolico institutionis quosque auctorizabilis respectu Vicariorum, de quibus inibi agebatur, quia verba ipsa privilegii loquebantur semper *privativè quoad Archiepiscopum*, ut ex tenore Indulti relato in decisione diei 23. Febr. 1714. *§. Sicut Rector. cor. R. P. D. meo Falconerio.*

A privilegiis transeundo ad concordiam anni 1677. Domini ponderabant, quod in ea ex sensu ipso scribentium pro Rmo Abbate nihil aliud ad rem legitur, nisi quod cessum fuit Episcopo jus approbandi Regulares ad audiendas Confessiones Sæcularium; ex quo quidem frustra variæ cumulabantur illationes pro inducenda persistentia hujus juris quoad Confessiones Monialium penes Abbatem, quia & illud cessum non fuerit.
10 Hoc enim tunc fortasse procederetur, quando respectu ejus juris faverèt ipsi Abbati assistentia juris, vel saltem illi non resisteret, ut supra jam demonstratum fuit, secùs verò est, quando tam dispositio Sacri Concilii Tridentini, quàm Constitutiones Pontificiæ assistunt Episcopo, cui istud jus privativè tribuunt quoad Prelatos inferiores, tunc enim si quid præservatum dici potest ex omissa particulari de eo dispositione, in aliquo actu ipsi Episcopo preservatum intelligitur, & de cetero illud est advertendũ, quod sumus in transactione inita ad tramites controversiarum, quæ præcesserant, & nullam fuisse constat controversiam super eo jure, de quo agimus approbandi Monialium Con-
11 fessarios, quodque transactio de sui natura est stricti juris, itaur non comprehendat nisi ea, de quibus præcisè in ipso actum est, & tamen in ea nec verbum quidem factum est de tali jure Abbati præservando, vel tribue-
12 do; undè resilit præmissis illationibus qualitas personarum transigentium, res de qua transactum fuit, & natura ipsius transactionis, juxta firmata *dec. 492. n. 20. cor. Bich., dec. 154. n. 13. & 14. p. 9. dec. 66. n. 22. p. 18., & dec. 667. n. 5. p. 19. rec. tom. 2.*
13 Hinc descendendo ad postremum Abbatis fundamentum sistens in observantia immemorabili, & centenaria, ex qua sibi jus istud approbandi Confessarios Monialium Trebincentium competere allegabat privativè quoad Episcopum. Domini quidem prænotabant, quod ultra resistentiam quam habet etiam immemorabilis ex dicta Constitutione famæ. Gregor. XV., quæ eam tollit, & inficit, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii in una *Cadurcen. 12. Iulii 1658. relat. per Monacell. in formul. leg. to. 2. form 15. tit. 15. n. 6.* eidem Rmo Abbati eamdem immemorabilem alleganti incumbebat onus eam concludenter probandi cum si is notoriis requisitis, *gloss. in cap. bon. memor. de rescript. in 6.*, ut firmat *Rot. 324. n. 8. coram Bich. dec. 454. n. 7. cor Dunoz jun., & decis. 334 n. 11. p 18. rec.*, & in hac probatione non solùm jam se deficere idem Abbas profi-
14 tetur, eo ipso, quod non adducit nisi Testes ad perpetuam deponentes, & incongruè petit Remissoriam ad illos formiter examinandos

nan.ioanon dato particulari dubio, in quo materia articulata examinetur, juxta stylum nostri Tribunalis, sed etiam in effectu
15 deficit, quia Testes ab ipso adducti sunt, ut plurimum Monachi ejusdem Ordinis, quorum fides non est omnino tuta, dum agitur de jure ampliante jurisdictionem, & præminentiam eorum Monasterii, ad *Text. in L. Nullus 10. ff. de Test*, *Pax Iordan. lucubr. tom. 3. lib. 4. tit. 18. de Test. n. 54.*, *Rot. dec. 220. n. 17. p. 17. rec.*
16 Ac propterea iidem Testes nequaquam deponunt de negativa coarctata respectu approbationis numquam ab immemorabili datæ ab Ordinariis, itaut ista non pôtuerit superaccedere deputationi Confessariorum factæ ab Abbatibus pro tempore, nisi ipsi omnino scivissent, ut de cætero necessarium esset, ut eorum dicta relevarent in ista immemorabilis probatione contra Ordinarium, ut dixit *Rot dec. 398. n. 13. cor. sa. me. Gregor. XV. dec. 432 n 6. p. 2., & dec. 430. n. 10. p. 18. rec.*, animadvertendo signanter, quod eadem Ordinarii approbatio, potuisset accedere, etiamsi deputati, & instituti semper fuissent à solo Abbate, ut in præcisis terminis inquit *Rot. dec. 50. n. 6. penes Tamburin. de jur. Abbat.*
17 Nec substineri valet è contrario, quod actus approbationis peractæ ab Ordinariis ab ipso Ordinario exhiberi debebant, quia ipse utpote habens juris assistentiā ulteriori probatione non indiget, & dat summum ad exuberantiam etiam hujus probationis ex formula, qua in approbandis Regularibus ad Confessiones uti solet cum clausula -- *Exceptis Monialibus* --, quod pariter sufficit,
18 ad excludendam immemorabilem, quia est de ejus essentia, ut nihil in contrarium neque gestum, neque auditum fuerit, ut aliis adductis dictum fuit in *Augustana Canonicatus* 21. Martii 1718. §. *Consentaneè cor. R. P. D. meo Herrera.*
19 Ex his conclusivè promanat, quod nullo jure suffulta sit prætentio Reverendissimi Abbatis respectu juris approbandi Confessarios, ita de iure Episcopis reservati, ut Confessarii ab iis non approbati invalidè, vel saltem illicitè Confessiones audiant, ut dicunt relati in § 1. *decis. quæ revidetur*, & ita semper à Concilio Tridentino, & Constitutionibus Apostolicis iisdem Episcopis attributi, ut aliis huiusmodi facultatem respectu Monialium etiam Ordinis regularibus subiecti prohibuerint.

Et ita utraque &c.

HILDESIMEN. VICARIÆ.

Veneris 21. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Primariæ Præces ex indulto Pontificio Imperatoribus concessæ, quoties pro uno beneficio fuerunt admissæ, pro alio in eadem Ecclesia prodesse non possunt, cum semel consumptæ amplius non reviviscant, & à gratiis expectativis distinguuntur. Vicarii quando unum, idemque corpus cum capitulo constituere dicantur, optime declarat seq.

SUMMARIUM.

1 *Præces primariæ, quæ effectum habuerunt pro Canonicatu eumdem habere nequeunt pro Vicaria*, & nn. 4., & 15.
2 *Præces Imperatorum vigorem non desumunt ex præsentationibus Collatoribus factis, sed ex vacationibus, ad quas directæ dicuntur.*
3 *Indultum Apostolicum circa primarias præces quid disponat.*
4 *Præces primariæ presentatæ pro Canonicatu, qui primò vacasset, in isto consumptæ dicuntur, & pro altero beneficio expiratæ censentur.*
5 *Paratam habent exequtionem tàm de Pontificiis, quàm Cæsareis mandatis.*
6 *Importans mandatum de providendo, eveniente vacatione, & ab institutione perficiuntur, nullumque jus, vacatione nondum sequuta, tribuunt.*
7 *Gratia expectativa cum clausula* -- nunc pro tunc -- *manus inferioribus collatoribus ligat, & à primis præcibus distinguuntur.*
8 *Vicarii unum, idemque corpus cum Capitulo constituunt, quando in eadem Cathedrali existunt, ibi eorum habent Altaria, stallum in Choro, ejusdem Cathedralis Vicarii appellantur*, & n. 9.
9 *Vicarius quod unum, idemque corpus cum Cathedrali censeatur, probatur ex quo de ea provisus exequtionem petiisset à Decano, & Capitulo, & possessionem ad formam precum sic directarum cepisset.*
10 *Factum semel approbatum, semper approbatum.*
11 *Unicitas Corporis inter Capitulum, & illius Decanum non destruitur ex eo, quod isti certis in casibus, & actibus à Capitulo non dependeat.*
12 *Observantia adducta uti præscriptiva, allegabilis non est absque suis circumstantiis.*
13 *Observantia uti interpretativa allegata, si turbida reperiatur, & æquivoca, nil operatur.*
14 *Observantia ex actibus facultativis non inducitur.*

DECISIO MCXCI.

PAri hactenus marte contenderunt in nostro Auditorio super adiudicatione controversę Vicariæ vacantis in Ecclesia Cathedrali Hildesimen. Cristopharus Oberleisen. & Franciscus Loduiphus Kruper: ille enim in prima instantia acta coram R. P. D. meo Cerro obtinuit favorabilem sententiam super bono jure etiam ad effectum manutentionis in dicta Vicaria vigore primariarum precum glor. mem. Josephi I. Imperatoris jamdiù exhibitarum Decano, & Capitulo, &

& nuper etiam Præposito Collatori ejusdem
vacantis Vicariæ, ut ex decisione edita 5.
Maii 1717. cor. eodem R.P.D. meo Cerro;
alter vero, nempe Franciscus victor fuit in
secunda instantia cor. R. P. D. meo Crispo
per aliam sententiam, qua mediante favore
ipsius, uti habentis pro se collationem sibi
factam à d. Præposito, decreta fuit adjudi-
catio Vicariæ, & in ejus possessione manu-
tentio, juxta decisionem pariter evulgatam
13. Januarii 1719. cor. eodem R.P.D. meo
Crispo.

In his terminis devoluta ad Me fuit causæ
commissio ex appellatione interposita per
Christopharum, & reassumpta extitit in ho-
dierna audientia totis viribus quæstio boni
Juris alterutri competentis sub dubio -- *An
Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infir-
manda* -- & DD., libratis fundamentis utriuſ-
que sententię, & decisionis, adhæserunt po-
stremæ, quæ prodiit pro Francisco *coram
R. P. D. meo Crispo, eamque confirmandam
esse* responderunt.

Constitit enim de istius sententiæ validi-
tate ex actis, & de Justitia ex memorata de-
cisione R.P.D. mei Crispi, in qua optimè
dictum fuit, primarias preces, quarum fun-
1 damento nititur Christopharus, non potuiſ-
se locum obtinere pro Vicaria controversa,
quotiès jam antea in eadem Ecclesia Hildesi-
men. effectum habuerant pro Canonica-
tu; siquidem Indultum ipsum, quo me-
diante earum Jus Serenissimis Imperatori-
bus competit, expressam continet restrictio-
nem ibi -- *quod singulæ collationes, & sin-
gulæ Ecclesiæ ex hoc ultra, quam in uno Be-
neficio non graventur* -- Undè cum in Eccle-
sia Cathedrali Hildesimensi earum vigore
consecutus jam fuisset Canonicatum Federi-
cus Ignatius de Scheel, consumptum re-
mansit illud Jus, neque prætendere valet
Christopharus, ut in eademmet Ecclesia
etiam pro Vicaria exequantur, ut in pun-
cto probat *Cockier. in Schol. ad primar. prec.
schol. 1. sect. 2. verb. in uno Beneficio sol.
mihi* 45. Et hęc restrictio conformis quoque
est non solum literis, seu brevi circulari
scripto super iisdem Precibus ad Germaniæ
Ordinarios à Sanctissimo D. Nostro sub an-
no 1714. Verum etiam dispositioni Juris in
cap. mandatum de rescript., ut advertit deci-
sio præcedentis instantiæ 13. Januarii 1719.
§. *Ulterius cor. R. P. D. meo Crispo*.

Ad evertendum hoc fundamentum, dupli-
2 cem iterum allegarunt objectionem Christo-
phari Defensores, primam, quod cum fuiſ-
sent ejusdem Christophari preces pro Vica-
ria præsentatæ antè alias Federici Ignatii ob-
rentas pro Canonicatu, ideo fuerat jam ipsi
ex tali insinuatione, seu præsentatione Jus
quæsitum, & non poterat præjudicium sibi
irrogari ex posteriori aliarum præsentatio-
ne; secundam, quod cum Vicarii consti-
tuant corpus omninò distinctum à Canonicis
& Capitulo, non indè consumptæ dici poſ-
sent primariæ preces quoad corpus, & cæ-
tum Vicariorum, ex quo effectum habue-
rant quoad Canonicatum.

Sed utrique objectioni putarunt DD. satis
validis occurrisse responsionibus Scribentes
pro Francisco Lodulpho: Nam quoad pri-
mam, prout etiam ponderavit d. decisio præ-
cedentis instantiæ §. *Neque obstare*, ea dif-
ficultatem removet animadversio, quod ex
Indulto Pontificio preces Serenissimorum
Imperatorum non ex præsentatione Colla-
toribus facta vigorem desumunt, sed ex be-
neficii, ad quod directa sunt, vacatione;
3 dicitur quippe in hujusmodi indulto, & iic
etiam habetur in supramemoratis literis cir-
cularibus Sanctissimi D. Nostri, quod illæ
executionem omnimodè habeant in benefi-
ciis -- *Cum primum illa vacare contingeret* --
4 & proinde sequitur, quod cum primum va-
caverit Canonicatus, ac pro eo primarias
preces præsentaverit Federicus Ignatius de
Scheel, illæ preces primo loco exequi de-
buerunt in jam vacante beneficio, & iis exe-
cutis, cæterę pro vacaturo expirarunt, ut
in puncto probat *P. Petr. Leurenius in Fo-
ro beneficiario sect. 3. cap. 1. de primar. col-
la. q. 619. n. 2.*, ubi præcisè inquit, quod
nominationes hujusmodi - *sive factæ simul,
sive successivè, acceptatione unius beneficii
omnes nominationes consumuntur, sivè ex-
5 tinguuntur* -- Ac de facto executioni pre-
cum, quas dictus Federicus Ignatius, licet
posterius præsentaverat pro vacante Cano-
nicatu, quis sese potuisset ullo Jure oppone-
re? Non quidem Capitulum, aut alius Col-
lator, qui tenebantur mandatis Pontificiis,
& Cæsareis omnino parere, & preces sępe-
dictas in beneficio vacante, pro quo fuerant
præsentatæ, exequi, & adimplere; neo
pariter poterat Cristopharus, qui alias pre-
ces præcedenter exhibuerat, quia istæ lo-
quebantur de Vicaria, in qua nondum va-
catio contigerat.

Hinc est, quod in terminis specificis hu-
6 jusmodi primariarum precum Doctores, &
Sacra Rota eam semper tenuerunt opinio-
nem, quod illæ non importent, nisi manda-
tum de providendo eveniente vacatione,
suamque perfectionem expectent, & reci-
piant ab institutione, seu collatione, & proin-
de, non secuta adhuc vacatione, nullum jus
considerabile tribuant, ita *Lotter. de re be-
nefic. lib. 1. q. 6. n. 47.*, *Cocchier in schol. ad
primar. prec. schol. 1. sect. 2 vers. Postquam
illis*, *Rota dec. 634. n. 8.*, *& seq. cor. Card.
Cerro*, *& dec. 3. n. 4.*, *& 5. cor. Emer. sen.*,
aliis in contrarium adductis, ut sunt *Garz.
de benefic. p. 6. cap. 2. n. 305.*, *& Rota dec.
671. n. 1. cor. Seraphin.* procedentibus in
7 terminis diversis gratiarum, quæ dicuntur
expectativæ, concessarum à summis Ponti-
ficibus cum clausula -- *nunc pro tunc*, -- quæ
in vim hujus clausulę manus ligant inferio-
rum Collatorum, ut pariter expressè distin-
guit *Rot. dec. 5. n. 6.*, *& 7. coram eodem
Emer. sen.*

Transeundo ad secundam objectionem,

frustra conabâtur Scribentes pro Christophâro demonstrare distinctionem illam, juxtà quam constituerent duplex Corpus Capitulum, & Vicariæ, seu Canonici, & Vicarii, ex eo quod Vicarii propriam habeant distinctam Ecclesiam S. Antonii nuncupatam, & in Catedrali Hildesimensi etiam hujusmodi inter se distinctionem servent, uterque Cœtus Canonicorum, & Vicariorum: Deficit enim hæc assertio in facto, dum quidquid sit de antiquis temporibus, quibus in alia diversa degebant Ecclesia S. Laurentii juxta factum historicum relatum per eosdem Scri-
8 bentes pro Christophâro, porro postquam Vicarii in Ecclesia sunt Cathedrali, & certum est, quod ibi habent Altaria, ibique ministrant, ac stallum obtinent in eodem Choro, & exinde denominationem Vicariorum Cathedralis desumunt, juxta plura documenta ad id repetita per Franciscum, dicendum est, quod sint de eadem Ecclesia, ut unum Corpus cum ipsius Ecclesiæ Capitulo omnino constituant, ex ea Juris præsumptione, quæ ex similibus, situatione scilicet, ministerio, & denominatione resultat, ut in paribus terminis arguit *Rota dec.* 339. *n* 6. *cor. Bich. dec.* 653. *n.*2. *cor. Cerro*, *& dec.* 524. *n.* 3. *p.* 19. *rec. tom.* 2.

Quam juris præsumptionem coadiuvant
9 etiam alia argumenta relata in decisione R.P.D. mei Crispi §. *Minusque*, *& sequen.* & ex eo præcipuè deducta, quod non solum in aliis antiquioribus præcibus, quæ à prædecessoribus Imperatoribus concessæ fuerunt respectu hujusmodi Vicariarum, fuit semper expressum, eas esse *Vicarias Catedralis*, & earundem præcum insinuatio, & executio directa extitit Decano, & Capitulo, sed etiam in his, quarum vigore stat in præsenti Iudicio ipse Christophârus, hæc eadem expressio continetur. Unde cum illas acceptaverit, petendo earum executionem tùm à Decano, & Capitulo, tùm à Præposito Collatore subinde vacatæ Vicariæ, ac insuper ad earum formam capiendo posses-
10 sionem, jam palam fit, quod pertinentiam hujusmodi Vicariarum ad Ecclesiam Cathedralem fassus fit, & amplius impugnare non possit, ad regulas notorias, de quibus *Rota dec.* 51. *n.* 1. *cor sanc. me. Alex. VIII. dec.* 118. *n.* 11., *& dec.* 565. *nu.* 7., *&* 8. *coram clar. mem. Card. Cerro dec.* 429. *n.* 25. *p.* 19. *rec*, & passim alibi.

E conspectu vero huiusmodi circumstan-
11 tiarum facti concludentium, Vicarias esse de Ecclesia Cathedrali Hildesimen., & proinde eam semel gravatam executione Primariarum præcum respectu Canonicatus non posse iterum gravari respectu Vicariæ, nihil faciunt ad rem aliqui actus, quos fuisse gestos contendit Christophârus à Vicariis dependenter tantum à Decano Capituli, non ab ipso Capitulo, quia adhuc exinde non excluditur, quod uti existentes tàm Canonici, quàm Vicarii in eadem Ecclesia non sint omnes de eadem Ecclesia, & unicum illic cœtum constituant, tanto magis, quia Decanus prædictus est caput etiam Capituli & ex illa Capitis unicitate, unicitas quoque corporis ab eodem capite dependentis rectè desumitur, juxta ea, quæ in proposito expendit *Rota dec.* 103. *n.* 1., *&* 12. *p.* 19. *rec.*

Hisque positis, inutiliter proponebatur iterum, quod ex contraria observantia constaret, Ecclesiam Hildesimen. fuevisse admittere primarias præces tàm pro Canonicatibus, quàm pro Vicariis; quandoquidem
12 hujusmodi observantia, aut deducebatur, uti præscriptiva, aut uti interpretativa, & utroque modo est inefficax; uti præscriptiva, quia non probatur cum suis circumstantiis, & qualitatibus, quæ requiruntur, ex firmatis *dec.* 128. *n.* 7. *cor. Merlin.*, *in Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1707. §. *Levioris coram Eminentissimo Scotto* cum aliis adductis in sæpelaudata *dec. R.P.D. mei Crispi* §. *fin.*
13 Uti interpretativa item, quia remanet turbida, & æquivoca, dum in actibus relatis ad eam probandam non habetur tenor præcum Imperialium, & nescitur, an verificentur respectu harum Vicariarum, de quibus est quæstio, & an possessio Vicariarum ab assertis Præcillis obtenta fuerit vigore præcum, vel aliarum provisionum, quas potuerint obtinere, & ideo talia observantia in declarationem, quæ importaret ulterius gravamen contra literam Indulti Pontificii, & mentem Cæsarum, quę tali indulto conformis censenda est, non meretur attendi, *Rota dec.* 1771. *n* 4. *cor. Coccin. dec.* 28. *nu.* 28. *cor. Cerro*, *& dec.* 414. *n.* 22. *p* 19. *rec.* Ul-
14 tra quod probata etiam respectu duorum, vel trium actuum dumtaxat in tanto temporis decursu, posset ita intelligi, ut tales actus facultativi fuerint respectu Decani, & Capituli præces admittentium, & proinde non potuerint ullam observantiam constituere contra ipsam Ecclesiam ex deductis per *Card. de Luc. de regul. disc.* 51. *n.* 12.. *Rot. dec.* 1236. *n* 6. *cor. Emer. jun.*, *& dec.* 469. *n.* 2. *p.* 19 *rec.*

Et ita omisso examine alterius fundamenti, cum quo simul, ac cum præmissis processum fuerat in decisione R. P. D. mei Crispi, respectu præsentationis præcum factæ Decano, & Capitulo, & non etiam expressè Præposito Collatori hujus Vicariæ, quia circa hoc fundamentum DD. non fuerunt concordes, responsum fuit utraque &c.

EADEM CORAM EODEM SUPER MANUTENTIONE.

Mercurii 26. *Junii* 1720.

Argumentum habetur in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio possessori danda est.*
2 *Amplia, quando boni Juris pedissequa reperitur.*

DECI-

DECISIO MCXCII.

IN sententiis latis in præcedentibus Instantiis non minus actum fuerat de bono iure uni, vel alteri ex Partibus contradicentibus competenti, sed etiam de manutentione alterutri concedenda in Vicaria, de qua agitur, hinc devuluta ad Me Causæ cognitione ex appellatione interposita à Sententia R.P.D. mei Crispi promulgata prævia decisione diei 13. Ianuarii superioris anni, ut distinctius procederetur. dedi duo dubia; primum super bono iure; secundum super manutentione. Cumque primum prædictum in præcedenti Audientia resolutum fuerit favore Francisci, mediante rescripto *Sententiam Rotalem esse confirmandam*; hinc etiam secundum, quod proposui in hodierna Rota, responsum habui -- *Manutentionem esse dandam Francisco* --

Non solum enim favet eidem Francisco
1 controversæ Vicariæ collatio, quam reportavit à Præposito Ecclesiæ Cathedralis Hildesimen., quem, non est in quæstione, obtinere hujusmodi Ius conferendi, & proinde ipsi in ejusdem Vicariæ possessione concedi debuit manutentio, juxta firmata in *Eysteten. Jurisdictionis super manutentione 27. Aprilis 1716 §. fin. cor R.P.D. meo Foscaro*, cum aliis adductis in relata decisione præcedentis instantiæ §. *Prætermissa cor.*
2 *R.P.D. meo Crispo*; sed etiam fulcitur reperitur assistentia boni Iuris pro ejusdem Vicariæ consecutione plenè stabilita in mea decisione præcedentis Audientiæ, itaut pariter manutentio in his terminis, veluti pedissequa boni Iuris ipsi, & non alteri omnino fuerit tribuenda, ex deductis *decis.* 945. *n.3., & dec.* 1168. *n.2. coram Emer. tan. in Salisburgen. Vicariæ super manutentione 31. Januarii 1714. §. Primo cor. R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Leodien. Cappellaniarum super manutentione 3. Martii 1719. in principio coram R.P.D. meo Foscaro.*

Et ita &c.

BONONIEN. CONTRIBUTIONIS.

Mercurii 26. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Aggerum refectio ad fluminis aquas arcendas communibus compossessorum adiacentium sumptibus facienda est, nec ii superiores Possessores, vel longinqui, qui sive aquæ redundent, sive non ullo nec commodo, nec incommodo afficiuntur, ad contributiones præstandas tenentur. In hac materia, multum observantiæ deferendum est, & quatragenaria sufficit.

SUMMARIUM

1 *Statutum de duabus habet locum in duabus conformibus, quando sunt justæ.*
2 *Expensæ refectionis aggerum ad aquas pluvias arcendas ab illis tantum sunt subeundæ, qui ex illis commodum sentiunt, nec tenentur contribuere, qui nec commodum, nec incommodum ex illorum refectione reportant.*
3 *Contributio ad expensas in omnibus materiis à promiscuitate, & communione damni, periculi, vel interesse desumitur*; amplia, ut in num.22.
4 *Aggeres à Compossessoribus adiacentibus sunt manutenendi.*
5 *Amplia, ut contribuere etiam teneantur possessores à longè, quando sine illis damnum sentire possent.*
6 *Testes de eorum dicto rationem reddentes plenè probant.*
7 *Periculum inundationis, quod de præterito agris numquam evenisset, inane est in futurum super eisdem inaugurare*, & vide ad quem effectum?
8 *Amplia, quando tale periculum etiam in potentia à peritis in arte excluderetur*, & num. 9.
9 *Accessus judiciales optimè probant in ea re, pro qua facti fuerunt.*
10 *Amplia, quando relationibus peritorum pedissequi reperiuntur.*
12 *Testes pendente lite sine partis citatione examinati non relevant.*
13 *Amplia, quando adversus ipsos præponderantiores probationes ex actibus solemniaribus adducuntur.*
14 *Aggeres à quibus sint reficiendi, ut dijudicetur, observantiæ multum est deferendum*, & num.15., & 16.
15 *Centenaria meliorem de Munda titulum præbet.*
16 *Observantia quatragenaria in materia refectionis aggerum, ut dijudicetur ad quos pertineat, satis est.*
17 *Amplia, si à duobus judicatis fulcita reperiretur.*
18 *Edicta Eminorum Bononiæ Legatorum ab A C. revocata, destituta, & abrogata remanent.*
19 *Judicatum super refectione aggerum emanatum non citatis interesse habentibus nil operatur, tamquam nullum.*
20 *Legati Bononiæ contra jus nequeunt disponere.*
21 *Publica utilitas, ut verificetur, omnibus reperiri debet communis*, & num. seq.
23 *Transactio facta à Procuratore vigore mandati procuræ* ad lites, *nulla est, cum speciale ad id requiratur.*
24 *Transactio allegabilis non est, quando non fuisset exequutioni ab ipsis transigentibus demandata.*

DECISIO MCXCIII.

BOnoniæ Territorium, tum ex loci situ, tum ex ibi decurrentibus fluminibus, & præsertim Torrentibus, qui hyemali tempore excrescentes finitimos agros inundant, aquarum alluvionibus ita expositum reperitur, ut sæpesæpius contingat, quod il-

lius Cives substantiæ suæ, & immò integri etiam Patrimonii jacturam lugere coacti sint, quia Prædia cum Armentis, Segetibus, aliisque eorum opibus, improvisò ruptis io aliquo loco aggeribus, ab ingruentibus aquis devastentur, & obruantur. Propterea circa hujusmodi aggeres extruendos, reparandosque, plurimum invigilare consueverunt, deputando quoque ad hunc effectum aliquot Cives sub nomine Assumptorum, qui eorumdem Aggerum extructioni, ac refectioni præessent, & expensas necessarias inter eos, qui ad id essent obligati, partirentur.

Indè verò multiplices inter ipsos controversiæ diversis temporibus ortæ sunt; & signanter inter Possidentes in communibus Bonconventi, Luogariæ, Paludis, & Balnei ex una, ac possidentes in communibus Salæ, Burgi P anicalis, Sanctichierni, Calderariæ, Spiritus Sancti, & Sancti Vitalis ex altera, contendentibus illis, quod & isti, licet à flumine Reni distantes, & imò in superiori parte existentes tenerentur contribuere ad expensas aggerum illius: Et quamvis in hujusmodi controversiis succubuissent semper Possidentes in communibus inferioribus, adhuc Domini assumpti anno 1716. in confectione libri Campioni nuncupati, Possidentes in communibus Superioribus de hujusmodi contributione promiscuè cum aliis gravarunt; utque eorum facto majorem auctoritatem, & firmitatem adderent, curarunt ab Emo tunc Bononiæ Legato edictum promulgari, quo sancitum fuit, quod omnes in Campiono descripti juxta descriptionem in eo factam indistinctè ad expensas Aggerum Reni tenerentur, nec non Torrentium Lavinii, & Samodiæ, & ad alias manutentionis aquæductuum Dosoli, & Dosoletti.

Ab hoc edicto, ut licitum sibi foret reclamare, & iniustitiam demonstrare eorum obligationis, curarunt Possidentes in communibus Superioribus apud R.P.D. Auditorem Sanctissimi obtinere commissionem Sanctitatis suæ manu signatam, & directam R.P.D. A.C. Cincio, coram quo appellaverant, votique Compotes effecti, non retardata interim executione memorati edicti, sententiam quoque subinde favorabilem à dicto Judice reportarunt, qua declaratum extitit, teneri ad contributionem supradictam Possessores Bonorum in parte inferiori tantum, non autem Possessores in parte superiori, istos absolvendo, Campionum abrogando, & edictum revocando, & insuper demandando restitutionem exactorum in hanc causam. Cumque hanc sententiam confirmasset etiam R. P. D. Sylva Judex simili speciali commissione in gradu appellationis à Sanctissimo Delegatus, recursum habuerunt pro ulteriori suspensiva appellatione obtinenda adversus duas conformes ex Bononiæ Statuto habentes vim trium, & rei judicatæ, Possidentes in parte inferiori ad Signaturam Justitię loco Signaturæ Gratię ab eodem R.P.D. Auditore Sanctissimi deputatam, & reportarunt signari novam commissionem cum clausula -- *Constito de duabus*, cujus vigore delatum fuit examen istius quæstionis ad nostrum Tribunal coram Me, qui ideò in hodierna Rota proposui dubium mox relato rescripto conforme, & habui à Dominis responsum *Constare de duabus*.

1 Non solum enim duę præcedentes sententiæ A.C. Cincii, & R. P. D. Sylvæ validæ, & conformes compertę sunt, sed etiam justæ, & ideò locus omninò erat statuto illis tribuente vim trium, & rei judicatę, juxtà pluries firmata *in terminis statuti Bononiæ dec. 2. num. 1. coram bo. me. Ansaldo dec. 15. num. 1. & 2. par. 17. rec. in Bononien. Pecuniaria 28. Junii 1700. §. Agitur cor. Me, & in Bononien., seu Anconitana Pecuniaria 13. Junii 1724. §. Quandoquidem coram bo. me. Muto.*

Porrò validitas, & conformitas ex Actorum revolutione, & earumdem sententiarum lectura depræhendebatur; justitia verò

2 ex eo promanabat, quod eædem sententiæ optimo jure declararunt, teneri ad aggerum extructiones, & reparationes Possessores dumtaxat fundorum inferiorum, quia cum isti unicè subeant periculum exundantium aquarum, ex quo finitima possident prędia flumini Rheno, ea quæ sita sunt in parte, ut sæpè diximus, inferiori, ideò sicut ipsi tantum utilitatem, & comodum consequuntur ex aggeribus cohibentibus earumdem aquarum irruptiones, ita onus, & incomodum sentire debent illorum constructionis, & manutentionis, præcisivè omninò ab aliis Possidentibus in communibus superioribus, & nequaquam ipsi flumini adiacentibus, quia è contrario illorum respectu, nec damni evitandi comodum, neque alia concurrat utilitas, & id circo neque tale gravamen ullo jure subire teneantur, & hoc procedit non ex regula tantum generali, qua

3 edocemur, quod ratio contributionis in omnibus materiis unicè sumenda est à promiscuitate, & communione damni, periculi, vel interesse, *ad Text. in l. 1. & 2. §. Si Navis ff. ad l. Rhod. de jact. Koch. de contribut. cap. 17. nu. 298. & seq., Rodriquez de concurs. Cred. p. 2. tit. 3. num. 1. & seq. Rocc. disput. jur. cap. 6. nu. 12. & 13., Rota in Romana Pecuniaria super contributo 23. Jun. 1704. § & ob id., & in confirm. 7. Maii 1706. §. jam enim cor. bo. me. Ansaldo.*

4 Verum etiam ex peculiari dispositione juris in terminis ipsis aquarum, & operum extructorum pro evitandis illarum alluvionibus, *ad Tex. in l. si tertius 6. §. Si ex plurium ff. de aqua pluv. arcen.* in quo condemnationem in partem expensarum statuit Juris Consultus, si plurium fundo noceatur, & ad rem explicat *Bonden. Collect. 47. nu. 41. & 44., & 52. ac 57. Coll. de rat. qu. 27. nu. 5. Pigant. ad Stat. Ferar. lib. 4. in addit. ad rubr. 2. nu. 4. & seq. Gob. de aqu. qu. 29. nu.*

29. *nu.* 1. *& seq.*, *Rot.dec.*1196. *n.* 13. *&* 30.
cor. Emer. Jun., *in Bononien. Aquar.* 14.
*Decemb.*16 9. §. *descendendo coram bo.me.*
Ansaldo, *in Romana expurgationis Fovei*
19. *Jun.* 1713. §. *quandoquidem*, *& in Imo-*
len. reparationis Aggerum 15. *Jun.* 1716.
§. *Nec majoris cor. Me.*
Sicut autem hujusmodi fundamenta opti-
mè subsistunt in jure, ità etiam firmiter con-
stabilita reperiuntur in facto, circa quod
erat præcipua partium contentio; quan-
5 quam enim probatio periculi imminentis
ex irruptione fluminis etiam Possidentibus
in communibus distantibus, & Superiori-
bus, utpotè fundamentum eorum intentionis
adducenda universa esset à Possidentibus in
parte inferiori, *ad Tex in l.imbello §. Facta*
ff. de capt. & postl. revers. & l. Verum est
de regul. jur., *Rot. dec.*303. *nu* 6. *&* 7. *p.*19.
rec. attamen ex abbundanti docebant illi
sese omnino tutos ab omni asserto periculo
6 remanere, in primis ex testibus deponenti-
bus, quod ex hactenus secutis inundationi-
bus, nunquam aquæ ad ipsorum bona perve-
nere, quibus testibus optimas sui dicti ratio-
nes reddentibus omninò deferendum est, ut
in his terminis dixi *Rot. dec.*231. *nu* 7. *&* 8.
7 *cor. Dunoz.*, itaut periculum illud, quod
longevi temporis experientia docuit non
adesse, inane sit in futurum eisdem bonis in-
augurari, ut pariter in puncto dixit, *Rota*
*decis*237. *n.*1. *cor. Dunoz. Sen.*
Fortiùs verò ex accessibus, & relationibus
plurium Peritorum editis etiam diversis tē-
poribus, non solùm ad Judicum animos in
his controversiis instruendos, sed judicialiter
qunque ad easdem controversias decidendas
adhibitis, & signanter ex illa recentiori
Valeriani Ferrariensis, qui uti externus, &
neutri ex partibus addictus loci situatione
inspecta retulit Eminentissimo Legato, terras
superiores immunes, & exemptas esse à pe-
8 riculo inundationum. Accessus autem judi-
ciales superant in hac materia omne genus
9 probationis, ut in specie firmat *Rot. in Sa-*
binen., *seu Civitatis Castellanæ inundatio-*
nis 7. *Julii* 1699. §. *fin. cor. bo. me. Muto*, *&*
in Bononien. Aquar. 14. *Decembr.* 1699 §.
Circa quintum cor. bo. me. Ansaldo, *& in*
Romana expurgationis fovei 18. *Martii*
10 1715. §. *Idcirco cor. Me*: maximè dum cum
iisdem accessibus concordant ipsę relationes
ab iis factę, qui locum inspexerunt, ut per
Text. in L. Item si unus 17. §. *fin.*, *& L. diem*
proferre §. *Si plures ff. de recept. arbitr.*,
*Beronf. conf.*144. *n.*12. *lib.*3., *Gobb. de Aqu.*
*q.*10. *n.*44., *Rot. cum aliis in Romana immis-*
sionis 14 *Maii* 1708. §. *Minusque cor. Me.*
11 Et hujusmodi probationes superlativam
assumunt efficaciam, ex eo, quod omnes con-
cordant in illa certissima ratione, quod su-
perioritas terreni est illa, quæ Possidentes
in eadem parte superiori eximit ab hoc pe-
riculo inundationum, quia aquæ suapte na-
tura ad inferiorem agrum descendunt, ac de-
currunt, non ad superiorem, ad *Text. in L.*1.
§. *Sed etsi* 22. *&* §. *Denique* 23., *& L.*2. §.
Apud Alphanum 4. *ff. de Aq. pluv. arcen.*
12 Neque his probationibus ullo modo con-
traponi possunt alię pro Possessoribus in infe-
riori parte deductæ ex Mappa Cassani, &
aliorum Testium, & Peritorum relationi-
bus, quia cum hęc omnia gesta sint sine ulla
superiorum Possessorum citatione, nullo mo-
do attendenda sunt, *Rot. dec.* 525. *n.*7. *cor.*
Bich., *dec.*452. *n.*8. *coram Peuting.*, *dec.*509.
*n.*17. *p.*18. *rec.*, *& in ead. Romana expurga-*
tionis fovei 18. *Martii* 1715. §. *Hinc frustra*
13 *coram* Me. Præsertim concurrentibus aliis
contrariis probationibus, & quidem ex acti-
bus longè solemnioribus, & magis univocis,
& numero pluribus, quibus totaliter illo-
rum fides destruitur, ad *Text. in l. Genera-*
lem 1. *C. de nonnumer. Pęcun.*, *Rot. dec.*484.
*n.*13., *et seq p.*19. *rec.*, *et in eadem Romana*
expurgationis fovei, *loco mox alleg. coram*
Me.
14 Omnem verò totaliter difficultatem abster-
git ea, quę concurrit favore Possidentium in
cōmunibus superioribus inconcussa, & anti-
quissima observantia, quę sicut in omni ma-
teria plurimū operatur ad dirigenda judicia,
ità & in materia ista aquarum, & contributio-
nis ad aggeres reficiendos, vel etiam extru-
endos, ut in *l.*1. §. *Deniq. ff. de Aqu. pluv. ar-*
cen., *et l. Hoc jure* §. *Ductus aquæ ff. de aq.*
quotid, et æstiv., *Berous conf.*142. *n.*1. *et seq.*,
*Gobb. de Aqu. q.*12. *n.*1., *Scain. dec. Bonon.*
40. *n.*30. *cum seq.*, *Rot. dec.*182. *n.*8. *coram*
Manzen. in Ravenaten. munitionis ri-
par. 14. *Maii* 1689 §. *Prædicta cor. bo. mem.*
Rondanino, *et in Imolen. reparationis agge-*
rum 15. *Jun.* 1716. §. *Præsertim quia cor. Me.*
15 Quid autem dicendum est, quando ulte-
rius excedit ista observantia seculi decur-
sum, itaut effecta sit immemorabilis apta ad
præstandum iisdem Possessoribus superiori-
bus quemcumque meliorem titulum de mun-
po, juxta satis vulgatum, & notorium effe-
ctum centenariæ, & immemorabilis, quan-
16 do cæteroquin ad effectum exemptionis à
reficiendis aggeribus satis fuisset quadra-
genaria, ut in puncto dixerunt *Rimінald.*
jun conf. 417. *per tot. et Bursat. conf.* 186.
17 *n.*10., *et* 13., fuitque insuper confirmata
pluribus actibus contradicente parte in ju-
dicio discussis, & præcipuè his duobus judi-
cais Auditoris Vermiglioli de anno 1606.,
& Auditoris Mandosii de anno 1698., quæ
sive fuerint provisionalia, ut in contrarium
substinetur, sive fuerint per viam definitivę
obligatoria ad omne tempus, prout potiùs
ostendit successiva illorum pacifica, usque
ad moderna tempora effectuatio, dubitari
non potest, quin summam præponderantiam,
& robur eidem addant observantiæ, cæteris-
que Possessorum superiorum probationibus,
ex deductis per *dec.*572. *n* 13, *cor. Baratt.*, *in*
Lucana Fideicommissi 14. *Decemb.* 1708. §.
Quo verò cor. bo. me. Kaunitz, *et* 1. *Jul.* 1709.
§. *Tempore cor. Emo D. Card. Scotto*, *& in*
Ravenaten. Admissionis ad locum Conci-
lii

lii 7 Iun. 1717. §. In casu cor. bo. me. Ansaldo.

18 Nequaquam propterea juvit Possessores inferiores Edictum Eminentissimi tunc temporis Bononiæ Legati, in quo stabilitum fuit teneri ad controversas expensas etiam superiores; quia sive de eo agendum sit in linea Edicti, sive in linea Judicati, nullo modo istos afficere potest. Non quidem in linea Edicti, quia habito ab eo recursu ad Judicem, Sanctissimus Dominus noster super ejus justitia, vel injustitia commissionem appellationis admisit prius ad duos Judices, qui illud revocarunt, & deinde ad nostrum Auditorium, itaut exinde omnis ejus vis sublata remanserit, & pendeat à Judicatis, *Bald in Rubr. C. de Appell. Dec. in L. Appellatione C. eod. titul., Rot. cor. Arguell. dec. 113. n. 5. et seq, et in Surrentina Iurisdictionis* 21 *Febr.* 1698. §. *Dependenter cor. bo. me. Ansaldo.*

19 Minùs verò in linea Judicati, quia non solùm, ut diximus, ab eo admissa fuit appellatio, fuitque jam bis revocatum, sed quoque ex ea ratione, quod prodiit nulliter, non citatis possessoribus, & comperitur injustum, quia contra jus gravat Possessores superiores ad illas aggerum expensas, ad quas inferiores tantùm ex præmissis tenentur:

20 id, quod neque per viam Edicti, neque Judicati sustineri valet, cum sit contra jus, & contra jus disponere, neque ipsis Legatis permissum sit, ut in terminis Legati Bononiæ inquit *Monach. dec. Bon. 28. nu. 7. et* 8., & firmat *Rot. dec. 187. n. 6. cor. Cerro.*

Quicquam non suffragante publica utilitate, & commixtione expensarum, etiam aliorum aggerum Samodiæ, & Lavinii, Dosoli, & Doloresi Tunc enim publica utilitas

21 verificatur, quando illa est omnium communis, ut inquit *Gloss. in l. 1. verb. bono publico ff. de usucap., et l. 3. §. His quoque ff. ad Sillan., Barth. in Auth., Res quæ C. Communia de leg.*, & cum aliis *cons. de retrotract. cap.* 4. *n.* 4., & hoc procul dubio deficit in casu nostro, juxta ea, quę superiùs demonstravimus.

22 Commixtio item expensarum pro aliis aggeribus prędictorum torrentium non tollit injustitiam, & inęqualitatem taxationis factæ respectu aggerum Rheni, quia Possidentes in parte superiori, ubi dicti torrentes decurrunt gravati de refectione, & manutentione aggerum ejusdem Rheni, non ęquale commodum recipiunt, ut asseritur, & contributiones aliorum ad aggeres eorum Torrentium, dum expensę necessarię quoad Rheum superant in immensum, nec sunt comparabiles cum aliis, quas ipsi nulla petita ab inferioribus Possessoribus contributione, prout juris est, facere non recusant, nec propterea potest servari ratione æqualitatis illud Edictum, quod imo inequalitatem parit gravando Possessores superiores ad expensas aggerum Rheni, quę sunt gravissimæ, & alios Possessores inferiores correspectivè ad expensas aggerum torrentium prędictorum, quæ sunt tenues; itaut inter ipsos potiùs exindè destructa sit omnis paritas, contra *Text. in l. 1. in fin. et l. id quod ff. pro socio, Mantic de tacit. l. b. 6. tit. 4. n. 6. et seq., Rot. dec. 308. n. 4. cor. Ludov., et dec. 289. n. 17. et 18. part.* 10.

23 Demùm nullatenùs officiebat iisdem Possessoribus in communibus superioribus asserta transactio anni 1700. inita inter eorum Deputatos, & Deputatos Possessorum in communibus inferioribus, quandoquidem ista transactio fuit apertissimè nulla, tamquam facta à dictis Deputatis habentibus mandatum ad lites tantum, non verò ad transigendum, ut erat necessarium ex iis, quæ docet *Urceol. de transact. q.* 45. *n.* 5., ac de facto remansit semper ineffectuata, dissentientibus iisdem Possessoribus superioribus, ut constat ex deputatione statim facta ad eorũ instantiam Perini Valeriani, & ex facto ipso aliorum Possessorum inferiorum, qui non

24 curarũ ejus observantia, aliundè semper studuerunt eosdem Possessores superiores obligare; ideoque tanto minùs eadem transactio attendenda est; *Rot dec. 62. n. 12. cor. Pentinger. dec. 472. n. 7. cor. Dunozz. jun., in Illerden. distributionum* 7. *April.* 1703. §. *Quin imo cor. bo. me. Ansaldo, & in nullius, seu Altamuræ immissionis* 24. *Novemb.* 1704. §. *Nec pro reliquis cor. clar. me. Card. Priolo.* Et ita conclusum fuit utraque &c.

FERRARIEN ALIMENTORUM, ET DOTIUM SUPER ALIMENTIS PRÆTERITIS.

Mercurii 26. *Iunii* 1720.

ARGUMENTUM.

Alimenta quando jure actionis debentur, à die, qua eadem actio orta est; computanda sunt, nec per silentium alimentarii bona fides in aleote inducitur, imo mala ex introductione judicii.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata litis finitæ exceptionem parit.*

2 *Fructus in judicio Salviani sunt accessorii ad capitale fructiferum.*

3 *Alimenta præterita debentur à die, qua actio orta fuit, quando jure actionis competere judicantur.*

4 *Amplia, ut veniant etiam independenter à bona, vel mala fide, & lite, ac quavis judiciali petitione.*

5 *Alimenta à die petitionis dicuntur futura, & omnibus privilegiis, quibus verè futura gaudent.*

6 *Condemnatio alimentorum post longum tempus à die judicii incepti emanata ad initium retrotrahitur.*

7 *Mala fides per introductionem litis exorta operatur, ut bona fides penes reum conventam ex silentio non excludatur.*

8 *Mala fides semel contracta in omnibus durat instan-*

instantis, adeo ut fructus pendente lite exacti mala fide dicantur.

9 *Alimenta debita jure actionis intelliguntur ad congruentiam, & condecentiam alimentarii*, amplia, ut in n.14.

10 *Alimentarius petens alimenta jure actionis non tenetur interpellare alere debentem de uxore ducta, vel de ortu filiorum, & cur?*

11 *Alimenta debita pluribus personis aequali censura non debentur, sed persona dignior ab aliis distinguitur.*

12 *Calculus arithmeticus optime liquidat alimenta praeterita*, & n.15.

13 *Alimenta in annuis scut.* 1500. *debentur Praelato ex Constitutione Alexand. VII.*

16 *Exceptio probanda est à reo convento, qui in ejus deductione fiat actor.*

17 *Alimenta in quantitate ab altero obligato approbata justa praesumuntur.*

18 *Mandatum per Judicem canonizatum paratam habet exequutionem.*

DECISIO MCXCIV.

COmplementum Victoriae, quam Domini Fratres de Bentivolis per duplicem rem judicatam reportarunt in diuturna lite acta contra Montistas pro alimentorum consecutione, quae in Bonis Fideicommissariis, Feudalibus, & Emphyteuticis praeservaverat ipsorum favore fan. mem. Urbanus VIII., praecipuè vertebatur in assequendis annuatiatibus in praeteritum decursis, usque ad diem adeptae possessionis, cum interim non exegissent nisi scut 600., provisionaliter ipsis assignata per clar. mem. Cardinalem Acciaiolum in suo judicato anni 1682. successivè confirmato in omnibus causae decisionibus, & respectivè sententiis. Propterea lata iam eorum favore alia sententia in extremo devolutivo juxta Votum Rotale extraditum praeviis decisionibus editis sub diebus 1., 4., & 8. Martii, nec non 15 Aprilis currentis anni coram Me; curarunt disputari in nostro Auditorio, & aliud dubium -- *An, & in qua summa, & à quo tempore pro effectu ulterioris executionis rei judicatae sit relaxandum mandatum pro alimentis praeteritis favore Dominorum Fratrum de Bentivolis.* -- Cumque illud in hodierna Rota proposuerim omnibus de more Dominis ad suffragium ferendum adscitis, responsum habui -- *Affirmativum in omnibus pro summa inferiùs exprimenda.*

Quod enim in genere alimenta etiam praeterita deberentur eisdem Dominis Fratribus de Bentivolis, nulla erat controversia, & tota difficultas restringebatur ad designandum tempus, à quo illa computanda essent, & ad quantitatem, in qua forent liquidanda,
1 cum de caetero omnia consopita manerent ex memorata duplici re judicata, contra quam ampliùs licitum non est reclamare, & quae ut dici solet claudit os Parti, facitque de albo nigrum.

Incipiendo igitur à tempore, frustra Montistae contendebant, quod illud calculandum esset ab illa die, qua primum in nostro Auditorio, declaratum fuit deberi alimenta Dominis de Bentivolis jure actionis sub anno 1713. cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto, quasi quod versaremur in Judicio
2 Salviani, vel in aliis Judiciis, ubi petuntur fructus, & aliae praestationes accessoriè ad capitale fructiferum principaliter deductum in litem, in quorum nonnullis declaratio Judicis est illa, quae inducit obligationem, & retrotrahi non potest.

Etenim adversus hujusmodi Montistarum assumptum pugnant satis clara nostri Iuris principia, quibus undique firmum Domini
3 putarunt, quod dum omnino certum est eadem alimenta competere jure actionis derivante ab actuali successione in bonis fideicommissariis, Emphytheuticis, & Feudalibus eorum domus, prout in iisdem rebus judicatis stabilitum fuit, statim illa debita fuerunt Dominis fratribus de Bentivolis, ac ipsi per obitum eorum Patris Marchionis Hippolyti effecti fuerunt actuales successores in dictis bonis, cum igitur id contigerit sub die 3. Februarii 1685., istud est tempus, à quo dicta alimenta regulari debent: & hoc
4 quidem non solum descendit ex eo, quod in his terminis eadem ipsa alimenta tam praeterita, quàm futura tenent locum sortis, & capitalis de per se stantis, & non accessoriè venientis, ideoque veniunt usque ab initio independenter à bona, vel mala fide, & aliae, atque petitione judiciali, ut magistraliter distinguendo firmavit *Rota decis.* 585. *n.6. cum pluribus seqq.*, & *n.*18., & *dec.*663. *n.* 9. *pariter cum seqq.*, & *n.* 10. *cor. Merlin.*, & *dec.* 98. *n.* 2. *cor. bon. me. Ansaldo*, & in similibus quoque terminis *in Florentina Pensionis* 12. *Januarii* 1699. §. *Utraque*, & *seq. cor. Reverendissimo dell' Olmo*, *in Firmana annuae praestationis* 22. *Februar.* 1706. §. *Quin ab hujusmodi cor. bon. mem. Molines*, & aliis relatis *in Romana Immissionis super fructibus* 3. *Februarii* 1716. §. *finali cor. R.P.D meo Foscaro.*

Sed etiam ex eo, quod si desideretur mala fides, & petitio ipsa, jam illa concurrit, dum iis praeexistebat usque de anno 1682., & tempore obitus Marchionis Hippolyti Patris, jam eadem agitari coeperat in nostro Tribunali, ubi ut refert *dec.* 1131. *cor. Emerix. jun.* usque sub die 1 Februarii 1686. disputatum fuit dubium cor. bon. me. Albergato *An, & in qua summa debeantur alimenta,*
5 *& dotes*, itaut concurrente usque ab initio judiciali quoque petitione, quae in subiecta materia facit, ut alimenta decursa à die petitionis dicantur alimenta futura, & sic gaudeant omnibus privilegiis, quae de Iure, iisdem futuris alimentis tribuuntur, ut probant *Surd. de alim. tit.* 9. *privil.* 60. *n.*16.. *Rota cor. Veral.. dec.* 118. *n.*1., & *per tot. lib.* 1. *dec.* 893. *n* 6. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 71. *n.*29. *cor. Bich. dec.*644. *n.*5. *cor. Emer. jun.*, & *in Sevenen. Alimentorum* 5. *Decembris* 1685.

1685. §. *Tandem cor. bon. me. Vrsino*; utique nulla restrictio fieri potest ad tempus
6 longè posterius, quo supervenit condemnatio, quæ immo retrotrahitur ad litis initium & de omnibus ab inde decursis facta intelligitur, *de Franch. dec.* 527 *sub n.*12., *Rota dec.* 468. *n.*11. *cor. Bich.*

Nec referri valet ad acquiescentiam eorumdem Dominorum de Bentivolis silentium illud, in quo fuit præsens controversia post deputationem Periti ad firmandum statum, quasi quod indè bonam fidem cōtrahere valuerint Montistæ. Cum enim mala fides ex
7 præcedenti petitione alimentorum, & quidem debitorum jure actionis veluti de substantia propria, contracta jamdiu fuisset, erat ista admodum è contrario bonæ fidei impeditiva, ut etiamsi non solum Bentivoli conquievissent, sed etiam in aliqua instantia succubuissent, adhuc non cessasset, & sem-
8 per in eisdem Montistis infixa remansisset ad hoc ut fructus bonorum fideicommissariorum, feudalium, & emphytheuticorum, qui erant pro petitis alimentis necessarii, facere suos licitè non potuerint, juxta firmata in fortioribus terminis *dec.*263. *n.*21., *& seq. cor. Bich.*, *& dec.*466. *n.* 57., *&* 61. *p.* 19. *rec. tom.* 2.

Et in facto non subsistit, quod lis usque ad moderniora tempora fuerit tantum super alimentis provisionalibus; quoniam contrarium ostendunt omnes Dominorum de Bentivolis petitiones, & instantię, & signanter suprarelatum dubium propositum in Rota cor. Albergato usque de anno 1686., quod nullam habet restrictionem ad provisionalia alimenta, sed latè patet ad ea omnia, quæ jure actionis illis competebant, ut successivè declaratum fuit, & clare probat supracitata *dec.* 1131. *cor. Emer. Jun.*, in qua per modum provisionis stabilita fuerunt alimenta in annuis scut. 600. pro quolibet, donec firmaretur status hæreditarius Cornelii Senioris.

Minusque obstat, quod etiam in hoc tem-
9 pore computando quoad personam Marchionis Aloysii Primogenii Uxorem ducentis, & ex ea suscipientis liberos erratum fuerit, quia interpellati non extiterint Montistæ neque de matrimonio inito, neque de susceptis filiis, itaut in calculo alimentorum nulla ratio de isto tempore haberi possit. Redit enim, & hic idem discursus, quod si alimenta erant principaliter debita tanquam sors, & si jam fuerat contestata lis pro alimentis debitis jure actionis, quæ intelliguntur ad congruentiam, condecentiam, & honestatem juxta firmata in hujus causæ decisionibus, & signanter in ea *super immissione edita* 8. *Martii mox elapsi cor. Me*, *& aliàs in Romana alimentorum* 22. *Junii* 1702. §. *Præsuppositis cor. bo. me. Molines*, *& in Romana assignamenti* 13. *Decembris* 1709. §. *Nec exercitium cor. R. P. D. meo Falconerio*
10 *Almæ Vrbis Gubernatore*. Quoniam jure Marchio Aloysius cogebatur de ducta Uxore, & de natis sibi filiis Montistas interpellare? Sciebat enim Jus suum esse salvum, tum ex natura actionis, tum ex indole, & importantia Judicii desuper contestati.

11 Hæc quoad tempus; descendendo autem ad quantitatem, DD. censuerunt distinguendas esse personas Eminentissimi D. Cardinalis Cornelii, & D. Marchionis Aloysii, & sermonem ordiendo à Persona D. Cardinalis, quæ uti dignior proponenda est ad monitum *Glos. in* §. *fin. instit. de jur. nat. Gent.*, *& Civil.* censuerunt omnino approbandum esse calculum ab ipso exhibitum, in quo subductis ex ejus ingenuitate, tum alimentis provisionalibus in annua summa scutor. 600 perceptis; tum rata parte summarum, quæ ambobus Fratribus de tempore in tempus de ordine nostri Tribunalis in causam declarandam subministratæ fuerunt,
12 constituitur creditor in summa scutorum 9500. ex Arithmeticæ regulis, quæ plenam probationem faciunt, juxta firmata in *decis.* 349. *n.* 6., *et* 7. *cor. Priolo*, *et in Romana Domus*, *seu domorum super reservatis* 10. *Maii* 1719. §. *final. cor. Me.*

Neque ulla sane oriri poterat super eodem calculo difficultas, quia creditum ejusdem Eminentissimi Cardinalis in illo desumitur ex eo, quod in præcedentibus rebus judicatis, ipsi decreta fuerint alimenta juxta
13 statum Prælaturæ, quem adeo condignè assumpsit die prima Iunii 1702. ad formam Constitutionis sa. me. Alexandri VII. in annuis scutis 1500. itaut ista ipsa quantitas in dictis rebus judicatis firmata jam satis reperiatur, & nequeat ulla ex parte refricari.

Eodemque modo DD. processerunt quoad
14 calculum D. Marchionis Aloysii pro alimentis præteritis ab anno 1705. ad diem captæ possessionis, quia cum in iisdem rebus judicatis procul omni dubio supponendis fuerit firmatum, quod in alimentorum causam ipsi debentur annua scuta 3000. habito respectu, quod esset uxoratus, & quatuor jam filios suscepisset, duos masculos, & duas fœminas, ut in specie inquit *dec. in causa edita super Immissione* 30. *Januarii* 1713. §. *Quo remoto cor. Eminentissimo D. Card. Scotto*, inde etiam sine ulla ambage descendit, quod si jàm dicto anno 1705. in statu uxorato, & in statu Patris familias cum dictis quatuor filiis tunc jam susceptis reperiebatur, illi dicta quantitas scut. 3000 annuorum in sequelam rerum judicatarum debita sit.

15 Ab hoc itaque anno, & præcisè à die 28. Iulii 1705., quo vitam vixit Guido quartus filius ad diem captæ possessionis quantitas ipsi debita ascendisset ad scuta 40250., à qua deductis, ut ipse pariter in veritatis obsequium admittebat, annuis scut. 600., quę & ipse recepit pro alimentis provisionalibus assignatis promiscuè omnibus Fratribus super Molendinis *del Filo*, & bonis *del Barco*, remanet creditor à d. anno 1705. in sc. 32200.

Absque eo quod satis fuerit Montistis absque ulla probatione allegare, quod & alias sum-

summas Marchio Aloysius exegerit, quodque dicta bona in causam alimentorum provisionalium assignata, longè pluris fuerint redditus, quàm eadem alimenta provisio-
16 nalia; quamquam enim hæc omnia ab ipsis probanda forent, cum in exceptione fiant Actores juxta vulgarea regulas, tamen nullum omnino documentum exhibitum fuit, quando è contrario certum erat, quod exactio aliarum summarum non præsumitur,
17 quodque Iustitia assignationis dictorum bonorum tanto tempore pacificè, & sine ulla Montistarum reclamatione observata habet pro se omnem Iustitiæ præsumptionem, & fundamentum.

Superfuisset agere de quantitate aliorum alimentorum debitorum Marchioni Aloysio ab anno 1685., quo evasit ipse actualis Successor, & per obitumPatris Primogenitus, & caput familiæ usque ad alium prædictum annum 1705 In qua quantitate cum Domini non fuerint concordes, de ea peculiariter agendum erit.

Consequitur autem ex præmissis, quod sit
18 relaxandum mandatum, juxta ultimam dubii partem pro alimentis præteritis D. Cardinalis in scur. 9500., & pro aliis D. Marchionis Aloysii pro nunc in scutis 32200., quod sane mandatum nullo modo, ut Montistæ contendebant, est ita refrænandum, ut super Capitalibus exequi non possit, quia Creditoribus liberum esse debet jure suo uti

Et ita omnibus DD. suffragium ferentibus & utraque &c.

FERRARIEN. BONORUM, SEU' EMPHYTHEUSIS.

Mercurii 26. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Identitas prædii emphyteutici concludentissimè probata dicitur, quando designationi confinium invariabilium nititur.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata cum legitimo contradictore emanata statum facit etiam quoad Successores, & non citatos.*

2 *Una, eademque res diverso jure non est judicanda.*

3 *Dominium super una parte prædii à fortiori probatum dicitur, quando sub tali dominio totum illud contineretur;*

4 *Investitura præsupponit dominium directum in investiente.*

5 *Identitas bonorum ex designatione confinium invariabilium probatur*, amplia, ut in num.5.

6 *Investitura non potest impugnari ab illo, qui ab investito causam habeat.*

7 *Identitas prædii eadem remanet, & si fuisset plures in partes divisum, quando ex claris demonstrationibus, & conjecturis antiqua illius quantitas reperitur, & causa dismembrationis detegitur.*

8 *Amplio si super credulitate de tali divisione antiquitus sequta observantiæ adminiculum concurreret*, & nu.9.

10 *Decima vigore juris spiritualis exiguntur.*

11 *Canones exiguntur ratione dominii.*

12 *Identitas bonorum ex divisionibus ad actum non redactis, & dubitativè se habentibus circa dominium rei dividendæ, non probatur.*

13 *Error numquam præsumitur, nisi probetur, & ex sola in contrarium possibilitate excluditur.*

DECISIO MCXCV.

Responsum fuit in audientia diei 20. Aprilis 1708. coram bo. me. Caffarello confirmandam esse sententiam Rotalem latam à clar. mem. Cardinali Priolo prævijs geminis decisionibus editis 8. Junii 1705., & 24. Januarii 1707. in qua declaratum extiterat constare de Dominio Mensæ Episcopalis Ferrariæ respectu duorum Prædiorum in vocabulo *Investitura*, e *Colombarola* possessorum per Equitem Petrum Antonium Nappium, & propterea deberi Canones, & Laudemia, atque esse locum devolutioni.

Sed adversus dictam resolutionem, in qua actum solummodo fuit de Prædio *Colombarola*, quia quoad aliud *Investitura*, reus lità interim renunciaverat, concessa subindè fuit eidem Equiti Nappio nova Audientia, & abindè citra causa siluit hucusque, donec assumpto ad Ecclesiæ Ferrariensis Regimen Eminentissimo D. Cardinali Ruffo, eoque de statu hujus controversiæ certiorato, fuit ex eius parte, pro sui vigilantia in tuendis Ecclesiæ juribus, curata causæ prosecutio, & ideò Ego in locum dicti bo. mem. Caffarelli subrogatus proposui in hodierna Rota consuetum dubium circa vires resolutionis prędictæ, & Equite Nappio pluries monito, diuque etiam expectato, sed non comparente, responsum habui à Dominis *Standum esse in decisis*.

Ad ostendendum enim Dominium Mensæ Episcopalis super Prędio mox enunciato *del Colombarolo*, plurima concurrunt evidentissima argumenta, quorum potissimum in eo silit, quod medietatem eorumdemmet Prędiorum *dell' Investitura* non amplius controversam, & hujus *del Colombarolo* posse-
1 derunt Brasauli, & cum, & isti quoad medietatem ab ipsis possessam voluerint refricare Dominium Mensæ, per rem judicatam illud canonizatum extitit, quæ sicut lata fuit cum legitimo Contradictore, ità afficit etiam Equitem Nappium, *ad Textum in leg. Inge-*
2 *nuum ff. de stat. homin.*, & prout de medietate disponit, ità de alia intelligenda est medietate, ne una, eademque res diverso jure censeatur, contra *Text. in l. eum qui ædes ff. de usucap. cap. quia circa 22. de privil.*, & *cap. cum in tua 30. de Decim.*

Accedit quod ipse Nappius renunciavit liti respectu *dell' Investitura*, fatendo illud esse

3 ene de dominio ejusdem Mensæ; unde si Prædium *della Colombarola*, quod hodiè remansit in lite est pars integralis, seu species subalterna, & constitutiva Prædii *dell' Investitura*, ut dictum fuit *in Ferrarien. Bonorum super excessu 21. Junii 1700. §. Inutiliter coram bon. mem. Ansaldo*, quæ decisio juxta stylum est supponenda, ex notoria regula, inndè sequitur, ut neque possit eamdem dominii quantitatem controvertere in dicto Prædio *della Colombarola*, quia cum pars contineatur in toto *Text. in leg. in toto ff. de regul.* si totum est de dominio Mensæ, de eodem dominio esse debet, & pars.

4 Ne autem his tantum extrinseci sisterent argumentis ponderabant ulterius Domini, quod Mensæ intentioni assistunt præcisè etiam investituræ annorum 1616. 1627., & 1677. in quibus concorditer semper dictum fuit, quod bona comprehensa in investitura habebant pro confinibus *l'Argine del Tarta-*
5 *ro, e l' Argine del Barlè*, quæ confinia intra quæ sunt Prædia, cum sint invariabilia, proculdubio sufficiunt ad probandam identitatem rei comprehensæ in investitura, ut firmavit *Rot. decis. 543. num. 1. & dec. f. 575. num. 7. coram Coccin. decis. 51. num. 7. par. 18., & decis. 643. num. 12. par. 19. rec.*, & has investituras Eques Nappius nullo modo
6 potest impugnare, quia habet causam ab illis, quibus factæ fuerunt, & non potest allegare se diverso titulo Prædium controversum possidere, quam illo promanante ex eisdem investituris, juxta animadversa in alia causa *Ferrarien. Bonorum super excessu 21. Junii 1700. §. Inutiliter coram bo. me. Ansaldo*, & in confirmatoriis 1. *Julii 1701. §. Quæ omnia coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, & 2. Junii 1702. §. Nullatenus coram cl. me. Card. Priolo.*

7 Et non minus ipsi assistit mensuratio terreni, & quantitas illius. Habetur namque in facto, quod peracta per Marchionem Entium de Bentivoliis celebri illa bonificatione dicta *di zello*, quæ à stagnantibus aquis non modicam partem Territorii Ferrariensis expurgavit, deventum fuit mediantibus duobus Peritis ad mensurationem terreni bonificati pro ea separatione facienda, quæ eidem Bonificatori pacta fuerat, in hac autem mensuratione comprehensa fuit ea pars terreni, quæ respicit duo Prædia *dell'investitura, e della Colombarola* sub expressione di *Fetta undecima*, & fuit reperta in stariis 1430. iterum vero facta modernis temporibus mensuratione eorumdem Prædiorum per Peritum communiter electum pro facienda liquidatione fructuum in alia causa prædicta, fuerunt illa reperta in stariis 1404. Et hæc sola demonstratio tollere debet omnem controversiam; quia si demeretur Prædium *della Colombarola*, de quo hodiè quæstio, deficeret mensura, neque antiqua quantitas hodiernæ correspondéret, ut in fortioribus terminis traduut *Bero quæst. famil 48. n. 2. in fin.*, *Rota dec. 146. n. 4. coram Cavaler.*

Quibus ita præsuppositis, & junctis paci-
8 ficæ successivæ observantiæ etiam in Judicio confirmatæ, simulque, ut par est in probationum collectis, nequaquam suffragari poterant objecta alias deducta per Equitem Nappium, & præsertim ex documentis præ-
9 cedentibus easdem investituras. Quippe quia tot subinde præter elapsis annis potest stare bene simul, quod bona ista non essent tunc de dominio Mensæ, & subinde de ejus Dominio effecta fuerint, & non est rigidè pariter disputandum de antiquioribus Confinibus, quia cum per antea pars illa Territorii, in qua illa bona sita sunt essent aquis palustribus submersa, itaut quemadmodum dixerunt etiam aliqui Testes, & constat ex pluribus documentis, tunc temporis præcisa confinia sciri non poterant, sed attendenda sunt illa post bonificationem Bentivolam designata, ut advertunt etiam præcedentes Decisiones, & signanter ea, quæ revidetur §. *Verum tales cor. bo. mem. Caffarello.*

Nec refert, ut oppositum fuit in petitione
10 novæ Audientiæ, quod Episcopus Ferrariensis super eisdem bonis decimas exigat, unde inferebatur exigere non posse, & Canones, quia Decimæ exiguntur vigore Juris spiritualis, Canones vero ratione dominii
11 Mensæ Episcopali competentis super bonis, & sic omninò diverso Jure, quod nequaquam est incompatibile.

Minusque faciunt ad rem aliqui actus ge-
12 sti inter possessores istorum bonorum, & signanter divisio inita anno 1617. inter Alexandrum Nappium, & Equitem Loilium, seu Brancaleonum, quia potius retorquetur, dum omnino coadiuvat, quod eo tempore non adhuc omnino certa erant omnia confinia istorum bonorum ratione non completæ bonificationis prædictæ, dictum enim ibi fuit -- *da doverſi, quando ſi ſaprà dove toccherà* -- Itaut indè promanet, quod nequidem ista divisio fuit actus completus, sed totaliter collatus in futurum.

Cæterum ad hæc, & alia consimilia in contrarium opponenda occurrunt ex validæ
13 animadversiones, quod deducuntur ad probandum errorem in memoratis investituris, qui tamen error nunquam præsumitur, nisi concludenter probetur, & sola possibilitas facit illum excludere, *ad text. in l cum de indebito ff. de probat.*, *Rota dec. 194 n. 11. p. 18. rec.* quodque ferè omnia confutata fuerunt in d. alia causa super excessu, cujus decisiones supra relatæ §. Ne autem supponendæ sunt.

Et ita altera tantum &c.

MELEVITANA DOTIS.

Mercurii 26. Junii 1710.

ARGUMENTUM.

Periti opera frustranea redditur super liquidatione annualitatum debitarum, quando ex irre-

irretractabili partium facto liquidatio de eis facta resultat.

SUMMARIUM.

1 *Confessio partis omni probationum genere est praestantior.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam*, & n. 6.
3 *Retentio à Parte non impugnata, & per Judicem admissa praeambulum retinendi titulum supponit.*
4 *Solutio debiti in parte dat intelligere, ut totum debitum solvens agnoverit.*
5 *Factum semel approbatum, amplius reprobari non potest.*

DECISIO MCXCVI.

POstquam Catharina Bonicia de ejus malo Iure edocta à Decisionibus editis 13. Junii 1692., 28. Novembris 1696. coram bonae memoriae Pio, ac 24. Ianuarii 1707. cor. Me, renunciavit liti per eam introductae super executione Laudi in partibus promulgati ab Equite Gaidiano, ut satisfactionem annui redditus scutorum 150. in tot bonis liberis fructiferis, & alia scuta bis mille in Auro, & Argento, jocalibus, & supellectili sibi à Vincentia Matre in dotem promissorum alia legitima via consequeretur, obtinuit communicari huic nostro Tribunali facultates A.C., & per Me subscribi Dubium *An sit relaxandum Mandatum pro annuis scutis 150., eorumque capitali, aliisque bonis contentis in Instrumento dotali*; sed eo bis proposito, nempe prima Iulii 1707., & 10. Februarii 1708. semper *Dilata* fuit resolutio, & ultima vice iniunctum, *ut eligeretur Peritus Curialis*.

Causa ab inde citra diu siluit, quousque tandem jactante Cathsrina eamdem viriliter prosequi velle, Carolus Bonicius haeres memoratae Vincentiae, aprobante etiam Gaspare Fratre, atque cohaerede, anno 1717. ad computum d. annui redditus scutorum 150. de facto Catharinae assignavit tot bona Rustica annui redditus scutorum 125. 3. 3. sed reuentibus postea dictis Fratribus tam annualitates ab anno 1689 decursas, quàm residuum capitalis promissae dotis persolvere, & respectivè assignare, curavit iterum eadem Catharina per Me proponi d. originale dubium, quod hodie ipsa tantum informante, & Carolo, aliisque Fratribus de Boniciis frustra monitis, ac diù expectatis, *Affirmativè* resolutum fuit *juxta modum* infra aperiendum.

Quamvis enim nunquam deventum fuerit ad electionem Periti Curialis, quam in ultima praecedenti propositione Causae Sacra Rota demandaverat, ad ejus tamen resolutionem exuberare hodiè visa fuit spontanea confessio debiti postmodum à Debitoribus emissa, per quam, cum sublatae de medio fuerint exceptiones omnes, quae in praeteritis propositionibus adducebantur, ad probandam praecedentem satisfactionem per viam compensationis, & contrapositionis cum aliis assertis creditis eorumdem debi-
1 torum; nulla amplius opus erat opera Periti Curialis, cum de jure confessio Partis superlativum probationis gradum constituat *cap. Per tuas de probation.*, *l. Cum te Cod. de Trans.*, *l. Generaliter Cod. de non numer. pecun.*, cum aliis concordantibus.

Praedicta autem confessio non ex uno tantum actu, sed ex pluribus, atque pluribus
2 evidenter resultabat; Et prima quidem ex publico, & solemni Instrumento, cujus virtute Gaspar, & Carolus fratres de Boniciis anno 1716. acceptarunt donationem quorumdam bonorum à Rosa eorum Sorore, & Coharede Vincentiae eorum favore factam sub expressa obligatione eadem bona assignandi Catherinae Materterae in computum dictorum scutorum 150. annui redditus illi in dotem à Vincentia promissorum: Rursus idipsum evincebatur ex alio publico, & non minùs solemni Instrumento; in quo subsequenti anno 1717. Carolus alter ex eis plura bona, & signanter quędam ex illis, quae in d. donatione comprehensa fuerant, ascendentia in annuo redditu ad scuta 125. 3. de facto tradidit, & assignavit eidem Catherinę ad bonum computum annuorum scutor. 150. in dotem promissorum, quae illa recepit sine praejudicio residui, & annuali tatum usque tunc decursarum ab anno 1689.; & denique hoc idem ostendebat successivum factum Gasparis alterius Fratris, & cohaeredis, per quod dictam assignationem ad computum, & reliquatum debiti approbavit:
3 Cum enim dicta Catherina titulo locationis inhabitaret quamdam Domum ad eumdem Gasparem spectantem, & conventa fuisset ab illius creditoribus pro solutione pensionis annuae scutorum triginta quinque, opposuit ipsa retentionem ratae scutorum 24. 9. pro residuo annuę praestationis sibi debitae pro illo anno post factam praedictam assignationem, & cum Iudex retentionem admisisset, mandavissetque deponi residuum, fuit hoc subinde absque ulla protestatione, vel reclamatione à Gaspare exactum.

Unde his stantibus, non potest hodie am-
4 pliùs dictum residuum debiti à dd. Fratribus controverti, cum uterque ex eis illud expressè reiteratis vicibus fassi fuerint, Gaspar nempè ipsum residuum judicialiter admittendo, Carolus vero assignando bona in computum, & pro parte debiti, per quem actum dubium non est, quin totum debitum agnovisse videantur, *Rota cor. Buratt. decis. 486. n. 9.*, *& cor. Ubald. dec. 578. n. 6. & cor. Bich. dec. 319. n. 11.*, itaut praece-
5 dentem satisfactionem, seu solutionem opponere amplius nequeant, *Rembold. respons. primo post ejus decisiones n. 511.*, *Rota cor. Rojas dec. 184. n. 7.*, *& saepe alibi*.

Spraetis igitur omnibus exceptionibus, quae in anteactis causae propositionibus, ad suadendam antecedentem solutionem, seu compensationem à Debitoribus adduceban-

tur; innixi DD. eorum posterioribus confessionibus: primo loco relaxandum esse censuerunt mandatum pro assignatione aliorum bonorum annui redditus scutor. 24. 9. & respectivè solutione annualitatum decursarum ab anno 1689. usque ad diem supradictæ assignationis in summa scutor. 150. pro quolibet anno: Præterea relaxandum quoque esse censuerunt mandatum pro aliis scu-
6 tis bis mille in tot gemmis, jocalibus, & supellectili a Vincentia promissis, cum actio Catherinæ fundetur in publico instrumento, quod facit rem claram, & probationem probatam ex juribus notissimis.

Minime relevante responsione, quæ in præteritis propositionibus afferebatur, quod jamdiù plura ex dictis mobilibus Catharinæ assignata fuerint; nam mobilia, quæ consignata fuerunt, proveniebant ex paterna hæreditate, & quibusdam aliis Aviitis fideicommissis, nilque commune habent cum istis, quæ Vincentia de proprio assignare promisit.

Et juxta hunc modum altera &c.

ROMANA DOTIS DE MIGNANELLIS SUPER EXEQUTIONE REI IUDICATÆ.

Mercurii 26. Junii 1720.

ARGUMNETUM.

Patruus, licet Neptem dotare non teneatur, quando tamen ascendentalis fideicommissi bona una cum Patre illius possideat, ad dotationem concurrere tenetur, in minori vero summa, qua Pater, quem tale onus principaliter afficit.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata litis finitæ exceptionem parit.*
2 *Patruus tenetur dotare Neptem, quando ascendentalis fideicommissi bona possidet.*
3 *Onus dotandi principaliter ad Patrem mulieris pertinet.*
4 *Causa dotandi quòd principaliter Patrem tangat, & non Patruum, ex quibus probetur?*
6 *Liquidatio dotis Judicis arbitrio defertur.*
7 *Patruus ex persona propria Neptem non tenetur dotare.*
8 *Fructus dotis, quæ à pluribus debeatur, tenentur juxta ratam unicuique tangentem.*
9 *Fructus dotis à die contracti Matrimonii debentur, etiam si ex post dos fuisset constituta.*

DECISIO MCXCVII.

Eclaratum fuit per Sententiam à me latam confirmatoriam alterius A. C. de Gentilibus deberi D. Prudentiæ Mignanelliæ nuptæ Comiti Thomæ Soderino dotem in scutis septem mille ex bonis subiectis fideicommissis ascendentalibus Domus Mignanelliæ, & possessis pro æquali portione à Patre, & Patruis ejusdem D. Prudentiæ juxta decisionem editam 11. Decembris elapsi anni; cumque utra que Pars huic Sententiæ acquieverit, ac nulla fuerit interposita debito tempore appellatio, suborta etiam est res judicata.

Antequam autem ad illius executionem procedi posset mediante Peritorum electione, & assignatione bonorum, prout præscribitur in iisdem Sententiis, necesse fuit aliam assumere quæstionem circa ratam proportionabilem, ad quam teneri debeat Pater, ac teneri debeant Patrui ad præstanda dicta scuta 7000. In Sententiis præfatis, & re judicata pro dote jam stabilita; et his omnibus pluries monitis, dinque expectatis, propositum in hodierna Rota dubium — *An, & pro qua rata sit exequenda res judicata contra Patrem, & Patruos, quoad Capitale dotis, & fructus* — cui Domini responderunt — *Rem judicatam esse exequendam juxta modum* inferius exprimendum.

Quod enim res judicata in genere exe-
1 quenda sit tam contra Patrem, quam contra Patruos pro præstatione dotis in scutis 7000. nulla esse poterat difficultas, quia notoria sunt Iura rerum judicatarum omnimodam executionem demandantia, cum exindè non liceat amplius reclamare, & fiat de albo nigrum, ut firmat *Rota dec. 98 nu. 11., & 12. cor. san. mem. Alexandro VIII., dec. 519. n. 14. p. 18. rec.*, & in hac eadem Audientia *in Ferrarien. Alimentorum, & Datium super alimentis præteritis §. Quod enim cor. Me*, tanto magis, quia etiam Coniuges prædicti satisfecerunt oneri sibi in sententia iniuncto obtinendi à Sanctissimo derogationem notoriæ Constitutionis Sixti V. super moderatione dotium, unde nullum exinde obstaculum habere possunt.

Unicè vero agendum supererat de quantitate, ad quam Pater, & tres Patrui pro æquali portione bona fideicommissaria pro dote obligata possidentes teneri debeant, & DD. ponderatis singulis facti circumstantiis putarunt teneri Patrem pro rata scut. 4000., & unumquemque ex Patruis pro rata scutorum 1000. pro quolibet, & hic fuit modus, quem addiderunt resolutioni.

Moti quidem sunt ex eo, quod multiplex
2 concurrebat ratio ad gravandum Patrem de majori quantitate, & dote, quàm concurreret ad gravandos Patruos, licet Possessores substantiæ fideicommissariæ pro æquali: Non solum enim concurrit respectu Patris illa generalis ratio, quæ communis est etiam in Patruis ad effectum, ut teneatur & ipsi ad dotem controversam, quod scilicet possidet portionem fideicommissorum ascenden-
3 talium, sed etiam altera, quod præscindendo à d. fideicommissorum possessione, onus dotandi D. Prudentiam principaliter spectat ad ipsum uti Patrem, ut per *text. in l. Qui Liberos 19. ff de rit. nupt., & in l. final. C. de dot. promiss., Rota dec 801. n. 3. coram Coccino, & decis. 28. n. 25., ac dec. 78 n. 1. & 14.*

& 14. cor. san. mem. Alexandro VIII., & dec. 278. n.3. p. 19. rec.

Cui etiam accedit, quod idem Pater in
4 alio Matrimonio, quod pro eademmet Filia tractatum fuisse refert *decisio 11. Decembris proxime præteriti §. Non tamen coram Me* promiserat pro dote ejusdem Filiæ absque ullo Patruorum concursu scut. 2000. Unde videtur agnovisse principalem dotandi causam penès se residisse, non autem esse communem cum iisdem Patruis, itaut istis exinde quæsitum esset aliquod Jus, ut si in dicto Matrimonio Pater teneri volebat absque Patruorum concursu ad scuta 2. mil., ita illos pro rata hujusmodi relevet ab omni contributione, etiam nunc quoad aliud Matrimonium, quod cum Viro nobili à Filia contractum fuit.

Concurrentibus his in Patre majoribus
5 causis propriæ obligationis ad filiam dotaudam, quarum pondus reservatum erat Dominorum judicio, ut in regulanda taxatione
6 dotis dixit *Rota dec. 430. n. 2. cor. Coccin.*, omnino visum est, ut ille ad majus onus su-
7 beundum in dotatione Filiæ teneatur, quàm teneantur Patrui, qui præscindendo à communi obligatione, quam habent una cum Patre ratione possessionis fideicommissorum, neque ex propria persona, neque ex alia ulla obligatione tenerentur, *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauf. 5. glos. 10. p. 1. n. 7. Gratian. discept. foren. cap.308. n. 2., Rota dec. prima n.43. cor. Ottobon.*; itaut debitum hujus dotis semper erga ipsos multò minùs urget, quam urgeat erga Patrem.

Sicut autem ex his distributivè teneri de-
8 bet Pater ad capitale dotis in scutis 4000., & ad scuta 1000. unusquisque ex Patruis, ita proportionabilis facienda est repartitio etiam fructuum debitorum à die contracti Matrimonii, ad quem diem retrotrahitur successiva taxatio à Iudice facta, ut aliàs firmavit *Rota dec. 94. n. 12., & dec. 318. n. 2., et per tot. p. 14. rec.*, maxime quia condemnatio ad fructus contioetur etiam in supradictis Sententiis, & re judicata.

Et ita altera tantum &c.

PAPIEN. MANUTENTIONIS.

Mercurii 26. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Redditus Ecclesiæ suppressæ, & per Papam Parochiali Ecclesiæ uniti, semperque ab illius Archipresbitero exacti alterius Administratoris curæ committi non possunt, & præsertim in summariissimo manutentionis judicio favore ejusdem Archipresbyteri judicandum est.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio semper possessori danda est.*
2 *Administratio gesta precario nomine, & ad certam tempus ad effectum reportandæ manutentionis titulum validum non tribuit.*
3 *Amplia quando vix sequuto obitu veri administratoris, ille, qui istius vices gessisset ad reddendam rationem in manibus legitimi successoris fuisset citatus.*
4 *Æconomus deputandus est Ecclesiæ Parochiali vacanti, donec ad eam legitimus Successor non assumatur.*
5 *Jus deputandi æconomum pro Ecclesia vacante pertinet ad Episcopum.*
6 *Manutentio in administratione illi semper danda est, qui hactenus in administratione se ingessisset.*
7 *Administratio effectuum, qui à Papa de altera Ecclesia suppressa, Ecclesiæ Parochiali fuissent applicati, ad istius Rectorem devolvitur.*
9 *Administratio Parochialium reddituum penes Rectorem quod stare debeat, ab Episcopo non potest impugnari, quando factum istud ejus Antecessor ratificasset.*

DECISIO MCXCVIII.

Administrationem reddituum parvi Conventus S. Mariæ Petræ Maratiorum, quæ à tempore, quo iste virtute generalis Constitutionis san. mem. Innocentii X., quæ incipit -- *Instaurandæ* suppressus fuit, semper resederat penes Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ ejus Loci, modernus Episcopus Papiensis novissimè commiserat simplici Sacerdoti Petro Mariæ Gallo; Joseph verò Ferrarius dictæ Parochialis Ecclesiæ Rector, ut ejus jura sarcta, tectaque servaret, in judicium coram A. C. de Geotilibus, evocavit Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, eoque frustra contradicente, obtinuit à memorato Judice Mandatum de manutenendo in d. controversa administratione; delata autem appellatioois causa ad hoc Sacrum Tribunal virtute commissionis à Signatura Justitiæ mihi directæ cum clausula -- *alteri cum facultate manutenendi quem de jure*--cum hodie proposuerim congruum dubium -- *An, & cui sit danda manutentio* -- DD. respooderunt *dandum esse Iosepho.*

1 Constitit enim in facto bona, & redditus d. Conventus ab initio quo iste suppressus fuit usque ad hæc tempora semper administrata fuisse ab Archipresbyteris d.Parochialis Ecclesiæ, tum deputando Sacerdotes ad Missarum celebrationem necessarios, tum solvendo eleemosinas ad hunc effectum ab Ordinario taxatas, tum denique sacræ Suppellectiles, aliaque id generis ad usum, & manutentionem Ecclesiæ d. Conventus opportuna comparando; unde, his atteotis, moderno Archipresbytero agenti nomine dictæ suæ Parochialis Ecclesiæ negari nullo pacto poterat petita manutentio in administratione dd. bonorum, & redditum, quam ejus antecessores retinuerunt, ad *Text. in cap. olim de restitut. Spol. cap. litter. de dilat. Rot. dec. 275. n. 16. p. 16.* & sæpe alibi.

Nilque

Nilque urgere visæ fuerunt geminę deputationes in Oeconomum per Curiam Episcopalem expletæ; altera nimirum anno 1666. in personam Angeli Michaelis simplicis Sacerdotis, & altera in personam Juliani, qui licèt postea Archipresbyteratum assecutus fuerit, tunc tamen non dum fuerat ad illum assumptus.

Nam quòd attinet ad primam, prompta erat responsio, quod eatenus deputatus fuit
2 in Oeconomum memoratus Angelus Michael, quatenus tunc temporis Archipresbyter grandi senio, & adversa valetudine confectus, cum neque bonorum culturæ, nec reparationi ædificiorum proximam ruinam minantium, ea, quâ par erat diligentia incumbere posset, satius duxit eâdem administrationē in manibus Episcopi renunciare, quàm in munere sibi commisso deficere, unde actus iste, qui à peculiari ratione profectus fuit, nedum trahi nequit in exemplum, sed potius retorquetur, tum ex quo renunciatio ipsa emissa per Archipresbyterum indigitat titulum, habitumque præcedentem penes ipsum resedisse; tum & fortius, quia
3 statim sequuto obitu memorati Archipresbyteri, cessavit œconomia d. Michaelis Angeli, & administratio rediit ad proximum Successorem in Archipresbyteratu mandante, & jubente ipso Episcopo Papiensi in quadam ejus epistola, ut eidem à Michaele Angelo restituerentur libri, suppellectiles, claves, cæteraque omnia ad Conventum spectantia; ac ratio de administratis redderetur, itaut ipse Michael Angelus, non in titulum, & perpetuo, sed pro dignitate Archipresbyterali ad certum tempus, quasi precario nomine administrasse videatur, ad *Text. in Leg. Iubemus Cod. de sacros. Eccles. ubi gloss. 12 verb. mandat.*

Et eodem modo respondebatur etiam alteri deputationi factæ in personam Juliani;
4 cum enim tunc vacaret Parochialis Ecclesia, partes erant Episcopi deputare interim Oeconomum, qui Parochiam regeret fructusque, & jura omnia ad ipsam pertinentia administraret, quousque ad illam legitimus Successor assumeretur, juxta depositionem Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 18. de quo Rot. cor. Arguell. dec. 47. n. 8. & 9., & cor. Benincas. dec. 15. num. final.*

5 Cæterum aliena visa fuit à præsenti judicio Summarissimo Possessorio alia objectio pro parte Curiæ Episcopalis promota, quod nempe per dictam Constitutionem Innocentianam commendata fuerit Locorum Ordinariis administratio bonorum, & redditituum ad Conventus suppressos spectantium, quodque proinde si Archipresbyteri administrarunt bona, & redditus Conventus, de quo agitur, id fecisse censeantur non proprio jure sed & facultate ipsis ab Episcopo tributa, itaut eidem Episcopo integrum semper remanserit jus, & potestas alios sibi benevisos Sacerdotes in Oeconomos, & Administratores eligendi.

6 Istiusmodi enim inspectio, cum jus Partium, ac titulum respiceret; assumi non poterat in præsenti judicio, in quo ad limites puri facti, & nudæ possessionis concedenda est manutentio favore illius, quem hactenus administrasse constat, ut in terminis firmat *Posth. de manut. observ. 10. n. 47., & post eum Rot. dec. 250. n. 1. & 3., & dec. 258. num. 1. & seq.*

Et nihilominus ad colorandum possessorium, bene DD. animadvertebant, quod neque etiam in facto subsistebat objectum; siquidem facultas administrandi non fuit Ordinariis locorum per dictam Constitutionem indefinitè concessa, sed solùm quousque sequeretur specialis applicatio bonorum, & redditituum Conventuũ suppressorum, quam Summus Pontifex favore aliorum Piorum Locorum, re cognita per Congregationem particularem ad id expressè deputatam fieri
7 demandavit. Quamobrem cum suppresso Conventu de quo agitur idem Summus Pontifex, juxta votum tunc Episcopi Papiensis, & dictæ Congregationis particularis illius bona, & redditus applicanda esse decrevit Parochiali Ecclesiæ dicti Loci Petræ Maratiorum, cessavit illico qualibet administratio Episcopi, & Rector, seu Archipresbyter d. Parochialis Ecclesiæ evasit jure proprio perpetuus Administrator eorumdem bonorum, prout erant Regulares ipsi ante suppressionem, ad tradita per *Gaet. de Benefic. p. 12. cap. 2. n. 12. & seq., Adden. ad Gregor. dec. 112. n. 5., Rot. dec. 1296 num. 7. coram Emer. jun.*

8 Quam fanè veritatem bene agnoverunt ipsi pro tempore existentes Episcopi, qui nedum passi sunt, Archipresbyteros administrare dicta bona absque eo, quod unquam facultatem super hoc aut deputationem aliquam a Curia Episcopali petierint, aut reportaverint, prout opus fuisset, si non jure proprio, sed præcario ipsius Episcopi, ejusmodi administrationi sese immiscuissent; ve-
9 rum præterea iteratis vicibus fassi fuerunt, tum in dicta epistola per Vicarium conscripta, tum, & clarius in actu Visitationis dictæ Ecclesię Conventus suppressi eius Oeconomiam, & administrationem ad Archipresbyteros pro tempore ejusdem Loci Petræ Maratiorum perpetuo pertinere, quæ sane confessiones nullum in hac re ambigendi locum relinquunt, juxta regulare dicterium, de quo *Rot dec. 38 n 10 p. 9. dec. 22. num. 11. p. 17., & cor. Bichio dec. 265. n 11., & dec. 122. n. 3. cor. bo. me. Benincasa*, & passim alibi.

Et ità utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA SUPER FRUCTIBUS.

Veneris 28. Iunii 1720.

ARGUMENTUM.

Pecuniarius Creditor, qui in concursu loca montium

montium sibi consignari obtinuit, facta prius de restituendo prioribus & potioribus obligatione, eadem loca una cum fructibus perceptis favore anterioris creditoris superaccedentis tenetur restituere, quia licèt respectu communis debitoris ejus creditum mere pecuniarium fuisset, respectu tamen illius creditum in specie; & judicium reale dicendum est, & à die illius introductionis fructus saltem debentur.

SUMMARIUM.

1 *Creditor, qui in judicio concursus loca montium fuisset consequutus, super eveniente anteriori creditore, fructus & sortem restituere tenetur in judicio reali*, amplia ut in nn. 3., 5., & 8.

2 *Limita in creditore anteriori agente in judicio personali contra posteriorem agentem pro avocandis ex ejus manibus pecuniis.*

4 *Creditum merè pecuniarium fructus non parit.*

5 *Fructus non veniunt cum proprietate in judicio reali.*

7 *Fructus non debentur creditori avocanti rem fructiferam, donec res non sit avulsa ex dominio possessoris per effectivam adjudicationem sui favore relatam, licèt esset in facultate solutio cum re fructifera, quando tamen in obligatione stat mera quantitas*, & vide casum.

8 *Creditor posterior à die lati decreti favore anterioris debet retrocedere loca montium in concursu recepta una cum fructibus in judicio reali.*

DECISIO MCXCIX.

POstquam virtute Rescripti Signaturę Iustitiæ præservantis executionem præcedentium Judicatorum A. C., & nostri Sacri Tribunalis obtinuit Marius Ciantes translationem locorum montium: quæ in judicio concursus indicti super bonis hæreditariis R. P. D. Horatii Alberini receperat Eques Joannes Antonius à Sancto Petro; curavit idem Marius unà cum dubio respiciente causam principalem mihi in devolutivo commissam, & de quo actum fuit in contemporanea decisione, proponi etiam alterum *An* scilicet, *& in qua summa, & à qua die fructus debeantur*, cui Domini responderunt, *fructus deberi juxta modum*, nempe *ad rationem locorum montium à die primi Iudicati juxta petitionem ipsius Marii.*

1 Ratio resolutionis stetit in eo, quod Joannes Antonius controversa loca montium hæreditaria communis debitoris consequutus fuit in judicio concursus sub expressa obligatione illa restituendi creditoribus anterioribus, & potioribus, unde cum ex post comparuerit memoratus Marius creditor anterior ex causa donationis scutorum 10. m., satis non erat, quod Joannes Antonius creditor posterior illi restituerit loca montium, nisi etiam fructus eorumdem locorum indebitè perceptos saltem post primum judicatum, & condemnationem Actori præstiterit, cum de jure restituere non videatur, qui duntaxat reddit rem, quam detinebat, sed qui una simul cum re ipsa principali etiam fructus restituit, quos percepturus fuisset Actor, si statim judicii accepti tempore res ei reddita fuisset, juxta *Tex. expressos in l. plus est 22., & l. restituere autem 35. ff. de verbor. signific.*

2 Et quamvis conclusio hujusmodi non procedat, ubi Creditor anterior egerit actione personali contra posteriorem pro avocanda ab ejus manibus pecunia in judicio concursus sub dicta obligatione recepta; nullo tamen pacto limitatio illhæc applicari poterat præsenti hypothesi, in qua Marius, tametsi pro obtinenda satisfactione sui crediti institerit pro relaxatione mandati executivi contra bona hæreditaria Horatii ejus debitoris, citato ad hunc effectum Curatore de-

3 putato illius hæreditati jacenti, unico tamen contextu egit etiam contra Equitem Joannem Antonium pro relaxatione mandati de transferendo loca montium ab ipso pridem accepta, & hac de causa produxit in actis litteras patentes eorumdem locorum continentes vinculum expressum de restituendo prioribus, & potioribus: undè judicium, quamvis pro eo quod attinet ad hæreditatem communis debitoris, videri possit merè

4 personale, & unicè tendens ad consequutionem crediti pecuniarii, de cujus natura est, ut nulli fructus debeantur, nihilominus pro

5 eo, quod respicit Equitem Joannem Antoniũ possessorem locorum montium, nonnisi reale censeri potest, cum fuerit directum non jam ad avocandam ab eo pecuniam, sed ad assequendam possessionem ipsius rei, nempe locorum montium, quæ ipse sub expressa, & solemni obligatione restituere promiserat.

6 Quo fit, ut quoad ipsum ex indole, & natura judicii intret fructuum restitutio *l. litigator ubi gloss. ff. de fruct., & lit. expens. l. & ex diverso §. Ubi autem, & l. præterea ff. de rei vindicat., Rot. dec. 281. n. 4. & seq p. 7., & dec. 232. n. 5. p. 8. rec.*, & sæpe alibi.

7 Hinc autem cessare ex facto visum fuit aliud objectum, quod quando pecunia, vel quantitas est solùm in obligatione, licèt species fructifera sit in facultate solvendi, nihilominus creditor nequeat ex ea fructus prætendere, quia donec res ipsa sive species non est avulsa è dominio possessoria per effectivam adjudicationem favore creditoris, semper possessor fructus suos facit in sequelam Dominii, juxta firmata per *Rot. dec. 458. n 6., & seqq. cor. Coccin., & in Senogallien. Salviani 11. Martii 1703. §. Parum urgente cr. Emo Scotto, & in Romana fructuum Cambii 21. Iunii 1700. §. Neque in hoc coram Rmo Aldrovando.*

8 Semper enim urget responsio, quod licèt respectu communis debitoris sola pecunia esset in obligatione, & species in facultate solvendi, respectu tamen Equitis Joannis Antonii non pecunia, aut quantitas, sed lo-

ca

ea ipsa montium erant, & cadebant sub obiigatione restituendi ab ipso solemniter emissa favore anteriorum, & potiorum: unde ea stante, saltem à die Decreti Judicis pro illorum translatione fructus suos ampliùs facere non poterat, sed illi una cum locis montium Mario Actori restituendi erant, juxta auctoritates ipsas in objecto allegatas, & bene distinguit *Rot. dec.376.nu.9.cor.bon. mem. Benincasa.*

Et juxta hunc modum utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Veneris 28. Iunii 1708.

ARGUMENTUM.

Certi juris est, quod debitor citra aliquem fraudis, doliique incursum, in creditorum præjudicium sibi delatam hæreditatem non adeundo, eam non teneatur acceptare.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de duabus habet locum quando duo sententiæ sunt justæ.*
2 *Renunciatio liti operatur, ut illa totaliter dicatur extincta.*
3 *Pecuniæ exactæ in concursu cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus istorum favore semper extare dicuntur.*
4 *Hæreditas filii ab intestato pro virili ad patrem, & fratrem defertur.*
5 *Creditor nullum ius ad eam acquirit hæreditatem, quam debitor licèt hæres, attamen non agnovisset.*
6 *Debitor etiam in creditoris præiudicium ad se devolutam hæreditatem adire non tenetur.*

DECISIO MCC.

Ex iisdem fundamentis, quibus Sacrum Tribunal sub die 10. Martii superioris anni exequendum esse censuit coram R.P.D. meo Cerro mandatum de transferendo loca montium ab A. C. relaxatum favore Marii Ciantes contra Equitem Joannem Antonium à S. Petro, hodie quoque in devolutivo coram Me respondit *constare de re judicata*,
1 obsequendo notissimæ dispositioni Statuti Urbis *in cap. 180. lib.2.*, juxta quam duæ conformes, si validæ, & justæ fuerint, habent vim trium, & rem judicatam constituunt.

Repetentes Domini examen, tam validitatis, quàm etiam justitiæ præcedentium Judicatorum, quod ad primam attinet, frustra illam impugnari posse existimarunt sub obtentu, quod mandatum relaxatum fuerat ab A. C. pendente lite in Rota super subsistentia, & realitate donationis, sive crediti ejusdem Marii: nam ut bene responsum fuit in decis. R.P.D. mei Cerri §. *Validitas*, neque ejusmodi nullitas amplius proponi poterat, postquam à Signatura Justitiæ rejecta fuerat,
2 neque reverà subsistebat, dum Eques Joannes Antonius jam pridem memoratæ liti solemniter renunciaverat: unde quoad ipsum lis omnis extincta, ac penitùs absoluta remanserat *l. 1. §. Quibus app. non lic. leg. postquam Cod. de pactis.*

Sed non solùm validitas d. Mandati, sed etiam ejusdem justitia ex dicta solemni renunciatione perspicua reddebatur. Siquidem namque ea stante Eques Jo. Antonius controvertere amplius nequibat subsistentiam, ac realitatem d. donationis, sive crediti locorum 10. m., quam Sacra Rota in decursu d. litis approbaverat, & canonizaverat in decisione tunc edita 5. *Maii 1705. cor. bon.*
3 *mem. Molines*: ita in necessariam consequentiam descendebat, quod loca montium à d. Equite Jo. Antonio in judicio concursus obtenta sub expressa obligatione restituendi prioribus & potioribus essent ab eo restituenda Mario: cum cæteroquin memorata donatio esset procul dubio anterior credito Equitis, & tamquam talis supra istud graduata in Peritia, qua idem Eques pro obtinendis controversis locis montium in exclusionem aliorum creditorum usus fuerat, ut late probat Decisio præcedentis instantiæ §. *Justitia verò cum seqq. cor. R. P. D. meo Cerro.*

4 Nec ullam ingerere potuit difficultatem, quod Jo. Dominicus Donatarius decesserit ab intestato nedum dicto Mario Patre, sed etiam Joscpho, & ipso Horatio donante fratribus superstitibus; unde aliàs pro parte Equitis opponebatur, quod tertia pars summæ donatæ adscribenda esset commodo creditorum ipsius Horatii, cum etiam ipse, tamquam frater fuerit Cohæres Jo. Dominici Donatarii prædefuncti unà cum Patre, & altero fratre, *L. nam & si Parentes ff. de inoffic. testam. autth. defuncti. cod. ad Tertull.*

Prompta enim occurrebat responsio data in *d. Decisione R.P.D. mei Cerri §. penultimo, & ultimo*, quod nempe id bene procederet, quatenùs Horatius hæreditatem Jo.
5 Dominici fratris pro portione sibi ab intestato delata agnovisset. At verò cum eam numquam agnoverit, hæc quoque viriiis portio cæteris Cohæredibus accrevit, toto *tit. digestorum, & cod. quando non peten. part. peten. accr.*, itaut nullum jus super illa asse-
6 rere sibi possint Creditores, in quorum præjudicium certi juris est, quod debitor citra incursum aliquem fraudis, & doli optimè valet non adeundo hæreditatem sibi delatam non acquirere, ut litteraliter cavetur *in L. quo autem ff. qui in fraud. cred l. alienationis 28. §. Qui occasione ff de verb. signif. leg. non fraudantur 175. ff. de regul Juris.*

Et ita Mario tantùm informante &c.

PAPIEN. EMPHYTEUSIS SUPER EXPENSIS.

Veneris 28. Iunii 1720.

ARGUMENTUM.

In taxatione expensarum cum hac proceditur regula,

regula, quod illæ in Partibus factæ, & ab illis Notatiis taxatę nullo moderamine afficiantur ratione plenæ fidei, quæ erga istos habetur.

SUMMARIUM.

1 *Taxatio expensarum juxta Curiæ stylum facta de excessu non potest redargui.*
2 *Listæ expensarum de Partibus taxantur secundùm illarum notulam*, & n.3.
4 *Expensæ factæ pro cibariis consumptis in itinere facto ab Interprete reficiendæ sunt.*
5 *Taxatio Iudicialis à Civitatis Cancellario approbata non infirmatur ex fide vaga Causidicorum ejusdem Loci.*
6 *Taxatio expensarum in quinta instantia minus rigide criticanda est.*

DECISIO MCCI.

POst protractum litigium super validitate Investituræ Bonorum nuncupatorum Turris de Aliariis per quinque instantias, quarum duæ primæ actitatę fuerunt in partibus, aliç verò tres in nostro Auditorio, adeo emicuit nullitas ejusdem investituræ, quam substinuit Canonicus Hercules de Sfondratis, jusque devolutionis eidem competens, ut Patres Sancti Augustini Papiæ possessores renunciaverint etiam liti, emissa consueta obligatione reficiendi victori expensas.

Hoc unum itaque supererat CanonicoHerculi, ut earumdem expensarum curaret taxationem, quam de facto obtinuit à R. P. D. meo Marymon, coram quo ultima causæ instantia actitata fuerat, & canonizata res judicata prçvia ejusdem Decisione 11. Decembris superioris anni. Ab hac verò etiam taxatione expensarum appellarunt Patres S. Augustini, cujus cognitione Mihi commissa, dedi de more disputandum dubium -- *An constet de excessiva taxatione expensarum* - & responsum habui à Dominis -- *non constare de excessiva.*

Duplicis siquidem erant generis expensę, de quibus in dicta taxatione actum fuit. Aliæ scilicet, quę factæ fuerunt in Curia post devolutam causam ad illam, & aliç factæ in Partibus in duabus præcedentibus instantiis, Papię primum, & deinde Mediolani actitatis.

1 Incipiendo igitur ab illis factis in Curia, nulla quęstio erat quoad eas inter Partes, quia taxatę fuerunt tantummodo illæ, quę juxta stylum Curię, & nostri Tribunalis refici solent, & de quibus passim actum est in similibus controversiis, & signanter in Sorona divisionis super expensis 26. Junii superioris anni § *Minusque cor. R. P. D. meo Herrera, & in Romana locorum montium super expensis* 16. *Februarii ejusdem anni* §. *Quandoquidem cor. Me.*

2 Quo verò ad illas factas in partibus, frustra excessus desumi prętendebatur ex eo duplici fundamento, quod listæ factæ non fuerint à Notariis cum debita præventiva ipsarum expensarum justificatione, quodque inter impensas primi judicii agitati Papiæ contineatur illa partita librarum 700., quæ respicit iter, & cibaria Advocati ducti è Civitate Mediolani, quando minori sumptu haberi poterat in Civitate ipsa Papiæ.

Quo enim ad primum, tanta est fides in hujusmodi casibus adhiberi solita Notariis ipsis, ut omnis præsumptio fiet non solum pro omnimoda legalitate illorum actus, donec de contrario non justificetur, quod in suo munere defecerint, ut eidem objecto occurrendo firmat *Rot. dec.* 674. *n.* 7. *coram Dunoz. iun.* Sed etiam pro justitia, itaut expensæ ab iis designatę de iis esse prçsumantur, quæ juxta stylum illorum Curiæ reficiendæ sunt, ut cum *cadem Decisione* 674. *n.* 6. *cor. Dunozetto* plene dictum fuit *in Hildesimen. emolumentorum super expensis* 5. *Februarii proxime præteriti* §. *Quo verò, & seqq. coram*
3 *Me.* Et etiam hujusmodi taxationes factæ à Judicibus, seu etiam Cancellariis de partibus juxta proprium stylum in nostro Tribunali sine controversia admittantur, ut pariter firmatum existit *dec.* 1010. *n.* 1. *cor. Emerix, in Wormatien. Decanatus super expensis* 1. *Iulii* 1715. §. *Expensas*, ubi quod expensæ Procuratoris, & Advocati juxta stylum de partibus reficiuntur juxta eorum quietantias, & in *Neapolitana fideicommissi super fructibus, & expensis* 20. *Ian.* 1717. §. *Expensæ enim cor. R. P. D. meo Foscaro.*

4 Quo verò ad secundum, illud advertendũ est in primis, quod Advocatus Mediolano adscitus Papiam, adhibitus extitit pro Interprete, & si mora diuturna fuit, id contigit ex quo Testes à Partibus adducendi non fuerunt prompti, ut examini sese subjicerent; in quibus terminis si hujusmodi expensa habito respectu ad Cibaria, & iter, seu Viaticum, ut dici solet, fuit pariter à Notario conficiente taxam de mandato Judicis approbata, redit eadem præsumptio, quod sit de iis, quæ juxta stylum Curiæ Papiensis reficienda sit, juxta superius firmata,

5 Neque obstat extrajudicialis attestatio aliquorum Causidicorum Papię, quod non sit solita comprehendi in taxa expensa Cibariorum, & Viaticorum Advocati Forensis adhibiti in causa; quia hujusmodi informi fidei in abstracto conceptæ, & admodum vagæ, præferri debet taxatio iudicialis facta in concreto, & à Cancellario publico legitimè approbata, u prçcisè resp ondit *Rota in eadem Neapolitana fideicommissi super fructibus, & expensis* 20. *Ianuarii* 1717. § *Expensæ verò vers. aliæ verò extra Curiam cor. R. P. D. meo Foscaro.*

Et hęc tanto fortius procedunt, quia de istis expensis habita fuit ratio in ipsa taxatione iam secuta, & earum respectu fuit facta diminutio, & subtractio librarum 206. ab integra summa, quam listæ memoratæ præferebant, itaut si aliquod adfuisset gravamen, illud dubio procul emendatum jam fuerit, neque ulterius de eo agendum sit,
6 dum præsertim agitur de lite ad quintam usque instantiam protracta, & usque ad extremum devolutivum, ex quo fit, ut taxatio expen

expensarum minus rigide criticari debeat, & imo facilius approbari, ut advertit *Rota in supra allegata Wormatien. Decanatus super expensis § finali cor. Emo D. Cardinali Scotto.*

BURGEN. JURISDICTIONIS, SEU VISITATIONIS SUPER ATTENTATIS QUOAD LIQUIDATIONEM.

Veneris 28. *Iunii* 1720.

ARGUMENTUM.

In Judicio purgationis attentatorum, tum iudiciales, tum extrajudiciales reficiuntur expensæ.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum S. P. præservat iurisdictionem iudici à Quo, præsertim circa liquidationem Iudicati.*

2 *Refectio expensarum in attentatorum iudicio, ipsius iudicii pars dicitur.*

3 *Expensæ, tum iudiciales, tum extraiudiciales in attentatorum reficiuntur iudicio, & quę sint primę, quæque secundæ.*

4 *Expensæ in causa attentatorum sicuti sunt ab attentante reficiendæ in casu succumbentiæ, ita & isti sunt reficiendæ, quando de prætensis attentatis non constare iudicaretur.*

5 *Res iudicata, donec per tres conformes non revocetur, silentium imponit.*

6 *Expensæ iudiciales facile liquidantur, & extraiudiciales rigorosam non requirunt discussionem, sed ad eas liquidandas qualibet verisimilitudo admittitur.*

DECISIO MCCII.

PEndente lite inter Reverendissimum Archiepiscopum Burgen., & Abbatem Vener. Monasterii Sancti Salvatoris de Ofia super Jurisdictione, & Visitatione, tam Ecclesiæ Monasterialis, quàm aliarum illi unitarum, ea quoque promota fuit ex parte Archiepiscopi controversia, quod Abbas de annis 1711. & 1712. plura commisisset attentata; unde ultra principalem quæstionem, in qua reportavit semper victoriam idem Abbas obtinendo mandatum de manutenendo (juxta decisiones coram bon. mem. Barbadico editas 3. Julii 1713., ac 19. Januarii 1714.) ac R. P. D. meo Crispo in ejus Defuncti locum subrogato, præviis Decisionibus evulgatis coram ipso die 3. Augusti 1714., & coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto sub die prima Aprilis, & prima Julii 1715., assumpta fuit discussio etiam alterius subalternæ respicientis eadem prætensa attentata, & in ea quoque primum coram R. P. D. meo Crispo obtinuit Abbas rescribi -- *Non constare de attentatis*, juxta ejus decisionem 2. Julii 1714., & decretum latum in attentatorum exclusionem, quod subinde confirmavit etiam Eminentissimus Scottus prævia Decisione diei prima Aprilis 1715., cum ulteriori condemnatione Archiepiscopi ad expensas, tam judiciales, quàm extrajudiciales.

Idemque contigit in tertia Instantia Rotali coram Eminentissimo Domino Cardinali Althann, coram quo prodiit die 3. Februarii 1716. uniformis Decisio, & consecutivè uniforme judicatum, cum pari condemnatione ad omnes expensas, juxta naturam judicii attentatorum; cumque adversis hæc tria judicata Reverendissimus Archiepiscopus adhuc reclamasset in Signatura Justitiæ, emanavit ab ista rescriptum - *Sine præjudicio trium, & amplius* -- nec subinde curavit ulterius causam prosequi in devolutivo, itaut ob lapsum quoque fatalium inducta fuerit in totum, & absolute res judicata.

1 E contra verò Abbas in sequelam dicti Rescripti, cujus natura est præservare jurisdictionem Judicis à quo, itaut ipse exequi possit suam sententiam, & non obstante commissione, ad ulteriora procedere, & in specie ad liquidationem Judicati, juxta magistralem *Decisionem* 228. *per totam coram san. mem. Alexandro VIII*, cum aliis *in Toletana Decimarum de Capilla super liquidatione* 19. *Aprilis* 1717. *cor. R. P. D. Cerro* §. *Præsupposito enim cum seqq.*; institit coram Me subrogato in locum dicti Eminentissimi Althann, interim ad Episcopatum Vaccien., & ad Cardinalatus dignitatem meritissimè evecti, ut procederem ad liquidationem expensarum, ad quas ex re judicata condemnatus fuerat idem Archiepiscopus Burgen., & propterea dedi dubium in hodierna audientia -- *An, & in qua summa sint liquidandæ expensæ attentatorum*, ac DD., Patre Abbate duntaxat informante, *expensas esse liquidandas in summa inferius exprimenda* responderunt; in ea scilicet, quam constituunt, tam judiciales, quam extrajudiciales exp nsæ factæ in lite attentatorum ab eodem Abbate.

Teneri enim Archiepiscopum ad refusionem expensarum quas facere coactus fuit Abbas ob indebite promotam attentatorum prætensionem, in qua succubuit, certum omnino erat, quia in iisdem sententiis, quę vim rei judicatæ assumpserunt, ad illas ex-

2 pressè condemnatus reperitur; est autem expensarum refusio, præsertim in judicio attentatorum ipsius judicii pars, & condemnationis, ut firmavit *Rot. dec.* 534. *n.* 5. & 7. *cor. Bichio cum aliis vulg.*

3 Et in eadem refusione venire tam judiciales, quàm extrajudiciales expensas, tam scilicet illas, quę consistunt in sportulia, regestris, citationibus, & similibus, quam illas, quæ respiciunt honoraria Procuratoris, & Advocatorum, ac mercedem Sollicitatoris, Copistę, & Impressoria, & huius generis necessarias, & consuetas, quas pro causæ defensione Collitigans facere debuit, certum pariter est, quia illæ omnes in judicio attentatorum, tam ex natura iudicii, quàm ratione damnorum, & interesse refici debent Victori, *Rota dec.* 247. *nu.* 14., 181, & *seq. cor. Celso, dec.* 374. *n.* 7. & *seq. cor. Royax., dec.* 744. *n.* 9. & *seqq. p.* 4. *tom.* 3., & passim.

Sicut

4 Sicut etiam huiusmodi expensę eodem modo reficiendæ veniunt ab Attentante si condemnaretur, prout reficiendæ viceversa sunt etiam ab eo, qui male, & indebite petat prætensa attentata purgari, & revocari, & in causa succumbat, ut contigit Reverendissimo Archiepiscopo, ut latè docet *Lancellott.de attentat. p.3.cap.31.de pæn; attentat. n.159., & 173. cum seq.*, maxime dum iam condemnatus fuit specificè ad easdem expensas per rem iudicatam approbatam à Signatura Justitiæ, ut diximus, cum clausula *sine præjudicio*, & ex lapsu fatalium con-
5 firmatam, quæ res iudicata, donec non sit, prævia rèstitutione in integrum per tres conformes revocata, nequaquam impugnari potest, & pro veritate habenda est, ac omninode exequenda, *Rot.dec.127.n.3. coram Cerro dec.509.n.15, & dec.519.num.14.p.18. recen.*

6 Hinc ad quantitatem, & liquidationem earumdem expensarum descendendo, parum immorandum fuit, quia respectu judicialium resultabat *in scutis centum quinquaginta duo, & ob.30. mon. Romanæ* ex notula sportularum, regestrorum, & similium, de qua *in Summario Informantis num.5.*; respectu verò extraiudicialium eruebatur *in scutis tercentũ quadraginta novem, & ob. 74. ejusdem monetæ* ex consimilibus notulis cum quietantiis exhibits in *eodem Summario n.6.*, quæ cum etiam sint valde verosimiles, satis exinde probatę, & liquidatæ dicuntur, ut in puncto firmat *Rot. dec. 534. n.19 cor. Bich.dec.384 n.7.cor. Royat, & dec. 247.n.14., & 18. cor. Celso*, & quæ calculandę veniunt pro quantitatibus prædictis in ducatis auri ad rationem Juliorum duodecim pro quolibet, iuxta stylum, & regulam stabilitam in *Melevitana expensarum 24. Junii 1700. cor. clar. mem. Card.de la Tremoille.*

Et ita altera &c.

FANEN· FIDEICOMMISSI.

Veneris 28. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Fideicommissi reintegratio allegabilis non est adversus illum, qui bona fideicommissaria, cessante dolo in detractionum causam sibi libere competentium distraxit. Pater dotem Nurus à se receptam non potest in manibus filii ejus Viri respective, absque Mulieris consensu dimittere.

SUMMARIUM.

1 *Immissio deneganda est hæredi fideicommissario super bonis titulo dotis, & ex causa liberæ detractionis ex fideicommisso detractis*, amplia ut in n. 10., & 11.

2 *Restitutio dotis facta à Patre Viri in illius manibus mulierem non ligat, nisi in tali actu suum præstitisset consensum eadem Mulier.*

3 *Præjudicium ex mero facto Viri Mulieri non infertur.*

4 *Restitutio dotis non dicitur subsidiariè postulata à Muliere adversus Patrem Viri, sed directè, quando ille se ad restitutionem obligasset.*

5 *Subrogatio prædii in reintegrationem fideicommissi pro alio prædio, quod à gravato distractum fuit, non præsumitur facta in causam fructuum, & damni passi ex causa distractionis prædictæ, quando Judex in sententia neque de fructibus, neque de damnis liquidandis ullam mentionem fecisset*, & n 9.

6 *Amplia, quando iidem fructus ad gravatum hæredem pertinuissent*, & vide casum.

7 *Subamplia, quando Judex per viam reintegrationis de facto processisset*, & quare?

8 *Actio personalis datur pro consequtione fructuum.*

12 *Simplex hypothecatio non operatur, quod bona dicantur destructa ad quemcumque effectum, licet munita esset clausulis* dans assignans, constituens &c.

13 *Dos assignata super prædio operatur, ut illud ab assignante amplius distrahi in præjudicium mulieris assignatariæ non possit.*

14 *Deterioratio prædii, quæ post illius acceptationem superaccessit, acceptantis, & non dantis damno cedit.*

15 *Obligatio suum tantum sequitur auctorem.*

16 *Laudum à Partibus acceptatum, ad ea, de quibus Partes loquti non fuissent, non extenditur, & de quibus illud verbum non faceret.*

17 *Nemo præsumitur jactare suum.*

18 *Donatarius particularis de aliqua re, non afficitur obligatione generali facta à donante, sicuti afficeretur illius hæres.*

DECISIO MCCIII.

CONcessa Octavio Sperantiæ nova Audientia adversus Decisionem in hac postrema Instantia editam 23. Januarii 1719. cor. bo. me. Ansaldo, Ego in illius locum subrogatus proposui hodie consuetum dubium, cui DD., prævalentibus fundamentis deductis pro Josepho Carraria, responderunt -- *Standum esse in decisis.*

Quamquam enim ad intervertendam rem judicatam iam canonizatam in quarta instantia coram R.P.D. meo Herrera, juxtà ejus decisionem diei 11.Decembris 1716., & rursus approbatam in decisione, quæ revide-
1 tur, plura cumularentur ex parte D. Octavii petentis vigore fideicommissi Immissionem ad Prædium *delle Case nove*, adhuc tamen subsistere visum est illud fundamentum, quod idem Prædium cesserit in detractiones debitas Andrèæ Alienanti, & signanter in causam dotis Franciscæ Matris ejusdem Andreę, itaut proinde plenariam libertatem acquisiverit, ex adductis in Decisionibus causæ editis 29. Februarii 1714. §. *In nihilo* cor. eodem bon. me. Ansaldo, & in alia mox allegata §. *Validitas* cor. R. P. D. meo Herrera.

Absque eo quod ad minuendam ejusdem dotis

2 dotis quantitatem suffragetur iterum allegare, quod jam illa pro rata scutor. mille post obitum Octavii senioris fideicommittentis, qui eam receperat restituta fuerit Hieronymo ipsius filio, & prædictæ Franciscę Viro, itaut pro hac rata fideicommissum amplius urgeri non possit, nec pati novam detractionem, siquidem cum Octavius Pater illam dotem ab initio recepisset, & in casu restitutionis favore Mulieris sese debitorem constituisset, ex præfata restitutione facta Hieronymo Viro, potuit quidem Pater liberationem istius respectu consequi, non vero respectu mulieris, ejusque hæredum, nisi adfuerit in eadem restitutione illius
3 consensus, sine quo ex mariti facto præjudicium ipsi inferri non potuit, neque ipsius debitor liberari, ut probant *Barbos. in l. cum dotem §. Transgrediamur n.* 15., *& 27. ff. de jur. dot.*, *Card. de Luc. de dot. disc.* 92. *n.* 4., *& disc.* 162. *n.* 27. *vers. aut fit*, cum aliis in decisione, quæ revidetur adductis §.
4 *Hinc inutiliter cor. bo. me. Ansaldo*. Advertendo signanter, quod actio Mulieri competens adversus Octavium fideicommittentem non erat subsidiaria ducta ex *Auth. res quę C. comm. delegat.*, sed directe promanabat ex ipsius fideicommittentis obligatione, qui de restitutione ejusdem dotis favore mulieris, & ejus hæredum, sese ut diximus obligaverat.

Sicut etiam ad excludendam subrogationem Prędii *della Durante* tàm Juris ministerio, quàm ita declarante Iudice secutam in locum alterius Prædii *delle Case nuove*
5 fideicommissarii, quicquam non profuit ex animadversio, quod à Judice illud fideicommisso attributum fuerit non in subrogationem, & reintegrationem fideicommissi pro alio Prædio alienato, sed ratione fructuum, & damnorum passorum ex eadem secuta alienatione; quia triplex occurrebat æquè valida responsio hujusmodi objecto; prima, quod de assertis damnis, seu fructibus nulla mentio facta fuit in Judicis sententia, & tamen necessaria fuisset, sicut etiam necessaria fuisset illorum liquidatio; altera, quod
6 iidem fructus, seu damna loco fructuum, qui percepti fuissent ex Prædio alienato pertinuissent ad hæredem gravatum, & tamen adiudicatio Prædii *della Durante* facta fuit favore fideicommissi; & tertia demum,
7 quod Judex prædictus processit de facto per viam reintegrationis fideicommissi, quando cæteroquin pro restitutione fructuum non
8 competiisset nisi actio personalis, juxta firmata in *Bonon. fideicommissi de Grifonibus quoad reservata* 21. *Martii* 1710. § *Quo circa cor. R. P. D. Aldrovando Archiepiscopo Neocæsarien.*, & hæc omnia manifestum
9 præbent indicium, quod eadem reintegratio in causam Prædii fideicommissarii distracti cedere debebat, non in causam dd. fructuum.

Posito autem, quod jam fideicommissum obtinuerit in reintegrationem alienationis sequutæ de Prędio fideicommissario, dum alterum Prędium *della Durante* supradictæ Franciscæ Matri Andreæ alienantis assignatum, in dotem pro sc. 3000., quodque subsistat aliud creditum residuale dotis ejus-
10 dem Franciscæ in sc. 1000. jam inde patet, quod fideicommissarii agentes pro immissione ad Prędium *delleCase nuove* venditum illis de Carrariis pro sc. 3219. nihil ulterius consequi valent, quia Jura fideicommissi longe minora sunt juribus competentibus Alienatariis.

Hoc probè noscens Octavius actor, totum
11 animum convertit in hodierna Causę discussione ad minorandam quantitatem Prædii mox dicti *della Durante*, ut saltem indè sibi si non in totum, in parte deberetur Immissio vigore fideicommissi non integrè satisfacti, seu reintegrati ad Prędium *delle Case nuove*. Percurrendo autem fundamenta, quæ ad hunc effectum ab ipso proponebantur, visa non fuit subsistere, nisi diminutio illa, quæ sequi potuit ex mandato de subhastando ratam partem d. Prædii in sc. 218. qua tamen non obstante juxta præmissa, adhuc res pro alienatariis erat in tuto, cum junctis scutis mille dotis Franciscę supervextanti valori Prędii memorati *della Durante*, sarcta tecta sint Jura fideicommissi ultra valorem alterius Prædii fideicommissarii.

Nec porro subsistebat altera diminutio ex eo deducta, quod Hieronymus Pater Andreæ Alienantis idem Prædium distraxisset pro rata scut. 589., non solum enim di-
12 gnoscebatur ex facto, quod ista non fuit effectiva alienatio, sed simplex hypothecatio, quo casu cedere non poterat in causam detractionum in concursu alterius effectivæ alienationis, ut est illa Prędii *delleCase nuove*, ut advertit decisio, quæ revidetur §. *Neque refert*, & alias firmavit *Rota in Ferrarien. Alimentorum, & dotium super consumptione detractionum* 20. *Ianuarii* 1713. §. *Secus autem cor. Emo D. Card. Scotto*, licet munita sit clausulis *dans &c.*, *assignans &c. constituens &c.*, quia cum ex toto Instrumenti contextu constet de simplici hypothecatione, ista non immutat substantiam, & quidditatem contractus, ut dixit *Rota in Bononien. fideicommissi Alexij de Vrsis super portione Annibalis* 27. *Junii* 1710. §. 13. *cor. RmoP. D. Aldrovando*.

Verum etiam dato, quod fuisset ad sen-
13 sum Actoris effectiva distractio, adhuc cum illa expleta fuisset à Hieronymo, nullo modo obfuisset Andreę ex persona propria Creditori fideicommittentis pro sua sua dote materna in integro d. Prędio assignata in sc. 3000. ultra alia scuta mille supradicta, à quo quidem Andrea tantum causam habent Rei conventi, non à Hieronymo, in cujus hæreditate sese ipsi non immiscuerunt, sicut neque sese immiscuit eorum auctor, licet filius, qui Patri prædecessit.

Minoris efficaciæ compertæ sunt assertę deteriorationes, quippe ad hoc ut illæ ali-
quo

quo modo revalerent probandæ essent antè annum 1696, quo ex facto Octavii Sperantiç fuit per solemnem, & judicialem protestationem acceptata, & confirmata eadem subrogatio, & hæc probatio omnino deficit,
14 posteriores vero deteriorationes, si quæ adfuerunt, non sunt alteri tribuendç, quàm vel temporum iniuriç, vel ipsius Octavii negligentiæ, & possessorum ejusdem Prædii deteriorati, prout è contrario demonstratur per Iudicialem Peritiam, cui, prçsertim non concurrente alia pro actore probatione, omnino standum est; Ideoque illas sibi Octavius imputare debet, non verò in Josephum Carrarium alterius Prædii possessorem refundere, ut pariter dictum extitit in decisione, quæ revidetur §. *minusque cor. bo. me. Ansaldo*.

Neque iterum suffragari valuit Actori, quod in vim laudi evulgati de anno 1665. inter Marcum Antonium, & Hieronymum fratres, & primos hæredes gravatos Octavii fideicommittentis, dispositum fuerit Prçdium *delle Case nuove* esse reservandum pro
15 fideicommisso; ideoque eum subindè etiam Andreas d. laudum acceptaverit, non potuerit idem Prædium alienare. Hujusmodi enim oblectioni satisfactum fuit in prçcedentibus decisionibus Causæ, & signanter in illa diei 11. Decembris 1716. §. *Nec dictorum cor. R. P. D. meo Herrera*, & in postrema, de cujus viribus agitur §. *Et sane coram bo. me. Ansaldo*, ea ponderatione, quod hodierni Possessores Rei conventi prædicta obligatione minimè afficiuntur, dum causam habent ab Andrea tantum, & ex Iuribus, & detractionibus illi competentibus allegant retentionem, itaut videndum unicè superfit, an ullum pariat obstaculum acceptatio prædicti laudi facta etiam ab eodem Andrea.

Ea autem nullo modo obstat, quia cum
16 in laudo actum fuerit de solis detractionibus competentibus hæredibus gravatis in eo memoratis ex eadem acceptatione, fortasse sequi potuit, ut etiam respectu Andreæ eædem detractiones super dicto Prædio non essent allegabiles, secus vero dicendum est de credito dotis ex propria persona eidem Andreæ competenti, de quo in eodem laudo nec verbum factum fuit, & cujus cæteroquin remissio erga fideicommittentem debitorem facta intelligeretur, quæ tamen nisi expressis verbis legatur, induci, & inferri non potuit ex d. acceptatione, et natura actus ad alia Jura restricta, aliàs prçsume-
17 retur Andreas voluisse jactare suum, contra regulam *text. in l. cum de indebito 25. vers. qui non solvit ff. de probat.*, de qua *Barbos. in l. quæ dotis n. 17., & seq. ff. solut. matr. Rota dec. 143. n. 10., & dec 221. n. 14. p. 19. rec.*, sed ulterius illud advertendum est, quod etiam dispositio d. Laudi in præsenti æquipollenter remanet adimpleta, cum loco Prædii *delle Case nuove* remaneat in fideicommisso Prædium *della Durante*, & creditum residuale dotis debitæ à fideicommittente, itaut præserventur fideicommisso sc. 3800. circiter, quæ superant valorem alterius Prçdii *delle Case nuove*, juxta superius firmata.

Demum non regit in facto, quod etiam ex persona Marci Antonii alterius ex obligatis in d. laudo remaneat Andreas obstrictus ad præservandum idem Prædium in fideicommisso, quandoquidem ipse non fuit
18 hæres d. Marci Antonii, sed tantum Donatarius particularis, & è contra ex persona propria Creditor dotis maternæ in sc. 4000., ideoque nequaquam ad servandam ejus obligationem teneri potuit, ut observat decisio 11. Decembris 1716. §. *Demum coram R. P. D. meo Herrera*, & de facto idem Marcus Antonius cum consensu Hieronymi alterius gravati fecit præventivam restitutionem fideicommissi, antequam Andreas ullam fecisset alienationem.

Et ita cæteris omissis, quæ plenè confutantur tùm in postrema, tùm in aliis omnibus præcedentibus Causæ decisionibus resolutum fuit utraque.

ROMANA PRIMOGENITURÆ DE BUSALO SUPER LIQUIDATIONE PENTIONUM PALATII, ET ALIORUM BONORUM AD CLOACAM.

Lunæ 1. Julii 1720.

ARGUMENTUM.

Pentiones maturatæ tempore, quo alter fideicommissarius domos possedit, quæque inexactæ remansissent, ad fideicommissarium successorem pertransseunt, ex quo fructus civiles considerantur.

Melioramenta, quando sunt illiquida, melioranti retentionem petenti adversus fideicommissarium consulendum est obligatione de ea reficiendo postquam sint liquidata.

SUMMARIUM.

1 *Pentiones Domorum dicuntur fructus bonorum Urbanorum.*
2 *Pentiones maturatæ de tempore, quo alter fideicommissarius domos possedit, inexactæque remansæ, ad alterum fideicommissarium Successorem cum ipsis domibus devolvuntur.*
3 *Pentiones de tempore, quo Domus fuisset dislocata non prçsumuntur exactæ.*
4 *Domus, quod fuerit dislocata, probatur ex fide Status animarum à Paroco descripti, in quo appareat, quod in domo controversa nulli fuissent descripti Inquilini.*
5 *Item ex enunciativis Instrumentorum.*
6 *Fideicommissarius possessor non tenetur reddere rationem de pentionibus depositatis ab inquilinis, quæ prævio mandato de consignando, mercenariis, qui domum restaurarunt, consignatæ fuissent.*
7 *Locatio non potest dici simulata in uno Judicio, quando eadem simulatio in alia causa fuisset rejecta.*

8 *De-*

8 *Decisiones cum legitimo cotradictore emanatæ statum faciunt.*

9 *Immistio non retardatur sub pretextu meliorarmentorum, quæ iniquum detegerentur, sed consulitur melioranti mediante obligatione de ea reficiendo postquam fuerint liquidata.*

10 *Compensatio cum credito liquido semper admittitur.*

DECISIO MCCIV.

Canonizata jam ex Judicio nostri Tribunalis pertinentia Palatii, & reliquorum bonorum ad Cloacam Bubali respectu utriusque Collitigantis, consequens erat, ut correspectivè ad illam adscriberentur etiam uniculque fructus, sive pensiones, & Dominus Marchio de Bubalo, qui eas percepit, adigeretur ad proportionabilem restitutionem favore DD. Sororum pariter de Bubalo, seu de Falconeriis, & Nicolinis. Hanc instantiam proposuerunt illæ cor. Me in audientia diei 10. Martii superioris anni. Sed placuit Dominis, dilata resolutione demandare, quod eligeretur Peritus, cujus hodie relatione jam edita, repropofui dubium -- *An, & in qua summa sint liquidandæ pensiones, pro quibus sit relaxandum Mandatum* -- & responsum habui, *liquidandas esse pensiones, & Mandatum relaxandum pro summa inferius exprimenda.*

1 Siquidem de liquidatione in genere facienda, & consecutiva restitutione quæstio esse non poterat, quia cum Pensiones sint fructus Prædiorum Urbanorum, hinc sicut Domino restituendi sunt fructus, qui sequuntur dominium, ut aliàs inter easdem partes dixit *Rota dec. 584. n. 5. p. 19. recen. tom. 2.*, ita restituendæ sunt eædem Pensiones, quarum proportio desumenda est procul dubio à rata bonorum spectantium ad easdem Actrices præcisivè ab omni jure D. Marchionis, quod hodiè in dubium revocari non potest quale, & quantum sit, quia jam firmatum fuit pluribus nostri Tribunalis Decisionibus, & sententia per Me lata, ultimo loco approbata cor. R.P.D. Marymon, juxta ejus decisionem diei 22. Aprilis proximè præteriti, quam subsecuta est alia sententia.

Tota in his terminis difficultas restringitur ad aliquas partitas, quas contendit D. Marchio Reus demendas esse è calculo per Peritum efformatum; quarum examen aggrediendo, minime subsistere visum est, quod male ab eodem Perito fuerit constitutus debitor idem Marchio Pensionum Palatii, quas solvebat Marchio Litta illius Conductor à die prima Ianuarii 1680., quando

2 ipse possessionem Primogenituræ, & cum ea etiam hujus Palatii adeptus fuit solummodo de mense Aprilis ejusdem anni, quia Pensiones, ut plurimum solvuntur posticipatè, & licet fuerint maturatæ de tempore alterius possessoris fideicommissi, adhuc quia sunt fructus civiles, ut inquit *Rota dec. 193. n. 7. cor. san. me Alex. VIII.* si inexactæ remanserunt, pertinere debebant ad fideicommissarios, *Franc. dec. 13. n. 5.*, & cum aliis nuperrimè *Rota in Romana Primogenituræ de Salviatis super fructibus 3. Junii hujus anni §. Quantum enim cor. R. P. D. meo Crispo*, & nisi idem Marchio concludenter doceat, illas fuisse anticipatè exactas ab ejus antecessore, de illis rationem reddere tenetur.

E' contrario autem subsistere DD. putarunt, quod demendæ sint è d. calculo pensiones annorum quatuor, idest anni 1683. ad annum 1686. inclusive, ratione dislocationis ejusdem Palatii; pro eo enim tempo-

3 re, quo illud locatum non fuit præsumptio est, quod ex eo nullæ pensiones, nullique fructus percepti sint, ut firmat *Rota dec. 12. n. 14., & d. dec. 193. n. 8., & 9. cor. Otthobon.*, & quod verè dislocatum fuerit Pala-

4 tium prædicto tempore, probatur ex fide Parochi Ecclesiæ S. Andreæ de Fractis, qui refert paritias status Animarum eorumdem annorum descriptas in suis libris juxta Parochorum incumbentiam, & sub dictis annis non legitur quisquam descriptus uti habitator Palatii, præter unum famulum cum Uxore in anno 1685., & comprobatur ex enunciativa emissa in locatione facta de mense Septembris anni 1686. Comitibus de Marscianis, quod per quinquennium circiter Palatium dislocatum remanserat: Huic enim enunciativæ junctæ cum partitis librorum Parochi, donec contrarium non demonstretur, standum est, *Adden. ad Greg. dec. 407. n. 5., & 6. vers., & Concurrentibus Rota dec. 523. n. 19., & 20. p. 19. rec.* Maximè

5 quia DD. Actrices utuntur pro liquidatione ulteriorum pensionum hoc ipso instrumento, ubi eadem enunciativa continetur, *Rota dec. 66. n. 8 p. 18. rec.*

Admittendam pariter DD. censuerunt aliam subductionem promanantem ex eo, quod ex pensionibus solutis à prædictis Comitibus de Marscianis successivis Inquilinis in quantitate scutorum mille, Marchio Rinaldus rationem reddere non tenetur, nisi

6 de summa scut. 213., quia reliqua scut. 787. soluta fuerunt Operariis, nempe Fabro Murario, Lignario, Clavario, & aliis, & quidem de consensu DD. Sororum de Bubalo ad quarum creditum, & Marchionis insimul de Bubalo fuerant depositæ dd. pecuniæ in Æde Sacra à Comitibus de Marscianis, itaut ex istius stylo, nec non ejus Ministrorum diligentia credi omnino debeat, quod si prædictis Artificibus illæ pecuniæ fuerunt solutæ, id accidetit eisdem DD. Sororibus omnino consentientibus, & ideo inutilitèr prætendebatur, quod illæ fuissent citandæ, vel interpellandæ in tali consignatione, maximè quia solutio facta iisdem Artificibus per publicum Instrumentum primariò præfefert quietantiam earumdem DD. Sororum stipulatam pro iis à Capserio Sacri Montis, & præsupponit Mandatum de consignando pro eisdem Artificibus legitimè relaxatum, *ut in Sum. m. D. Marchionis n. 5.* Suc-

Succedebat alia partita Pensionum Fænilis io scut. 40., circa quam non fuit immorandum, quia ex parte Actricum non curantium de tàm modica summa ultrò admissum fuit, quod deleri posset è calculo. Undè superat agendum de postrema partita summæ persolutæ à Vannellio Inquilino Domunculæ, circa quàm non solum nullum debitum adscribi posse visum est D. Marchioni sed immò refundenda, seu compensanda visa sunt scut. 51. à DD. de Falconeriis, & Nicolinis, quia ipsis pro earum portione debebantur sc. 687., & exegerunt à Vannellio scut. 738., & huic etiam subductioni acquiescebant dd. Sororum Defensores, qui tamen protestati sunt illæsa sibi velle Jura pro pensionibus Apothecæ decursis ab anno 1680. ad annum 1689., ut Domini annuerunt.

His particularibus exceptionibus contra Peritiam, alias generales superaddebat Dominus Marchio, quarum prima consistebat in eo, quod pro eo tempore, quo ipse Palatium inhabitavit, pensio calcularinon debeat in annuis scutis 380. ad formam locationis præcedentis factæ Laurentio
7 Corsio, quia ista locatio fuerit simulata, & fictitia; secunda in eo versabatur, quod ipsi bonificanda sint conspicua melioramenta, quę, mul a impensâ, fecerit in Palatio, sed neutra suffragari ullo modo potuit.

Non quidem prima, quia cum de eadem locatione inita anno 1680. cum Laurentio Corsio haberetur ratio in alia controversia vertente inter easdem Partes super deposito Pensionum, & investimento, fuit semper proposita eadem simulationis exceptio, sed rejecta etiam fuit in omnibus ejus causæ decisionibus, ut in illis editis 11. Junii 1717 §. *Neque ullatenus*, & 9. *Martii* 1718. §. *Nec retardari cor. Me*, atque in alia postremo loco edita 29 Aprilis proximè præteriti §. *Simulatio cor. R. P. D. meo Herrera*, quæ de-
8 cisiones juxta stylum nostri Tribunalis prę cludunt aditum ulteriori discussioni ejusdem exceptionis, & veniunt supponendæ, ut a ias dictum fuit *in Romana pecuniaria* 5. *Maii* 1719. §. *Neque hujus*, & *in Ravennaten. manutentionis* 12. *Januarii* 1720. §. *Hujus vero cor. Me*, & passim alibi.

Neque item secunda, quia cum melioramenta prędicta nullo modo liquidata sint,
9 nec facta ex eis distinctio, an, & quæ utilia sint, seu voluptuosa, remanent in statu talis dubietatis, ut nullo modo retardare valeant actionem DD. Sororum omnino certam, & liquidam, satisque consultum sit cuicumque Juri ipsius Marchionis per obligationem exhibitam ab iisdem DD. Sororibus de illa reficiendo post legalem eorumdem liquidationem juxta praxim nostri Tribunalis, de qua in *Asculana fideicommissi, seu Domus* 10. *Decembris* 1695., & 25. *Junii* 1694. *coram clar. mem. Cardinali Caprara* reassumptis una cum aliis *in Romana donationis* 14. *Novembris* 1705. §. *Non minoris cor. bon. me. Molines*. Id quod multo facilius procedit in casu nostro, quia DD. Sorores de Bubalo sunt etiam Creditrices
10 Pensionum alterius Palatii ad Plateam Columnæ, undè cum fuerint liquidata dd. melioramenta, & talia reperta, ut bonificanda sint, poterunt cum illo DD. Sororum Credito compensari.

Ex his igitur consequitur, quod pensiones liquidandæ sint, factis præmissis subductionibus, & pro summa ex iis conflata in sc. 6687. 13. ½ sit relaxandum mandatum.

Et ita fuit resolutum utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA SUPER DELIBERATIONE.

Lunæ 1. *Julii* 1720.

ARGUMENTUM.

Hęc est confirmatoria alterius sub die 26. Januarii hujus anni emanatæ.

In deliberatione non possunt computari fructus post mandati relaxationem decursi, & in eo non comprahensi. Læsiva, & excessiva semper irritatur.

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio læsiva, & excessiva semper irritatur.*

2 *Confessio emissa in instrumento posteriori destruit quidquid per antea inter partes actum fuisset*; amplia, ut in n. seq.

4 *Error ne possit adduci in confessione seriò emissa, sola possibilitas in contrarium sufficit*

5 *Factum in Rota coram Ponente concordatum impugnabile amplius non est*, & n. 8.

6 *Deliberatio irrita remanet, quando pro credita non vera consumitur, & in ea etiam fructus ex post decursi cumulantur.*

7 *Processus actorum dicitur integer, quando Notarius dixit in eo* -- Hic est extractus omnium, & singulorum actorum -- *cujus fidei defertur.*

9 *Census non potest reputari inexigibilis, quando adest idoneus fideiussor in ea obligatus, præsertim ad convalidandam deliberationem de eo læsive sequuta pro pretia vili.*

10 *Æstimatio unius temporis non potest ad aliam alterius temporis referri.*

11 *Exceptio de iure tertii non admittitur.*

12 *Rota ad ea, quæ sub dubio proposito non cadunt, nunquam respondet.*

DECISIO MCCV.

Sicut facile fuit in causa, in qua agitur de gestis à multis retro elapsis annis Canonico Alexandro Frezzio, & litis Consortibus obtinere novam audientiam adversus decisionem coram Me editam 26 Januarii proximè præteriti, ita, dissolutis difficultatibus, facile pariter fuit Antonio Astesano reportare ejusdem decisionis confirmationem, ut contigit in hodierna Rota, in qua Domini, proposito consueto dubio, responderunt -- *Standum esse in decisis*.

1 Iterum quippe subsistere visum est utrumque caput nullitatis controversæ deliberationis, tum scilicet excessus, tum enormissime

fimę læfionis, ex quibus omnino remanet infecta eadem deliberatio, pręfertim fi fimul, & unitim ponderentur, ut omnino inutile fit, vel ad pręfcriptionem, vel ad pręfumptam d. nullitatis remiffionem, vel aliaa huiufmodi leves exceptiones recurrere, ut in eadem decifione quæ revidetur §. *Hat autem*, *& feqq. cor. Me.*

Quamquam autem hodie diverfæ aliæ exceptiones tam contra exceffum, quàm contra læfionem deducerentur, DD. tamen relictis omnimode iis, de quibus in eadem decifione actum fuit, ne inutili repetitione uti deberent, cum plene illic reiectæ fuerint, eifque rationibus infubfiftentes etiam nunc comperirentur, quæ in eadem decifione plenè fuerunt deductæ, unicè agendum putarunt de aliquibus noviter ab Alexandro Frezz o propofitis Et incipiendo ab iis, quæ pertinent ad exceffum.

Ad evitandam eiufdem exceffus probationem ftabilitam in decifione, quæ revidetur § *Exceffus*, *& feq* ex eo fundamento, quod debitum, pro quo facta fuit eadem deliberatio, pro medietate tantum fpectabat ad Gorum deliberantem, ut refultat ex publico inftrumento, in quo Gorus prædictus id apertè fallus fuit, ideoque non poterat pro eo integrè computato ad deliberationem procedi; fruftra opponebatur in pręfenti, quod ex aliis documentis conftaret creditum fcut.250. originariè pertinuiffe ad Paulum Nannium, & Gorum fuiffe obligatum in linea fideiufforis dumtaxat.

2 Quoniam cum hæc documenta, longè anteriora fint alteri publico inftrumento, in quo litteralis confeffio emiffa fuit, quod credi tum pro medietate ad utrumque, Nannium fcilicet, & Gorum pertinebat, non poteft amplius cum ipfis procedi, quia poteft ftare bene fimul, quod ab initio rei geftæ ita fe veritas facti habuiffet, fubindè verò contrarium, feu diverfum declaratum fuerit ex ali quo intermedio contractu, vel etiam

3 præexiftente caufa, præfertim quia res eft inter Confanguineos, & prædictę pofteriori confeffioni correfpondent actus fubfequentes folutionum factarum Antonio Guerra Creditori anteriori pro virili tam à Goro, quàm ab Uxore Vidua dicti Nanni eiufque hęrede ufufructuaria, non fponte tantum, fed etiam coactè in Iudicio, ut oftendit in fpecie fufceptio termini iudicialis, ad quam unitim Vidua prędicta, & Gorus devene-

4 ru nt; fi autem, ut nulla confeffio in actu ferio emiffa argui non valeat de errore, fufficit poffibilitas in contrarium, ad *Tex. in l. cum de indebito* 25. *in fine ff. de probat.*, *Rot. dec.*649.*n.*12.*cor. Bich.*, *& dec.*194.*n.*11.*p* 18. *rec.*, quid dicendum concurrentibus tot actibus comprobantibus eamdem ipfam confeffionem?

Tantoque magis hæc procedunt, quia præcedenter, feu intermedie Gorus exegerat pecunias in fumma correfpondente eidem credito, quę vel in totum, vel faltem pro medietate debitę fuiffent Nannio, eafque numquam eidem Nannio reftituerat commoranti tempore exactionis in Civitate Averfæ, in qua etiam paulò poft diem claufit extremum, ut advertit eadem decifio, quæ revidetur §. *Nec relevat cor. Me.*

Accedit alter exceffus hactenus expofiti confirmatorius, de quo in dicta decifione §. *Æque gravis*, *& feq.*, inde refultans, quod in mandato pro relevatione Gori expedito, cujus vigore confumpta fuit deliberatio de credito fcut.250. in capitali, non erant com-

5 præhenfa nifi fcuta 193.60., ut conftat ex facto coram Me concordato de ordine Sacrę Rotę §. 13., quod licitum effe non debet impugnare juxta ea, quæ de fimili facto concordato dicta funt *in Narnien., feu Sabinen. Bonorum* 7. *Junii mox elapfi* §. *Et hæc cor. Me.* Igitur fi deliberatio confumpta fuit

6 pro toto credito fcut.250., & fi pro hoc toto credito fuit etiam expeditum mandatum & pro reliqua fumma ufque ad fcut.340. calculati pariter fuerunt in mandato fructus, quos nullo modo deberi firmavit pręcedens decifio; ftatim colligitur quàm gravis etiam ex hoc facto deprehendatur exceffus deliberationem cum eo pattatam inficians, ut cum aliis in decifione relatis loco mox allegato probat *Pofth. de fubhaft. infpect* 5. *per tot.*, & penes eum *Rot. dec.*7. *&* 77. *ultrobique nu.*1., *& feq.*

7 Neque contra hæc quidquam profuit inanis, & adeo ferotina exceptio non integræ tranfportationis actorum, fuper qua idem Frezzius admodum infiftebat, cum argueret exinde præpediri, ne creditum melius poffet juftificare. Habet enim hæc exceptio cõtra fe pręfumptionem omnimodæ actorum integralitatis, eo ipfo quod Notarius ita profitetur mediante folita fide -- *hic eft extractus omnium*, *& fingulorum actorum* -- cui fidei ftandum effe alias inquit *Rot. decif.* 476 *nu.*7. *&* 13. *cor. Bich.*, & diftinguendo *dec.* 127. *n* 2. *p.*19. *rec.*, & multo magis hæc exceptio hodie attendenda eft, quia li quæ deeffe poffunt in extractu receptutæ, fuerunt ab ipfo Frezzio ante alteram caufæ propofitionem exhibitę, fignum evidens, quod funt

8 penes ipfum, & defectus crediti comprobatur non folùm ex non facta exhibitione illarum receptutarum, & juftificationum, fed aliis quoque argumentis, & ex confeffione ejufdem Frezzi emiffa in facto concordato.

Hinc tranfeundo ad alterum læfionis fundamentum, quod de per fe fatis fuperque eft pro infringenda deliberatione, unicum ejus vitandæ præfidium hodie erat in eo,

9 quod cenfus pro rata fcut. 1000. deliberatus in fatisfactionem crediti fcut. 340. dumtaxat in communi æftimatione effet pro inexigibili reputatus, fed recurrit illa facti animadverfio, quod in eo erat obligatus Dux Salviatus, quem nefas erat cogitare non effe compotem folvendi hujufmodi quantitatem, cum femper notoria fuerit ejus domus opulentia,

lentia, & de facto subinde solverit integrè censûs sortem, & fructus.

Propterea nihil refert, quod Gorns post sequutam deliberationem ejusdem census, illius ratam scut.200. distraxerit pro scut. 69., quia ultra quod ex aliis extrinsecis pactis, vel ex cogente necessitate id potuit evenire, argui rectè valet, quod fortasse contigerit, quia conscius malæ perpetratæ deliberationis exinde sibi tutius putaret censum deliberatum dimittere pro dicta rata erga personas pro ea in causa habentes interesse, ne aliàs ex illatum exemplo omnes participes excitarentur usque tunc ad curandam deliberationis revocationem.

10 Nec pariter relevat, quod etiam Altesanus acquisiverit modernis temporibus aliam ratam ejusdem census minori pretio, quam valeret; quia vel inde arguitur, quod census fuerit in modica æstimatione, & hoc nihil facit ad rem, cum ab isto tempore ad illud factæ deliberationis fieri non valeat illatio, & imo tunc temporis tuta fuerit, & integra ejusdem census exigibilitas, atque æstimatio, cum de proximo Dux Salviatus suam recognoverit in eo obligationem; vel

11 redarguitur Altesanus de vitiosa acquisitione, & de hac non est datum quærere Canonico Alexandro, cujus item credita ex cessionibus pron anant, & qui non habet causam ab iis, cum quibus Altesanus contraxit; atque ideo ipsi licitum non est exceptionem adducere de jure Tertii, *Rot. dec.612. n.9. cor.Cerro, & dec.505.n.21. p.19.rec. to.2.*

Demum nullo modo assumendum hic DD. censuerunt quæstionem revivifcentiæ crediti pro quo fuit perpetrata deliberatio, quia ut etiam inquit Decisio, quę revidetur § *fi-*

12 *nal.*, non cadit sub dubio, quod unicè restrictum est ad validitatem deliberationis, & de ea agendum potius erit in alia causa inter Partes examinanda super consignatione, in cujus resolutione, cum hodie DD. concordes non fuerint, rescripserunt -- *Dilata, & eligatur Peritus.*

Et ita relativè in reliquis omnibus ad precedentem decisionem, in qua pluribus iterum adductis exceptionibus satisfactum est, utraque parte informante responsum fuit &c

---

COMPOSTELLANA PRÆEMINENTIARUM SUPER EXPENSIS.

Lunæ 1. Julii 1720.

ARGUMENTUM.

Rei judicatæ sequela est expensarum taxatio, quæ quoad judiciales, etiam in obulo taxantur, & extrajudiciales in scutis decem pro qualibet instantia.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum sine læsione, & injustitia non datur.*

2 *Expensæ judiciales etiam in obulo reficiantur, & extrajudiciales in Rota ad rationem scutorum decem pro qualibet instantia taxantur.*

3 *Expensę taxandæ sunt pro rata victoriæ, quando ista in parte tantum stetisset.*

4 *Causa dicitur totaliter victa ad obtinendam integram expensarum taxationem, licèt in aliquibus decisio causæ esset varia, quando tamen variatio ista victum in nihilo tangeret.*

5 *Amplia, si variatio modum tantum exequendi rem iudicatam respiceret.*

DECISIO MCCVI.

Diuturna fuit lis inter Parochos Ecclesiarum Civitatis Compostellanæ, atque Universitatem Civium ex una, & Ven. Confraternitatem Sanctissimæ Conceptionis Ecclesiæ Cathedralis ejusdem Civitatis ex altera super diversis juribus respicientibus administrationem Sacramentorum, & funerum associationes, in quibus omnibus usque ad rem iudicatam succubuit Confraternitas, contra quam etiam in executione rei judicatæ à R. P.D. meo Herrea taxatę fuerunt expensę.

Et quamvis ab hujusmodi taxatione eadem Confraternitas tempore debito non appellasset, itaut irrepserit res judicata, etiam super eadem expensarum taxatione, nihilominus ad retardandam mandati executionem, recursum successivè habuit ad Signaturam, ab eaque obtinuit rescribi *de causis restitutionis in integrum, quoad excessivam*, & in ejusmodi rescripti sequelam causæ cognitio restrictivè ad excessivitatem taxationis commissa mihi fuit; undè dedi dubium opportunum, illudque proposui in hodierna audientia, & responsum accepi *Non constare de causis.*

1 Ad effectum enim, ut concederetur Confraternitati restitutio in integrum necesse fuisset, ut ratione excessivitatis constaret de Læsione, & injustitia, quia sine tali læsione, vel injustitia eadem restitutio non conceditur, ad *Text.in cap.1.de in integrum restitutione, Rot.dec.514.n 5., & dec.65.n.1. p.19.rec., & in Romana Viridarii ad naviculam 16. Junii 1719. §. Appellatum coram Me ubi concordan.*

2 E' contrario autem constitit de omnimoda justitia taxationis. Illa enim perlustrata apparet, quod in ea non continentur nisi illæ expensę Sportularum, Registrorum, Citationum, & similes, quæ vivę, & judiciales appellantur, & si quę extrajudiciales in ea descriptę leguntur, illæ se habent juxta stylum intra summam scutorum decem pro qualibet instantia Rotali, & sic sunt omnes de illis, quę in nostro Tribunali semper à parte Victa Victrici reficiuntur, ut aliàs dictum fuit *dec.270.n.1.p.16., dec.583 n.2 p.18.rec. in Hildesimen. Emolumentorum super expensis 5. Febr. huius anni §. Duplicis, & in Papien. Emphiteusis super expensis proximę præteritæ Audientiæ §. Incipiendo coram Me.*

3 Absque eo quod ullus excessus inde desumi posset, quod non in omnibus Confraternitas succubuerit, & ideo in postrema instantia

stantia acta in devolutivo coram R. P. D. meo Herrera declarata fuerint precedentia judicata in modum, ut victoria stetisse in parte dicenda sit etiam pro ipsa Confraternitate, & propterea illa ad expensas condemnari non potuisset, nisi pro rata, vel etiam facienda esset mutua hinc inde expensarum compensatio.

Hujusmodi enim objectum nullo modo subsistit in facto, si advertatur, quod ab initio actæ hujus causæ, quot controversiæ promotæ fuerunt, tot etiam definitæ extiterunt contra ipsam Confraternitatem, quæ in quacumque instantia semper absolute appellavit, & è contra numquam ab altera Parte fuit ulla, vel in totum, vel in parte interposita appellatio: ita porro contigit tunc respectu juris convocandi pro Cadaverum associationibus ultra sex Presbyteros Confraternitatis, etiam alios, qui non essent eidem Confraternitati adscripti: ita respectu juris deferendi superpelliceum in dictis functionibus, quod non licere aliis, quam Sacerdotibus Confratribus sustinebatur: ita quoad æqualitatem eleæmosynę tam Confratribus Sacerdotibus debitæ, quam exteris: ita demum respectu consimilis juris deferendi superpelliceum quoad Vicecuratos, & Locumtenentes Parochorum in administratione Sacramentorum, & in funeribus peragendis, prout colligere est ex judicatis Rotalibus, & ex decisionibus in causa editis 26. *Junii* 1716. *cor. bo. mem. Ansaldo* 14. *Junii* 1717. *cor. R. P. D. meo Crispo, & 29. Apr.* 1718. *cor. R. P. D. meo Herrera.*

4 Nec diversimodè se res habuit, quoad observantiam antiquę concordiæ, de qua præcisè actum fuit in prima decisione, & à qua etiam omnes pendebant quæstiones, quia licet respectu illius responsum fuisset, quod esset servanda juxta modum, modus tamen fuit, quod dicta concordia non obligaret Cives, qui in ea non fuerant vocati, neque ei consensum præstiterant, ut in eadem *decis.* §. *Quamvis cor. bo. me. Ansaldo*, & de facto neque ad ejus tenorem processum fuit respectu præmissarum controversiarum, quia vel in ea non fuerant comprahensę, vel saltem quoad illas eadem concordia nullum præbere valuit obstaculum, ut ex aliis successivis decisionibus.

Sicut autem tota victoria stetit pro Parochis, & Civibus in precedentibus instantiis, ita, & in postrema coram R. P. D. meo Herrera, dum Sacra Rota protestata fuit, quod de subsistentia rei judicatæ nulla fuit dubitatio; sunt verba decisionis coram eo editæ §. *De subsistentia eiusdem*; neque in contrarium argui quidquam valet ex eo, quod in hac instantia declaratum fuit, quod respectu illorum sex Sacerdotum de gremio Confraternitatis vocandorum ad funera procedendum esset, non per designationem illius, vel alterius Sacerdotis faciendam à Parochis, sed per interpellationem Consiliarii Confraternitatis, ut sex Sacerdotes ad fu-

5 nus mittat. Ex hoc quippe nullatenus infracta, vel in minimo fuit præcedens res iudicata, neque ex hoc ulla parta fuit Confraternitati victoria, sed facta extitit declaratio modi exequendi ipsam rem iudicatam, ne aliàs contingeret, quod vocarentur absentes, vel alio modo impediti, qui accedere non possent, & novæ insurgerent inter Partes discordię, pro quibus dirimendis ex sua prudentia, & religione, prę sertim inter cætus Ecclesiasticos nostrum Tribunal invigilat; & ideo adhuc ad expensas in sequelam eiusdem rei iudicatæ taxatas integrè Confraternitas tenetur, ut in puncto firmat *Rot. dec.* 1293. *n.* 7. *cor. Emer. jun.*, & nuper *in Tranen. Præeminentiarum super expensis* 24. *currentis cor. R. P. D. meo Cerro.*

Et ita utraque &c.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lun. 1. *Julii* 1720.

ARGUMENTUM.

Testator ordine successivo, & cum reciproca inter institutos, & substitutos vocans filios, nepotes, & pronepotes; etiam fœminas de masculis vocare præsumitur voluisse; Statutum propter Masculos tantum Fęminas excludit, & sub descendentium nomine etiam Fœminæ compræhenduntur.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, verificatis extremis necessariis, semper concedenda est*, & num. 12.

2 *Fideicommissum perpetuum, & fœminarum comprehensivum quando, & quibus mediantibus verbis dicatur ordinatum.*

3 *Fęminę veniunt sub appellatione filiorum.*

4 *Fęminæ propter masculos secundum Statutum excluduntur.*

5 *Fęminę dicuntur vocatæ, quando per modum regulæ non sunt exclusæ, & filii, & pronepotes primis hæredibus sunt substituti*, & num. sequenti.

6 *Statutum, deficientibus masculis, fœminas non excludit.*

7 *Linea masculina, quando non agitur concontra agnatum, sed contra ultimi masculi hęredem, vel alium tertium extraneum, etiam fœminas compræhendit.*

8 *Amplia, quando in defectum masculorum, propriæ fideicommittentis filiæ essent vocatæ*, & n. seqq.

9 *Fœminæ de masculis à fortiori exclusæ non præsumuntur, quando in defectum masculorum filias propriae etiam dotatas testator vocasset.*

10 *Possessio Testatoris, & bonorum identitas ex illius descriptione in inventario facta probantur.*

11 *Alienatio bonorum fideicommissariorum facta ab ultimo hærede contra mentem fideicommittentis, nullum titulum possessori tribuit, & à Successore ea avocari possunt.*

13 *Qualitas hereditaria ex simplici bonorum possess-*

possessione non probatur, quæ commode ad titulum fideicommissi aviti referri possit.

14 *Legittima non detrahitur ex eo corpore, quod testator ex particulari affectione perpetui fideicommissi onere gravasset.*

15 *Detractiones ex defectu legittimi inventarii præsumuntur consumptæ, necnon etiam ex concursu plurium alienationum.*

16 *Inventarium à die obitus Testatoris intra sexaginta dies non absolutum, fit nullum, neque ex infirmi folio suppleri potest.*

17 *Renunciatio quando est restricta ad personam Patris, & Fratrum, ob ingressum in Monasterium à puella exarata extra easdem personas, & ad casum incogitatum non extenditur.*

DECISIO MCCVII.

Marianus Cuccinus in ultimo, cum quo decessit Testamento, relicta jure legati unicuique ex ejus filiabus innuptis congrua dote, in cœteris bonis universales sibi scripsit hæredes quatuor filios masculos, eisque cum filiis decedentibus substituit eosdem Filios, Nepotes, & Pronepotes ordine successivo in infinitum cum litterali reciproca inter omnes institutos, & substitutos, & casu quo omnes prædicti filii decederent absque filiis legitimis, & naturalibus, itaut linea masculina ipsius Testatoris omnino deficeret, substituit, & succedere voluit dictas ejus filias fœminas nuptas, seu nubendas, earumque filios, nepotes, & pronepotes, cœterosque Successores in capita, non in stirpes.

Cum autem ex tota linea effectiva dicti Fideicommittentis unica remanserit superstes Maria Victoria filia Octavii unius ex hæredibus primo loco institutis Oblata; in Ven. Domo Turris Speculorum, ista, ut binos annuos Canones, & Vineam quamdam à Mariano Jun. ejus fratre prædefuncto distractos favore qu. Advocati Nicolai Compagni recuperaret, judicium immissionis instruxit contra Avocatum Octavium memorati Nicolai hæredem, & ab R.P.D. de Abbatibus Judice ab Eminentissimo Vicario deputato favorabilem sententiam obtinuit, adversùs quam commissa mihi appellationis

1 causa, cum hodiè proposuerim consuetum Dubium -- *An sit danda Immissio*, Domini prò Maria Victoria Informante affirmativè responderunt, cum concurrere visa fuerint extrema omnia, quæ in hujusmodi Judiciis requiruntur, ut alias dixit *Rot. dec.*88.*n.*1. *par.*7., *& in Bononien. Immissionis* 14. *Junii* 1714. §. *Nullo cor. R.P.D. meo Cerro*, & sæpè alibi.

Ac primo quidem loco concurrere visa fuit existentia fideicommissi, ejusque puri-

2 ficatio favore Mariæ Victoriæ Actricis; Cum enim Marianus Testator expressè vocaverit, Filios, Nepotes, & Pronepotes filiorum primo gradu institutorum, dubium esse nequit, quin fideicommissum protrahatur etiam ad Mariam Victoriam filiam Octavii alterius ex hæredibus institutis,

3 dum filiorum appellatione inter omnes constat nedum masculos, sed etiam fœminas contineri *l.* [illegible] *scriptum ff. de legat.* 3. *Rot. cor. Gregor. dec.*514., *& cor. Peutinger. dec.*43. *utrobique n.*1., & passim alibi.

Nec officere posse videbatur, quod Testator sub nomine Filiorum, Nepotum, & Pronepotum compræhendere noluerit, nisi solos masculos, tum propter præsumptionem

4 resultantem à dispositione Statuti Urbis fœminas propter masculos excludentis, tum etiam ex quo transeundo ad vocationem filiorum, ac descendentium ab eis in conditione posuit lineam masculinam, sub qua fœminæ non continentur.

Facilis enim ex ipso Testamenti contextu

5 occurrebat responsio. Non enim Testator fœminas per modum regulæ exclusis, aut substituit tantum Filios, Nepotes, & Pronepotes masculos hæredum institutorum, sed Filios, Nepotes, ac Pronepotes simpliciter, quotiès autem defunctus utitur, ut hic, verbis hujusmodi indifferentibus, aptisque de sui natura compræhendere tàm masculos, quàm fœminas, certa est, atque indubitata in foro conclusio, quod licèt propter concursum Statuti exclusivi fœminarum, vel alias conjecturas ità suadentes, masculi præferantur fœminis; si tamen isti non adsint, vel postmodum quandocumque deficiant, fœminæ ipsæ procul dubio admittuntur tanquam ex vi, & natura verborum in substitutione compræhensæ, juxta late deducta per *Rot. dec.*667. *n.*9. *par.*18. *rec.*, *& in Romana Cappellaniæ* 16. *Martii* 1708., *&* 3. *Junii* 1711. §. *Profectò*, *& in Bononien. Fideicommissi de Beninis.* 8. *Maii ejusdem anni* §. *Agnitum*, *& seqq. cor. bo. me. Ansaldo.*

Ea ratione, quia in hisce circumstantiis

6 Statutum obstaculum nullum præstare potest, cum illud, masculis deficientibus, fœminas non excludat, nec vocatio lineæ masculinæ in parte conditionali, aut alia id generis conjectura impedimento esse valet, quin fœminæ per posterius admittantur,

7 cum appellatione lineæ masculinæ, quoties non agitur contra Agnatum, sed contra hæredem ultimi masculi, vel alium tertium extraneum, etiam fœminæ Agnatæ contineantur, utpote in quibus durare dicitur quousque vivunt qualitas sanguinis, & agnationis *Rot. cor. Bich. dec.*493. *n.*6, *& in Balneoregien. Beneficii* 22. *Januarii* 1707. §. *Quatenus cor. bon. mem. Kaunitz*, ubi concordantes.

Hæc autem potiori jure procedere vide-

8 batur in casu nostro, in quo Testator nedum à successione fœminarum non abhorruit, sed immò filias proprias licèt dotatas, earumque descendentes in defectu lineæ masculinæ expressè vocavit; Unde multò

9 magis vocasse censetur filias fœminas filiorum primo loco institutorum, in quas tan- quam

quam à linea prædilecta descendentes majori dilectione respexisse censetur, ex late deductis in *Tusculana Fideicommissi* 10. *Januarii* 1716. §. *Conjecturalis cor. R.P.D. meo Falconerio*.

Sed non minus quam prima duo, concur-
10 rere visum fuit tertium extremum identitatis Bonorum, cum Casale Montis Grani, in quo includuntur bona, de quibus agitur, nempe vinea olim Sextiliæ, & duo annui Canones sc 8. pro quolibet, fuerit usque ad obitum per d. fideicommittentem possessum, & ab eodem in ejus Testamento descriptum, & successive per Marianum Jun. Testatoris ex Octavio Filio Nepotem, & Authorem Advocati Compagni moderni Rei conventi, quod exuberat pro concludenda identitate, *Rot. dec.*568. *n.*18.*par.*18. *rec*, *& in Lucana Fideicommissi super exequutione* 12. *Junii* 1711. §. *Quod autem cor. R.P.D. meo Crispo*.

Absque eo quod opponi possit, quod ab eodem fideicommitente indulta fuerit hæredibus gravatis expressa facultas alienandi dd. Canones, nam illa ad literam restricta legitur ad favorem emphyteutarum, & ad casum, quo isti voluissent Canonem extinguere sub explicita conditione, quod pretium investiri deberet in 101 Locis Montium loco venditæ proprietatis pro fideicommissu subrogandis; Unde cum d. Marianus
11 Jun. non extinxerit dd. Canones cum aliquo ex emphyteutis, sed nullo recepto pretio illos distraxerit in Advocatum Compagnum, qui emphyteuta non erat palam est alienationem hujusmodi contra mentem, ac dispositionem ejusdem Fideicommittentis expletam fuisse, dum facultas restricta ad solos emphyteutas, extendi non poterat ad extraneos in concessione minimè comprahensos, ex deductis per *Rot. dec.*116. *n* 15 *par.*16., *& dec.*287. *n.*12. *par.*17., *& dec* 185 *nu.*12., *&* 13. *cor. Bich.*, itaut fideicommissario pro recuperatione bono-
12 rum eo modo distractorum agenti nullo pacto denegari possit immissio, *Rot. dec.*261. *num.*12. *par.*7., *& dec.*186. *num.*5.*par.*16. *recent.*

Super cæteris exceptionibus parum Do-
13 mini immorandum censuerunt, nam quatenus Mariæ Victoriæ opponatur qualitas hæreditaria Mariani alienantis, hæc non probatur ex simplici possessione Bonorum, quæ ad titulum Avii fideicommissi commode referri valet, ut dixit *Rot. in Romana Immissionis* 6 *Decembris* 1715.§.*Addito cor. R.P.D. meo Foscaro*, & quatenus objicia-
14 tur competentia detractionum Mariano alienanti debitarum ex Paterno Fideicommisso, urget responsio, tum quod istæ prętendi non possunt super Casali, de quo agitur, dum Testator peculiari ductus affectione, illud perpetuo conservari mandavit *Rot dec* 13. *n.*17. *par.*9., *& in Romana Fideicommissi de Panthera* 16.*Maii* 1709.
15 §.*Juris coram Eminentiss. Scotto*; Tum quod illæ præsumi debent consumptæ ex defectu legitimi Inventarii, & concursu plurium antecedentium alienationum, *Rot.cor. Merlin. dec.*707. *n.*3., *& Ferrarien. Fideicommissi de Trottis* 12. *Junii* 1718. §. *Nec ad declinandam coram R.P.D. meo Crispo*.
16 Siquidem pro legitimo Inventario haberi nequit informe folium, in quo descripta leguntur quędam Bona ad fideicommittentem pertinentia, cum ad evincendam illius nullitatem pręter alias multiplices exceptiones exuberet illa, quod d. Inventarium absolutum non fuit intra sexaginta dies juxta Pontificias Constitutiones Pii IV., & Pauli V., sed post lapsum sex, & ultra mensium à die obitus Testatoris, ut plenè firmatum fuit *in Lauretana Censuum* 22. *Martii* 1715. §.*Et sane cor. R. P. D. meo Foscaro*.

Sicut item obesse non poterat renunciatio exarata per eamdem Actricem occasione, qua emisit Oblationem in Ven. Domo
17 Turris Speculorum. Quia ultra quod illa renunciatio hactenus non fuit in actis exhibita, statim dignoscitur, quod est personalis erga Patrem, & Fratres literaliter in ea nominatos, ut fuit firmatum in *Spoletana Immissionis* 10. *Januarii* 1716. §.*Constita cor. Eminentissimo D.Card. Albanu*, & in ea cavetur expressè, quod iis deficientibus non officiat Renuncianti, ut proinde iis defectis, locus omnino factus fuerit ad Jura renunciata, ut etiam firmat *Rot. in Romana Legati* 9. *Martii* 1717.§.*Fin.cor. R.P.D. meo Crispo*, & prosequitur *eadem Spoletana Immissionis loco allegato cor. Eminentissimo D. Card. Albanu*.

Et ita Maria Victoria tantum informante, & Advocato Compagno sępius monito, & non comparente resolutum fuit &c.

ROMANA LEGATI SUPER CAUTELA ANGELI.

Lun. 1. *Julii* 1720.

ARGUMENTUM.

Dos loco legitimę succedens nullum fideicommissi onus patitur. Hæres per confusionem Jurium, & non factum Inventarium nullum justum titulum retinendi bona adversus Creditores habet, cum illi cuicumque etiam privilegiatissimo hęredi pręferendi veniant.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata litis finitæ parit exceptionem, & in Causa victo os claudit.*
2 *Avia paterna tenetur dotare neptes.*
3 *Dos quodlibet fideicommissi onus reicit, cum sit libere constituenda.*
4 *Dos succedens loco legitimæ quodlibet gravamen reicit. Amplia* ut in n.5., & 6.
6 *Dos institutionis naturam assumens infra legitimę mensuram nullum patitur onus:*
7 *Dos etiam ex fideicommisso per contractum ordinato detrahitur.*
8 *Sententia numquam compræhendere intelligi-*

ligitur ea, quę in judicio non fuerunt deducta, & de quibus scripturæ productæ non fuissent loqutę

9 *Dos, ut dicatur fuisse subjecta fideicommisso, actus genericus non sufficit, sed specificus, & onus individuaus requiritur.*

10 *Hęres hęredis debitoris tenetur ad ęs alienum ab isto contractum.*

11 *Hęres per confusionem Jurium, & ob non confectum legale inventarium simplex evasus, non potest alium allegare titulum, pręter hęreditarium adversus creditores defuncti, nisi prius rationem reddiderit.*

12 *Creditores defuncti semper pręferendi sunt cuilibet hęredi etiam anteriori creditori, & privileggiatum creditum allegantì.*

13 *Creditum hęreditariam alicujus, si ad cambium redigatur, cambium fit hęreditarium, sicut, & illud.*

DECISIO MCCVIII.

ABsoluto eo Judicio, in quo Ven. Monasterium Beatæ Mariæ Septem Dolorum outinuit rem judicatam in Tribunali Rev. Fabricæ S. Petri procedente de Voto nostri Auditorii super consecutione ab hæreditatibus clar. mem. Catherinæ Aldobrandinæ Ducissæ Ariccïæ, & Mariæ Ducillæ Ceræ ejus Hæredis, & Sororis ratæ residualis Legati relicti ab eadem Ducillà Ariccïæ favore Sororis Paulæ Mariæ Jesu olim Oblatæ in prædicto Monasterio contradicentibus, DD. Sororibus de Santinellis filiis, & hæredibus Ducissæ Ceræ, juxta *Decisionem editam* 4. *Junii* 1717. *coram bon. mem. Anfaldo*, novum obicem executioni ejusdem rei Judicatæ proposuerunt DD. Sorores prædictæ allegando Cauthelam Angeli ità dictam, quia tradita fuerit ab Angelo de Perusio in *leg. à Divo Pio §. Super rebus ff. de re judic.* prætendentes retinere Bona à Matre sibi relicta ex titulo fideicommissi conditi super iisdem Bonis à cl. mem. Principissà Olympia Seniore Aldobrandina; cumque hæc etiam subalterna inspectio ex decreto R.P.D. Auditoris Sanctissimi commissà extiterit Prelato ejusdem Congregationis Rev. Fabricæ de voto nostri Tribunalis, hinc hodie proposui instante Monasterio Dubium - *An Cauthela Angeli sit servanda* - & eodem Monasterio tantùm informante, ac DD. Sororibus de Santinellis pluries tempore debito monitis, ac frustrà dilationem petentibus responsum habui *negativum*.

1 Cum enim Jura, super quibus fundari prætenditur hujusmodi Cauthela ad impediendam executionem undique certæ actionis, quia jam approbatæ per rem Judicatam, esse debeant æquè certa, ut nullam in contrarium admittant exceptionem juxta pluriès firmata, & signanter *Decis.* 1253. *n.* 1. *cor. Emerix Jun., in Interamnen. Census super redditione rationis, & Cauthela Angeli* 15. *Februarii* 1712. *§. final. cor. R.P.D. Aldrovando Archiepiscopo Neocesarien., & in Eugubina Fideicommissi super Cauthela Angeli* 5. *Aprilis* 1715. *§. Paritèr final. coram Me*, deficere totalitèr visæ sunt in hujusmodi fundamento DD. Sorores de Santinellis; eo enim ipso, quod illæ nituntur fideicommisso condito à Principissa Olympia Seniore de Aldobrandinis ipsus obitat, quod (quicquid sit ad alios effectus, & respectu aliarum Personarum) sanè illud certum est, quod respectu Dotium relictarum ab eadem Principissà ejus Nepti Ducillæ Ariciæ, & alteri Nepti Ducissæ Ceræ, quæ ambo sunt obligatæ favore Monasterii dubitari maximopere potest, utrum hujusmodi fidei-
2 commissum substineatur, quia ex duplici obligatione tenebatur illas dotare, tum scilicèt ex quo esset earum Avia paterna, tum ex quo in Donatione peracta favore Ducis Petri filii excluserat Fœminas à successione addito onere, quod forent dotandæ; undè
3 dum exinde obstricta erat ad constituendas dictas Dotes, non poterat eas in successivis dispositionibus aliquo onere gravare fidei-
4 commissi; cum in his terminis illæ succedèrent loco Legitimæ ex dispositione Statuti, & ideò omne gravamen reijcerent, ut in proposito notant *Card. de Luc. de fideicom. disc.* 144. *n.* 4. *de legit. disc.* 1. *n.* 15., *& seq.*, *Rot. dec.* 76. *n.* 4., *& seq.*, *& dec.* 267. *n.* 2., *&* 3. *par.* 17., *& dec.* 49. *n.* 6., *&* 7. *par.* 18. *Recen.*

5 Maximè quia Dotes prædictæ etiam in Testamento, ex quo prætenditur deduci fideicommissum, relictæ fuerunt memoratis Ducissis Ariciæ, & Ceræ titulo Institutionis, & cum conditione aliud non petendi ab hæreditate Aviæ, & fuerunt postea auctæ ad alia sc. 20. mil. à Card. Hyppolito pro omni, & toto eo, quod eisdem competere potuisset in Bonis paternis, & de facto ratione receptionis harum Dotium fuerunt etiam exclusæ ab Immissione, quam postulatunt ad eadem Bona Ducis Petri Patris, ut ex Decisionibus nostri Tribunalis in *Romana Donationis, seu Primogenituræ de Aldobrandinis coram Emerix Jun inter ejus impressas la* 1325., *& in confirmatoria* 10 *Junii* 1697. *coram bon. mem. Ursino*. Si Dos
6 igitur assumpsit naturam Institutionis etiam infra mensuram Legitimæ, nullum sanè onus in ea est substentabile, ejusque deductio de-
7 betur etiam ex fideicommisso per contractum ordinato, *Grat. discep.* 247. *num.* 22., *Merl. de Legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 19. *n.* 2., *& per tot.*

Neque obstare posse visa est Sententia lata à cl. mem. Cardinali Carafa Judice specialiter delegato in petitione promota à Ducissa Ceræ pro dictis Dotibus contra Principissam Olympiam Juniorem, quasi quod ista Sententia approbet idem fideicommissum;
8 quoniam ejusdem Sententiæ tenor nullo modo excludit competentiam Legitimæ, nec Dotes ejus loco succedere, sed præscribit eas recipi cum conditionibus, & oneribus expressis in Testamentis Olympiæ Senioris, &

Car-

Cardinalis Hyppoliti, in quibus continetur exclusio dotatarum à successione, & obligatio cuiuslibet illarum renunciandi propriis juribus, & ideò de hoc onere censeri debet fuisse locutam eamdem Sententiam, quamvis generalibus verbis concepta, non de Legitimæ prohibitione, de qua neque Sententia mentionem facit, neque fecerunt Testamenta, ut in similibus terminis declarant *Vrceol. de transact. quæst.* 82. *n.*6., *Rot. dec.*508. *n.*2. *par.*4. *tom.*2., & *dec.*32. *nu.*7. *par.*17. *Rec.*, & sicut non obstat hæc Sententia, ita neque obstat receptio Dotis ad tramites illius, quia ad hoc, ut arguatur
9 fuisse subiectam fideicommisso Legitimam de jure debitam, non sufficit actus genericus, & indefinitus, ut est talis receptio Dotis, sed requiritur specificus, & expressus *Rot. dec.*167. *num.*2. *par* 17., *decision.*561. *numer* 6. *par.*18. *Recen.*, *in Nullius*, *seu Terræ Pontiani Census* 21. *Febru.* 1701. §. *Quin subsisteret coram Me*, & aliis plenè adductis *in Vrbinaten. supplementi Legitimæ* 1. *Decembris* 1713. §. *Neque coram R.P. D. meo Crispo*.

Et quanquam ex hac, aliisque rationibus allegatæ Cauthelæ Angeli ex titulo dicti fideicommissi, ejusque reintegrationis insubsistentia omnino deprehenderetur, non deerant tamen Ven. Monasterio etiam alia fundamenta in hac parte exclusiva DD. Sororum de Santineliis; ipsæ enim fuit
10 declararunt esse hæredes Ducissæ Mariæ earum Matris, quæ pariter fuit hæres Ducissæ Ariciæ Legantis, & consequenter est Debitrix Legati debiti eidem Monasterio;
11 obstat autem in his terminis earum intentioni qualitas hæreditaria Debitricis, ex qua, cum fuerint confusa omnia jura tàm activa, quàm passiva agnitæ hæreditatis, non valent modò retinere Bona hæreditaria sub prætextu, quod illa possideant alio titulo, qui non est allegabilis, nisi doceant de legitimo Inventario, plenamque reddant rationem de iisdem Bonis hæreditariis, ex firmatis in puncto *dec.*55. *n.*16. *coram Vbago*, *dec.*611. *n.*16. *par.*19. *Rec.*, *in Vrbinaten. Cauthelæ Angeli* 15. *Februar.* 1704. §. *Moti coram bo. mem. Molines*, *in Reatina reintegrationis super Cauthela Angeli* 3. *Junii* 1712. §. *Sed cessat*, & *in Romana*, *seu Camerinen. Pecuniaria super Cauthela Angeli* 2. *Julii* 1714. §. *Obstat*, & *seq. cor. Me*.

Atque ulterius præscindendo ab his omnibus militat contra ipsas ea facti circumstantia, quod cum ex parte Legatariæ Sororis Paulæ Mariæ Jesu, & Monasterii ab ea causam habentis fuisset ex jure istius Legati sequestratum penes D. Principem Burghesium Capitale Cambii proveniens ab hæreditate Ducissæ Ariciæ Legantis, illudque obtinuerint sibi consignari cum expressa præservativa Jurium competentium Monasterio, habent in manibus propterea effectus spectantes ad hæreditatem Ducissæ Le-
12 gantis, & ideò si contendunt à Ducissa Oraa hujus Sorore, & earum Matre reintegrandum fore fideicommissum, cujus titulum allegarunt, occurrit huic prætensioni certa in jure regula, quod in Bonia Auctoris præferri debet illius Creditor cuilibet Hæredis etiam anteriori, & privilegiato Creditori, ex deductis per *Merlin. depign. lib.*4. *quæst.* 14. *n.*4., *Roc. disp. jur*, *cap.*57. *n.*8., *de Luc. disc.*3. *n.*19. *de cred.*, *Rot. decis.*41. *n.*3., & *seq. coram Caval.*, & *decision.*269. *num.*1. *par.*6. *Rec.*
13 Absque eo quod dubitari valeat, quod Cambium prædictum proveniret à Ducissa Ariciæ, quia ita ostendit lis præexistens cum eodem D. Principe Burghesio pro supplemento Legitimæ, & congruæ Dotis, sopita per Transactionem, in qua prætensio reducta fuit ad sc. 20 mil., & rata scut. 10. mil. fuit soluta, & alia rata similis in Cambium memoratum conversa contextualitèr ad actum exactionis, & investimenti; undè sicuti quantitas in Transactione liquidata erat hæreditaria prædictæ Ducissæ, ita erat hæreditarium Cambium ex ejus rata successivè loco solutionis contractum, *Rot. decision.*784. *n.*6. *coram Buratt.*, *decis.*63. *n.*3. *cor. Duran.*, & *dec.*49. *n.*3. *cor. Nunot.*

Et ità fuit resolutum Monasterio tantùm informante &c.

ROMANA PECUNIARIA.

*Merc.*31. *Julii* 1720.

Nec argumento indiget, nec Summario.

DECISIO MCCIX.

IN hac Congregatione Rotali inter cætera Memorialia à Me relata illud fuit, in quo Laurentius Galluppius petiit expeditionem suæ Causæ contra Bernardinum Magium ad normam duarum præcedentium Decisionum editarum 3. Julii superioris anni, & 11. Martii proximèpræteriti cor. Me. At quoniam in his decisionibus dictum fuit *esse exequendum mandatum relaxatum ab A. C. Cincio tàm pro capitali in sc.*550., *quam pro fructibus conventis in publico Instrumento inter Partes stipulato ad rationem scut.*8. *pro quolibet centenario*, & *anno* Domini censuerint expeditionem Causæ pro nunc decernendam cum Calculatione dictorum Fructuum ad rationem scutorum quinque dumtaxat, reservato Jure eidem Galluppio pro majori rata conventa in prædicto Instrumento.

Et ita &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 25. *Novembris* 1720.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 26. Aprilis hujusmet anni.

Præmium ex attergatione Montium potest licite conveniri; cum ista fidejussioni æquiparetur, & sat est, quod periculum atter-

gan-

gantis in potentia remota, vel possibili concurrat de eo tempore, quo attergatio fuit inita, quæ est magis recepta opinio, quando vero istud dicatur adesse, & abesse periculum, declarat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Attergatio locorum Montium fidejussioni æquiparatur, & pro eo præmium licitè potest concordari*, & n.3.

3 *Præmium, ut debeatur ex attergatione Locorum Montium requiritur saltem in potentia remota periculum, vel possibile, secundum aliquos Doctores.*

4 *Præmium ut debeatur ex attergatione Montium satis non est periculum, sed istud debet esse in potentia proxima secundum alios Doctores.*

5 *Præmium ut debeatur ex attergatione Montium secundum communiorem opinione requiritur concursus periculi de tempore, quo fuit facta in potentia remota, vel per possibile* ampliа, ut in num 7.

6 *Præmium debeatur ex præstatione cedulæ bancariæ.*

7 *Attergatio locorum Montium dicitur contractus innominatus.*

8 *Loca Montium in periculo stetisse dicuntur, licet ille, pro cujus securitate starent, contractus resolutionem postulasset, cum satis sit, quod eorum liberatio ab eventu litis dependerit, & ea interim eorum Dominus sic innodata retinere fuisset coactus.*

9 *Periculum, ut verificatum dicatur, satis est, quod res ita potuisset, rebus in eodem statu permanentibus, evenire.*

10 *Pactum resolutivum* — ipso facto, ipso jure &c. *appositum in instrumento affictus favore Domini directi non operatur, nisi iste declaret, se eo uti velle*, & n.11.

12 *Contractus valide initus non inficitur ex iis, quæ ex post supervenerunt, sed considerandus est juxta statum, in quo fuisset stipulatus.*

13 *Periculum in potentia ut dicatur adesse in attergatione Montium, sat est, quod Dominus affictus isti renunciare potuerit*, amplia, ut in num.15.

14 *Renunciare favori proprio unicuique licet.*

16 *Præmium ex attergatione locorum Montium ab fortius debetur, quando ex eo commodum sentiret, qui ea reportavit, & correspectivum diceretur.*

17 *Contractus hinc inde, ad æqualitatem servandam, adimplendus est.*

18 *Retrotractio affictus non potest sequi in tertii præjudicium, quidquid sit inter officiarium, & Dominum directum.*

19 *Confessio debiti emissa per susceptionem termini multum inservit ad explicandum contractum, & vide casum.*

DECISIO MCCX.

Consului Dominos in Audientia diei 26. Aprilis currentis anni, an esset exequendum mandatum ab A.C. Cicolo relaxatum favore Marchionis Sparapani contra Salvonum pro fructibus conventis inter eos ratione attergationis Locorum Montium, & responsum habui affirmativum, nec diversa fuit eorundem Dominorum sententia in hodierna Rota, in qua ob impertitam Salvono facultatē impugnandi editam resolutionem, rediit ad trutinam eadem quæstio · nam seduio examinatis fundamentis perpensis in decis. tunc evulgata, iisque subsistere compertis, rescriptum fuit *standum esse in decisis.*

Siquidem ad excludendam præstationem fructuum promissorum ratione prædictæ attergationis Locorum Montium, quam cæteroquin in genere admittebant, & ipsi Salvoni Defensores procedentes cum sensu,

1 quod attergatio Locorum Montium æquivaleat fidejussioni, & ideo ex ea, ratione periculi, exigi valeat præmium, juxtà firmata in decisione, quæ revidetur §. *Siquidem*, Proponebant iterum illam difficultatem, & controversiam, quod vel nullum in præsenti adfuerit periculum Marchionis Sparapani, vel adfuerit tantum in potentia remota, quod non sufficiat ad validitatem talis conventionis, & obligationis.

Domini vero illius controversiæ examen reassumentes advertebant in primis, quod variæ sunt in hac quæstione Doctorum opi-

2 niones, cum alii quidem firment absolute ex natura ipsa contractus posse mercedem conveniri ob onus, quod fidejussor subit tanquam expromissor alterius in contractu obligati, ut sunt præ cœteris *Bonacciн. de contract. tit. de fidejussor. disp.3. qu.9. punct.1. proposit.1. sub num.12. Navar. in Manual. cap.7. n.147. lib 3., & Azor instit. moral. lib 11. cap 22. dub.6.*, alii teneant, quod re-

3 quiratur pro substinenda tali conventione periculum fidejussoris saltem in potentia remota, vel per possibile, ut cum pluribus præsertim docent *Molin. de Just. & Jur. tract 2. disp.3 9. vers. communis Doctorum Escobar. de ratiocin. par.2. comput.16. sub*

4 *Scac. de commerc. § 3.gloss.3. sub. num.12. vers. extende tertio*, ac demum alii teneantur non satis esse periculum istud, sed concurrere debere in potentia proxima, ut sunt *Roderic. de annuis reddit. lib.2. qu.12. sub n.14, & Palma nep. alleg.16. n.5.*

5 At in his terminis mediam sequentes opinionem, censuerunt satis esse posse ad effectum substinendæ fructuum conventionis, quod concurreret de tempore, quo illa initа fuit, periculum in potentia remota, vel per possibile, non solùm enim majori Doctorum numero auctorizatur, cum eam sequantur ultra *Molin., Escobar., & Scacc. mox relatos, Mant. de tacit. par.2. lib.16. tit.3. sub n.3. Maradd obser.56. n.16. Romald. de camb. cap.19. in fin. Bonden. collect.31. n.8. volum.1., & Leotard. de usur. qu.23. n.28.*,

*n.*38; verùm etiam confirmetur in terminis
consimilibus assecurationis factæ de tempore, quo res pervenerat ad terminum ab aliis
Doctoribus, ut videre est penes *Less. de*
6 *just., & jur. lib.2. cap.28 dub.4. §. Hinc
sequitur ante n.25.*, & in proximis terminis præstationis Cedulæ Bancariæ ex sententia nostri Tribunalis, *ut in dec.19. n.15.
cum seq. post Zacb. de Salar.*, *& dec 121.
n.15. ubi laudantur Mantic., & Sacc. supra
allegati par.13.rec.*

Eoque faciliùs in præsenti themate cum
hac opinione Domini processerunt, quia
non agitur in directo contractu fidejussionis,
7 sed attergationis Locorum Montium, qui
contractus ejus videri posset naturæ, ut foret innominatus, des scilicèt, ut facias, seu
præsto patientiam attergationi, ut mihi fructus respondeas; atque in hujus contractus
hypotheli certum est, quod potest aliquid
in singulos annos conveniri, quia illius naturę non repugnat, ut his fere verbis dixit. *Surd cons.306. sub n.10. circa fin., &
concordat. Leotard.de usur.qu.23. sub n.36.
vers. ita prorsus, & vers., & res cum n. seq.*

Quibus ita præmissis, parùm porrò quę-
8 rendum supererat citra verificationem hujus generis periculi quoad Marchionem Sparapanum attergantem Loca Montium pro
affictu inito à Ramonio, & Salvono cum
Duce Grillo; quia licet ille affictus resolutus fuerit ex Iudicio nostri Auditorii, quod
prodiit in Romana affictus 19. Iunii 1716. coram R.P D. meo Rovault de Gamaches, tamen quia pręstatio fructuum petita fuit à d.
Marchione Sparapano habito respectu ad
solum illud tempus, quo durante lite Loca
Montium illius perstiterunt sub vinculo sępedictæ attergationis, utique negari non
potest, quin toto dicto tempore periculum
in potentia adfuerit, non obstante superventa contractus resolutione, quia quamvis à
Marchione Grillo promoveretur super eadem resolutione Iudicium, adhuc Ramonius Conductor, seu Affictuarius illius firmitatem totis viribus sustinebat, itaùt sivè
ipse victor extitisset in ista lite, sive Dux eidem liti cessisset, atque admisisset locum
esse purgationi moræ pro adimplenda attergatione aliorum locorum Montium, & approbasset illam in minori quantitate, quam
conventum fuisset inter ipsum, & Ramonium factam à Marchione Sparapsno, quisque videt, quod illius loca exposita remansissent periculo solutionis affictuum, & potuisset idem Marchio Sparspanus de facili
pati eorum omnium amissionem. Sufficit
9 autem ad verificandum periculum, quod res
ita potuisset, rebus in eo statu manentibus,
evenire, ut egregiè explicant *text.*, *& Glos.
in l. si & lege C. de usur. juxta verba relata
in decisione, quæ revidetur §. Quanquam.*

Nec quicquam amplius refert, quod re-
10 solutio affictus à Duce petita proveniret ex
pacto inito in Instrumento munito clausulis
extrenatis, *Ipso facto, & ipso jure, & etiam
sine Judicis declaratione*, cujus etiam Instrumenti tenorem, & substantiam præscivisse dicendus sit Marchio Sparapanus, quando fecit contractum attergationis, dum illū
facere partes dixerunt *In conformità dell'
Istromento &c.* Etenim tota isthæc obiectio
cessat, ex quo tempore factæ præfatæ attergationis, nullo modo Dux locator uti velle d. pacto declaraverat, & tamen certum
est, quod illud nequaquam potuisset operari, nisi idem Dux, cujus favore appositum
fuerat, eo uti velle declarasset, & fuit firmatum in decisione, quę confirmatur §. *Absque eo quod*, & sunt *Textus in l. 2. ff. de l.
commis., & l. post diem ff. eodem, & l. si quis
in conscribendo Cod. de pact.*, ac probant
*Post. resol. 146. n. 15. Card. de Luc. de feud.
disc. 57. n. 3. b. m. Ansald. de commerc. discurs. 34. n. 33.*, *Rota cor. Cavaler. dec. 70.
n.4., & dec. 978. n. 16. cor. Dunoz.* etiamsi
sit munitum præfatis clausulis, ut ampliando expendit *Gloss. in l. scimus in princ. verb.
ipso jure Cod. de inoffic. testam., Cephal. cons
534. n.51.*, *Rota dec. 109. n.6. p.7., & dec.
11. n.19., ac dec. 21. n.53. cor. Pentinger.*

11 Non erat itaque satis, ut Marchioni Sparapano insubsistentia contractus pateſieret,
ad ejus notitiam deductum esse pactum in
Instrumento stipulatum, sed necesse fuisset,
ut illi indicaretur etiam Ducis voluntas, &
declaratio, quod eodem pacto uti vellet. Id,
quod tempore contractus nullatenus erat
excogitabile, quia nondum eadem declaratio supervenerat, ac de cætero ad con-
12 tractus validitatem statuendam non est habenda ratio de iis, quæ post illum initum
supervenerunt, sed considerari debet juxta
statum, in quo stipulatus fuit, ut ex firmatis
*dec. 129. n.28. p.12., & dec. 501. nu.7. p.18.
rec., dictum fuit etiam in dec., quę confirmatur §. Quamquam cor. Me.* Imo semper redit animadversio illa, quod cum pactum
hujusmodi esset additum totaliter favore
Ducis locatoris ad verificandum periculum
attergantis in potentia, & per possibile, satis est, quod illi etiam, post nam eo uti velle declarasset, posset idem Dux renunciare,
sicut renunciasse sustinebat in illa lite Ramonius; cum utique favori suo cuique re-
13 nunciare licitum sit, ad *text. in l. cum Pater §. Libertis ff. de legat. 2. l. potest ff. de
legib., & cap. si de terra in fin de privil.*

Maximè vero hæc omnia procedunt in
præsenti casu ex alia satis valida facti circumstantia, quod & si post introductam litem à Duce super resolutione affictus, Marchio Sparapanus petiisset in Iudicio liberationem à supradicta attergatione, adhuc
idem Ramonius semper obstitit, & voluit
illum in eadem obligatione permanere; cui
14 si correspectiva fuit promissio præmii, seu
fructuum, sane ex facto proprio illos præstare cogendus est, quia dum eo mediante
voluit jugum creditori impositum permanere, ita pati debet, ut locum habeat contra
se relativa ad idem jugum, seu obligationem
pro-

17 promissio. Aliàs nimis fuisset improprium, & incongruum, quod alter ex contrahentibus contractum servare cogeretur, alter vero non, contra eam æqualitatem, & individualitatem contractus, quam servandam esse sine scissura firmat *Rota dec: 467. n. 5. coram fan. mem. Greg. XV. dec. 437. n. 23. coram Bich., & dec. 489. n. 33. p 19. rec.*

Nihilque his præmissis valuit officere

18 juribus Actoris prætensa retrotractio solutionis affictus, quam iterum opponebant Salvoni Defensores: Illa enim quidquid esset inter Ducem, & Afflictuarios, sanè nihil operari potest in præjudicium tertii, qui intermediè contraxit, ut tecisse dictum est Marchionem Spirapanum, non cum ipso Duce, sed cum Ramonio Conductore, & debitore tantum. juxta deducta in eadem decisione, quæ revidetur §: *Non attenta cor. me*, in qua cæteris hujus generis difficultatibus plenè satisfactum extitit.

Rursus denique non ommittendas eas Domini censuerunt extrinsecas cæteroquin à

19 contractu animadversiones, quæ proveniunt signanter ex approbatione istius debiti fructuum emissa ab ipso Salvono hodierno contradictore in Judicio, quando suscipiendo terminum ad solvendum fassus est, se teneri pro summa petita erga Marchionem Actorem, sumendo saltem hujusmodi confessionem ipsius Partis in explicationem, & declarationem, quod interfuerit tale Marchionis periculum, cujus vigore ille fieri debitor rectè potuerit, ex firmatis in Romana fructuum dotalium 27. Martii 1718. §. *Neve ulla cor. R. P. D. meo Cerro*, cum aliis relatis §. *fin. in eadem mea decisione*, ad quam DD. relativè sese habuerunt.

Et ita utraque &c.

ROMANA, SEU TIBURTINA CAMBII.

Lunæ 25. Novembris 1720.

ARGUMENTUM.

Ut tutius pro falsitate Scripturæ, vel apocæ Iudex stet, multum personarum qualitati deferendum est, scilicet si appareret, quod debitor dives absque ulla necessitatis expressione à paupere ad cambium ingentem pecuniarum summam cepisset, eademque apoca penes fictum Creditorem numquam extitisset, isteque sua in hæreditate de tali credito nullibi fuisset loquutus, & econtra de alio tenui mentionem fecisset.

SUMMARIUM.

1 *Cambium præsumitur vel falsum, vel fictum, quando esset ingentis summæ, & contractum appareret à divite absque ulla necessitatis expressione favore miserabilis personæ*; amplia, ut in nn. 3. 4. 5. 12., & 13.

2 *Inverisimilitudo specimen habet falsitatis, & in judicio civili contractum efficit nullum*, & vide casum.

4 *Cambium præsumitur fictum, quando sine ulla necessitatis expressione contractum apparet, & res peracta est à pluribus intermediis personis per mandatum Procuræ ab altera persona, quæ ex post bonam fidem favore alterius recognovisset*, & vide casum.

5 *Amplia, si suspicio cresceret ex personarum qualitate, quæ essent miserabiles, Procura ad contrahendum extensa appareret in pagina, quæ duplicem habuisset subscriptionem, unam in una, & alteram in alia pagina*, & n. 7.

6 *Subamplia, si altera ex dd. subscriptionibus cancellata reperiretur, & per bilietum proboretur, quod solum istud fuisset cum subscriptione in albo requisitum*, & n. sequenti.

7 *Falsitas, & fictio contractus, ut probentur, personarum qualitati multum deferendum est*, amplia, ut in n. 8.

9 *Subamplia, quando testes ad recognoscendum subscriptionem adhibiti, fuissent personæ suspectæ, & malæ qualitatis.*

10 *Falsitas scripturæ ut probetur, oculari multum defertur inspectioni, si diverso caractere scripta appareret, magisque nigro, accrescenti in una parte atramento, & ex quibus alsis conflore probetur.*

11 *Amplia, quando scriptura penes Creditorem in ea descriptum nunquam stetisset, & debitor potius fuisset dives, taliter ut sine urgenti causa pecuniis indigere non potuisset.*

12 *Subamplia, quando idem Creditor per viginti octo annos, quos supervixisset, crediti exactionem non postulasset.*

13 *Cambium de falsitate suspectum. eo magis falsum dicendum est, quando reperiretur, quod illius Creditor in testamento mentionem de eo nullam fecisset, & e contra de alio credito longe inferiori fuisset loquutus.*

14 *Amplia, si Procurator ille, per quem contractum fuisse appareret, medio juramento dixisset, quod vigore illius mandati procuræ nullum alium gessisset contractum, præterquam resignationem locorum Montium, quæ est quid ab illo totaliter diversum.*

15 *Subamplia, quando Principalis tale Procuræ mandatum illico revocasset, ne a Procuratore ejus substantia dispenderetur, & loca montis attergata redemisset.*

DECISIO MCCXI.

Licet Zucchius dum viveret, numquam egisset, neque pro sorte, neque pro fructibus asserti cambii, usque ab anno 1689. contracti à Bernardino Roncetto, mediante personam Castrachini Procuratoris ad id constituti favore Roversi, & ad ipsum Zucchiũ pertinere declarantia usque de eodem anno 1689., tamen secuto ejus obitu sub anno 1717 prævio testamento, & codicillis, in quibus de curta ejus supellectili distinctè disposuit, etiam respectu exigui, & litigiosi crediti pensionum cujusdam Domus, Fornicius ejus hæres vocavit d. Roncettum in judicium cor. A. C. de Gentilibus, qui ab-

 sol-

ſolvendo reum conventum ab impetitis, Sententiam tulit declaratoriam, quod Inſtrumentum cambii eſſet fictitium, & ſimulatum, & ideo tàm illud, quàm Apoca recognitionis bonæ fidei factæ à Roverſo erga Zucchium nullo modo eſſent exequenda; devoluta cauſa in gradu appellationis ad noſtrum Tribunal, ejusque commiſſione mihi directa, dedi dubium -- *An conſtet de credito, & pro qua ſumma ſit relaxandum mandatum* -- illudque propoſui in hodierna Rota poſt plures monitum, & diù etiam expectatum eumdem Fornicium, & DD. pari judicio cauſam definientes, in omnibus pro Roncetto *Informante* reſponderunt.

Quandoquidem agitur de cambio contra-
1 cto, ut dictum eſt, favore Zucchij uſque
de anno 1689. per Bernardinum Roncettum abſque ulla expreſſione indigentiæ hujuſmodi pecuniarum in magna quantitate ſcut. 3. mil., quam inveroſimile admodum eſt potuiſſe illi à Zucchio ſubminiſtrari, dum iſte vitam agebat Curſoris, ſeu Tabellionis, ac de facto poſtquam diu continuaverat in hujuſmodi exercitio, defunctus ſub anno 1718. admodum tenue reliquit Patrimonium, ut
2 vix aſcenderet ad ſcut. 150. Hęc autem inveroſimilitudo tàm gravis reſpectu Creditoris, præſefert ſpecimẽ quoddam falſitatis, *ex Bald. in l. prima n.* 16. *C. de Servis fugit.*, *& aliis relatis dec.* 619. *n.* 6. *p.* 18. *rec.*, *&* 652. *n.* 6. *p.* 19. *rec. tom.* 2., itaut jàm exinde ſubſequatur, quod in Judicio Civili contractus remaneat inexequibilis, juxta firmata *dec.* 258. *n.* 5. *cor. Card. Cerro*, *dec.* 272. *n.* 18., *&* 19. *p.* 11., *& dec.* 8. *ſub nu.* 6., *& dec.* 16. *n. eodem cor. bon. me. Anſaldo*.

Maxime quia ſuſpicio falſitatis, & con-
3 fictionis hujuſmodi contractus in perniciem Roncetti augetur ex pluribus conjecturis, tam extrinſecis, quàm intrinſecis tendentibus in eamdem probationem, pro qua regula eſt, quod ſingula, quæ non proſunt, ſimul unita juvent, ut monuit alias *Rota deciſ.* 744. *nu.* 1. *cor. Emer. Jun.*, *& dec.* 377.
4 *n.* 7. *p.* 19. *rec.* Siquidem cambium controverſum non fuit directè contractum cum ipſo Roncetto reo convento in pręſenti Iudicio, ſed res acta fuit pluribus intermediis perſonis, dum apparet fuiſſe ſtipulatum mandatum procuræ a Roncetto in perſonam ſui fratris, ab hoc fuiſſe ſubſtitutum Caſtrachinum, & hunc contraxiſſe cum Roncetto, qui ſucceſſivè recognovit bonam fidem erga Zucchium. Hic autem adeo inſolitus agendi modus, & cum tot perſonarum repræſentatione, & mutatione nullatenus neceſsaria, ſtatim indicat, rem non quidem debita fide ſed imò indirecta, & ſuſpecta via actam fuiſſe, *Decian. reſp.* 62. *n* 75. *lib.* 3., *Gratian. diſcept.* 479. *n.* 7., *Mut. dec.* 35. *n.* 17., *Rota dec.* 3. *n.* 5. *p* 7., *& dec.* 148. *n.* 17. *p.* 16. *rec.*

Imo ſingulariter actus, & perſonas inſpi-
5 ciendo, ſemper magis creſcit ſuſpicio confictionis, & falſitatis, mandatum enim Procuræ, cujus vigore ſubſtitutus fuit ad contrahendum cambium Caſtrachinus, fuit exaratum in pagina, quæ habebat duplicem ſubſcriptionem Bernardini Roncetti, unam ab una, & alteram ab altera facie, fueratque Romam ab eo tranſmiſſa, ad hoc, ut in ea juxta dd. duas ſubſcriptiones poſſent exarari ordines ad exigendos locorum montiũ
6 fructus penes duos Depoſitarios. Et de facto noſcitur altera ex dd. ſubſcriptionibus cancellata à tergo ejuſdem Mandati Procuræ, in cujus exaratione unica uti ſatis fuit ſubſcriptione, ac probatur præſertim ex epiſtola, ſeu biglietto ſcripto eidem Bernardino, quod hujuſmodi folium requiſitum fuit cum ſubſcriptionibus in albo. Nil autem facilius credi poteſt, quam quod idem folium verſum ſubinde fuerit in malum uſum prò inibi conſcribendo d. mandato Procuræ, dum in ſpecie non conſtat, quod illud ad eum præciſè effectum tranſmiſſum inſervierit pro ordinibus exarandis, ut ſcribens diſpoſuerat.

Et confirmatur hic ſenſus non ſolum ex quo vigore hujuſmodi mandati, quod continebat etiam facultatem ampliſſimam depauperandi totaliter conſtituentem, fuit ſubſtitutus Procurator Joſeph Caſtrachinus,
7 hujus forſitan autor machinationis; Si enim inſervit ad arguendam contractus fictionem, aut falſitatem qualitas perſonarum, ut advertit *Rota dec.* 962. *n.* 14. *cor. Dunoz. jun.*,
8 quid in caſu præſenti dicendum erit, dum jam perſona iſta pro parum legali canonizata reperitur à noſtro Tribunali *in Romana cambiorum* 17. *Febr.* 1690. *cor. Manuel.*

Verum etiam ex quo in recognitione ca-
9 racteris ſæpedicti Bernardini Roncetti conſtituentis, & prætenſi debitoris, qui cæteroquin erat Civis Tyburtinus, & conſequenter pluribus hic in Urbe notus eſſe debebat non alii adhibiti pariter fuere, quàm duo Perſonæ eodem modo valde ſuſpectæ, cum unus ex eis, licet eo tunc Religioſus, paulo poſt gravibus pœnis condẽnatus fuerit Neapoli, & tandem obierit Apoſtata in Civitate Genevæ.

Sicut autem claudicat in promerenda fide mandatum Procuræ, cum quo contractus geſtus fuit, ita & multo quoque magis claudicat, & corruit recognitio bonæ fidei quam fecit Roverſius erga Zucchium, ex cujus perſona habet jus hodiernus Actor.
10 Etenim ex viſura Apocæ hujus recognitionis apparet, quod nomen Zucchii in illa ſuperadditum fuit, dum eſt ſcriptum diverſo caractere, & magis nigro, & recenti atramento, & litteræ idem nomen una cum deſignatione ejus Officii Curſoris Hyſpanici, modo ſunt inter ſe diſtantes, ut in accurata ſcribendi methodo ſervatur, modo vero ſunt adeo contractæ, ut unum verbum alteri cohæreat, ita quippe DD. recognoverunt ex oculari inſpectione ejuſdem Apocæ, quæ validiſſimam præbet probationem, quod Apoca, ubi tale vitium reperitur, non ſit ejus legalitatis, quæ requiritur ad

hoc

hoc, ut obtinere valeat in judicio executionem, *ex text. in l. si irruptione* §. 1. *fin. regnum*, *Noguerol. alleg.* 26. *nu.* 13. *cum aliis relat.*, *dec.* 652. *n.* 3. *p.* 19. *rec.*, *&* *decis.* 8. *n.* 6. *vers. Agnoverant*, *&* *dec.* 16. *n.* 1. *cor. bo. me. Ansaldo*.

Hec verò, quę suspectum reddunt tam
11 mandatum Procuræ, quam recognitionem bonę fidei erga Zucchium, validius robur assumunt ex aliis ponderationibus resultantibus, tum ex quo Apoca mox enunciata nequaquam reperta fuit penes Zucchium, Creditorem, & ut premisimus, iste erat Persona exilis Patrimonii, & è cõrra debitor potius quam dives, ut argui quidem valeat, non potuisse hunc indigere sine causa adeo ingenti pecuniarum quantitate, neque illum
12 habilem fuisse ad eam præstandam, tum ex quo etiam Zucchius per totum ejus vitę decursum, & sic per viginti octo annos non distulisset quicquam exigere, aut petere, saltem in causam fructuum, itaut iste contractus ejus prodijsset in lucem post ejus obitum tantùm; & cæteroquin tarditas ista petitionis auget falsitatis suspicionem, ut in puncto inquit *Rot. dicta dec.* 16. *n.* 4. *cor. Ansaldo*, *&* *dec.* 562 *num.* 17. *par.* 19. *rec.* sicut etiam impotentia prestandi tot pecunias in asserto Creditore, ut prosequitur *eadem dec.* 16. *n* 5 *cor. bon. memor. Ansaldo*, & firmat quoque *dec.* 652. *n.* 6. *par.* 19. *rec.*

Potentius verò inspecto subsequenti facto,
13 dum obiit Zucchius cum Testamento, in quo mentionem fecit etiam de parvo Credito, & litigioso, nec verbum addidit de isto, quod si verum fuisset, fuisset etiam facilis exactionis, & ascendisset una cum fructibus ad scut. 6000., & ultra, juxta ea, quę in similibus terminis perpendit *Giurb. dec.* 22. *n.* 16., & firmavit *Rot. dec.* 714. *n.* 25. *cor. Merlin.*

Tum denique, ex quo eodem anno 1689.,
14 & imo biduo post creationem Cambii controversi, Castrachinus, qui fuit procurator vigore dicti mandati procurę, confecitque contractum ejusdem cambij, declaravit medio juramento, sese vigore facultatum sibi attributarum ex d. mandato non allum gessisse contractum præter illum venditionis locorum montium favore Domus Rospigliosæ. Signum evidens, quod iste alter contractus, qui gestus dici deberet per duos dies ante ab eadem persona ita declarante fuit fictitius, & habendus pro non facto, ut pariter in minoribus terminis declarationis factæ à Persona, quæ presumeretur scire contractum, firmavit *Rota d. decis.* 8. *n.* 20. *cor. bo. me. Ansalda*.

Absque eo, quod quidquam relevet pro veritate contractus suadenda, quod Bernardinus revocaverit prædictum mandatum, quodque illud executionem habere potius fuerit respectu resignationis locorum mon-
15 tium supradictæ. Quandoquidem, si videns ille juxta dictum mandatum, quod erat in aliena facultate ipsius substantiam totaliter disperdere, convolavit ad promptius remedium revocationis, absque eo, quod subjiceret Fratrem, cui folium transmiserat ad exigendos ordines, criminalitati, sique loca montium resignata cum pacto redimendi, tutius putavit redimere, quam litem assumere, non inde argui debet ad talem approbationem, citra quam actus prædicti ex pleri potuerunt, *ad text. in l. non omnis ff. si cert. petat.*, *Magon. dec. Lucen.* 5. *num.* 27., *Rota decis.* 368. *num.* 61. *p.* 9. *rec.*

Et ita unica tantum parte comparente, altera vero diu expectata, pluriesque monita &c.

ARIMINEN. IMMISSIONIS SUPER CAUTHELA ANGELI.

Veneris 29. *Novembris* 1720.

ARGUMENTUM.

Cautela Angeli post passam rem judicatam à debitore allegata, rigide probanda est. Hæres, cujus actiones confusæ apparent, quique legale non confecit inventarium, nullum creditum adversus hæreditatem allegare potest, nec ullum retinendi titulum; ex quibus vero cauthela prædicta sufficienter probata non dicatur, distinctè refert presens

SUMMARIUM.

1 *Cauthela Angeli quando post plures passas sententias à debitore allegatur, ita rigide probanda est, ut ulteriori discussione non indigeat.*

2 *Reiectur, quando super titulis ejusdem graves difficultates dispungendę orirentur*, & nn. 3. 8., & 12.

4 *Bona ad illum pertinuisse præsumuntur, in cuius hereditate fuerunt reperta, atque descripta.*

5 *Identitas prædiorum probanda est cum designatione Confinium, quodque identificè illi sint, qui de eodem prædio fuerunt euiciati.*

6 *Factum proprii auctoris nemo impugnare valet.*

7 *Prædium ad nullam personam pertinuisse dici potest, nisi ad eam, cui pro debito ab ista assumpto assignatum appareret.*

9 *Vir præsumitur vel cum fructibus bonorum suæ Uxoris, vel cum ipsis bonis à se administratis mulieris debita persolvisse, donec contrarium concludenter non probetur.*

10 *Hæres simplex evasus ob non confectionem Inventarii, & ob iurium confusionem nullum creditum super hæreditate allegare valet, neque retentionem, amplia*, ut in n. 14.

11 *Livella præsumuntur soluta ex fructibus illius prædii, quod in talem solutionem assignatum appareret, & ab illo, qui prædium detinuisset.*

13 *Creditum fundatum super instrumentis, quę creditor non deduceret, exequi non potest*

potest, cū sine relato referens nil concludat.
15 *Testes simplices nil probant.*
16 *Alimenta præstanda sunt filiis à parentibus, & omnia ad ea consequtiva.*
17 *Pater non potest fieri creditor pro alimentis præstitis filio, ad quæ fuisset obligatus*
18 *Rota strictè ad dubia sibi proposita respondet, & non ad ea, quæ sub illis non cadunt.*

DECISIO MCCXII.

UT se confoveret Hieronymus Bonadies
in possessione booorum proveoientium à
Casimira Nanoia ejus Matre, & pro medie-
tate adiudicatorum in Iudicio Immissioois
Ven. Eremo Camaldulensium Arimini ex
persona Patris Prosperi Bonadies ipsius Fra-
tris, & respective alterius d. Nanniæ Filii,
quoad iste viveret, per tres sententias latas
in prima à Vicario Generali in partibus, in
secunda ab A.C. de Gentilibus, ac tertia à
nostro Auditorio præviis duabus decisioni-
bus dierum 2 Junii, & 6. Decembris supe-
rioris anni coram Me allegavit Cauthelam
Angeli, qua mediante protectus fuit, alio
titulo, quàm hæreditario d. Casimiræ, se
reperiri in possessione dictorum bonorum:
unde eadem Ven. Eremus, ne sibi diutius re-
moraretur præfatarum sententiarum, quas
ipse Hieronymus interim acceptaverat, exe-
cutio, curavit à Me proponi dubium *An, &*
super quibus bonis sit servanda Cauthela
Angeli -- cui DD. responderunt -- *negativè*
juxta modum -- non esse scilicet servandam,
nisi pro tertia parte molendini nuncupati
del commune.

Cum enim prædicta Cauthela Angeli al-
1 legata fuerit a Hieronymo postquam ipse
met in diuturna lite succubuit, & sententias
approbavit, utique ipsi, ut ejus vigore ab
exequtione præservet bona in ea designata,
incumbuit onus rigidæ probationis, & veri-
ficationis tituli, & creditorum, quorum Cly-
peo se tueri valeat prætextu talis Cauthelæ
ab eadem, cæteroquin debita, sententiarum
exequtione, & tales tituli, atque credita
debent esse immunia ab altiori indagine, &
non concussa contrariis exceptionibus, ut
cum aliis plenè relatis probat *Constantin. de*
eadem Cauthela Angeli disc. unico nu. 81.
& firmat *Rota in Romana Immissionis super*
cauthela Angeli 8. *Martii* 1717. §. *Cætera*
cor. Me.

Hujus autem generis probatio non con-
2 currebat in præsenti themate; nam distin-
ctè agendo tum de titulo fideicommissi, seu
Primogenituræ conditæ primum à Julio Cæ-
sare Bartolucci, & subindè strictius deman-
datæ à Valerio Nannio, tum de creditis ad
hunc effectum a Hieronymo deductis in om-
nibus, præter quam respectu tertiæ partis
mox enunciati molendini gravissimæ occur-
rebant difficultates; & examen ordiendo à
titulo primogenituræ Bartoluccię, utique
videndum erat, an comprehenderentur sub
illa bona specificata in allegatione Cauthe-
læ Angeli.

Et quidem si loquimur de Domibus, alte-
3 ra in Parochia S. Dominici, & altera cum
Cella Vinaria in Parochia S. Agnetis, sta-
rim occurrit, quod illæ nullo modo descrip-
tæ fuot in inventario bonorum Primogeni-
turæ, neque certa ulla probatio datur, quod
4 ad illam pertinuerint, ideoque remanet fa-
vore Ven. Eremi totaliter firma regula, quod
cum reperta sint ista bona in hæreditate Ca-
simiræ, ad illam pertinere præsumantur, ex
firmatis *in eadem Romana Immissionis su-*
per Cauthela Angeli 8. *Martii* 1717. §. *Cæ-*
tera, & 22. *Novembris eiusdem anni* §. *Con-*
tentio cor. Me, & in confirmatoria 1. *Julii*
1718. §. *Exequendam coram R. P. D. Her-*
rera.

Si vero loquimur de Prædio *in Contrada*
5 *Bissanico* in inventario fideicommittentis cæ-
teroquin descripto, adhuc obstat Hierony-
mo, non solum quod non coocordant con-
finia illius cum bonis postremo possessis in
eadem contrada à Casimira Nannia, & ideo
non probatur, quod sit idem Prædium,
quod à Fideicommittente enunciatum fuit
in suo Testamento, ut ad rem ponderat *Ro-*
ta decis. 69., *& sequen. coram Carillo, de-*
cis. 131. *num.* 3. *coram Buratto; & in Nar-*
nien., seu Sabinen. Bonorum 7. *Junii hu-*
jus anni §. *Et hac coram* Me. Verum etiam,
quod in transactione inita anno 1656. à Fran-
cisco patre, & Auctore ipsius Hieronymi
Bonadies Actoris cum Isabella Matre Casi-
miræ, idem prædium cessum fuit prædictæ
Casimiræ in recompensam debitorum per
eam accollatorum, & subinde in testamen-
to à præfato Francisco condito, iste tale
Prædium Casimiræ proprium esse fassus fuit.
6 Insurgit autem ex his, quod nequeat hodie
Hierooymus, præsertim stante præmissa
minus certa prædii identitate, amplius con-
tendere, quod illud non ad Casimiram, sed
ad Fideicommissum Bartolucci pertineat,
quia nemini factum, & confessionem sui
auctoris licet impugnare, *Rota decis.* 64.
num. 5., *& decis.* 180. *n.* 12. *coram fa. me.*
Alexandro VIII. decis. 4. *num.* 16 *coram*
bon. me. Ansaldo decis. 638. *num.* 19. *p.* 19.
rec. & passim alibi.

7 Hæc eadem ratio assignationis hujusmodi
factæ Casimiræ in enunciata transactione, &
confessionis pertinentiæ ad Casimiram emis-
sæ in Testamento Francisci procedit quo-
que respectu prædii nuncupati *del Cerro*,
quod pariformiter nequit asseri ad alium
pertinere, quam ad Casimiram, postquam
pro debito ab ipsa assumpto eidem assigna-
tum fuit, & uti proprium ipsius agnitum ab
auctore Hieronymi.

Neque obstat, quod Franciscus post hu-
jusmodi assignationem relativam ad ac-
collationem debitorum factam à Casimira,
dimiserit ipse debita per eam accollata,
itaut saltem ex causa hujusmodi debitorum
dimissorum à suo auctore super bonis con-
troversis, dici debeat Creditor ejusdem Ca-
simiræ Hieronymus, & possit ex tali causa
alle-

allegare retentionem juxta secundum titulum pro verificanda Cauthela Angeli, ut supra diximus ab illo deductum. Etenim
8 ultra quod etiam P, Prosper, ex cujus Persona stat in Judicio Ven. Eremus, debet habere quotam in iisdem creditis acquisitis à communi Patre, vel ratione successionis pro virili in paterna hæreditate, vel saltem ratione legitimæ, super qua pendet alia lis coràm A.C., ea satis est exceptio, ut eadem credita reddantur inefficacia ad effectum de
9 quo agitur quod idem Franciscus possedit, & administravit universa bona dictæ Casimiræ suæ Uxoris spatio quinquaginta circiter annorum; unde præsumptio est, nisi contrarium ab allegante justificetur, quod illa fuerint dimissa ex iisdē bonis administratis, eorumque fructibus, ut in specie firmat *Rota dec.67. n.11. cor. Bich.*
10 Sed accedit ulterius, quod Hieronymus, tam paternam, quàm maternam hæreditatem adivit nullo confecto inventario, & pervenerunt ad ipsius manus mobilia, argenta, gemmæ, aliaque omnia, tam ad Casimiram, quàm ad Franciscum pertinentia; unde ejus credita, vel omnino satisfacta, vel saltem maximè illiquida exinde effecta dici debent, ut eorum vigore nulla valeat retentio allegati, *Rot.dec.496.n.2. & 3.cor.Bich., dec.646.n.39.& 41., ac dec.650.n.19.par.19. recent.*
11 Habent locum hæc omnia etiam respectu prędii, quod dicitur *del Condotto*, quia, & illud admittit idem jus assignationis factæ in transactione, nec potest retineri pro credito livellorum solutorum Sorori Rosaliæ Pomposæ, quorum livellorum ab ipsa solvendorum intuitu, fuit Casimiræ relaxatum in dicta transactione, quia si solvi debebant eadem livella ex fructibus prædii, istosque fructus percepit Franciscus administrando bona Casimiræ, dici omnino debet, quod solverit ex iisdem fructibus, ex deductis *decis.223.n 3., & dec.735.nu.22. cor. Dunozet. jun.*
Transeundo hinc ad alia bona contenta in Cauthela Angeli, quæ sunt ea, quæ recuperata fuerunt post litem protractam per aliquos annos à Patribus Theatinis, median-
12 te transactione cum iis inita, non erat ulque dubium, quin talis transactio iispuiata fuisset à Francisco Viro nomine Casimirę suæ Uxoris, sed unicè hodie proferebatur in medium creditum expensarum factarum in eadem lite; sed hujusmodi creditum, sicut cætera à Hieronymo deducta, est insufficiens, quia vel tenebatur ipse uti administrator rerum dotalium suę Uxoris easdem expensas subire, vel illas saltem in parte repetiit à succumbentibus, vel demum tales expensæ comperiuntur omnino illiquidæ, dum de facto non aliam habent liquidationem, & probationem, quàm illam ipsis attributam ab eodem Hieronymo Benadies in notula illarum hodie tantum exhibita, quæ nihil probat, & ideo tale creditum ad rem non est allegabile, juxta auctoritates mox allegatas § *Sed accedit.*
13 Pari laborant illiquiditate alia credita contenta in eadem notula exhibita in calce Summarii ejusdem Hieronymi, quippe quia sunt destituta legalibus probationibus, dum & si enuncient aliqua instrumenta, tamen hæc instrumenta non dantur, & sic intrat regula, quod referens sine relato nequaquam probat *Rota dec.520. n.2., & dec.569. n 14. p.19.rec., & dec.74.n.3.cor.bo me. Ansaldo.*
14 Imo licèt essent concludenter probata, & liquidata, adhuc confunderentur, & excluderentur eadem exceptione, de qua supra d. §. *Sed accedit*, quod per diuturnam retentionem, cum perceptione fructuum bonorum Casimiræ, & aditionem ejus hæreditatis sine beneficio Legis, & Inventarii, ac demum cum occupatione mobilium, gemmarum, & similium effecta fuut valde turbida.
Postremum creditum erat illud scut.3000. pro totidem ante assumptionem habitus Religiosi, & durante tempore probationis expensis in indigentias Patris Prosperi à Francisco Patre, vel ex propriis ipsius bonis, vel
15 ex maternis. Sed (ultra quod non videbatur concurrere satis certa probatio hujus crediti ex simplicibus fidibus Testium) Domini advertebant hujusmodi sumptus omnino succedere debuisse loco alimentorum, &
16 iden, sicut dubio procul Parentes ad præstanda filiis alimenta tenebantur, & præsertim Pater ex bonis, tum propriis, tum ab Uxore, & respectivè Matre provenientibus, absque eo quod inde Creditor filii constitui valeat, *Surd.de alim.tit.1.q 31.n:4., & tit 9.*
17 *q.2 n.7 & seqq.*, ita neque Franciscus poterat pro relata causa constitui Creditor sui filii in d.quantitate.
Superfuisset agere de tertia parte Molendini *del commune* non vigore creditorum, sed ex titulo primogenituræ Bartoli ccclæ comprehensi in allegatione Cauthelæ Angeli à Hieronymo, sed circa illam immorandum non fuit, quia admittebatur ex parte Ven. Eremi ejus retentio prædicto titulo;
18 neque item agere opus fuit de aliis bonis, quæ in sententiis latis favore dictæ Vener. Eremi continentur, sed non specificantur in eadem allegatione Cautheiæ Angeli, quia non cadunt sub dubio, quod disputatur, restricto ad bona in d. Hieronymi prætensione enunciata.
Et ita utraque &c.

ROMANA CONCURSUS.
Lunæ 19. Novembris 1720.
ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria in parte alterius decisionis emanatæ sub die 6. Maii 1719.

Mulier in præjudicium creditorum proprii Viri ad inopiam vergentis, distractioni locorum montium consensum præbere non potest, quando eadem loca in causam restitu-

restitutionis suæ dotis, auctoritate Judicis, fuissent comparata, imo suam perdit illico anterioritatem.

Privilegium Legis *Interdum* favet Creditori, cujus pecuniis fuisset domus à Domino restaurata; secùs verò quando de novo fuisset constructa.

SUMMARIUM.

1 *Hypotheca perditur à muliere super locis montium sui favore hypothecatis, quando præstat consensum illius resignationi, non verò sibi prejudicium infert quoad cetera bona Viri sibi generaliter hypothecata.*

2 *Dos in dubio, quantitativa semper præsumitur, & non in specie, neque in fundo.*

3 *Hypotheca, seu pignus in re propria non dantur.*

4 *Dos quantitativa in locis montium constituta, & in dominium Viri transacta, potest super eisdem locis assecurari favore ipsius Mulieris.*

5 *Dos restitui debet ex pretio domus, quam Vir ex pretio locarum montium dotalium Uxoris perfecisset, atque ampliasset, quando presertim dotem restituere promisisset, vel in dictis locis, vel in aliis investimentis, quatenus illa non adessent*, & n.13.

6 *Mulier præbens consensum, ut Vir loca montium, quæ in sui faciem auctoritate Judicis comparata fuissent in causam restitutionis suę dotis, dotale privilegium perdit*; amplia ut in n.11.

7 *Subamplia, ut evadat creditrix ejus Viri indemnitatis, seu relevationis tantum à die distractionis eorundem locorum*, & nn. 8. & 15.

9 *Alienatio bonorum dotis hypothecę subjectorum titulum validum non prębet eorum emptori adversus cæteros Viri Creditores, nisi Mulier sua jura illius favore remiserit.*

10 *Hypotheca non remanet super locis montium favore Creditorum post resignationem, sed in resignatarium liberè pertranseunt.*

12 *Dos Mulieris, deficientibus bonis pro illius assecuratione assignatis, præfertur super aliis bonis Viri ad exclusionem cęterorum Creditorum; dummodo tamen eadem bona sine ulla Mulieris culpa defecerint; secus si ex ejus defectu.*

14 *Prioritas temporis inter Concreditores servanda est, cæteris paribus.*

16 *Privilegium Legis* Interdum *favet Creditori super pretio domus suis pecuniis restauratæ, & conservatæ.*

17 *Limita in ædificante de novo, nisi creditor sibi expressè cavisset de reservatione dominii super nova fabrica, & cementis.*

18 *Creditor defuncti præferendus est super bonis hereditariis quibuscumque Creditoribus hæredis.*

DECISIO MCCXIII.

IN concursu efformato super bonis hæredireditariis Dominici Salvii, & signanter super pretio domus positæ ad Lungariam triplicis generis comparuerunt Creditores, videlicet Andreas Roncalli hæres Angelæ Fioranę illius Uxoris pro residuo dotis ipsi restituendæ, Paulus Diamantes pro credito cambii scutorum 850. contracti in ædificanda dicta domo anno 1705., una cum ejus fructibus, & Philippus Salandra, Catharina Bernona, ac Marius Capacius pro credito alterius cambii præcedenter contracti de anno 1691. à Carolo Bossio cum solidali obligatione d. Dominici communis debitoris. Cum verò in hac controversia tria difformia prodiissent judicata in Curia Capitolina, delegata fuit ulterior appellatio per decretum R.P.D. Auditoris Sanctissimi Capitaneo appellationis de voto Rotæ; & idcirco proposui in Audientia diei 6. Maii currentis anni dubium -- *An, & de cujus credito constet, itaut sit præferendus*, & prodiit rescriptum *Constare de credito Pauli, & Andreæ juxta modum, & esse pręferendos pariter juxta modum.*

Modus autem in decisione expressus in eo stetit, quod nempe ex pretio domus primo loco satisfieret Andreæ hæredi mulieris pro rata correspondenti pretio locorum sex montium cum dimidio; secundo loco satisfieret Paulo pro sorte, & fructibus ejus cambii; & postremo ex residuo, si quod superesset, creditum indemnitatis, seu reintegrationis aliorum quinque locorum montium ab eadem muliere in beneficium Viri distractorum. Quia verò consideratus fuit casus, quod pretium d. domus impar fortasse foret memoratis tribus creditis; quodque propterea contingere poterat, quod Paulus pro aliqua rata ejus crediti concurrere deberet super cæteris bonis hæreditariis Dominici Salvii communis debitoris, una cum memorato Andrea creditore indemnitatis, ac Philippo Salandra, Mario Capace, & Catharina Bernona ejusdem Salvii pariter creditoribus ex causa alterius cambii, Domini in dicta decisione declararunt, ut eo casu attenderetur inter Andream, & Paulum prærogativa temporis, rejectis in ultimum locum Salandra, Capacio, & Bernona, utpote hypotheca destitutis.

Et iste fuit tunc Dominorum sensus: hodie autem suppositis novo examini fundamentis d. decisionis, cum ea in aliqua parte subsistere, in aliqua verò ex facto deficere compererint, proposito per Me consueto dubio -- *An sit standum, vel recedendum à decisis*, responderunt *recedendum esse à decisis juxta modum.*

Et primum agendo de pretio domus, quamvis etiam hodie tam mulier, sive ejus hæres pro reintegratione locorum undecim cum dimidio, quam Paulus pro ejus cambio, & fructibus invicem contenderent, unusquisque in alterius exclusionem sibi assistere potioritatis privilegium, Domini ta-
1 men censuerunt nulli alii super d. pretio illud competere, nisi soli mulieri, & quidem pro rata dumtaxat locorum sex cum dimidio.

dio. Quod enim ad hanc ratam attinet, be
ne subsistere compertum fuit fundamentum
præcedentis decisionis, quod nempe mulier
super dictis locis sex montium cum dimidio
in causam dotis ab initio assignatis nullum
omnino dominium, sed specialem dumtaxat
hypothecam habuerit, quodque proinde
per consensum ab ea præstitum illorum
alienationi, ipsam solummodo hypothecam
remiserit, nullum autem præjudicium sibi
intulerit, quoad cętera bona Viri ejus favo-
re generaliter hypothecata, ut firmat deci-
sio quæ revidetur §. *Nec tamen*, & aliàs di-
xit *Rot. dec.*304 *n.*15.*p.*13.

Frustraque hæc veritas, quam cæteri cre-
ditores ingenuè admittebant impugnabatur
à Paulo Diamante, sive ejus interim defuo-
cti hærede sub obtentu, quod dos fuisset in
fundo super dd. locis montium, non in quan-
titate constituta. Etsi enim argumenta, &
conjecturæ hinc inde à partibus deducta,
rem prima facie subdubiam facere videren-
1 tur. Prævaluit tamen apud Dominos opinio
mulieri favorabilior, juxta quam etiam in
dubio pro dote quantitativa pronunciandum
esse docent *Gobb. consult.*131. *n.*16., *Rota
dec.*20. *in* 30., *& dec.*277. *n.*21. *p.*15., *& dec.*
874. *n.*3. *cor. Card. Cerro.* Cum cæteroquin
prætermissis omnibus aliis argumentis latius
3 deductis in decisione quæ revidetur, in cla-
ro rem ponere visum fuerit pactum illud in-
ter partes expressè conventum, quod hæc
loca montium, quę dotis nomine à Muliere
Viro assignabantur, stare semper deberent
affecta, obnoxia, & hypothecata pro dote,
& fundo dotali. Hoc namque stante, unum
de duobus admittendum necessariò erat, aut
quod pignus & hypotheca favore Mulieris
in re ipsius propria consistere posset contra
rotundum *Textum in leg. neque pignus* 46.
4 *ff. de reg. Jur.*, aut quod dominium loco-
rum montium per Constitutionem dotis
quantitativæ in virum transierat, itaut ab
eo favore uxoris hypothecari valeret, ut
aliàs notavit *Rot. dec.*98. *n.*16. *p.*18., & latiùs
dec. causæ §. *Rursus.*

Sed ultra hoc fundamentum, aliud quo-
que pro concedenda mulieri prælatione ad
ratam dictorum sex locorum montium cum
5 dimidio hodie consideratum fuit. Siquidem
cum in dotali instrumento Vir expressè pro-
miserit acceptam dotem restituere in iisdem
locis montium, quatenus extarent, sin mi-
nus in aliis investimentis ex eis faciendis; de
plano ex huiusmodi pacto consequebatur,
ut locis montium distractis, & amplius non
extantibus, restitutio dotis facienda esset
cum prætio controversę domus, quæ ex re-
tractu eorumdem locorum montium perfe-
cta, atque ampliata, & quod plus est, ipso-
rum loco pro dicta restitutione dotis ex-
pressè subrogata fuit, *Merlin de pign. lib.*2.
*q.*19.*n.*71., *bo. me. Ansaldo, decis.*80. *n.*22.,
*Rot. dec.*100. *post Torr. de pact. n.*16.

Hactenus de locis sex montium cum di-
midio in ipsa dotis Constitutione Dominico
6 viro traditis: quo verò ad alia loca quinque,
quæ longè postea in faciem ipsius uxoris,
viro ad inopiam vergente, de mandato Ju-
dicis empta fuerunt ex pretio retracto à
venditione cujusdam apothecæ, & quę mu-
lier ipsa successivè in beneficium Viri alie-
navit; Domini permanserunt in sensu præce-
dentis decisionis, quod nempe pro eis nul-
lum mulieri competat dotale privilegium,
7 sed quod ipsa censeri tantum posset credi-
trix indemnitatis, seu relevationis à die,
qua eadem loca distraxit, iuxta deducta in
dicta decisione §. *Longe autem.*
8 Neque hodie opus esse visum fuit reassu-
mere, quæstionem, an assignatio dd. loco-
rum cesserit in Causam veræ, & effectivæ
restitutionis dotis, prout ex cæteto suade-
bat notabilis illa facti circumstantia, quod
eadem loca non in faciem Viri, sed ipsius
mulieris acquisita fuerunt, & quidem cum
expressa declaratione, quod illa starent ne-
dum pro assecutione, sed etiam, ac nomi-
natim pro restitutione dotis, prout animad-
versum fuerat in præcedenti decisione
§. *Frustraque.*

Ad effectum namque, de quo agitur,
exuberare videbatur animadversio illa,
quod in hypothesi non agebatur de bonis in-
2 differentibus à Viri patrimonio extractis,
ac Mulieri pro assecuratione assignatis, in
quibus etiam post alienationem à Muliere
successivè factam remaneret infixæ hypothe-
cæ aliorum Creditorum, quatenùs Mulier
etiam Jura sua dotalia in alienatarium non
transtulerit; sed res erat de locis Montium,
10 quæ ex speciali eorum natura post semel
perfectam alienationem nullam retinent fa-
vore aliorum Creditorum hypothecam, sed
libere omninò, & sine ullo nexu transeunt
in alienatarium, in his enim terminis nimis
11 iniquum, & absurdum foret, quod Mulier
sciens Mariti inopiam, & aliorum Credito-
rum concursum post semel acceptam super
eis suæ dotis assecurationem, posset illa in
beneficium Viri alienare, seu eorum alie-
nationi consentire, ac deindè iterùm præla-
tionem obtinere super aliis bonis ejusdem
Viri, dum ita cæteri Creditores ex culpa,
& voluntario facto Mulieris exclusi perpe-
tuò remanerent à spe consequendi eorum
Creditum super bonis illi quidem assignatis,
& successivè in tertium distractis, & pati co-
gerentur diminutionem irreparabilem pa-
trimonii communis debitoris. Quod qui-
dem permittendum non est, ut aliàs in præ-
cisis terminis alienationis locorum Montium
factæ à Viro de mandato Uxoris respondit
Rot. in Romana Immissionis 22. *Junii* 1708.
cor. bo. me. Omanna, cum decisiones omnes
unanimitèr conveniant etiam in terminis
simplicis assecurationis, quod deficientibus
bonis pro assecuratione assignatis, eatenus
Mulieris idemnitati consulatur mediante
prælatione super aliis bonis Viri in exclu-
sionem reliquorum Creditorum, quatenùs
dicta bona sine ulla Mulieris culpa defece-
rint

riat *Castill dec. 25. n. 4., & 5. Giurb. dec. 16. sub n. 5. aliique plures, quos refert, & sequitur Constant. de Statut. Urb. annot. 31. num. 96.*

13 Hoc itaque constituto, ut Mulieri, sive ejus hæredi prælatio concedatur super pretio memoratæ domus ad ratam duntaxat Locorum sex cum dimidio: pro eo, quod attinet ad Creditum indemnitatis, seu reintegrationis posteriorum quinque locorum Montium eidem hæredi competens, & duo Cambia à Communi Debitore contracta alterum, nempè favore Pauli Diamante, & alterum favore Salandræ, & Sociorum cum eorum respectivè fructibus, si qui sint, non solutis: Domini censuerunt recedendo in hac parte à decisis, ut excluso quocumque potioritatis privilegio, sola in eis prærogativa temporis attendatur, tàm respectu residui pretii dictæ domus, quod supererit post dimissionem Mulieris pro Credito locorum sex Montium cum dimidio, quam respectu reliquorum bonorum Dominici Salvii communis Debitoris; Ideoque primo loco dimittendum erit Cambium Salandræ, & Sociorum, utpote creatum anno 1691., & quidem ut hodie in facto meliùs constitit, mediante publico, & solemni Instrumento camerali obligatione vallato, cæ-

15 terisque clausulis indubiam præferentibus hypothecam Secundo loco dimittendum erit Creditum indemnitatis Initium sumens ab anno 1704., quo expleta fuit dd. locorum quinque alienatio; ac ultimo denique loco Cambium Pauli Diamantis contractum anno 1705 servata in omnibus Censura *Tex. in l. qui prior. ff. de reg. jur.*

16 Nec conqueri debet Diamantes, quod ipse excludatur à prælatione eidem super pretio domus indulta in decisione quæ revidetur vigore celebris *Tex. in l. interdum ff. qui potior in pign. hab.*, cum enim ex noviter hodie in facto deductis, & signanter ex Fide Architecti, ac propria ejus Confessione emissa in Ordine per ipsum conscripto, atque inserto in Instrumento ejus Cambii claræ constiterit ipsum pecuniam suas credidisse, non pro refectione, ac restauratione memoratæ domus, ut in præcedenti decisione suppositum fuerat, sed ad effectum dimittendi Fabrum murarium, qui operam impenderat *in una Casa di d. Signor Salvi novamente fabricata* juvari ubique ipse nequibat beneficio dictæ legis *interdum*, quæ reficienti, & conservanti dumtaxàt, non

17 autem de novo ædificanti privilegium potioritatis impartitur, nisi ædificans sibi caveret de expressa reservatione dominii, quæ in casu nostro deficit, juxtà distinctionem, quam post Gloss. ibi in verb. *credide-rim* amplexa est *Rot. in Romana Pecuniaria, seu Cauthela Angeli super reserv. 3. Junii 1718. §. Potioritatem coram R. P. D. Meo Herrera, & in Romana Concursus, seu Consignationis pretii Domus 14. Junii 1720. §. Ultra quod cor. Me.*

In antecedenti Causæ propositione petebant Salandra, & Socii, ut a bonis Dominici Salvii separarentur illa, quæ in ipsum obvenerant ab hæreditate Caroli Bossii eorum favore cum d. Dominico coobligati, sed rejecti in decisione fuerunt sub fundamento, quod nulla bona hæreditaria Caroli in Dominicum obvenissent. Verùm cum hodie iidem Salandra, & Socii acriter contenderent revera adesse dd. bona Caroli Bossii in Dominicum obventa: Domini, ne præjudicium ullum, re non discussa, partibus inferrent, declarandum censuerunt, quod quatenus in suo congruo Judicio comperiatur, & verificetur d. bona verè adesse, & in Dominicum titulo hæreditario obvenisse, ea sint ab hæreditate ejusdem Dominici separanda, & super eis præferendi Salandra,

18 & Socii; cum Indubii juris sit, quod Creditores Defuncti præferri debent super ejus bonis quibuscumque Creditoribus hæredis *Leg. 1. §. Sciendum, & leg. 2. ff. de separ. bon Surd. decis. 310. n. 12., & per tot. coram Cavaler. dec. 41. n. 3.*

Et juxta hunc modum, Partibus informantibus, resolutum fuit.

URATISLAVIEN. JURIS APPROBANDI CONFESSARIOS SUPER REMISSORIA.

Lunæ 2. Decemb. 1720.

ARGUMENTUM.

Remissoria in prophanis semper datur, sicuti etiam ex sola materiæ articulatæ dubietate.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria semper datur in Causa prophana.*

2 *Causa jurisdictionalis dicitur prophana.*

3 *Remissoria datur ex sola relevantia materiæ dubiæ, nec est necesse ut prius eadem relevantia discutiatur.*

4 *Materia articulata discutienda est post completas probationes de ea, ne Judicialis ordo præposteretur.*

5 *Processus plenariè, & omnimode absolutus esse debet, quando agitur de causa, cum Rotali voto ad aliquam Congregationem remittenda.*

6 *Amplia, in Causa commissa cum clausula appellatione remota.*

7 *Testimonium valide præbent Patres Cistercienses in Causis eorum Ordinis ex indultis SS. Me. Innoc. III., & Greg. IX.*

DECISIO MCCXIV.

Controversia, quam promovit Celsissimus Episcopus Uratislavien. contra Reverendissimum Abbatem Lubensem circa Jus approbandi Confessarios Sanctimonialium Monasterii Trebiniciensis, Ordinis Cisterciensis sub Gubernio ejusdem Reverendissimi Abbatis subjecti, delata fuit in suis primordiis ad Sacram Congregationem Eminentiss. DD. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum, & postmodum devenit ad Judicium nostri Auditorii pro voto eidem

eidem Sacræ Congregationi extradendo; unde disceni cœpit coram bo.me. Ansaldo, & sub die 3. Februarii 1719. disputatum fuit -- *An Confessarii Monasterii Trebiniciensis deputandi à Cisterciensibus, sint approbandi ab Ordinario Vratislaviensi*, proditque responsum *affirmativum*, juxtà decisionem ab illo sub enunciata die evulgatam, quæ successivè confirmata fuit in Audientia diei 17. Junii labentis anni coràm Me in munere Decanatus Sacræ Rotæ Successore, mediante rescripto in nova Causæ trutina edito -- *Standum esse in decisis*.

Præviis his duabus decisionibus petita fuit à Celsissimo Episcopo Voti Rotalis extraditio; sed ex parte Reverendiss. Abbatis oppositum fuit, quod ad complendas probationes, præsertim super immemorabili possessione deputandi prædictos Confessarios absque ulla Episcopi approbatione, concedenda sibi foret Remissoria; ideò Domini in Congregatione elapsi mensis Augusti quoad Episc. petitionem rescripserunt -- *Dilata* - & quoad illam Abbatis -- *Detur Dubium* -- Atque hodiè in sequelam talis rescripti contigit iterùm agi de utraque petitione, & sicut dubio proposito rescriptum fuit -- *Concedendam esse Remissoriam* -- ita in sequelam concessa extitit Abbati facultas, editas decisiones impugnandi.

1 Remissoriam autem, de qua in præsenti
tantùm agitur, Domini concedendam ea ratione
censuerunt, quod hic sumus in causa
prophana, qualis dicitur ad illum effectum
2 Causa Jurisdictionalis, juxtà firmata *in decis.*
1063. n.6. coram Emerix Jun., & in
Causis prophanis de facili conceditur Remissoria
ex *decis. Caputaquen 68. nn.1 par.3.,*
& aliis relatis dec.82. n.1. coram san. mem.
Alexandro VIII.

3 Nec verò visum est, necessario assumendam
esse discussionem relevantiæ materiæ
articulatæ, quam totis viribus impugnabant
Celsissimi Episcopi Defensores; quippè quia,
præmissa dicta Causæ qualitate, ad remissoriam
obtinendam satis fuit Reverendiss. Abbati,
quod materiæ per ipsum articulatæ relevantia
sit dubia, dum hoc tantùm sufficit,
ut relaxanda sit facultas faciendæ probationis,
ut firmat pariter *Rota dicta dec.82. numer. 12., & 22. cor. Cerr. dec.391. n.7. cor.*
Pentinger. dec 139., & dec 467. n.1. coràm
Emer. Jan., & dec.2. n.2. par.19. rec. Et
4 exactior discussio remittitur ad propositionem
Causæ post probationes completas, ne
alias præposteretur ordo Judicii, adeòut decidatur
Negocium principale, antequam
factæ sint probationes, ut his fere verbis dixit
Rot. dec.83. n.13. cor. eodem san. mem.
Alex.VIII., & dec.282. n,4. dec.664. n.9.
& dec.1070. n.3. cor. Emer. Jun., & in
Constantien. Canonic. super Remissoria 1.
Julii 1715. §. Sicut ad rem cor. Me.

5 Eoque faciliùs in hac *Domini* convenerunt
sententia, quia agitur de Causa, quæ ut
in facto relatum est, commissa reperitur nostro
Auditorio pro voto, & originariè pendet
in Sacra Congregatione Concilii; in
hoc enim statu decens est, ut, antequam illa
cum voto Rotali remittatur ad eandem Sacram
Congregationem plenariè, & omnimodè
absolvatur ejus processus, & idcircò
Abbatis petitio circa faciendas, mediante
Remissoria probationes admittatur, ut in
specie dixit *Rota dec.1063. n.7. cor. Emer.*
6 *Jun.*, & in similibus terminis Causæ commissæ,
appellatione remota, dictum fuit *decis.562. n 5. coràm sa. me. Greg.XV. decision.122. n 3. coram Cocc., & dec.83. n.9.*
cor. sa.me. Alexandro VIII.

Absque eo quod ullatenùs relevaret, quod
per Reveredis. Abbatem non possint examinari,
nisi Testes illi, qui sunt Religiosi sui
Ordinis, & Monasterii, qui ideò in sui favorem
fidem facere non possint; quoniam,
7 præter alias responsiones ductas præsertim
ex Pontificiis Indultis sa.me. Innocent. III.,
& Gregorii IX., quorum vigore asseri posset
licere Patribus Cisterciensibus in hujusmodi
casibus pro eodem suo Ordine testimonium
perhibere, occurrit responsio, quod,
& alii adducuntur Testes Sæculares; &
plures etiam adduci poterunt, qui super eadem
re possint cum debitis requisitis *Gloss.*
in cap.1. verb. memoria de præscrip. in 6. testificari.

Cætera omnia, quæ hinc inde à Defensoribus cumulabantur reijcienda putarunt *Domini* ad discussionem negocii principalis.
Et ita utraque &c.

HOSTIEN., SEU CORANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 6. Decebris 1720.

ARGUMENTUM.

Vocatio Substituti, quando pendet à conditione, si hæres *sine filiis* moriatur, locum non habet, quando fæmina de isto supersit. Conditio favore substituti verificanda in eventum obitus omnium hæredum, ex unius tantum obitu non remanet purificata: Coniecturæ, ex quibus pateat, quod filiorum vocatio in conditione posita non solum quoad portionem Patris, sed etiam quoad portionem Patruorum, sunt sequentes: Quod filii debeant esse legitimi, & naturales; reciprocæ inter substitutos ordinatio fideicommissi, perpetuitas, & ad plures substitutionum gradus digressus.

SUMMARIUM.

1 *Immissio vigore legis final. ut concedatur, constare debet de requisitis existentiæ fideicommissi, vocationis, & bonorum identitatis.*

2 *Immissio non datur illi ad bona fideicommissaria, cui desit vocatio, imò repellitur exceptione* -- fideicommissum de te non loquitur.

3 *Vocatio pendens à conditione* -- si casus evenerit, vel hæres absque filiis moriatur --

non habet locum, quando de uno ex hæredibus femina superſit.

4 *Feminæ veniunt appellatione filiorum.*

5 *Subſtitutio concepta sub conditione* - ſi gravatus deceſſerit *sine filiis expirat eo cum filiis moriente.*

6 *Subſtitutio fideicommiſſaria operatur, ut pluralitas in ſingularitates reſolvatur*; limita ut in n. 7.

7 *Subſtitutio quando eſt facta pluribus per collectivam univerſalem conditio* ſi ſine filiis *in omnibus verificari debet, nec per mortem unius purificatur.*

8 *Pluralitas non reſolvitur in ſingularitatem quando ſupereſt perſona prædilecta, quæ ex Teſtatoris voluntate ſubſtitutum excludat.*

9 *Feminæ in conditione poſitæ, diſpoſitivè dicuntur vocatæ, licet in teſtamento expræſſa eorum vocatio non contineretur*, juxta ſtatutum Urbis lib. 1. cap. 142., *præſertim accedentibus coniecturis*, & nn. 13., & 14.

10 *Coniecturæ ſtante ſtatuto inducente vocationem filiorum in conditione exiſtentium quoad portionem Patris. benignius interpretantur pro inducenda vocatione in portionibus Patruorum, ad differentiam caſus non exiſtentiæ talis Statuti*, & qui ſit iſte? vide in nn. ſequentibus.

11 *Prima eſt, quando iidem filii in conditione poſiti, deberent eſſe legitimi, & naturales.*

12 *Secunda; volita reciproca inter primo inſtitutos, quæ licet ex ſe ſola non ſufficiat, attàmen efficax eſt cumulata cum aliis.*

13 *Dictiones* -- in perpetuum, in infinitum -- *inconſulto à Teſtatore adbibitæ non cenſentur, ſed appoſitæ contemplativè ad conſervationem Domus, & familiæ.*

14 *Subſtitutio facta in tota hereditate neceſſario præſupponit filios fuiſſe vocatos ad totam, non autem ad ſolam portionem proprii Parentis.*

15 *Subſtitutio cenſetur facta in tota hæreditate, quando Teſtator poſt inſtitutionem Nepotum in omnibus bonis, Neptes in caſu illorum obitus ſine filiis in tota ſubſtituiſſet hæreditate.*

16 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus dicitur factus, quando Teſtator profeſſus eſt velle conſervari ſuam familiam, & agnationem uſque ad vigeſimum gradum, ſi fieri potuerit.*

17 *Filii poſiti in conditione, ut dicantur vocati etiam ad portionem* Patruorum, *à digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus deducitur.*

18 *Amplia, concurrente agnationis contemplatione*, & n. 20.

19 *Agnatio ex quibus Teſtatoris verbis contemplata dicatur.*

21 *Votum conſervandi agnationis adductum pro vocatione filiorum in conditione poſitorum, & ad Patris portionem vocatorum rigidè examinandum non eſt quoad portionem Patris.*

22 *Coniecturæ pro interpretandis ultimis voluntatibus, non ſeparatim, uti ſingulæ, ſed simul unitæ, atque coniunctæ ponderandæ ſunt.*

DECISIO MCCXV.

EX Teſtamento Demophontis de Neriis condito ſub anno 1662., eam excitavit Joſeph Cataldus hæres Eliſabeth Teſtatoris Neptis controverſiam, quod ſibi ex dicta Eliſabeth perſona deberetur Immiſſio ad bona cadentia ſub fideicommiſſo ab eodem Teſtatore inſtituto, ex quo obiiſſent Sebaſtianus, & Joannes Baptiſta hæredes ab illo inſtituti ſine filiis, & hanc controverſiam propoſuit coram A. C. tàm contra Chriſtinam de Neriis filiam ſuperſtitem præfati Joannis Baptiſtæ, ac donatariam pariter memorati Sebaſtiani ejus Patrui, quam contra Septimiam, & Petronillam filias Bartholomæi de Neriis, fratris prædefuncti dictæ Chriſtinæ poſſidẽtes aliquot ex bonis hæreditariis Demophontis Teſtatoris, & favorabile Judicatum obtinuit.

Sed devoluta Cauſæ cognitione ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ ad inſtantiam Chriſtinæ edito cum clauſula *de appellatione* ad noſtrum Auditorium, eaque mihi delegata, cum hodie propoſuerim dubium - *An, & ſuper quibus bonis ſit danda immiſſio* -- DD. contrariam ſententiam amplexi ſunt reſcribentes *negative in omnibus*.

1 Ad hoc enim, ut immiſſio vigore *leg. fin. C. de edict. Div. Ad. tollen.* alicui concedatur, conſtare debet de requiſitis exiſtentiæ fideicommiſſi, vocationis, & identitatis bonorum juxta regulam pluries firmatam *dec.* 133, *n.* 1, *dec.* 356. *n.* 1. *p.* 18. *rec.*, *in Romana immiſſionis* 19 *Febr.* 1720. §. *Per appellationem cor. Me*, & paſſim alibi; in præſenti vero caſu, quicquid ſit de identitate bonorum quam etiam non minus valide Chriſtinæ Defenſores impugnabant, & quam DD ſuper-

2 fluum putarunt diſtinctè examinare, deficit Eliſabeth vocatio, ex cujs perſona agit Cataldus, ideoque repellitur exceptione illa; ſubſtitutio, & fideicommiſſum de te non loquitur *Rota dec.* 535. *nu.* 2. *p.* 18. *rec.*, *in Romana Primogenituræ* 23. *Aprilis* 1717. §. *Non quidem cor. R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Romana Primogenituræ de Capizucchis* 15. *Martii labentis anni* §. *Deficere cor. Me.*

Siquidem Demophons Teſtator hæredes

3 inſtituit Andream, Sebaſtianum, & Joannem Baptiſtam ejus Nepotes &c. (ſunt verba ipa diſpoſitionis) *cum hoc pacto, & conditione, quod alter alteri moriatur, & alter uni; & ſi caſus evenerit (quod Deus avertat) ſupradicti DD. hæredes ſic, ut ſupra, deſcripti moriantur abſque filiis, legitimis, & naturalibus, tunc, & eo caſu voluit, & mandavit ſuccedere in d. hæreditate infraſcriptas eius Neptes fæminas &c. videlicet DD. Catherinam, Mariam, & Eliſabeth* - Unde patet, quod vocatio Eliſabeth pendet ab illa conditione -- *Si caſus evenerit*

quod

quod hæredes moriantur absque filiis -- quæ conditio purificata non fuit, quia Joannes Baptista alter ex hæredibus reliquit Christi-
4 nam filiam superstitem, quæ sub filiorum nomine, comprehendente tàm masculos, quàm fæminas, continetur, ad *text. in l. si ita scriptum ff. de legat.* 3., *& leg. justa* 201. *ff. de verb. signific.*, cum aliis relatis in *Romana* Immissionis 1. *Julii prox. præt.* §. *Ac primo cor. Me*, & ideo eadem vocatio, &
5 substitutio ex defectu conditionis evanuit ad celebre *cons.* 21. *Oltrad.* communiter approbatum etiam à nostro Auditorio, ut in *dec.* 712. *n.* 3. *cor. Cerro dec.* 526. *nu.* 1. *p.* 19. *rec.*, & in aliis frequenter.

Non obstat, quod Sebastianus, alter ex
6 dd. hæredibus, in quem vigore reciprocæ coalnerat etiam portio Andreæ cohæredis, decesserit sine filiis, & idcirco saltem in illius portione, seu portionibus, purificata extiterit substitutio Elisabeth, ex quo in fideicommissariis substitutionibus pluralitas resolvatur in singularitates, juxta responsum *Papiniani in l. hæredes mei* §. *Cum ita ff. ad*
7 *trebell.* Etenim ultra quod hoc non procedit, quando substitutio est facta pluribus per collectivam universalem, qualis dicitur illa adhibita a Demophonte Testatore *supradicti hæredes*; tunc enim existentia conditionis debet verificari in omnibus, ut in puncto talium verborum firmat *Rota decis.* 123. *n.* 15. *cor. Priolo*:

Ad impediendam hujusmodi pluralitatis re-
8 solutionem in singularitatem, occurrit impedimentum illud a Doctoribus communiter receptum, quod superest persona prædilecta, nempe Christina filia, ut dictum est alterius ex hæredibus, quæ ex defuncti Testatoris voluntate substitutum excludit, ut ad eumdem *text. in l. hæredes mei* §. *Cum ita ff. ad Trebell.* docent *Bartol. n.* 3. *lit. B.*, *& n.* 5. *lit. D.*, *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 13. *n.* 56. *circa med.*, *Rot. dec.* 97. *n.* 4. *&* 5., *dec.* 244. *n.* 2., *& seq. p.* 17. *rec.*

Et quamquam expressa Christinæ vocatio
9 non habeatur in testamento Demophontis, tamen satis est, ut illa posita lit in conditione, ad hoc, ut juxta *Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 142., quod habet locum etiam Coræ, quæ est in districtu, intelligatur dispositivè vocata, non quidem ad solam portionem proprii Parentis, sed etiam Patruorum, dum plures concurrunt conjecturæ ita suadentes fuisse Testatoris voluntatem, ut probat *Roc. disput. Jur. cap* 18. *n.* 4., *Rot. in Romana fideicommissi de Varesiis* 18. *Junii* 1708. §. *Idenim*, *& seqq. cor. bon. mem. Molines*,
10 quæ conjecturæ, stante prædicto Statuto jam inducente vocationem filiorum positorum in conditione quoad portionem Patris, benigniùs quoque interpretandæ sunt, pro illa inducenda quoad portiones Patruorum, ad differentiam casus non existentiæ talis Statuti, quo casu duplicem deberent effectum operari, primum respectu Patris, & secundum respectu Patruorum, ut distin-

guunt *Card. de Luca de fideicomm. disc.* 77. *n.* 6.; *Rota in d. Romana fideicommissi de Varesiis apud Constant. ad Stat. Urb. dec.* 117. *n.* 9., *ac dec.* 118. *n.* 29., *cum confirmatoria mox allegat.* §. *Atque ita in fin. cor. bo. me. Molines*.

Ex his Conjecturis, omissa generali illa,
11 quæ oritur ex eo, quod filii positi fuerint in conditione cum qualitate, quod essent *legitimi*, *& naturales*, quàm tamen Doctores non omnino spernere solent, ut perpendit *Mantic. de conject. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 7., *Rota dec.* 487. *n.* 10., *& seq. cor. Dunoz. iun.*, *in Fanen. Fideicommissi* 18. *Junii* 1703. §. *Prima autem cor. cl. me. Card. Caprara*, *& in Interamnen. fideicommissi* 2. *Julii* 1708. §. *Conjecturæ cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto*, in primis DD. arrisit illa, quæ
12 profluit ex *reciproca* volita inter primos institutos, quæ licet de cætero sola de per se non sufficiat, efficax tamen est, si cum aliis ponderetur, ut firmat *Rota dec.* 271. *n.* 13. *cor. Emer. iun.*, *d. dec.* 118. *num.* 10., *&* 11. *post Constant. dec.* 474. *n* 6. *p* 13. *rec.*, *in eadem Fanen. fideicommissi* §. *Prima autem cor. cl. me. Card. Caprara*, *& in Interamnen. fideicommissi* §. *Conjectura cor. Eminentissimo D. Card. Scotto*.

Accedit de facto præmissis altera, quæ
13 descendit ex dictionibus illis *in perpetuum & in infinitum*, non quidem inconsulto à Testatore adhibitis, sed appositis in ratione conservationis Domus, & Familiæ, quæ eamdem vocationem ideo operari debent, quia alias verificari non possent, nisi filii in conditione positi essent etiam vocati, ut prosequitur *Rota in eadem Fanen. Fideicomm.* 18. *Jun.* 1703. §. *Non obstante*, *& sequ. cor. cl. me. Card. Caprara*.

Quibus consentaneum est aliud argumen-
14 tum, quod resultat ex *substitutione facta in tota hæreditate*, quæ necessario præsupponit filios fuisse vocatos ad totam, non autem ad solam portionem proprii Parentis, nè aliàs plus capiat onus, quàm honor, plus substitutio, quàm institutio, *Rota coram Mantich. dec.* 319. *n.* 8., *& in Melevitana Fideicommissorum* 8. *Aprilis* 1715. §. *Similiter erga finem cor. Eminentissimo D.*
15 *Card. Scotto*. Et hæc substitutio in tota hæreditate statim deprehenditur, si advertatur, quod Testator post Institutos in omnibus suis bonis heredes ejus nepotes, quatenus iidem decederent sine filiis, substituit Neptes in d. hæreditate, quæ verba tali casu sunt indefinita, æquipollent universali, & de tota intelliguntur ob præcedentem universalem institutionem, *Rota decis.* 480. *n.* 3. *cor. Buratt. dec.* 271. *n.* 30. *cor. Bich.*, *dec.* 218. *n.* 12. *p.* 19. *rec.*, *in Foroliviеn. Fideicommissi de Torellis* 28. *Junii* 1702. §. *ultra expressam*, *&* 15. *Januarii* 1703. §. *Facilis cor. bo. me. Muto*.

16 Majorem autem subsumunt efficaciam hæ conjecturæ ex alia, quæ potissimum á Doctoribus considerатur ad effectum, de quo agi-

agimus, estque illa digressus ad plures substitutionum gradus, non aliundè quærenda, dum Testator ipse professus est velle conservari Familiam, & agnationem de Neriis usque in septimum, decimum, & vigesimum gradum si fieri po[illegible]em ad tot
17 gradus substitutionum digressio, est capitalis coniectura, quæ semper pro inducenda vocatione filiorum positorum in conditione etiam ad Patruorum portionem, plurimum attendi debet, *Vrceol. in appendic. ad consult.* 82. *n.* 98., *Rocc. disp.* 18. *n.* 6., *Rota cor. san. me. Alexand. VIII. dec.* 1. *n.* 26., *&* 27.

Et ne quicquam ulterius deficiat, atque
18 omnis cesset difficultas pro coronide addi potest, quod etiam in hunc sensum concurrat contemplatio Agnationis, non quidem rigorosa, ut in aliis terminis requiritur, sed qualis satis ad hunc effectum a Doctoribus
19 reputatur, ad quam eruendam satis est advertere, quod in prohibitione alienationis, a Testatore iniuncta, addita fuit ratio illa ibi -- *Et hoc ad effectum conservandi Familiam, & agnationem de Neriis. in perpetuum. & in infinitum, usque in septimum, decimum, & vigesimum gradum, si fieri potuerit ipsum D. Testatorem mogis decorari, & ejus familiam ampliari, quia sic d. Testatori placuit, & per fideicommissum substituit* -- quæ verba important contemplationem Agnationis, licet directa in Familiam, & agnationem, quia ista sine conservatione bonorum in eadem Familia obtineri non potest, *Rocc. disp* 23. *n.*8., *& seq.*, *Rota in Romana Primogenituræ de Fabiis* 12. *Decembris* 1707. §. *Prostuit cor. bo.me. Oman-*
20 *na*. Est autem ista coniectura talis efficaciæ pro effectu, de quo quæritur, ut sit semper principalis, quæ a Doctoribus, & Sac. Rota pondesetur, ut ostendunt *Fusar. de substit. q.* 440. *n.*22., *Rota dec.*241. *n.*3. *&* 13. *cor. Emer. jun. dec.* 355. *n.* 14. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 276. *num* 41., *&* 43. *p.* 18 *rec. & in allegat. Fanen. fideicommissi* 18. *Iunii* 1703. §. *quinto cor. cl. mem. Card. Caprara.*

Absque eo quod quidquam relevent tot in contrarium adducta argumenta pro excludendo eodem voto Agnationis in Demophontis Testamento, præsertim ex eo, quod liei coosecutivè, & illativè sint vocatæ fæminæ, & ex aliis coniecturis, ac rationibus
21 excludàtur; quoniam cum hic non referatur istud votum ad alium effectum, quam ad declarandam d. Testatoris voluntatem pro vocatione filiorum positorum in conditione, & jam inde vocatorum ad portionem sui Parentis, etiam ad portiones Patruorum, non rigide illùd examinandum est, sed & si accessoriè adiectum sit, potest ad huiusmodi effectum plurimum inservire, ut distinguendo probant *de Luc. de fideicomm. disc.* 104. *n.* 8, *Palm. Nep. dec. Lucen.* 213. *nu.* 70. *Rota in Bononien. Fideicommissi de Volta* 27 *Iunii* 1696 §. *Non relevante cor. bo.me. Muto, & in Vrbanien. Fideicommissi* 13. *Februarii* 1716. §. *Votum cor. R. P. D. meo Crispo.*

Maxime vero hęc omnia procedunt, si
22 prout fieri debet in interpretandis ultimis voluntatibus, hujusmodi prærecensitæ coniecturæ, non separatim, uti singulæ examinentur, sed unitim, & coniunctim poonderentur, *Rota cor. Merlin. dec.* 447 *nu.*9., *dec.* 326. *n.* 11. *p.* 14. *rec.*, *in Romana fideicommissi de Varesiis* 18. *Junii* 1708. §. *Et quamvis cor. bon. me. Molines, & in Melevitana fideicommissorum* 8. *Aprilis* 1715. §. *Similiter cor. Eminentissimo D. Card. Scotto.*

Et ita utraque. &c.

ROMANA IMMISSIONIS, SEU VINEÆ.

Lunæ 9. *Decembris* 1720.

ARGUMENTUM.

Salvianum non competit adversùs eum, qui ex iuribus actoris anterioribus possidet, neque isti necesse est demonstrare, quod idem actor ex retentione aliorum bonorum sit integrè satisfactus, sed sat est, ut illiquidum saltem istius creditum designet.

Loca montium in illius dominio esse dicuntur, in cujus favorem cantant litteræ patentes, Alienare vir non potest uxoris dotem, vel bona filiorum adventitia absque legitima causa, vel eorum consensu.

Donatio post quæsitum jus creditoribus donatarii super bonis donatis, ab isto favore donantis retrocedi non potest, ex quibus verò talis retrocessio ficta dicatur, & dolosa; adeout nullius roboris remaneat, distinctè explicat sequens Summarium.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de duabus habet locum in causis Civium, & duobus sententiis validis, & sustis vim trium communicat.*

2 *Reus semper repellit actorem agentem ad rei controversæ vindicationem, quando rem pro credito anteriori retinet.*

3 *Amplia, etiam si actor ageret virtute crediti anterioris, quando tamen penes se retineres alia bona sibi hypothecata pro eodem met credito*, & n. 8.

4 *Hypotheca super aliis bonis propriis heredis fideicommissarii pro reintegratione fideicommissi à se distracti oritur eo ipso, quod habuit scientiam, quod illa essent fideicommisso obnoxia ob malam fidem, & dolum ex tali alienatione incursum*; amplia ut in n.6.

5 *Loca montium quod ad primogenituram, non verò ad fideicommissum pertineant probatur ex eorum resignatione favore primogenituræ, & ex facto hæredis fideicommissarii, qui uti primogenialia eadem agnovisset, & è contra de aliis locis fideicommissariis, uti hæres fideicommissarius possessionem cæpisset.*

7 *Hæres gravatus quod habuerit scientiam de perti-*

pertinentia locorum montium non ad fideicommissum, sed ad primogenituram, ad effectum ut in mala fide positus ex eorum alienatione dicatur, probandum est ab actore, qui ratione malæ fidei reintegrationem postularet.

9 *Valor domorum semper ad ratam onerum supra illis existentium minuendus est.*

10 *Subrogatio in locum rei fideicommissariæ distractæ non potest fieri à Patre cum domo ad uxorem spectante absque illius, & filiorum consensu, & sine necessaria causa*; amplia, ut in num. seq.

11 *Alienatio bonorum uxoris facta à viro, quę filiis sit præiudicialis, & absque necessitate, dolosa præsumitur.*

12 *Ratificatio tacita non potest interpretari in præiudicium tertii, postquam illi ius fuisset quæsitum.*

13 *Productio facta cum clausula præservativa* in parte, & partibus *producentem præiudicio non afficit.*

14 *Creditor posterior, sicuti anteriorem non valet excludere, ita neque alterum creditorem, qui illum repræsentet.*

15 *Capitale unius crediti non potest augeri in summa maiori, quam esset de sui natura deducendo eius quantitatem ex fructatu ad tramites locorum montium desumpto, quando ex illis non procederet.*

16 *Donatio per susceptionem liberorum ipso iure revocatur volente donante, quando pactum in contrarium huic casui non adsit.*

17 *Donatarius non potest retrocedere donationem ipsi donanti in præiudicium suorum creditorum, qui eo intermedio tempore super bonis donatis hypothecam acquisivissent.*

18 *Donatio ex quibus dicatur per donantem ad fraudandos creditores retrocessa, qui intermedio tempore inter donationem, & retrodationem illius hypothecam fuissent adepti.*

19 *Actus collusivus habetur pro nullo.*

20 *Sententia habet præsumptionem pro se.*

21 *Retrocessio donationis collusiva præsumenda est, ex quo bona donata semper penes donatarium stetissent.*

22 *Accollatarius debiti in omnibus ipsum debitorem repræsentat.*

23 *Retentio, ut detur super re possessa adversus actorem immissionem postulantem satis possessori est, quod creditum illius turbidum demonstret, ad immissionem petitam reiiciendam.*

DECISIO MCCXVI.

Egit Julius Cæsar Cesearinus tamquam Creditor reintegrationis fideicommissi cōditi à Ludovico seniore Cesearino ob alienationes factas à Ludovico iuniore pro immissione ad vineam possessam à Francisco Casanova; sed iste, una cum eius Auctoribus laudatis (Dominis nempe fratribus de Sinibaldis) pari sorte victoriam reportavit prius in Tribunali A. C. per sententiam absolutariam latam, dum ibi ius adeo laudabiliter ministrabatur à R. P. D. meo Cerro, & in nostro Tribunali coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, qui præviis duabus decisionibus per accuratam facti concordationem editis die 2. Decembris 1718., & 27. Februarii 1719. aliam sententiam tulit præcedentis confirmatoriam.

A' geminis hisce sententiis commissa mihi fuit appellationis causa ex Signaturæ Justitię Rescripto, cum clausula, *Constito quod sit locus statutò de duabus*: undè proposui congruum dubium in audientia diei 22. Novembris nuper elapsi, Domini verò maturiori iudicio facti indaginem reassumere curantes, rescripserunt *dilata, & proponatur in ultima*, & hodie sedulo discussis iuribus per Cesearinum, iterum adductis pro fundanda sui actione adversus tertium Possessorem, eiusque Auctores, eorum sensum aperuerunt in exclusionem petitæ ab ipso immissionis respondentes prædicto dubio -- *Esse locum statuto de duabus* -- quippe quia cum senten-
1 tiæ in antecedentibus instantiis latæ sint inter Cives, ac validæ, & iustæ comperiantur, statim locus est statuto, ut duæ vim habeant trium, & rei iudicatæ, iuxta firmata in *Romana Salviani 9. Jun. 1713. §. Omisso coram R. P. D. meo Falconerio, in Romana Immissionis 17. Januarii 1718. §. Rem enim coram R. P. D. meo Rovault. de Gamaches*, & in alia causa inter has partes versen. in *Romana domus ad Cartharios 11. Jun. 1717. §. Nulla enim cor. eodem.*

Nulla sanè circa validitatem aderat controversia, & iustitia plenè constabilita in præiaudatis decisionibus R. P. D. mei Falconerii, inde resultabat, quod aut Cesearinus proponit adversus Casanovam illa credita, quę proveniunt à distractione locorum montium subiectorum multiplico secuta de anno 1694., atque ex aliis pariter locorū montium alienationibus factis anno 1676., & 1700., & illa credita sunt posteriora juribus eiusdem Casanovæ Possessoris provenientibus ab anno 1673., quia licèt vinea empta fuerit anno 1678., eius tamen pretium cessit in extinctionem cambii contracti à Ludovico favore Martoli usque de d. anno 1673., ut in fa-
2 cto concordato §. 29. Posteriora verò hæc credita ad expellendum tertium Possessorem nullo modo suffragari possunt, cum imo nil magis obstet Actori, quàm quod reus pro anteriori credito rem controversam retinere possit, ad *Text. in l. a. ff. qui pot. in pign. hab. Rot. dec. 155. n. 2. p. 12. rec., in Romana Salviani 20. Jun. 1716. §. Pro denegatione coram R. P. D. meo Cerro, & in Confirmatoria 8. Martii 1717. §. Quod si cor. Me.*

3 Aut verò proponit illud creditum, quod originem habet ex compositione per ipsum obtenta à R. Fabrica S. Petri ratione omissæ celebrationis Missarum injunctæ ceteroquin in Testamento Ludovici senioris, & quantumvis istud creditum sit anterius iuribus Casanovæ, adhuc iste (quidquid sit de aliis respon-

responsionibus contra illud deductis) habet
in promptu satis validam exceptionem pro
arceudo actore à re per ipsum possessa, quod
ille alia bona possidet hypothecata pro eo-
dem credito; & ideo frustra petit, quod in-
tus habet, quemadmodum ex *Tex. in l.1. C.
de re ind.*, *& gloss in l. Si quis ex argentariis
§ fin. verb. ut edat. ff. de edend.* respondit *decis.
præced. Instant. diei 2. Decemb.* 1718. *§. Com-
pertum namque cor. R. P. D. meo Falconer.
Almæ Urb. Gubern.*

In his terminis Cescarini Actoris conatus
erat in eo; quod prima credita anterioritа-
tem acquirerent supra jura repræsentata per
Casanovam, quodque aliud sibi licitum foret
experiri, non obstante retentione domo-
rum provenientium à debitore, quia istę do-
mus non essent calculandæ juxta prætensio-
nem Casanovæ, sed ex earum valore subdu-
cendæ plures partitę, pluresque quotæ:
4 unde Domini separatum, ac distinctum exa-
men super his omnibus efformantes, adverte-
bant, quod credita supradicta nullo modo
poterant anterioritatem assequi, juxta peti-
tionem Actoris à die qua Ludovicus junior
effectus fuerat Possessor fideicommissi condi-
ti à Ludovico seniore ab anno nempe 1670.,
ex eo, quod ratione scientiæ, malęque fidei
à tali tempore orta fuisset hypotheca in cæ-
teris alienantis bonis pro ejusdem fideicom-
missi reintegratione, juxta plenè firmata in
*Bononien. fideicommissi de Ghysleriis super
reintegratione* 21. *Martii* 1710. *cor. Emo D.
Card. Scotto.*

Quandoquidem aliis omissis responsionibus,
subsistebat in facto, & in jure, juxta firma-
ta in pręcedentibus causę decisionibus, quod
5 loca montium alienata per Ludovicum nul-
latenus pertinebant ad dictum fideicommis-
sum purificatum favore alienantis ann. 1670.,
sed ad primogenituram, quam idem Ludo-
vicus senior discretivè à fideicommisso or-
dinaverat, quæque purificata tantum fuit de
anno 1702. favore ejusdem alienantis, ita
quidem suadentibus, tum resignatione loco-
rum montium ad favorem primogeniturę
facta anno 1662., ejusque ratificatione sequu-
ta anno 1666., tum facto Ludovici junioris,
qui prędicta loca tamquam primogenialia
agnovit, tum etiam facto ipsius actoris, qui
pariter aliorum locorum montium ejusdem
generis possessionem nactus fuit non jure fi-
deicommissi, licèt & istud sui favore purifi-
catum esset, sed jure, & titulo primogeni-
turæ, ut latiùs exponit utraque decisio prę-
cedentis instantiæ, illa nempe diei 2. De-
cembris 1718. *§. Nec valuit, & alia diei 27.
Febr.* 1719. *§. Quod autem loca montium ad
§. Firma igitur cor. R. P. D. meo Falconerio;*
ad quas quidem decisiones, & præsertim
ad secundam relativè se Domini habuerunt
ad excludendas repetitas exceptiones circa
hujusmodi pertinentiam locorum montium
ad primogenituram, sive respectu potesta-
tis illa assignandi eidem primogenituræ, si-
ve respectu perpetuitatis dictæ assignationis,
sive demum respectu permanentiæ vinculi
fideicommissi in patentibus literis.

Hoc tamen ad rem, & effectum, de quo
agitur, Domini non omittendum censuerunt,
quod si juxta prætensionem ipsius Cescarini,
6 debet concurrere in alienante scientia fidei-
commissi, & dolus, ut à die suscepti fidei-
commissi oriatur hypotheca in bonis illius
7 pro fideicommissi reintegratione, utique
vel dolus iste deficere necessariò dicendus
est in præsenti themate, in quo loca montium
distracta nullo modo possidebat Ludovicus
fideicommissi Possessor, sed ea erant uti pri-
mogenialia penès Vincentium primogeni-
tum, vel saltem incertum omnino remanet,
utrum ille potius putaverit hujusmodi loca
esse fideicommissaria, quod tamen Actor,
qui intentionem suam constituit in dolo alie-
nantis, probare concludenter debuisset. cum
aliàs ex quavis opinabili causa excludatur,
*Rot. dec. 958. n. 15. cor. Dunoz. jun., dec. 38. n.
17. & 18. cor. Card. Cerr.*

Hinc transeundo ad aliud examen, quod
8 respicit creditum cessionis reportatæ à Re-
verenda Fabrica, pro scutis 1228., & versa-
tur in eo., quod possideat Actor domos pro-
venientes ab hæreditate debitoris eique ob-
ventas ex hæreditate Marthæ Cathalonæ
matris, & affectas obligationi omissæ cele-
brationis Missarum, itaut exindè impedia-
tur agere contra tertium, juxta præmissa
superiori §. *Aut verò.* Duplex erat inspe-
ctio; prima in stabiliendo valore earumdem
domorum; secunda in dignoscendis dedu-
ctionibus, quas ex titulis anterioribus, aliis-
que iuribus faciendas exinde opponebat Ces-
carinus, ad hoc ut imminuto valore, detra-
ctisque exinde quotis, & partitis per ipsum
adductis, nihil remaneret penès Actorem,
cum quo creditum prædictum compensare
posset.

Valorem autem firmandum Domini cen-
suerunt in scutis 16625., certum quippe in
facto est; quod supradictæ domus fuerunt
assignatæ pro scu. 12 m. in satisfactionem do-
tis à Martha Catalona promissæ in tali sum-
ma Francisco Cescarino eius viro; Item quod
à Petro Catalono vendita fuit altera domus
eidem Francisco pro pretio scutorum 5500.,
solvendorum Cynthię Dagnes, ex quo pre-
tio solvit emptor scuta 2000. dumtaxat, re-
liqua verò scuta 3500. persolvit Ludovicus,
& sic iste acquisivit iura correspondentia
pretio per ipsum soluto, quod si iungatur
valori, pro quo fuit facta præmissa assignatio,
iam indè patet, quod habet ex his domibus
ex persona Ludovici hodiernus Actor scuta
9 15500., & his scutis 15500. superaddi ulte-
rius debet extimatio onerum existentium
super eisdem domibus, præsertim favore
Cappellaniæ Benotiæ, quæ in prædicta assi-
gnatione facta Francisco Cescarino, fuerunt
in ipsum translata, & ideò minuisse dicenda
sunt valorem, *Rot. dec. 1346. n. 1. cor. Coccin.
dec. 644. n. 17. cor. Bich., & dec. 656. n. 16. p. 18.
rec.* Cumque habeamus, quod huiusmodi
onera

onera successivè in alium translata in venditione partis domus illis obligatæ fuerunt valutata in scutis 1125. ex pretiu convento, relictis in manibus Emptoris in expressam causam capitalis satisfactionis Cappellaniæ Benotiæ, utique his additis constat valor supra expressus scut. 16625.

Non tamen ad hanc summam ascendebant deductiones à Cesarino prætensæ, quia sicut Casanova ultroneè aliquas admittebat ascendentes ad scuta 10542., ita alias omnino irrelevantes, & reiiciendas esse ostendebat. Omissa itaque relatione earum, quæ vel nullam, vel modicam patiebantur controversiā, & strictè procedendo ad eas, de quibus inter Partes specialiter disputabatur, occurrit in primis illa scutorum mille pro domo redempta à Fabritio Angelino. & subrogata
10 fideicommisso per Franciscum Cesarinum tunc illius Possessorem, quam Domini non censuerunt admittendam, quia cum ista domus pertineret ad Martham Catalonam eiusdem Francisci Coniugem, non poterat fieri ista subrogatio fideicommisso in præjudiciū eiusdem Marthæ, atque eius filiorum inter quos erat Ludovicus, sine eorum consensu, & absque ulla necessaria, vel utili causa;
11 immo cum dolo potiùs, ad hoc ut ita ipsi licitum foret exigere pecunias investiendas pro fideicommisso, ad *Text. in l.* 1. *ibique Doctores C. de bon. matern*, *Rot. dec.* 623. *num.* 2. *cor. Coccin.*, *& dec.* 659. *n.* 7. *&* 10., *p.* 19. *rec.* Ac de facto promissa fuit à Francisco filiorum ratificatio. Sed illa nunquam expressa
12 supervenit; nec tacita desumi valet, ex eo quod Ludovicus produxerit in judicio actō de anno 1675. fidem Ministrorum Montis, in qua referebatur talis subrogatio, quia ultra quod iste actus esset posterior juribus Casanovæ provenientibus à credito anni 1673., in cujus præjudicium dubitari posset, an retrotrahatur ratificatio inde resultans, juxta firmata in *Viterbien. Salviani* 20. *Ju-*
13 *nii* 1718. *cor. R. P. D. meo Crispo*, excluditur totaliter hæc asserta ratificatio ex clausulis præservativis, & salutariis - *In parte, & partibus* -- contentis in ipsa productione quorum effectus est, ut per talem actum producenti præiudicium non inferatur, ut docet *Rodulphin. in prax. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 151., & firmat *Rot. dec.* 74. *n.* 13. *p.* 18. *rec.*
14 Neque item admittenda venit juxta sensum Cesarini alia partita scutorum 1296. pro domo pariter subrogata fideicommisso vice locorum montium alienatorum anno 1691., quippe quia, cum ut alias dictum est, jura Possessoris, & rei conventi sint anteriora, & aliena tio prædicta non possit parere hypothecam à die purificati fideicommissi, utique isti talis posterior subrogatio præjudicare non valet; sicut enim Creditor valoris dictorum locorum montium alienatorum excluderetur in concursu à Martolo creditore cambii contracti anno 1673., ita Cesarinus nequit in sui creditum eamdem alienationem, seu subrogationem deducere, contra Casanovam repræsentantem prædictum Martolum, *Rot. dec.* 345. *n.* 12. *cor. Card. Cerro*, *& in decis. præcedenti instantiæ* 2. *Decembris* 1718. §. *fin. in princ. coram R. P. D. meo Falcon.*

Succedit alia partita, omissis reliquis, & signanter venditione domus facta Mazzeschio, quæ ratione accollationis onerum minuentium valorem, ut diximus, supra §. *Valorem*, approbari posset pro solis scutis 640., cum alia scuta 1125., ratione dictorum onerum relicta fuerint in manibus Emptoris; &
15 hæc respicit promissionem Petri Antonii Cataloni annuæ præstationis scutor 20. favore Archiconfraternitatis Mortis, quam sanè partitam frustra positam dixerunt Domini per Cesarinum in scutis 650, quia eadem promissio emissa fuit ex causa census in sorte scutorum 250. per Jacobum Catalonum d. Petri Antonii auctorem donati eidem Archiconfraternitati, & ab hac retrocessi ob correspectivam promissionem ejusdem quātitatis, quam reddidissem fructus d. census; undè si istius census capitale consistebat in sc. 250, nō posset diversimode calculari ista partita regulando capitale à fructibus locorum montiū, vel aliorum stabilium in scutis 650., sed ad d. summam reducenda est.

Ab his partitis quantitativis descendendum est ad quotitativas, quas eodem modo proponebat Cesarinus, ut minueretur valor domorum Marthæ Catalonæ ab ipso detentarum. Arguebat porro non integrè illas pervenisse ad Ludovicum ejus Auctorem, eo quod sępedicta Martha habuisset quatuor filios, Ludovicum nempe, Antonium, Dominicum, & Vincentium, unde cum ejus hæreditas, & d. domus illam constituentes dividi deberent in quatuor partes, Ludovicus consequi non potuerit, nisi unam partem ex propria persona, & alteram ex persona Antonii, qui illum hæredem sibi scripsit in testamento, & ita pro medietate tantum habenda sit ratio in præsenti de valore earumdem Domorum.

Sensus vero Dominorum fuit, ut tribuen-
16 da etiā foret Ludovico portio Dominici, qui favore eiusdem Ludovici amplissimam, & irrevocabilem donationem exaravit per Instrumentum publicum anno 1670., de quo in hodierno *Summario n.* 1. Quam donationem jàm non amplius resolutam per susceptionem liberorum Cesarinus hodie contendebat, quia ista exceptio deficiebat ob expressum pactum contrarium hujusmodi casui resolutionis, & plenè confutata fuit in decisione diei 27. Februarii 1719. § *Nec valuit cor. R. P. D. meo Falconerio Almæ Vrbis Gubernatore*, sed sustinebat evanuis-
17 se, & retrocessisse ex retrodonatione facta erga eumdem Dominicum Donantem per Ludovicum Donatarium.

Sed hanc retrocessionem nullo modo imprimis obstare DD ponderabant iis Creditoribus, qui tempore intermedio jus acquisiverant, & hypothecam super bonis donatis;

18 tis, atque etiam non efse attendendam conftabat, ex quo facta fuerit ad folam apparentiam, ut prefertim deducebatur ex infolito modo agendi inter eosdem Dominicum, & Ludovicum, qui præfertim refultabat ex alio Inftrumento circa idem tempus inter ipfos ftipulato, in quo habetur hujus foliti ea confeffio ibi -- *Ad fatisfaciendum occultę intentioni d. Dominici apparenter retroceffit eidem, eiufque Filiis &c. cum declaratione &c uti nolle d. retroceffione &c.*--Unde ob talem collufionis fufpicionem, feu potius probationem arguebatur, quod nihil aliud ex ifta retroceffione actum fuit, quam laqueus tendere Creditoribus Ludovici Donatarii, & alios allicere, ad hoc ut Dominico Fides præftaretur, habito refpe-
19 ctu ad bona retrodonata. At de cœtero cum ita collufiva comperiatur, habenda eft, ac fi facta non efset, *Gratian. difcept. 255. n.31. & feq.*, *Rota dec. 7. n.11.*, *& dec. 91. n. 9. cor. Emer.*

Abfque eo quod obicem faciat illius effectuatio defumpta, ex quo fuit conventum, quod inciperet fortiri effectum poft confenfum Barbaræ Amorofiæ, quæ Barbara confenfifse dicenda fit, dum anno 1705 habuit infolutum à Dominico Domum cadentem fub eadem donatione. Quandoquidem præter alias refponfiones, duę fatis validæ occurrebant hujufmodi obiectioni, quod fcili-
20 cet pofsefsio Barbaræ revocata fuit per fententiam latam in Tribunali A. C. per R. P. D. meum Cerrum tunc locum tenentem, quæ omnimodam Juftitię præfumptionem habet *Rota dec.2031 n.3. cor. Coccin.*, *& de. 613. n. 13. p. 18. rec.* quodque ipfe
21 Cefcarinus hodiernus Actor hanc eandem Domum, quæ affignata fupponitur Barbaræ Amorofiæ in fequelam dictæ retroceffionis vendidit Meali *Summ Cafanovæ n. 3.* Undè clarè arguitur, quod pofseffio domus donatæ perfeveravit penes Ludovicum Donatarium Auctorem d. Cefcarini, & non tranfierit in Barbaram prædictam, & confirmatur exinde, quod retroceffio fuerit omnino collufiva, & fimulata, *Rota dec 21. nu. 32. cor. Peutinger.*, *& aliis relat. dec. 13. n. 14.*, *& feq. p. 19. rec.*

Agendum fuperfuifset de alia portione harum Domorum pertinente ad Vincentium circa quam oriebatur illa dubitatio, an vigore debiti Francifci communis Patris, qui eam titulo fucceffionis acquifivit, cedere deberet in comodum fideicommiffi, fed DD. his, & aliis relictis difputationibus, recurrebant in his terminis ad aliam deductionem prætenfam à Cefcarino vigore cenfus Piccolomi-
22 nei, quem cenfum, licet impofitus fuifset ab omnibus Fratribus de Cefcarinis ad effectum eximendi d. Francifcum Patrem ab imminenti carceratione, imputandum totaliter fore in Vincentii debitum profluebat ex accollatione per ipfum facta, cujus effectus eft, ut refpectu aliorum obligatorum unicus debitor cenferi debeat idem Vincentius *Rota dec. 64 n 13. cor San. mem. Alexandro VIII.*, *& dec. 120. n.5. p.19. rec.* Ideoque necefse non fore DD. concludebant adeo infiftere in illa fubductione, quæ non effet repetenda mediante bonificatione partitæ d. cenfus, & mediante deductione quotæ pertinentis ad eundem Vincentium illius debitorem.

Colligendo autem hactenus firmata, confequebatur exinde, quod non admiffis præ-
23 fatis fubductionibus, femper penes Cefcarinum remanebat ex valore dictorum Domorum longe plus eo, quod importabat ejus creditum ceffionis Rev. Fabricæ reftrictum ad fcuta 1128., itant fatis foret reo convento pofsefsori, quod faltem aliqua, fi non omnes in Actoris debitum cedere valeat ad reddendum illius creditum, vel plene, & ultra compenfatum, vel adeo incertum, & illiquidum, ut pro exercenda propofita actione remaneat infufficiens, *Paeific. de Salvian. infpect. 5. cap. unic. nu 34.*, *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2. q 77. n.5.*, *Rota dec. 392. n.9. p. 10. rec.*

Et ita utraque parte bis audita &c.

URATISLAVIEN. JURIS APPROBANDI CONFESSARIOS.

Mercurii 10. Decembris 1720.

ARGUMENTUM.

Eft confirmatoria præfens decifio alterius emanatæ fub die 17. Junii hujusmet anni.

Approbatio Confeffariorum pertinet ad Ordinarium, nec in contrarium admittitur praxis.

Confuetudo immemorabilis, ut dicatur probata, quid requiratur, & quomodo teftium depofitiones debeant effe inter fe concordes ad terminos requifitos, quos refert *Glof. in cap 1. verb. memoria de præfcript.* 1° n.6. quidquid poftea fit extra iftam materiam in aliis cafibus.

SUMMARIUM.

1 *Confeffarii Monialium ab Ordinario funt approbandi, eofque approbare nequeunt Prælati regulares licet Monafteria iftis effent fubiecta* ex conftitut. Greg. XV. tom. 4. la 18., & n. 6.

2 *Conftitutio pofterior fubintelligitur quod abroget priora privilegia, licet fpecialia*, amplia, in n. feq.

3 *Conftitutio Apoftolica quando legem univerfalem indicit, neceffe non eft, quod Privilegia fpecificet, quibus derogatum intelligatur, cum ex verborum amplitudine cenfeantur fuppreffa*, amplia, ut in n. feq., & 5.

5 *Conftitutio quando dicatur extendibilis ad abrogationem Privilegiorum derogatoriarum derogatorias continentium.*

6 *Confeffarius licet poffit eligi, & removeri ad nutum ab Abbate Primario Ordinis, five ab alio Superiore, attamen talis eius nominatio ab Epifcopo approbanda eft, &* num. 7.

6 Ap.

7 *Approbatio Confessariorum de sui natura pertinet ad Episcopum pro tempore, isteque non indiget, ut talem facultatem sibi reservet, cum eam de jure habeat.*

8 *Transactio semper inita præsumitur super iis de quibus quæstio fuisset promota.*

9 *Observantia immemorabilis adversus Apostolicam Constitutionem allegabilis non est.*

10 *Ut dicatur per testes probata requiritur, quod isti deponant per 40. annos ante motam litem sic fuisse practicatum, servatum à majoribus audivisse, istosque sic ab aliis audivisse, nilque umquam in contrarium vidisse, aut audivisse firmatum à majoribus, deque hoc publicam vocem currere, & famam*, amplia ut in nn. 16., & 21.

11 *Testes non possunt esse Monaci in causa Abbatis eorum Ordinis.*

12 *Testes, ut admittantur ad probandam immemorabilem, saltem annos 54. habere debent.*

13 *Testes fundantes proprium dictum super Privilegio, quod alicui dicant competere, favore cujus deponant, à testificando reiciuntur, si tale privilegium adesse non reperiatur*, amplia, ut in n. 25.

14 *Testis inverisimilia deponens reiicitur.*

15 *Testis dubitativè sive opinativè deponens pariter reiciendus est.*

16 *Consuetudo immemorabilis non probatur per testes deponentes ex simplicibus illationibus, & incertis argumentis.*

17 *Amplia, ut neque ad eam probandam admittantur testes super propria credulitate fundati.*

18 *Moniales non admittuntur ad testificandum id, quod fiat extra eorum claustra.*

19 *Amplia, si interrogatæ de modo detento in exequtione earum rerum, de quibus deposuissent, respondissent* nescire, & vide rationem in n. seq.

20 *Testis scientiæ causam reticens reiicitur.*

21 *Immemorabilis, ut per Testes probata dicatur, requiritur, quod coarctatam negativam concludant, & possibilitatem in contrarium excludant*, amplia, ut in nn. 22, & 23.

23 *Immemorabilis probanda est per testes contestes, singula affirmantes requisita, nec sat est, ut unus de uno, & alius de altero requisito deponat.* (quidquid sit extra hanc materiam) & n. 22.

24 *Appprobatio Confessariorum pertinens ad Episcopum non probatur ex catalogo eorum tantum nomina, & cognomina ferente.*

25 *Testis se referens ad libros, vel regestra, sine istorum exhibitione, nil probat.*

26 *Immemorabilis, ut dicatur probata, non sufficit lapsus octaagiuta, sed centum annorum lapsus necessarius est cum continuata observantia.*

DECISIO MCCXVII.

GEminis jam decisionibus, quarum prima edita fuit die 3. Februarii 1719. coram bo. me. Ansaldo, & secunda die 17. Junii 1720. cor. Me, responsum fuerat jus approbandi Confessarios Monasterii Trebinicensis deputandos ab Ordine Cisterciensi spectare ad Celsissimum Episcopum Uratislavien., non attentis pluribus, quæ ad tribuendum hujusmodi jus D. Abbati Lubensi ejusdem Ordinis allegabantur privilegiis, rejectaque etiam immemorabili præscriptione, ex qua itidem D. Abbas Lubensis sibi presidium cumulabat; adhuc tamen, ut maturiori, quo par erat, judicio super hujusmodi quæstione procederetur, in qua votum nostri Tribunalis Sacræ Congregationi EE. DD. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum extradendum est, juxta specialem hujus Causæ commissionem, proclives fuerunt Dominorum animi ad concedendam eidem Reverendissimo Abbati post delatas decisiones, non solum novam Audientiam, sed etiam remissoriam ad effectum complendi per formale Testium examen probationes super immemorabili, juxta aliam decisionem evulgatam die 2 Decembris superioris anni coram Me.

Cum autem in hujus Remissoriæ sequelam jam in partibus predictum examen Testium ex parte Abbatis adductorum completum extitisset, & Processus ad Curiam transmissus, contigit hodie reassumi discussionem Jurium, tum super eadem immemorabili, tum super obiectis iterum Ordinis Cisterciensis privilegiis; ar quia nullum ex hisce fūdamentis subsistebat è conspectu eorum, quæ è contrario assistebant Celsissimi Episcopi intentioni, prodiit iterum rescriptum *standum esse in decisis*.

Quantum enim attinet ad Ordinis privilegia, processerunt iterum DD. cum distinctione illa, de qua in Causę decisionibus, & signanter in secunda coram Me §. *Et sermonem cum pluribus sequentibus*; quod si
1 edita illa sunt ante celebrem constitutionem
Inescrutabili San. Me. Gregorii XV. inter
ejus impressas to 4. la 18., per quam cautum
& stabilitum legitur, quod Prælati Regulares approbare non possint Confessarios Monialium, quamvis ipsæ eorum Ordini subiectæ sint, sed talis approbatio consequenter
2 spectet ad solos Episcopos, & tunc illa itarim per hujusmodi constitutionem abrogata reperitur circa tale jus, licet in illis expresse concessum esset, dum ibi specificè omnibus, & quibuscumque Apostolicis privile-
3 giis derogatur, & non solum d. Summus Pontifex professus fuit indicere legem universalem, quo casu nequidem est necessaria præcedentium privilegiorum derogatio specifica, quam requiri ex alio Ordinis privilegio Abbas contendebat; verum etiam tanta verborum amplitudine dispositionem
4 complevit ibi -- *Etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis specialis, & individua mentio, seu quęvis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma fervanda esset &c.* -- Additis clausulis -- *Teno-*

res huinſmodi &c. præſentibus pro expreſſis
habentes &c. -- ut derogaſse omnino dicen-
dum ſit etiam quibusvis privilegiis, quæ ſpe-
5 ciali quavis derogatione indigerent, & ha-
berent io ſe etiam derogatorias derogato-
riarum, ut cum aliis relatis in d. mea deci-
ſione §. *Verum etiam*, probat *Card. Albit.*
penes Card. de Luc. de. Juriſdict. diſcept. 2.
q.9. n.5., *& Rot. dec.* 109. *n.* 10. *cor. Eod.*
Sa. me. Greg. XV.

Si vero loquimur de aliis Privilegiis, quæ
P. Abbas Lubenſis aſserit ſibi ſupervenifse
poſt d. Conſtitutionem Gregorianam, ea
utique conſiſtunt in Bulla Sa. me. Alexandri
VII. in Bullario to. 6. in 168. edita pro recto
regimine Ordinis Ciſterclenſis, & in con-
cordia inita ab Abbate Prædeceſsore anno
1677. cum cl. mem. Card. Langravio de Haſ-
ſia tunc Epiſcopo Uratislavien., & nullus
utique titulus pro aſserto Jure approbandi
Confeſsarios, de quibus agitur inde reſul-
6 tare comperitur; nam San. me. Alexan-
der VII. in præfata Conſtitutione 168 §.15.
nihil aliud diſpoſuit, niſi quod Abbati Ge-
nerali, & quatuor Primariis Abbatibus Or-
dinis deputare liceret Confeſsarios Monia-
lium ad nutum amovibiles, qui ab iis Inſti-
tuantur, & deſtituantur, non inde tamen
ſequitur, quod per hujuſmodi diſpoſitio-
nem directam ad regimen Ordinis, & Ob-
bedientiæ obſervantiam, conceſsa ſit exem-
ptio à Juriſdictione Epiſcoporum, quibus
de Jure, & ex præcedentibus aliis Apoſtoli-
cis Conſtitutionibus competebat facultas
eos approbandi, exercendo in hac re actum
auctorizzabilis approbationis Ordinariis
privativè quoad Prælatos inferiores reſer-
vatum, ut advertit *Gloſ.*, & probant *Do-*
ctores in Clement. 1. §. *Volumus de for. com-*
peten., *& Fagnan. in cap. eam te. num.* 3. *de*
7 *ætat.*, *& qualitat.*; memorata vero Con-
cordia, quæ unicè ſtipulata fuit ad ſedandas
tunc ortas jam controverſias, nullatenus
trahi valet ad conceſſionem hujuſmodi Juris
favore Abbatis, tam ratione Perſonarum
tranſigentium, & ſignanter Ordinarii, qui
non ſufficit, ut ſibi ea, quę Juris ſui ſunt ex-
preſsè non reſervet, ſed ſatis eſt, ut ſpeci-
ficè non cedat, ne cuiqvam alteri illa permiſ-
ſa cenſeantur, quam ex natura quoque ip-
8 ſius tranſactionis, quæ ſemper reſpectivè ini-
ta intelligitur ſuper iis, de quibus quæſtio
prima promota reperiebatur, neque trahitur
ad id, quod tutè, & pacificè (prout erat
idem jus Confeſsarios approbandi) Epiſco-
po competebat, ut pariter firmat deciſio,
quæ revidetur §. *à privilegiis cor. Me.*

Hiſce pręmiſſis circa deficientiam cujuſ-
cumque tituli, ſuper quo P. Abbas ſuum
conſtituere valeat fundamentum, examinan-
da erat efficacia immemorabilis præſum-
ptionis, in qua hodie potentior conatus P.
Abbatis reponebatur pro eodem Jure ſibi
9 adſcribendo; DD. tamen prætermiſsa illa
quæſtione utrum d. Immemorabilis preſ-
criptio attendenda eſset necne adverſus ſu-
pra relatam Conſtitutionem Sa. me. Greg.
XV., quæ illam videtur ſubſtuliſse juxta
decretum Sac. Congregationis Concilii in
Cadurcien. 12. *Julii* 1658. *relat. per Mona-*
cell. in formular. legal. to. 2. *formul.* 15. *tit.*
15. *n.9. fol.* 192. concluſerunt nullatenus ob-
ſtare Celſiſſimo Epiſcopo aſſertam hanc im-
memorabilem ex defectu probationum pro
ea à P. Abbate deductarum.

Quanquam enim exhiberetur ad hujuſmo-
di effectum proceſſus remiſſorialis examinis
formalis octo teſtium, ex quorum dictis prę̨-
tendebatur ex parte P. Abbatis reſultare
concludentem juſtificationem ejuſmodi im-
memorabilis obſervantiæ approbandi pri-
vativè quoad Celſiſſimum Epiſcopum Con-
10 feſſarios ſæpedicti Monaſterii; adeo tamen
graves in dictis eorumdem Teſtium difficul-
tates DD. invenerunt, ut nequaquam illos
concludere putaverint, ut ad rem neceſſe
erat juxta notoria requiſita, *Gloſ. in c.* 1. *verb.*
memoria de præſcript. nu. 6. quod ſcilicet
ita viderint per quadraginta annos ante mo-
tam litem, atque ita ſervatum audierint à
ſuis Majoribus, qui ab aliis idem audiverint,
neque unquam in contrarium aliquid vide-
rint, aut affirmari intellexerint à ſuis pariter
Majoribus, atque teſtentur de publica voce,
& fama per verba tàm præſens, quàm præ-
teritum tempus comprehendentia, ut cum
aliis explicat plenè R*ota dec.* 528. *n.* 11. *cor.*
Bich., *dec.* 607. *n.* 16. *cor. Cerro & in Oueten.*
Funeralium 7. *Aprilis* 1704. §. *In hac au-*
tem cor. bo. me. Molines, *in Carpentoraten.*
Immiſſionis 15. *Martii* 1706. §. *Veritate*
cor. bo. me. Omanna, *& in Brunduſina Præ-*
minentiarum 20. *Martii* 1719. §. *Probatio-*
num cor. R. P. D. meo Herrera.

11 Porro omiſſis exceptionibus perſonalibus,
quæ contra omnes prædictos Teſtes deduce-
bantur utpotè quia tres eſſent Monaci Ordinis
Ciſtercienſis, tres Moniales ejuſdem Ordi-
nis, & etiam Monaſterii, de cujus Confeſſa-
riis approbandis agitur, ideoque jam ſex eſ-
ſent ſubditi ipſius Abbatis Lubenſis, & alii
duo ſimplices Artifices, ſub quorum ſenſu,
viſu, & auditu admodum improbabile eſt
hujuſmodi rem incidere potuiſſe, jam depo-
ſitiones duorum, nempe primi, & tertii,
qui ſunt Monaci reiciendæ erant ob defe-
ctum ætatis, cum alter ſit annorum 43., &
12 alter 50., quando de cætero, ut ad pro-
bandam immemorabilem admitti valeant,
debeant eſse in ætate annorum 54. ſaltem
conſtituti, & ita detracto tempore litis, de
viſu per quadraginta annos teſtari poſſint, de
Luc. de decim. diſc. 1 *ſub n.*8., *Rota dec.* 551.
cor. Buratt. dec. 158. *cor. Emer. jun. utrobi-*
que n. 4. *dec.* 82. *n.* 5. *p.* 12. *rec.*, *& in Ca-*
laguritana Decimarum de Agnilar. 26.
Jun. 1698. §. *Minuſque cor. b.m. dell'Olmo.*

Sex autem ſuperextantium dicta, ſi ut
decet, maturè perpendantur, conſtat illico
13 quod depoſitio ſecundi Teſtis, nempè P.
Benedicti Merizel. Monaci nullo calculo
haberi poteſt, eo ipſo, quod in reſponſo ad
ar-

ticulum sextum asseruit facultatem hujus-
modi Abbatum pro tempore constare *etiam
ex juribus, & Privilegiis Monasterii*, quia
per hanc relationem ad Monasterii Privile-
gia,fit, ut plus non concludat eius dictum,
quam importent ipsa met Privilegia, ideo-
que si ut supra demonstratum est controver-
sam facultatem eadem Privilegia nullo mo-
do Abbatibus concesserunt, neque illam ip-
sis competiisse probare potest Testis ad ea
relativus, ut per *text. in Auth. Si quis in
aliquo C.de Eden. advertunt Dec. Cons. 63.
sub n.6., Rota dec. 62. nu. 2., & 262. nu.6.
p.16., & dec.191. n.12. p.19. rec.cum aliis in
Calaguritana decimarum S. Petri Manrique
14. Aprilis 1698. §. Demum nec Contra-
ria cor. bo.me. dell' Olmo*.

Claudicat item depositio duorum Testium
14 sæcularium in Ordine 4., & 5., quar-
tus enim præsupponit P. Abbatem habere
facultatem approbandi Confessarios hujus
Monasterii,eo quia Confessarii prædicti sunt
ut plurimum Religosi sui Monasterii. Quin-
tus vero adducit pro causa scientiæ id
scire ex propria præsupposita experientia,
quo nil magis inverosimile dici potest, cum
15 sit Artifex Arcularius. Unus item requisi-
tus,an aliquam habeat notitiam assertæ pro-
bationis, respondit opinari dumtaxat Con-
fessarios esse semper approbatos, à quo ta-
men, & quomodo,fatetur se nescire. Alter
vero præsupponit quidem fieri approbatio-
nes Confessariorum ab Abbate, quomodo
tamen illæ fiant vel in voce, vel in scriptis
interrogatus,se hæc omnia nescire testatur.
Unde statim eorum dicta refelluntur, quia
16 ad probandam consuetudinem, nulla fides
præstatur Testibus deponentibus per simpli-
ces illationes, & incerta argumenta, ut in-
quit *Rot.dec.166. n.10. cor.Cels., & in Ari-
minen. Attentatorum 25. Ianuarii 1717.
§. Primo scilicet cor. R.P.D. meo Foscaro*.
17 neque referentibus tantum propter eorum
credulitatem, & Judicium, ut pariter fir-
mat *Rot. dec. 626. nu. 2. cor. Dunozz. jun.
dec. 139. n. 2. p. 16. rec. in Monasterien. le-
gitimitatis Partus 12. Martii 1708. §. Res-
pectu vero cor. Me*.

Minoris efficaciæ sunt etiam depositiones
18 trium Testium, quę sunt Moniales Mona-
sterii Trebinicensis,de cujus Confessariis ap-
probandis est controversia; In primis enim
agitur de re, quæ fit extra Claustra ipsarum
Monasterii, unde potèst dubitari quod Mo-
nialibus ex hoc ipso non innotuerit, rursus,
19 & fortius requisitæ in tertio interrogatorio
an scirent quomodo fierent Confessariorum
approbationes,omnes fassæ fuerunt id nesci-
20 re,ideoque remanent illarum depositiones si-
ne causa scientiæ, quæ cæteroquin certa red-
di debet à Testibus ut pro immemorabili
probanda recipiantur *ad text. in cap. super
litteris de Testibus, Rot. dec. 97.n.9. p.8. rec.
dec. 285.n.6. cor.Cerro, & in Compostellana
Parochialis 2. Junii 1698. §. Indeque cor.
bo. me. dell'Olmo*.

Et in universum refellitur examen istorum
21 Testium ea generali, quam fere omnes pa-
tiuntur exceptione, quod nequaquam in
eorum responsionibus coarctarunt negativam
concessæ unquam approbationis ab Ordina-
riis Uratislavien., & semper concessæ è con-
trario ab Abbatibus, itaut si concessæ etiam
fuissent ab Ordinariis,id ipsi scire, & depo-
nere valuissent, sine qua sanè probatione ne-
gativæ coarctatæ cum hac exclusione possi-
bilitatis in contrarium testes immemorabilem
concludere non possunt,ex firmatis *per Rot.
dec.400. n.15., & 16. cor.Bich. dec.855.n.9.
cor. Dunoz. jun. dec. 176. n.8., & dec.544.
n.9. cor.Cerro, dec.11. n.3. post Vivian. de
Jurepatr. dec. 430. n. 10. p. 18. rec., & in
Calaguritana decimarum de Aguilar. 13.Ia-
nuar. 1698. §. Nec ad Coadiuvandam cor.
bo.me.Molines*, & advertit præcedens dec.
§. *An præterea cor. Me*.

Absque eo quod ullo modo prodesse pos-
22 set coniunctio omnium depositionum, &
summaria quædam quoad omnium Te-
stium dicta ponderatio deponentium, ut
saltem simul junctæ, & invicem adminicu-
latæ probationem sufficientem constituerent
Quia quicquid sit in aliis materiis, in ter-
23 minis probandæ Immemorabilis, illa est re-
cepta nostri Tribunalis sententia, ut Testes
super ea deponentes omnes esse debeant
Contestes in probando singula illius requisi-
ta desumpta, ut dictum est supra *ex Gloss. fi-
nal. in cap 1. de præscript. in 6*, neque co-
niungi possint,si unus de uno, & alius de
alio requisito deponat, ut latè *per Marescot.
variar. resol. cap. 100. sub n. 10., alios Do-
ctores firmat Rota dec. 228. n.9. cor.Bich.d.
dec. 11. n. primo post Vivian. de Iurep. dec.
201.n.15.p.13., & dec.139.n.4., & dec.430.
n.12., & seq. p.18.rec*.

Neque ullum fulcimentum dicta Testium
24 recipere valent ex Cathalogo Confessario-
rum Monasterii Trebinicensis, aut ex fide
Cancellarii ejusdem loci Trebenicii asseren-
tis constare ex libris, & regestris eos fuisse
approbatos ab Abbatibus, & non ab Ordi-
nariis. Quippe quia ex Catalogo non ha-
bentur, nisi nomina Confessariorum, & ni-
hil ibi exprimitur de eorum approbatione
25 ideoque non facit ad rem. Archivista verò,
seu Cancellarius cum sese referat ad libros,
& regestra, nisi hæc exhibeant. nihil probat
*Rota dec.600.n.6.cor.Baratt., & dec. 359.n.
6.cor.Sa.me Greg.XV*.

Non omittendum denique DD. censue-
runt eam facti animadversionem, quod Bul-
la S.m. Greg.XV.,ex qua antiqua privilegia
& etiam immemorabilis saltem antea de-
cursa, sublata extiterunt,prodiit anno 1622.
Unde cum etiam à viginti circiter annis cæ-
perint Episcopi Uratislavienses obluctari ad-
versus Abbates utentes facultate approban-
di Confessarios Monialium, & proinde re-
laxare sueverint approbationes quorum-
cumque Confessariorum cum ea clausula --
Exceptis Monialibus -- inde sequitur, quod

26 deficit etiam tempus aptum ad constituendam immemorabilem, utpote restrictum ad annos 80. dumtaxat, quando tamen ad hunc effectum requiritur lapsus saltem centum annorum, ut videre est decis. 583. per tot. p. 4. diversorum, dec. 206. n 5. cor. Cerro & dec. 136. n. eodem. p. 19. rec.

Et ita utraque &c.

ROMANA PECUNIARIA SUPER CONSIGNATIONE.

Veneris 12. Decembris 1720.

ARGUMENTUM.

Præsens decisio est *juxta modum* confirmatoria alterius sub die 20. Januarii 1719., ubi fusius habes argumentum, & ea quæ continentur in præsenti, declarat sequens

SUMMARIUM.

1 *Consignatio pecuniarum à pretio rei nulliter deliberata provenientium concedenda est favore illius, qui hujusmodi nullam deliberationem passus est*, & n. 5.

2 *Amplia, si coæquale habens interesse jam fuisset suam ratam assequutus.*

3 *Ad imparia nemo est judicandus.*

4 *Deliberatarius tenetur fructus de re nulliter deliberata perceptos restituere.*

6 *Sequestrum apponendum est super capitali locorum montium, licèt illorum traditio favore alterius decerneretur, quando subsit periculum resignationis, & lis super eisdem adhuc existat.*

DECISIO MCCXVIII.

Duplex controversia huc usque acta fuit in nostro Auditorio inter Antonium Astesanum causam mediatam habentem à Paulo Nannio, & Alexandrum Frezza Cessionarium Mariæ Jacobæ Boromeæ Legatariæ, Mariæ Capoballæ, quæ fuerat hæres mediata Andreæ Gorii, & litis consortes, altera super nullitate deliberationis ratæ census scutorum mille in majori summa scut. 3000. debiti d. Paulo Nannio à Duce Salviato favore dicti Gorii perpetratæ de anno 1618., in qua prodierunt coram Me geminæ decisiones die 26. Januarii & 1. Julii 1720., quam etiam Frezza solemniter acceptavit, altera super consignatione pecuniarum provenientium ex censu deliberato, in qua pariter prodiit decisio favore Astesani die 20. Januarii superioris anni decernentis consignationem scutorum 1732., successivè tamen causa reproposita d. die 1. Julii ejusdem anni adeo intricatas opposuit exceptiones Frezza, prætendens signanter prælationem, & consignationem ob allertas expensas factas ad recuperandas pecunias, de quibus agitur, & ob reviviscentiam crediti, cujus vigore facta nulliter fuerat supradicta deliberatio, ut Domini maturè procedentes ad ferendum eorum judicium, censuerint rescribendum -- *Dilata, & eligatur peritus.*

Edita hoc interim istius relatione, eausa controversæ consignationis rediit ad trutinam in hodierna audientia, & Domini perscrutantes jura partium coram Perito latè deducta, & per eum distinctè exposita in dicta sua relatione, rescripserunt -- *In decisis juxta modum* in præsenti decisione explicandum, ita scilicet, ut pro nunc fit locùs consignationi scutor 600. favore Astesani, reservato jure Canonico Frezzæ pro expensis in particulari judicio, & apposito interim sequestro super capitali quinque locorum montium.

1 Quod enim in genere locus esset consignationi pecuniarum, de quibus agitur, iterum resultare Domini putarunt ex illarum qualitate, proveniunt namque, ut in facto concordato coram Me dictum fuerat, & admissum etiam extitit coram Perito ab eo credito scutorum 3000., quæ Dux Salviatus in transactione inita cum Catharina, & Ardelia causam habentibus à Paulo Nannio Originario Creditore census scutorum 4000., convenit apud se remanere debere in depositum ratione prætentionis jam tunc præcognitæ nullitatis deliberationis factæ de rata scutorum mille dicti census, quæque successivè idem Dux Salviatus, cum specifica relatione ad instrumentum hujus transactionis deposuit in Banco S. Spiritus: undè cum canonizata jam hodie fuerit nullitas ejusdem deliberationis, & admissa reperiatur etiam à Canonico Frezza acceptante Rotales resolutiones, quæ super illa emanarunt, utique sequitur, quod Astesano causam habenti à Paulo deliberationem passo illæ adjudicandæ sint, & consignandæ, juxta deducta in præcedenti decisione 26. Januarii 1720. §. *In eo stetit cor. Me.*

2 Eo fortius, quia, ut habetur in eadem decisione §. maximè verò, certum est in facto quod omnes aliæ personæ, quæ jus habent super eodem censu & titulo successionis in bonis Pauli Nannii, consecutæ sunt jam à pluribus annis suam ejusdem census portionem, solusque Astesanus quantumvis certum, & coæquale jus habeat uti successor in juribus Flaviæ alterius hæredis Pauli Nannii, quæ statim sequutam deliberationem impugnavit, & cui fuit in divisione inita cum ejus sororibus assignata major pars ejusdem census hucusque non est assecutus nisi scu. 1800. occasione memoratæ transactionis, reliquis scutis 3000. relictis penès Ducem contrahentem; undè æquum omnino est, ut & ipse suam aliquando portionem consequatur,

3 & non sit deterioris conditionis aliis Consuccessoribus, ad *Text. in l. 1. §. Veteres ff. de acquir. possess.*, & *l. Si reus ff. de duobus reis.*

Difficultas autem erat circa quantitatem, in qua decernenda esset hujusmodi consignatio, attentis tot, tantisque Canonici Frezzæ prætentionibus, ex quibus habere jus in eisdem pecuniis, sibique pariter faciendam consignationem expostulabat, Domini tamen ex hisce prætensionibus totaliter rejecerunt creditum illud, quod revivixisse ex declarata nullitate deliberationis sublimeba-

tur, quidquid enim esset in puncto iuris de huiusmodi reviviscentia crediti, quod ex periti relatione ad modicam restringitur summam, hoc unum certum esse animadversum fuit pro illius totali exclusione, quod hodie totaliter effectum est illiquidum, & immo consumptum censeri debet ob portionem fructus ratæ census deliberatæ, quas deliberatarius integrè restituere teneretur, iuxta ea, quæ refert decisio quæ confirmatur §. *Quo verò ad creditum cor. Me.*

4

Quo verò ad ceteras prætensiones respicientes expensas diversæ speciei, quas idem Canonicus Frezza sibi refundendas contendit, & præsertim quia iis mediantibus ab aliorum creditorum concursu pecunias controversas tutatus sit, Domini licèt tanto illudio illarum liquidiatem, & separationem habere, mediante periti relatione, curavissent, adhuc ob urgentes Allesani responsiones, quibus præcipuè illæ non à se debitæ, vel non repetibiles à Frezza prætendebantur non in præsenti iudicio admittendas censuerunt, sed reservanda tantum iura eidem Canonico Frezzæ in particulari judicio,

5 Ideoque interim restringendam putarunt quantitatem Astesano consignandam ad scuta 600. dumtaxat, ut ita neque hic amplius sit in detrimento non obtinendi, quod certo jure sibi debitum est, neque alter subeat periculum necessitatis excutiendi bona illius pro casu quod obtineat refusionem prædictarum expensarum, quando promptius, & facilius esse posset illam consequi super iisdem pecuniis.

6 Demum Domini etiam in eo consulendum censuerunt Allesani indemnitati, quod permissum nequaquam esse posset Canonico Frezzæ alienare loca quinque montium, in quibus rata dd. pecuniarum fuit investita, ideoque demandarunt quoque, quod *apponatur sequestrum super capitali quinque locorum montium.*

Et juxta hunc modum resolutum fuit utraque &c.

BRIXINIEN. JURISDICTIONIS.

Veneris 10. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Regulares Ecclesiæ incorporantis non possunt præsentari ad titulum perpetuæ Vicariæ Ecclesiæ Parochialis sibi unitæ, sed Sæculares, qui ab Episcopo postea institutionem referre debent.

Unio utpote menti Pontificis contraria, quæque ob id inefectuata remanserit, ac gratia effecta subreptitia, ex quibus probetur, sequens declarat.

SUMMARIUM.

1 *Parochialis quando est Regularium Ecclesiæ unita non patitur ad eam præsentari Regulares prædictos, sed Sæculares illi nominare tenentur*, & nn.4.& 12,

2 *Vicaria perpetua, & sæcularis potest erigi ab Episcopo in Parochiali unita, sive Monasterio, sive Loco Pio, aut Hospitali de jure canonico*; limita ut in n.3.

5 *Donatarius conditiones, & pacta suæ donationis impugnare prohibetur.*

6 *Subreptio oritur in Brevi, quando Papæ reticitur id, quod eum à gratia retraxisset, &* num.8.

7 *Unio Ecclesiarum non solet fieri à Papa absque consensu Patroni laici, præsertim si agatur de Jurepatronatus Regio.*

9 *Unio Ecclesiæ concessa à Papa, sed eo vivente non effectuata, remanet revocata per regulam 13. Cancellariæ.*

10 *Amplia, licèt in eadem unione fuisset apposita clausula* - - nunc prout ex tunc.

11 *Unio Ecclesiæ Pontificis menti contraria non effectuata probatur ex quo Patronus præsentasset Presbyterum sæcularem in perpetuam Vicariam, quando ad tramites concessæ unionis potuissent præsentari Regulares cum amovibilitate*, & nn.12.& 19.

13 *Amplia, si eidem non sequutæ unioni faveret observantia centum, & ultra annorum, quæ facit præsumptionem juris, & de jure*, & n.15.

14 *Vicaria perpetua erigenda est in Parochiali unita Monasterio*, juxta Concil. Trid. sess.7. cap.7. de reform.

16 *Observantia non assumit vim ab enunciativa, quæ contradictionem involveret*, & n.17.

18 *Præsentatio in Vicariam, si semel ceciderit in Regularem, apta non est destruere centenariam iam inductam favore sæcularitatis, sed hanc subsidiariè evenisse interpretandum est, & in sæcularis defectum.*

20 *Exequutor Privilegii nil potest addere de novo, quod in Apostolicis Litteris non comprehenderetur.*

21 *Facultas per non usum, imo ex usu contrario sublata dicitur, & quidquid actum fuerit, factum de necessitate præsumitur*, & n.23

22 *Facultas præsentandi Regulares cessat ex multiplicitate actuum uniformium in contrarium, & per tempus diuturnum observata.*

24 *Privilegia, quæ sunt in usu circa deputationes Regularium in una Parochia, non sunt allegabilia in aliis Parochiis, in quibus usus contrarius vigeat, & ubi ea non fuissent acceptata.*

25 *Manutentio tanto magis possessori concedenda est, quando pro se boni iuris habet assistentiam.*

DECISIO MCCXIX.

VAcatio Parochialis Ecclesiæ S. Pancratii in Mareide, quæ novissimè contigerat per obitum Jacobi Klofer Presbyteri sæcularis, eam exercitavit controversiam inter Celsissimum Episc. Brixinen, in cujus Diœcesi eadem Parochialis reperitur, & inclitum Ordinem Theutonicum, seu pro eo Commendatarium S. Mariæ ab Athesin, cui ius præsentandi ad illam competit, utrum eidem Commen-

Commendatario liceret præsentare Sacerdotem Regularem sui Ordinis, vel potius teneretur præsentare Presbyterum Sæcularem, atque hunc perpetuum, ac nullatenus amovibilem: & hæc controversia delata fuit in suis primordiis ad nostrum Auditorium in judicio Possessorio coram bo. mem. Kaunitz, datoque ab eo dubio -- *An, & cui danda foret manutentio*, fuit responsum usque sub die 27. Junii 1710. *dandam esse Episcopo*, ut ex decisione tunc edita.

Silverunt ab inde citra Partes, sed novissimè coram Me in illius locum subrogato, restaurata fuit ejusdem quæstionis discussio, cumque in audientia diei 6. Maii superioris anni de viribus prælaudatæ decisionis actum fuerit sub consueto dubio -- *An esset standum, vel recedendum à decisis* -- prodiit rescriptum, *Dilata, & videatur de bono iure etiam ad effectam manutentionis*. Hinc factum extitit, quod hodie causa rediit ad trutinam in graviori examine, in quo præponderantibus juribus Celsissimi Episcopi, dubio conformi præcedenti rescripto Domini responderunt *Constare de bono jure Episcopi, & standum esse in decisis*.

Constitit enim de bono iure Episcopi, quia
1 cum agatur de Ecclesia Parochiali, in qua inclitus Ordo Theutonicus non habet nisi jus ad eam præsentandi ratione donationis ejusdem Ecclesiæ, Jurisque Patronatus illius sibi factæ à clar. mem. Sigismundo Austriæ Duce de anno 1468., utique assistentia juris favet intentioni ejusdem Episcopi, cum in qualibet Ecclesia Parochiali, etiamsi unita, vel aliàs concessa alicui Monasterio, vel Ordini regularium, isti non possint proprios Regulares admittere, sed Seculares præsentare teneantur, ad *Text. in cap. 1. de Capell. Monach*, *& cap. unic. eod. tit. in 6.*, *Gonzal. ad reg 8. Canc glos. 5. §. 3. nu. 10. & 11.*, *Barbos. de iur. Eccl. lib. 3. cap 6. n. 3.*, *Rot. dec. 27. n. 14. ad ornat. Card. de Luc. de benefic.*, & discusso articulo *in Frisingen iuris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Basis cor. bo. mem. Ansaldo, & 22. jan. 1716. §. Verùm coram R. P. D. meo Cerro, & in Salisburgen. Vicariæ 30. April. 1717. §. Innixa cor. R. P. D. meo Foscaro, & 16. Januarii 1719. §. Cessante coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Vrbis Gubernatore.*

Huic generali assistentiæ juris consonat, non minus specialis dispositio sacri Concilii Tridentini *sess. 7. cap. 7. de reform.*, per quam
2 data fuit Episcopis facultas ponendi Vicarios perpetuos, & seculares in Ecclesiis Parochialibus quomodolibet unitis, cuivis Monasterio, Ordini, Loco Pio, aut Hospitali, ut ad rem prosequuntur allegatæ decisiones *in Frisingen. iuris approbandi Curatos §. Juris communis, & §. Et secunda cor. bo. mem. Ansaldo, & in confirm. §. Id ipsum coram R. P. D. meo Cerro, & in Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii §. fin. coram R. P. D. meo Crispo Archiepiscopo Ravennat. 31. April. 1717. §. Cui quidem cor. R. P. D. meo Foscaro, & rursùs in alia supracitata 16. Jan. 1719. §. Sed tametsi cor. eod. R. P. D. meo Falcon. Vrbis Gubernatore*, quam etiam conformis Constitutio Sancti Pii Quinti la 47.; qua pariter sancitum reperitur in Parochiis quomodolibet unitis deputandos esse Vicarios
3 perpetuos, & sæculares, exceptis tantum iis, quæ essent unitæ Monasteriis Monacorum Mendicantium, in quibus permissum fuit deputari posse regulares; undè cum inclitus Ordo Theutonicus non possit sub hac exceptione comprehendi, certè quod, & ista Constitutio inducit favore Episcopi contra ipsum aliud speciale boni juris fundamentum, ut etiam advertit *Rot. in allegata postrema decisione in Salisburgen. Vicariæ §. Etenim Constitutio cor. R. P. D. meo Falconerio.*

4 Et his omnibus famulatur quoque littera donationis Sigismundi Austriæ Ducis, cujus vigore idem Ordo talem Parochialem acquisivit; ibi enim disponitur, quod post Henricum Comendatarium ejus temporis, & Donatarium, Ordinis nomine vocatum *singuli sui successores Commendatores &c.* (sunt verba donationis) *perpetuis futuris temporibus &c. quibuscumque vacaverint alios, vel alium Rectores, vel Rectorem perpetuos Vicarios, vel Vicarium ad easdem, vel eundem præsentare &c. debeant, possint, & valeant*; quæ verba sunt de per se satis clara pro deputatione secularis, & perpetui Vicarii, & non regularis amovibilis, dum expressè hanc perpetuitatem requirunt, & Rectores alternativè, aut perpetuos Vicarios designant, & hæc omnia undequaque congruunt Episcopi intentioni, quia Ordo
5 donatarius conditiones, & pacta suæ donationis impugnare non valet, ad *Text. in cap. verum 4. ubi glos., & verbo conditione de condit. apposit. Lambert. de iurepat. p. 1. lib. 1. q. 9. art. 4. n. 3. vers. 3. verò casu, Rosa decis. 2154 n. 1., & dec. 2263. num eod. cor. Coccin.*

Absque eo quod à contrario bonum jus incliti Ordinis desumi possit ex unione cum Auctoritate Apostolica san. mem. Pauli II. obtenta per memoratum Henricum Commendatarium paulò post prædictā donationē ab Episcopo Tridentino, in qua dictum fuit deputari posse -- *Vicarios sufficientes, & idoneos Fratres dicti Ordinis &c. ad ipsius*
6 *nutum &c.* -- quoniam propter subreptionis defectum, qui fortasse dictæ unioni tribui posset, ex quo Papæ narratum non fuit in præcedenti donatione Sigismundi Austriaci adfuisse pactum præsentandi Rectores, & Vicarios perpetuos, quod pactum Summum Pontificem retraxisset à facienda unione
7 illi contraria, dum sicut non solet sine Patroni laici consensu unire Ecclesias, præsertim si agatur de jurepatronatus regio, ut advertunt *Barbos. in Clemen. fin. num. 4. de reb. Eccl. non alien., & ad Conc. sess. 7. de reform. cap 6. n 22., Vivian. de iurepatr. lib. 1. cap. 15. n. 58.*, & latè *Murga de Benefic. q. 4. n 155.,*
8 *& seq.*, ita neque dictam unionem fortasse

fecisset

fecisset contra pactum in eadem donatione expressum, & iuri communi conforme.

Urgens apud Dominos visa est respectu ejusdem Unionis difficultas allegatæ per Celsissimum Episcopum illius ineffectuationis,
9 quia licet concessa fuerit à d. Summo Pontifice Paulo II, sub anno 1468., adhuc dilata fuit ad tempus obitus Rectoris tunc Ecclesiam Possidentis ejus effectuatio; obitus vero istius non contingit, nisi de anno 1483., quo tempore sedebat Sa. me. Sixtus IV. Ex hoc autem sequitur, quod si non fuit talis unio effectui tradita, vivente Pontifice eam concedente, revocata remanserit per *Regul. 13. Cancell.* inducentem hujusmodi revocationem, ita *Turricell. de union. cap. 15. n. 11. Rota dec. 49. n. 8. cor. Merlin. dec. 4. n. 15. cor. Arguell. dec. 320. n. 6., & dec. 971. n. eodem cor. Emer. jun.. & dec. 261. n. 6., & seq. cor. sa. me. Alex. VIII.*, ubi licet adsit in unio-
10 ne clausula *Nunc prout ex tunc &c.*

Comprobante hanc ineffectuationem ea
11 facti circumstantia, quod statim post eamdem unionem d. anno 1483., secuta vacatione Ecclesiæ, adhuc etiam vivente eodem Henrico Commendatore, qui prædictam unionem impetraverat à San. me. Paulo II. istiusmet agendi modus fuit talis, ac si dicta unio non adesset, nam ad formam donationis Sigismundi Ducis vigore sui Jurispatronatus præsentavit uti ad *perpetuam Vicariam* Sacerdotem Sæcularem, nempe *Joannem Ersensdein. Præsbiterum Spiren. Diœcesis*, qui ab Episcopo obtinuit institui; & hic primus actus post eamdem unionem secutus illam non fuisse effectum sortita optimè demonstrat, & eo magis est considerabilis, quia provenit ex facto Henrici, qui eam obtinuerat, quique prior curare debebat ejus executionem, & tamen è contrario præsen-
12 tavit uti ad Vicariam perpetuam, & quidem Præsbiterum Sæcularem, & illum per Episcopum institui non contradixit, quamvis hæc omnia Regularitati cum amovibilitate in unione concessæ penitus repugnarent, ut promiscuè dictum fuit in *allegat. Salisburgen. Vicariæ 31. Ianuarii 1714. §. Quamobrem cor. R. P. D. meo Falconerio 30. Apr. 1717. §. haud relevante, & §. Veruntamen cor. R. P. D. meo Foscaro, & 16. Januar. 1719. §. Cessante, & §. Regula cor. eodem R. P. D. Falconerio, & in Frisingen. Iuris deputandi Curatos 22. Junii 1716. §. Et hinc omisso cor. R. P. D. meo Cerro.*

Sicut cæpit Henricus, ita continuarunt
13 successivo tempore omnes illius successores, usque ad hæc tempora, & sic spatio duorum sæculorum, & ultra, in modum ut diuturna adeò, tamque longeva observantia, non solum satis, superque confirmet præfatam assertæ Unionis cum facultate deputandi regulares amovibiles ineffectuationem, verum etiam fundamentum exuberans boni Juris ulterius præstet Episcopo, vel quia possit allegare ex ea firmationem statua hujus Parochialis pro ejus collatione in Personam Præsbyteri Sæcularis non amovibilis, juxta firmat. in præadductis decisionibus, quibus in his terminis sunt concordes aliæ editæ in eadem *Frisingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Coronabantur cor. bo. me. Ansaldo, & in d. Salisburgen Vicariæ 4. Febr. 1715. §. Fortiùs cor. Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo*
14 *Ravennaten.*, vel quia exinde possit sui favore deducere quamcumque præsumptionem, quod ex superventa supra relata Conc. Trident. dispositione, & Sancti Pii Constitutione non obstantibus quibuscumque anterioribus privilegiis fuerit amovibilitatis status omnino sublatus, & Vicaria effecta Sæcularis, & perpetua, ex deductis pariter in eadem Frisingen. Juris deputandi Curatos § *Idipsum cor. R. P. D. meo Cerro, & in Salisburgen. Vicariæ §. Cui quidem cor. R. P. D meo Foscaro.*

Nec vero istius observantiæ efficaciam
15 evitare poterat inclitus Ordo, (vel ex quo aliquando ad Parochialem admissi fuerint sui Regulares, vel ex quo in facultativis versemur ratione potestatis concessæ Commendatario deputandi aut Regulares, aut Sæculares, & ideo præsentando illos unius generis non sit sublata facultas præsentandi alios alterius generis. Quandoquidem obiectio deficiebat in primis quoad probationem assertæ admissionis regularium, dum distinctè examinatis actibus relatis ex parte ejusdem Ordinis certum erat, quod ab anno 1483. ad annum 1586. res transibat absque ulla difficultate pro deputatione, & præsentatione Sæcularium tamquam ad perpetuam Vicariam, itaut jam exinde constaret de centenaria observantia favore Episcopi, eique uniformis conspicitur etiam successivi temporis usus, & consuetudo, non atteotis ali-
16 quibus in contrarium adductis, & signanter ea enunciativa emissa in præsentatione anni 1586. respectu Joannis Steicher tunc præsentati, quod esset Ordinis professus, quia jam ille in eadem præsentatione denominatus extiterat *Laicus Præsbyter*, & in successiva vacatione fuit narratum, quod vacabat per obitum illius absque alia regularitatis expressione, adeout d. enunciativa, tàm ex antecedentibus, quàm ex subsequentibus convincatur contradictoria, atque erronea, & non attendenda, maxime cum proveniat ab interesse habente, ut dixit *decis. quæ revidetur §. Et quidem*, & firmat *Rota in similibus terminis in Praten. Beneficii 1. Decembris 1719. §. Et præcipuè cor. Rmo P. D. Archiepiscopo Ravanaten.*

Idemque procedit respectu alterius con-
17 similis enunciativæ anni 1143. respectu Joannis Vidman tunc defuncti, & de hac Parochiali provisi anno 1635., quia licet in relatione vacationis secutæ denominetur *Ordinis professus*, tamen firmum in facto est, quod d. anno 1635. in separatis actibus præsentationis factæ à Commendatario, & Institutionis concessæ ab Episcopo assertus fuit idem

idem Idmam Præsbiter Secularis, itaut re-
lictis aliis duabus respicientibus diversam
Ecclesiam, unicè aliqua difficultas residere
videretur in præsentatione anni 1613. ubi le-
gitur Joannes Meixner *Ordinis Professur*
ad Ecclesiam Mareidensem S. Pancratii Prę-
sentatus; sed quia iste actus remanet unicus
18 spatio biscentum, & ultra annorum, quo
cecidisse demonstratur præsentatio in Regu-
larem, potiusquam ad evertendam centena-
riam observantiam jam antè constitutam, &
postea renovatam applicetur, tribui debet
subsidiariæ regularis deputationi, maximè
19 dum fuit perpetua, quę qualitas repugnat
Regularitati, & amovibilitati ob defectum
Sacerdotis Sæcularis capacis, ut in puncto
notavit *Rota in d. Salisburgen. Vicariæ* 31.
Jannarii 1714. §. *Nec in aliqua cor. R. P. D.*
meo Falconerio.

Dum igitur non verificatur admissio modo
unius, modo alterius generis Sacerdotii, ne-
quidē facultas præsētandi Regulares, vel Sæ-
culares obesse ullatenus poterit, quia ultra
20 quod illa non legitur in Bulla Sa. Me. Pau-
li II., sed unicè fuit adita ab executore
Privilegii unionis, qui tale quid superadde-
re non poterat, *ad text. in cap. Cum dilecte*
ubi Glos. verb. transponentes de rescript., &
in cap. Venerabilis 37. de offic. delegat., Ro-
ta dec. 299. n. 2. cor. Peutinger., & dec 153.
n. 4 cor. Ottobon., semper item urget, quod
21 per non usum ejusdem facultatis, & imò
per usum contrarium de directo servatum
spatio centum, & biscentum etiam, & ul-
tra annorum talis facultas sublata subintelli-
gitur, & quicquid actum fuit presumitur fa-
ctum, prout fieri necessitas, & obligatio
obstringebat, ut discusso hoc eodem arti-
culo responsum fuit in *allegat. decisionibus*
Frisingen Iuris deputandi Curatos 24. *Mar-*
tii 1713. § *Coronabantur cor. bo. me. Ansal-*
do, & in Salisburgen. Vicariæ 31. *Iannar.* 1714.
§. *Neque centenariç cor. R. P. D. Falconerio*
4. *Februarii* 1715. §. *Nec huius cor. Reve-*
rendissimo P. D. Crispo, & 30. *Aprilis* 1717.
§. *Pro evervanda, & seq. R. P. D. meo Fos-*
caro.

Cæterum nec desunt etiam actus prçcisè
22 ostendentes hujusmodi observantiam pro-
cessisse ex coactione, & necessitate depu-
tandi Sæculares, non solum namque id fas-
sus fuit Commendatarius in prçsentatione
anni 1588., dum exposuit, sibi competere
Jus præsentandi, & Episcopo confirman-
di, & investiendi Præsbiteros *maximè illos,*
qui huius Ordinis non sunt, sed etiam idem
convincitur ex statu anni 1643., & ex eis,
quæ circa Præsbiterum Sęcularem Joannem
Molitorem tunc provisum contigerunt sub
anno 1619. Tentavit quippe Commendata-
rius illum amovere prętextu Statutorum, &
Privilegiorum sui Ordinis, deputando etiam
in eius locum Regularem uti Vicarium, sed
obstitit Episcopus, ut constat ex ejus Episto-
la, inhibuitque Commendatario, ne illum
removeret, ac de facto non solum paritum
fuit desistendo à remotione, & deputatione
regularis, ut patet ex continuata possessio-
ne Molitoris usque ad obitum, ast imò in
immediata vacatione per hujus obitum secu-
ta anno 1683. fuit præsentatus alius Præsbi-
23 ter Sæcularis. Emergit autem ex his mul-
tiplex argumentum, quod servata spatio
adeo longęvi temporis Sæcularium præsen-
tatio, ex necessitate provenerit eos præsen-
tandi, ut in puncto arguit *Rota in sæpedicta*
Salisburgen. Vicariæ 31. *Januarii* 1714. §.
Hæc siquidem, & 16. *Januarii* 1719. §. *Ac-*
cedente, & §. Tametsi cor. R. P. D. meo
Falconerio 4. *Februarii* 1715. §. *Ponderato*
coram Reverendissimo Ravennaten., &
30. *Aprilis* 1717. § *Quandoquidem coram*
R. P. D. meo Foscaro.

Atque ex his cessant quoque ea omnia,
quæ deducebantur ex aliis generalibus In-
cliti Ordinis privilegiis circa Regularium
deputationes in aliis Parochiis, quia ultra
quod & ista cadunt sub Conc. Trident. dis-
positione, Constitutione S. Pii, de qua su-
pra § *Huic generaliter*, stat bene simul, quod
24 illa in aliis locum habeant Ecclesiis, ubi ea-
dem privilegia posita fuerunt in usu, & ni-
hilominus non extendantur ad eam, de qua
agimus, Parochialem, cujus respectu viget
usus contrarius, & ex recensita centenaria
observantia non Regulares, sed Sæculares
prçsentandi sunt, itaut quoad eam si etiam
in contrarium hęc privilegia extitissent pro
Regularibus admittendis, factus sit reditus
ad jus commune, & Sæculares veniant tan-
tum præsentandi, ut pluribus relatis firmat
dec. hujus Causæ, quæ revidetur §. *Huc us-*
que cor. bo. me. Kaunitz, ad quam etiam in
reliquis DD relativè sese habuerunt, ejus
25 fundamenta approbantes pro manutentio-
ne Episcopo debita, tanto fortiùs, quod ex
præmissis de ejus bono jure hodie constare
demonstratum est.

Et ita utraque &c.

MANTUANA OPTIONIS.

Veneris 10. *Jannarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Prębenda Ecclesiastico annexa Beneficio Op-
tioni non subiacet, quando istud in mense
reservato vacasset, & quomodo illius pro-
betur connexio cum isto.

Immemorabilis consuetudo in contrarium ad
exclusionem Provisi Apostolici, Sanctęque
Sedis, & Datariæ in præjudicium non est al-
legabilis.

SUMMARIUM.

1 *Optio non habet locum, quando vacatio*
contingit in mense reservato, & n. 5., &
amplia ut in n. 7.

2 *Præbenda quando est Canonicatui annexa,*
& iste in mense vacet reservato, etiam
ad se trahit Præbendam, & optio locum
non habet.

3 *Præbenda, quod sit Canonicatui annexa*
probatur per hoc, quod in origine Cano-
nicatus sit cum illa erectus ad augendum
Ca-

nonicorum numerum, quæ per antea fuisset Beneficium sub eadem invocatione erectum, amplia ut in n 5.

4 *Beneficium de bonis Ecclesiasticis erectum, Ecclesiasticum dicitur, & Apostolicis reservationibus subiicitur*, amplia, ut in num. 8.

5 *Præbenda, quod sit Canonicatui annexa probatur, ex quo tot sint Canonicatus, quot præbendæ*, amplia, ut io oumero seq.

6 *Episcopus præsumitur informatissimus de statu Beneficiorum suæ Diœcesis, multoque magis de statu suæ Cathedralis.*

7 *Consuetudo immemorabilis, aut pactum optionis pro eximenda præbenda à reservationibus Apostolicis allegabilis non est adversus collationem factam à S. Sede*, amplia, ut in ön. 9. 10. 11., & 12.

8 *Reservatio S.Sedi non excluditur per quodvis pactum contrarium in erectione Beneficii appositum, quando de bonis Ecclesiasticis est erectum.*

9 *Consuetudo præsertim in materia beneficiali, ex actibus æquivocis, & ad alios etiam casus referibilibus non remanet probata, ex regula illa* — Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

10 *Consuetudo ex duobus actibus tantum non iustificatur, sed numero frequentiores requiruntur.*

11 *Amplia, in præiudicium S. Sedis, & Dataria Apostolicæ ad cuius notitiam contrarios actus allegatos devenisse non probaretur.*

12 *Consuetudo immemorabilis etiam ab unoquoque actu in contrarium infringitur, præsertim, si ex tali consuetudine S. Sedes, & Apostolica Dataria præiudicio afficeretur.*

12 *Consuetudo Immemorabilis est inallegabilis adversus regulam octavam Cancellariæ eum ista illi expresse deroget.*

14 *Præbenda an cadat sub Apostolicis reservationibus, ultimo Statui mulsum defertur, in quo S. Sedes de ea providisset.*

DECISIO MCCXX.

CAnonicatum cum ei annexa Præbenda vacatum in Ecclesia Cathedrali Mantuana mense Augusti 1719. Sedi Apostolicæ reservato, ab eadem S.Sede obtinuit sibi conferri Ludovicus Antonius Montanarius; statim vero præbendam sibi debitam esse contendit jure optionis vigente in tali Ecclesia Canonicus Fulcrandus Sabionus, qui cum appellasset ab executione litterarum Apostolicarum, & possessione obtenta per d. Ludovicum Antonium, ad nostrum Tribunal, ibique à bo. me. Marymon dari obtinuisset dubium — *An sit locus optioni*, proposuit hujusmodi suam instantiam in hodierna Rota coram Me in defuncti Collegæ locum subrogato: Sed mediante responso *Negativè* à DD. edito succubuit.

Non enim locus esse potuit prætensæ op-
1 tioni, eo ipso, quod vacatio, ex qua jus desumit Sabionus, secuta fuit in mense Sedi Apostolicæ extra controversiam reservato, tunc enim statim locum habet principium illud in hac materia aliàs firmatum à nostro
2 Tribunali, quod si Præbenda, ut hic, est inseparabiliter annexa Canonicatui cadenti sub reservatione regulæ 9. Cancellariæ, reservatio ipsius Canonicatus afficit etiam præbendam, itaut ipsius quoque collatio spectet ad Summum Pontificem, & nullum jus optionis quoad eam exerceri possit, ita *decis. 17.n.2., & per tot. de præben. cor. Cassador. decis. 281. per tot. coram Veroll. dec. 196. lib. 6. coram Puteo dec. 677. n. 6., & 10. cor. Penia dec. 116. n. 1., & 2. coram Cavaler. dec. 10. n. 4. & seq., & dec. 138. n. 1. p. 8. rec.*, ac latius distinguendo *dec. 743. n. 2. cor. Emerix jun., & in Mediolanen. Optionis 29. Aprilis 1711. §. Neque ista ratio cor. R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Dubitari autem de prædicta annexione
3 Canonicatus, & Præbendæ, istiusque Spiritualitate in præsenti themate non poterat, eo ipso, quod ex erectione ejusdem Canonicatus constat, illum in sui prima origine & fundatione erectum fuisse ad augendum numerum Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Mantuanæ cum hac Præbenda, quæ per antea erat Beneficium in eadem Ecclesia sub illa met, quam hodie retinet invocatione SS. Septem Fratrum: Unde duplex ad rem profluit argumentum. Primum, quod sicut ista Præbenda erat procul dubio annexa beneficio, ita sit annexa Canonicatui, in cujus quasi titulum conversum fuit idem
4 Beneficium. Secundum, quod cum talis erectio facta sit per Antistitem Mantuanum ad prædictum effectum augendi Canonicorum nomerum, & ex bonis, ut diximus ipsius Ecclesiæ, in sui ipsa creatione Præbenda sic constituta, remanserit affectionibus, & reservationibus Apostolicis subiecta, ut notant *Gonzal. ad regul 8. Canc. gloss. 18. n. 5. & 6., de Luc. disc. 65. n. 18. de Iurepatr.*, & firmat *Rota dec. 362. n. 12., & dec. 383. n. 14. cor. Priol. in Aprutina Beneficii 19. Iunii 1705. §. Visum cor. Eminentissimo D. Card. Scotto*, & aliis relat. *in Monasterien. Beneficii 28. Iunii 1717. §. Reservationi coram R.P.D. meo Herrera.*

Et præter hæc argumenta ducta ex Cano-
5 nicatus erectione ad eamdem connexionem probandam, alia concurrunt deducta omnimode ex eo, quod in Ecclesia Mantuana in æquali sunt numero Canonicatus, & Præbendæ, ideoque inter se inseparabiliter censentur connexæ, itaut unaquæque suo adhæreat Canonicatui, & cessat pariter optio in mensibus reservatis, ut ex doctrina *Abbat. in cap. Majoribus n. 4. de Præben.* optime firmat *Rota dec. 497. n. 6. coram Dunozzett.*
6 *jun.* Sed etiam ex quo Reverendissimus Antistes Mantuanus hanc eamdem connexionem inter Canonicatus, & Præbendas suæ Cathedralis Ecclesiæ certam esse testatur,

& ejus testimonio omnino fidendum est, quia
quilibet Episcopus de Statu Beneficiorum
suæ Diæcesis distinctè præsumitur informatus
multo magis de Statu suæmet Ecclesiæ Cathe-
dralis, *Rot. dec. 158. p. 2. cor. Caputaquen.
dec. 5. n. 4. p. 5. rec. dec. 240, n 7. cor. Cerro,
& in Cremonen. Beneficii 2. Maii 1718. §.
Verum insuper cor. Me.*

Supposita vero hac Præbendæ annexio-
7 ne Canonicatui, quam adeo certis argu-
mentis demonstrat Ludovicus Antonius,
licet è contrario ejus distinctionem, & sepa-
rabilitatem probare teneretur Fulcrandus
Sablonus habens contra se collationem fa-
ctam à S. Sede vigore regulæ afficientis Be-
neficia Canonicatus, aliaque spiritualia iis
annexa vacantia in mense reservato, utique
illi prodesse non valuit, aut pactum hujus-
modi ab eo prætensæ optionis in Fundatione
Canonicatus contentum, aut immemorabi-
lis consuetudo hujus Juris pariter per ipsum
allegata.

Quantum quippe attinet ad pactum, seu
8 legem fundationis, ea loquitur per hæc ver-
ba -- *valeat per ipsos Canonicos antiquiores
optari, ut moris est secundum antiquam, &
laudabilem consuetudinem suæ Ecclesiæ Ca-
tedralis* -- & ex hoc sane pacto nullo modo
argui potest ulla exclusio reservationum
Apostolicarum, dum jus optionis in eo fir-
matum verificari optimè potest, quoties
non concurrat earum reservationum impe-
dimentum. Et tamen (quidquid dici pos-
set, si ageretur de Beneficio Canonicatus,
vel Præbenda Jurispatronatus Laicalis, in
cujus fundatione apposita fuisset aliqua con-
ditio reservationibus Apostolicis contraria)
cum hic agatur de Præbenda ab Episcopo,
& Capitulo constituta ex ipsius Ecclesiæ red-
ditibus, ut supradictum est, utique exclu-
sio reservationum nullatenus ex hujusmodi
conditionibus, pactis, aut verbis induci po-
test, *Rota in Aprutina Beneficii 19. Iu-
nii 1705. § Nam quamvis cor. Em̃o D. Car-
dinali Scotto in Tarraconen. Beneficii 11.
Aprilis 1712. § Alia procedunt coram Me,
& in Monasterien. Beneficii 28. Jun. 1717.
cor. R. P. D. Herrera, & in Barchinonen.
Beneficii 6. Iunii 1720. §. Porro cor. R. P. D.
meo Cerro.*

Quo vero ad immemorabilem hujus op-
9 tionis consuetudinem, DD. ad illius proba-
tionem nequaquam conferre censuerunt
plures optiones sequutas respectu aliarum
Præbendarum hujus Ecclesiæ Cathedralis;
Tum quia earum vacationes contigerunt in
mensibus non reservatis, seù saltem non
ostenditur, quod contigerint in mensibus
reservatis; tum quia potest esse, quod re-
spiciant aliàs Præbendas, quæ non sint ejus
generis Ecclesiasticitatis, & annexionis Ca-
nonicatui, prout est illa, de qua nunc agitur,
itaut isti actus æquivoci, & inefficaces re-
maneant ad probandam prædictam consue-
tudinem, *Rota dec. 610. n. 5 p. 4 tom. 2. dec.
392. n. 6., & 7. p. 18. rec.*, & cum aliis in
*Praten. Beneficii 1. Decembris 1710. §. Et
ulterius cor. Reverendissimo* D. *Crispo Ar-
chiepiscopo Ravennaten.*

10 Omnis igitur probatio restringebatur ad
duos optionis actus gestos Mense Augusti
anni 1658., & Mense Maii 1666., sed cer-
tum erat apud DD. quod ex duobus tantum
actibus consuetudo stabilita non remanet, sed
frequentia plurimum actuum requiritur,
ad *text. in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus.
possess., Rota dec. 55. n. 18. cor.* Cerro, præ-
11 sertim in præjudicium S. Sedis, & Datariæ,
cujus notitia in actis non concurrit, ut
pariter firmat *Rota dec. 595. n. 9. coram Du-
nozett. jun., in* Cracovien. *Cantoriæ 25. Ia-
nuarii* 1700 §. *Quoniam cor.* Me, *& in al-
legat. Monasterien. Beneficii §. fin. coram
12 R. P. D. meo Herrera*, quodque etiam ex
unoquoque actu contrario infringitur, & ex-
cluditur, cum ad sui substantiam necesse
sit, quod nihil visum, aut auditum sit in con-
trarium, juxta deducta *dec. 503. n 8., & dec.
607. n. 28., & 29. cor. Cerro dec. 469. n. 57.,
& dec 604. n. 12. p. 19. rec. tom. 2.* Quid igitur
de asserta consuetudine in præsenti dicen-
dum erit, dum de possessione S. Sedis ex
plurimis collationibus factis in mensibus re-
servatis constare testatur ex actis Notarius
Episcopalis Mantuanus.

Si autem hæc omnia rectè procederent in
13 quibuscumque aliis terminis, à fortiori
semper procedunt in consuetudine allegata
adversus Apostolicam reservationem ratione
mensium, cujus respectu ina legabilis re-
manet quæcumque etiam immemorabilis
consuetudo, quia in regula 9. Cancellariæ
expressè continetur illius derogatio, ut alias
advertit, & firmavit *Rota etiam in præcisis
terminis optionis dec. 10. n 4., & dec. 138.
n. 1. p 8 rec., & in Mediolanen. optionis 29.
Aprilis 1710. § Fulcimentum cor. R. P. D.
meo Falconerio*: Itaut propterea optime
concluderetur in eversionem objectionis
deductæ ab ista immemorabili consuetudine,
quod nec probatur, nec probata ullatenus
relevaret.

Pro coronide demum in confirmationem
14 omnium præmissorum, validissimum aliud
resultabat argumentum ex penultimo, &
ultimo statu præcise concernente hanc eam-
dem præbendam SS septem Fratrum, cum
illius provisio in exclusionem assertæ optio-
nis facta fuerit à S. Sede tàm de anno 1668.
in personam Sigismundi Magni, quam an-
no 1680. in personam Ferdinandi Banyolæ,
per cujus obitum inducta est præsens vaca-
tio; Exinde enim oritur jus, & possessio S. Se-
dis secuta iterum vacatione in mense reser-
vato de eadem Præbenda disponendi, ut ra-
tione ultimi status consentaneè ad disposi-
tionem *text. in cap. consultationibus de Iure-
patr.* sæpissime dixit *Rota in Astoricen. Pa-
rochialis 3. Aprilis 1717. §. Validitas cor.
R. P. D. meo de Gamaches, in Mediolanen.
Beneficii 7. Iunii 1715. §. Quoniam in Pra-
ten. Beneficii 1. Decembris 1719. §. Constans*

& in

& in confirmatoria 29. Aprilis elapsi anni §. Insuper cor. Reverendissimo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.

Et ita utraque &c.

ABULEN. CAPPELLANIÆ SUPER FRUCTIBUS.

Lunæ 13. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Fructus veniunt in sequelam rei iudicatæ, & quomodo liquidandi sint, declarat

SUMMARIUM.

1 *Fructus veniunt in sequelam rei iudicatæ restituendi.*

2 *Fructus levioribus probationibus, & etiam à solito desumptis, liquidantur*, & n.3.

3 *Fructus Beneficii liquidantur ex fide Administratoris, & similium personarum, qui sese in eorum recollectione immiscuisent.*

4 *Testis de facto proprio in hac materia plenè probat.*

5 *Amplia, si eius dicto uniformes reperirentur quietantiæ de eisdem fructibus emissæ, vel à Proviso, vel ab eius Procuratore ad eos exigendos constituto.*

6 *Pretium fructuum liquidatur ex pretio currenti, & communi usu similes fructus vendendi, ac ex depositionibus testium.*

7 *Fructus reficiendi ad quam quantitatem ascendant, ex calculo aritmetico probatur.*

DECISIO MCCXXI.

Quamvis Beneficia, quę vacantia reperiuntur de tempore obitus Episcopi eorum Collatoris sint reservata S. Sedis dispositioni, tum ex Constitutione S. Pii V. in 55., tum ex regula secunda hodie tertia Cancellariæ; nihilominus Gaspar de Spinosa provisus fuit à Vicario Capitulari de Cappellania majori S. Mariæ de Abbaico, vacante tempore obitus Episcopi Abulensis, & etiam in ejus possessionem immissus. Sed Joannes Antonius Perez de Pazos, cui eadem Cappellania á Sanctissimo Domino nostro collata fuit, Litterarum Apostolicarum executionem decerni sui favore obtinuit à bon. mem. Ansaldo, prævia decisione 28. Jun. 1715., nec non restitutionem omnium fructuum à Gaspare ex invalido titulo Possessore perceptorum usque ab obitu ultimi Cappellani de mense Augusti anni 1704. defuncti.

Hujusmodi iudicatum fuit subindè confirmatum, non solùm coram R.P.D. meo Herrera iuxta aliam decisionem coram eo editam 5. Martii 1717., addita etiam appositione sequestri, sed itidem coram Me, prout ex alia decisione, quam evulgavi sub die 31. Januarii 1718., & tria hæc iudicata debitam obtinuerunt executionem; supererat tamen huiusmodi Antonio, ut in eorum implementum consequeretur à Contradictore fructus perceptos, undè pro illorum liquidatione subdelegavi Judicem in Partibus, cuius habito processu, dedi quoque dubium -- *An, & in qua summa sint liquidandi fructus* -- Cumque illud propositum fuerit in hodierna Audientia, Gaspare pluries monito, sed non comparente, responsum fuit -- *Fructus esse liquidandos in summa in hac decisione exprimenda* -- scilicet in Realibus de Vellon 21588.

1 Nulla porro quæstio esse poterat, quin fructus liquidandi forent in sequelam demandatę eorum restitutionis à die obitus ultimi Provisi Capellaniæ Possessoris, quia Gaspar iam ad huiusmodi restitutionem condemnatus reperitur in iudicato bon. mem. Ansaldi, aliisque confirmatoriis R.P.D. mei Herrera, & coram Me: in modum ut concurrat respectu obligationis illius ad hanc restitutionem res iudicata, contra quam reclamare non licet. Tota verò controversia 2 restringebatur ad liquidationem, quæ tamen posito debito in genere certo, levioribus concludi potest probationibus etiam à solito resultantibus, iuxta *cons.293. Surd.*, & firmat *dec.483. n.7., cor. Merlin., dec.207. n.4. cor. Duran., & dec.77. n.eod.p.12.rec., & in Bituntina Nullitatis Locationum super reserv.15. Martii 1720. §. Admissa cor. R. P. D. meo Cerro.*

3 Hic verò probatio dictæ liquidationis in summa mox enunciata deducebatur ex univocis documentis resultantibus ex ultimo processu de partibus ad id compilato per Judicem subdelegatum, redditus enim Cappellaniæ, quos singulis annis Cappellani pro tempore percipere solent, consistunt in aliquibus pręstationibus tritici, & hordei illis à fundatore relictis, & perceptio huiusmodi præstationum respectu Gasparis probatur; tum ex iurata depositione Exactoris reddituum Beneficiorum, & Cappellaniarum Ecclesię, in qua controversa quoque Cappellania sita reperitur, tum ex depositione consimili Administratoris Fideicommissi Josephi 4 del Rio fundatoris, quibus, cum sint omnimodè informati, & de facto deponant proprio, plenissimè deferendum est, *Rot. dec.156. n.3.p.17., & dec.472.n.16.par.19.rec. tom.2.* & eorum dicto accedunt quietantię emissæ respectu eorumdem fructuum, vel ab ipsomet Gaspare Cappellaniæ detentore, vel ab eius fratre uti Procuratore, ex quibus item quietantiis satis certa resultat probatio perceptionis fructuum, ut in simili firmat *Rot. dec.802.n.1.cor. Cerro, & dec.134.n.3.par.19. recen.*

6 Dispungendo autem subindè prætium prefatorum reddituum, optimè item Judex de Partibus deduxit eius liquidationem à communi usu, & currenti pretio eisdem annis, quibus possedit Cappellaniam Gaspar, iuxta univocas testium depositiones id concludentes, aliaque huius valoris documenta penès Notarium Loci de Arevados existentia, iuxta quę dubitandum non est de recta æstimatione consimilium rerum, ex deductis *dec. 1006. n.1., & 2., & dec.2078.n.3. & 5. coram*

7 *Coccin.* Supposita verò quantitate eorumdem fructuum, & præfato valore singulo anno distinctè iis attributo, resultat consentaneè

taneè ad petitionem Joannis Antonii debitum Gafpatis afcendere ad Reates de Vellon 21588, iuxta calculum Aritmeticum, qui plenam facit probationem, *Rot. dec. 349. n,6. & 7. cor. Priol. & in Romana domus, seu domorum super referbatis 10. Martii* 1719. §. *Quoniam cor. Me.*

Et ita Joanne Antonio tantum informante &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 13. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Privilegium *authenticę res quę* ad illud etiam creditum, quod mulier habet adversùs hæreditatem viri pro annualitatibus decursis, & non solutis *delle spille* se extendit, quade re etiam bona libera viri potest ex hoc capite mulier retinere. Tale creditum dicitur satis ab ista probatum, quando in libro domestico, ubi vir expensas describere soluisset, illud demonstraretur adnotatū, neque talis descriptio ad prohibitam donationem referenda est, quando liber ad probandum creditum de jam præexistente obligatione originarium ab eadem exhiberetur. Potest similiter mulier pro credito anteriori adepto bona viri libera retinere, & pro dotis restitutione bona fideicommissària. Quantitas vera dotis receptæ ex confessionibus tum à viro, cum debitore in actibus feriis, & proportionatis emissis probata remanet.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de duabus intrat, quando duo sunt sententiæ, & justę in loco Statuto Urbis subjecto.*

2 *Privilegium* authenticæ res quæ *competit mulieri pro restitutione dotis adversùs bona viri.*

3 *Solutio spillatici non pręsumenda est, quod semper fuerit facta, ex quo mulier ornata incesserit, præsertim si in libris domesticis expensarum à viro retentis telis annualis solutio non quolibet anno pro soluta appareret descripta*, & nn. 5. & 10.

4 *Amplia, quando vir per publicum instrumentum hoc debitum favore uxoris ratificasset, deque eo in testamento mentionem fecisset*, & nn 6, 7., & 10.

8 *Spillaticum non pręsumitur solutum ex quo mulier ornata incesserit, quando habuisset consanguineos divites, qui ei pecunias elargiri potuissent.*

9 *Confessio debiti favore uxoris à viro emissa non subiacet censuræ* de re acta constante matrimonio, *nec dolosa reputanda est, quando præexistens adfuisset viri obligatio.*

10 *Amplia, quando talis confessio à conjecturis adminicularetur, & esset juramento munito.*

11 *Spillaticum gaudet dotali privilegio, cum dotis naturam sortiatur, & pro eo competit retentio super bonis viri.*

12 *Retentio datur mulieri super bonis viri pro gabella soluta, quę hæreditatem diminuisset.*

13 *Retentio datur mulieri pro eleemosina Sacrorum in suffragium animæ viri ære suo celebratorum, quorum numerus non fuisset excessivus, & hęc inter funeris expensas connumerantur.*

14 *Partita debiti in modica summa confessata tempore mortis à viro nobili favore uxoris, iusta, & vera pręsumitur.*

15 *Retentio datur mulieri super bonis viri liberis pro creditis particularibus, & super bonis fideicommissariis pro dotis restitutione, quando tamen eadem credita in origine sint dotis constitutioni anteriora.*

16 *Hypotheca favore fideicommissi pro illius reintegratione incipit à die purificationis ejusdem in personam hęredis fideicommissarii indebite distrahentis.*

17 *Valor bonorum hæreditariorum ex æstimationibus peritorum metiendus est, non verò ex pretio adnotato in foliis insertis in transactione antiquitùs facta quinquaginta ab hinc annis;* amplia, ut in num. sequenti

18 *Transactio impugnata ab hærede non potest acceptari ab isto in una parte, & in alia rejici.*

19 *Transactio cui nocere non potest, juvamen non affert.*

20 *Valor bonorum fideicommissariorum justus non desumitur ex valutatione amicabiliter eisdem tributa inter partes, extra istam amicabilem compositionem.*

21 *Loca montium vinculata minoris ęstimantur pro medietate.*

22 *Evictio in quolibet contractu de jure intrat, nisi contrahentes expresse ei renunciassent cum tacitè, & de iure semper intelligatur.*

23 *Immissio retardatur hæredi fideicommissario ex parte mulieris retinentis bona viri pro credito dotali fideicommissaria bona obtegente.*

24 *Dos, quanta fuerit, probatur ex confessionibus viri in actibus seriis, & proporsianatis emissis*, amplia, ut in nn. 26., 27. & 28.

25 *Hæres proprii authoris confessionem impugnare non potest*, & n. 31.

27 *Dos quanta fuerit probatur ex confessionibus serio emissis ab illius debitore in actu solutionis ratæ illius, & ex confessione viri emissa in testamento.*

28 *Amplia, quando his probationibus accederent partitæ librorum privatorum, quos vir retinebat.*

29 *Probatio præponderantior in inrium conflictu prævalet.*

30 *Dos multo fortius ex lapsu temporis, & acquiescentia viri soluta præsumitur, quando istemet in testamento illius restitutione proprium hæredem honerasset,*

32 *Creditor hæredis fideicommissarii potest retinere*

tinere bona fideicommissi ad istum spectantia, suique favore sub generali obligatione hypothecata, & comprehensa.

DECISIO MCCXXII.

GEminis sententiis extra Rotam latis, obtinuit Dux Clemens Sannesius, uti Renunciatarius duarum ejus filiarum, immitti ad bona fideicommissaris Marchionis Vincentii de Nobilibus, detenta tum à Ducissa Anna Maria Sannesia, cum à Marchionissa Lucretia Nari de Nobilibus Sed eadem Marchionissa Lucretia reclamante, devoluta fuit causa ad nostrum Auditorium, ibique totidem prodierunt contrariæ sententiæ, immissionem Duci denegantes quoad bona per illam possessa, & prima harum sententiarum lata fuit præviis duabus decisionibus dierum 23. Aprilis 1717., & 24. Januarii 1718. ab R.P.D. meo Herrera: altera verò, præmissa pariter decisione diei 13. Januarii 1719., evulgata fuit à bo.me. Ansaldo.

Nec dissimulis fuit exitus causæ in tertia instantia coram Me, ad quem præcedentium judicatorum cognitio delata extitit, mediante rescripto Signaturæ Justitiæ -- *conflito de duabus* -- Quippe quia, licèt ob involutas Facti inspectiones non potuerint Domini in resolutione convenire in audientia diei 19 Februarii superioris anni, hodie tamen causa reproposita, ac plenè facto eluсidato, responderunt *constare de duabus* --
1 quia postremæ sententiæ Rotales latæ favore Marchionissæ Lucretiæ, non solùm conformes, & validæ, sed etiam justæ compertæ sunt, itaut omninò locus esset Statuto Urbis, illas inter Cives constituenti in linea rei judicatæ, juxta firmata *dec.494. nu.1. & seq.p.19.rec.*, & cum aliis *in Romana Immissionis, seu Vineæ 9. Decembr. proximè præteriti §. A geminis cor. Me.*

Et quidem justitia, quæ unicè erat in controversia, resultabat, juxta fundamenta expensa in præcedentibus causæ decisionibus,
2 ex eo, quod possit Marchionissa Lucretia Rea conventa bona fideicommissaria Vincentii de Nobilibus retinere jure dotium ipsi restituendarum à Roberto de Nobilibus eius Viro in primis nuptiis ad celebrem *Tex. in Auth. res quæ Cod. commun. de legat.*, & horum fundamentorum firmitatem agnoscebant Ducis Actoris Defensores, proindeque toti erant in exceptione illa, quod Marchionissa effecta hæres prædefuncti viri tantum ex bonis liberis illius assecuta fuerit, ut nequaquam dicto titulo posset bona fideicommissi retinere, obligata duntaxat subsidiariè.

Hinc cum ex parte Marchionissæ Lucretiæ proponeretur redditio rationis bonorum provenientium ab hæreditate Roberti viri post causam hanc ad Rotam delatam expleta coram Perito judicialiter electo, subdividebatur hujus causæ indago in duplicem controversiam; alteram quæ statum passivum, & alteramquæ statum activum hæreditatis prædictæ respiciebat; ideoque Domini insequentes objectiones deductas pro parte hæredis Ducis Clementis Sannesii interim defuncti, advertebant quoad statum passivum à Perito stabilitum in scutis 37571.
3 53. primo loco impugnari partitam annuæ præstationis dictæ Marchionissæ à Viro promissæ in Capitulis matrimonialibus, ut dicitur *per le spille*, quæ sanè partita delenda è calculo prætenebatur, tum quia licèt esset in substantia fortasse debita, præsumeretur soluta, dum mulier constante matrimonio congruè ornata incessit, tum quia ejus vigore contra bona fideicommissaria agi non posset.

At respectu præsumptæ solutionis removeri visa est qualibet difficultas ex facto Viri, qui cum suetus esset libros retinere, in quibus summa diligentia adnotabat solutiones omnes, & expensas, quas dietim faciebat, & signanter eas, quas explebat occasione hujus præstationis *per le spille* erga uxorem cum expressione mensis, & anni, in quem cadebat solutio, utique ex his libris convincitur, quod debitor in effectu remansit, dum non solum excluditur omnis præsumpta solutio, sed probata etiam remanet negativa solutionis, si in libris hisce solventis non legitur, *Natt cons.627.n.4., Pacion. de locat.cap.52.n.69., Rot.dec.268.nu.11.cor. Celso, & dec.173.num.15 post Constantin.ad*
4 *Statut. Urb.* Accedente præsertim triplici ejusdem Viri confessione circa hujusmodi debitum emissa tum in instrumento publico Cambii contracti anno 1702. cum Uxore effecta creditrice pro præstationibus decur-
5 sis, & non solutis, tum in adnotatione hujus debiti in iisdem libris cum relatione pariter, & designatione in illis ejusdem cambii; tum demum in ultimo, cum quo decessit Testamento, ubi recensendo distincta methodo Uxoris credita, posuit inter cætera dictum cambium, omnemque aliam quantitatem, in qua pro eadem spillatici causa posset Uxor creditrix reperiri; & hæ confessiones infringere certè debent omnem contrariam
7 præsumptionem; cum nemo melius confitente scire posset, an ipse solutiones expleverit, ut benè firmat *Rot.dec.603.n.23. cor. Bich.*

8 Tantoque magis, quia si mulier ornata incessit, præsertim ea moderatione, qua juxta laudabilem atiquum morem, non juxta modernum luxum illa uti suevit, potuit ex en contingere, quod ultra eam quantitatem dictæ præstationis, quam omnino exigere solebat quovis anno à Marito, suppleverit in reliquis ex consanguineorum largitionibus, & in specie ex annuo legato sibi à Matre relicto, itaut præsumptio totalis solutionis ejusdem spillatici ducta ex quo ornata incesserit, conquassatur aliis præsumptionibus contrarium suadere volentibus, & sic remanet inefficax, ut tradit *Constantin. ad Stat.Urb. annot.48.n.254., Rot. cor.Cels.decis.184.n.13., cor.Bich. dec.603.nu.22., & in Bononien. Relevationis Indemnitatis 15. Martii 1709. §. Nec quidquam cor.cla.mem. Card. Priolo.*

Frustra

9 Frustra verò ad tollendam vim horum argumentorum, quæ adducebantur ad excludendam præsumptam solutionem, opponebatur, quod præmissæ Viri confessiones non essent attendendæ, quia factæ præsumerentur in fraudem prohibitæ donationis inter Virum, & Uxorem; & ideo non essent aptæ præjudicare fideicommissariis; quoniam non afferebantur hujusmodi confessiones Viri ad fraudandum creditum Mulieris resultans principaliter ex promissione inita in Capitulis Matrimonialibus; sed solum ad excludendam sæpedictam præsumptionem solutionis ductam, ex quo ornata incesserit Mulier creditrix, quo casu ratione præexistentis obligationis dictæ confessiones probant contra quoscumque, ut aliis relatis firmat *Rot. dec. 726. n. 11. & 12. cor. Dunoz. jun.*, ma-
10 ximè dum sunt adminiculatæ ex libris, & ex qualitate speciali unius ex eis, quæ emissa fuit in ultimo Testamento, atque ulterius quæ est confirmata Viri juramento; quibus concurrentibus, de illarum veritate dubitandum non est, ut prosequitur *Rot. d. dec. 726. n. 13 cor. Dunoz.*, & firmat etiam *dec. 27. num. 3. post Constantin. ad Statut. Urb.*, & *in Perusina Pecuniaria 9. Maii 1704. §. Atque hinc cor. clar. mem. Card. Priolo.*

11 Sicut autem remanet immune à præsumpta solutione istud creditum, ita etiam remanet tale, ut ejus vigore competat Marchionissæ Lucretiæ retentio bonorum sui Viri; præsciendum enim est, quod juxta Peritiam hodie omnino supponendam, bona fideicommissaria retenta per Marchionissam Lucretiam non superant valorem scut. 15000. creditum autem ejus dotis, & quarti, ascendit ad scut. 16750., ideoque superfluum videtur assumere quæstionem, utrum etiam respectu creditorum spillatici, & aliorum, quæ infra recensentur, competat privilegium *auth. res quæ*; cum imo satis sit intentui ejusdem Marchionissæ, ut horum creditorum vigore retineat bona libera Viri, & pro dote, & quarto bona fideicommissaria. Attamen adhuc certum quoque est, quod memoratum privilegium allegari valet etiam pro spillatico specialiter convento in Capitulis matrimonialibus, quia quidquid conventum est in pactis nuptialibus naturam dotis assumit, ejusque privilegia sortitur, ut tradunt *Card. de Luc. de dot. disc. 145. sub nu. 36.*, *Card. Anton. de Luc. ad Franch. dec. 613. n. 7. in fin.*, & *Rota cum aliis concordan. in Romana Alimentorum 11. Februarii 1704. §. Quæ conclusio cor. bo. me. Kaunitz.*

12 Hoc idem procedit quoad alias partitas respectu solùm actionis exercibilis pro eis contra fideicommissum impugnatas, & de cætero in substantia admissas; nam pro iis Marchionissæ satis foret bona libera Viri, detinere, ut dictum est. Attamen iis distinctè examinatis tum pro scutis 20., quæ cesserunt in redemptionem pignoris, tum pro scut. 220., solutis in causam Gabellæ debitæ Magno Duci Etruriæ, non potest Fideicommissarius contra hæredem reclamare, quia hujusmodi solutiones fuerunt factæ ex causa necessaria, & sine iis non fuissent repertæ in statu hæreditario res pignoratæ, minusque bona, pro quibus Gabella soluta fuit, ut advertit *Constantin. ad Statut. Urb. annot. 59. n. 266*, & *de Gabella* in specie dixit *Conciol. de hæred. art. 1. sub n. 367.*

Nec difforme Judicium DD. statuerunt
13 quoad partitam scut. 300. pro Missis celebrari relictis à Marchione Roberto in suæ Animæ suffragium; quia hujusmodi impensam inter Funeris expensas numerandam censuerunt, & cum agatur non de excessiva, sed congrua quantitate, & illi debuit Fideicommissarius acquiescere, juxta ea, quæ arguunt in proposito *Merez. de Maiorat. p. 4. q. 26. n. 37. Castill. controv. lib. 6. cap. 161. n. 36. vers. ego sanè*, & late *Amostaz. de caus. piis lib. 6. cap. 5. n. 59.*, & *63. cum pluribus seqq.*

Duo item deposita, alterum sc. 20., &
14 alterum sc. 70. non rectè impugnari visa sunt ea ratione, quod probentur ex sola confessione Marchionis Roberti; quia cum agatur de modica summa, ac de confessione emissa à Viro nobili, & quidem in ultimo testamento, utique satis probata exinde dici debet, ut distinguendo casus *Alex. cons. 26. n. 2. lib. 2. Mangil. de imput. q. 10. n. 24.*, & *Angel. de confess. lib. 2. qu. 4. n. 73.*

In examine hujus status passivi proponebatur alia generalis exceptio ex eo, quod
15 sicut Fideicommissum, ex cujus bonis creditum dotale dimititur, subingreditur in Jura d. crediti, ita Marchionissæ non liceret bona libera retinere pro aliis suis particularibus creditis, & pro dotali occupare bona fideicommissaria, quia fideicommissum contra ipsam super bonis liberis actionem posset retorquere; sed facilis responsio occurrere visa fuit, ex eo, quod credita illa, pro quibus intendit Marchionissa Lucretia bona libera retinere, sunt omnia anteriora credito dotali; & ideo cum ipsa sit etiam hæres Roberti cum beneficio legis, & Inventarii, à quo præservatur a confusione Jurium, nequaquam tenetur erga fideicommissum in dictis bonis, quæ sibi virtute Creditorum anteriorum adscribit, ut in puncto firmat *Rot. in Forolivien. Fideicommissi de Torellis super dote Mariæ Paduanæ 22. Martii 1709.*
16 *§. Sed eam cor. Me.* Neque applicatur ad rem istam quæstio hypothecæ pro reintegratione Fideicommissi metiendæ à die illius purificationis, quia ista quæstio habet locum in casu tantum dolosæ alienationis, qualia dici non potest distractio, seu retentio bonorum Fideicommissariorum pro dote, utpote approbata à lege in sæpedicta *Auth. res quæ*, juxta ea, quæ habentur signanter in *Bononien. Fideicom. de Bavosiis super reintegatione 21. Ianuarii 1709. §. Rursus cor. Reverendissimo P. D. Aldrovando*, & *in confirmatoria 4. Maii 1711. §. Obiectum coram Me.*

Tran-

Transeundo hinc ad discussionem status activi per Peritum liquidatis in sc.34230.55., plures quoad illum quæstiones assumptæ fuerunt in antecacta causæ propositione ex parte Ducis impugnantis aliquas partitas, & iterùm denegantis validitatem Inventarii de bonis hæreditariis Marchionis Roberti à Marchionissa Lucretia confecti, sed hodiè nec dictæ partitæ fuerunt impugnatæ, quia forsan satisfecerint ejusdem Marchionissæ responsiones, nec ampliùs actum fuit de dicti Inventarii validitate plenè constabilita in præcedentibus causæ decisionibus. & signantèr in secunda edita in prima instantia coram R.P.D. Herrera, & alia edita in postrema instantia coràm bo. mem. Ansaldo, quas iterùm Domini approbarunt. Hodiè verò ad tria reducebatur Inspectio hujus status. Primum erat, an rectè fuerint æstimata bona illud constantia; Secundum, an loca Montium subjecta Fideicommisso Sfortiæ de Nobilibus essent valutanda cum isto vinculo; Et tertium, an dos Eleonoræ Matris prædicti Roberti censenda esset scutorum decem millium, vel potius scutor.2500.dumtaxat.

17 Quoad primum autem putarunt Domini valorem bonorum desumi debere ab æstimatione Peritorum, cum Partium acquiescentia in hac parte hactenus servata, & approbata, potius quam ab illorum valutatione facta in foliis insertis in Transactione inita inter eamdem Dominam Marchionissam Lucretiam, & D. Ducissam Annam Mariam Sennesiam. Folia enim prædicta continent valutationem eorumdem bonorum factam anno 1668., & desumptam ex Peritia tunc expleta occasione separandi Legitimam, & Trebellianicam è Fideicommisso Marchionis Vincentii, ideoque præbere non possunt perfectam probationem valoris post 50. circitèr annos *l. pretia rerum §. Esto,*
18 *ff. ad l. Falcid.*, *Rota dec 525. num.2. coram Cerro*, nec verò ullam approbationem ex parte Marchionissæ Lucretiæ habuisse dici potest talis valutatio ob insertionem dd. foliorum in dicta Transactione, quia ultrà quod Dux Sannesius, sive ejus hæres venit impugnando eamdem Transactionem, & idcirco licitum ipsi esse non debet pro parte illam approbare, & pro parte non, juxtà firmata *in decis.541. numero 17. part.18.*
19 *rec.*, Imò sicut sibi nocere non potuit, ita prodesse non debet, ut inquit *Urceol. de transact. quæst. 100.n.31., & seqq. Rota decis.471. n.8 par.13. rec.*, occurrit responsio;
20 quod si fuit dicta valutatio à Marchionissa admissa, id processit eo intuitu, quo sibi amicabilitèr dimittebantur bona fideicommissaria valoris scut.15. mil., alias non fuisset admissa talis valutatio, & propterea interversa dicta amicabili correspectiva bonorum dimissione, justi valoris statum firmare non potest, ut pariter in puncto tradit *Urceol. de transact. quæst.94 n.33., & Rota dec.341. num.28. par.9 tom2.*

Quo item ad secundum assumptum, ecrtum erat loca Montium 84. cum 61. centes. provenire ab hæreditate Sfortiæ de Nobilibus, prout etiam resultabat ex facto, quod illa subsunt Judicio pignoto à Rev. Fabrica S. Petri, quæ licet in prima instantia usque de anno 1642. succubuerit, tamen appellatio, & revisio sententiæ tunc latæ, pluribus actis non collusivis, sed satis seriè, & validè renovatis, revocationem adhuc minatur, ut in *Sum. Marchionissæ n.8.* nec non ex ejusdem Sfortiæ Testamento promanabat, quod ille sua bona subjecit, & consequentèr etiam loca Montium, de quibus loquimur, fideicommisso progressivo etiã in exteras Fa-
21 milias. His autem suppositis, nequaquam erasse dici valet Peritus, si hujusmodi loca Montium hisce subjecta vinculis valutavit in scutis 60., & non in currenti pretio scutorum 119. juxta ea, quæ advertit *De Luc. de regal. disc.30. num.9.*

Absque eo quod obstare valeat, quod Marchionissa illa vendiderit uti libera, exindeque retraxerit pretium scut.119 pro quolibet. Id enim ita contingit, non quidem, quia illa essent verè libera, sed quia ipsa remansit cum omnibus suis bonis obligata de illorum evictione, tum ex lite cum Fabrica, tum ex fideicommisso Sfortiæ, & quamquam
22 Marchionissa Venditrix non spoponderit expressa stipulatione Emptoribus illa in pristinum reducere secuta evictione, tamen eamdem obligationem tacitè contraxit, quia in contractu venditionis, etiamsi desit expressa obligatio evictionis, subintrat obligatio tacita, quàm habet Venditor de Jure, & ex natura contractus, *Bald. in leg. pacta conventa ff. de contraben. empt.* cum aliis relatis, *dec.163. num.32., & seq. par.19. rec.*
23 At verò removeri in omnem casum visa est quælibet difficultas ex facti animadversione, quod augumentum hujusmodi pretii locorum Montium à scutis 60. vel 70., quanti fuerunt valutata à Perito ad sc.119., quanti æstimari illa debere prætendit Actor, ascenderet ad sc.3276., & tamen Marchionissa ab eodem Perito declarata reperitur Creditrix majoris summæ scutorum nempe 3200. præter viduitæ, quod cæteroquin aliquam promereri posset æstimationem, & sic semper superest majus creditum ejusdem Marchionissæ, per quod repelli deberet Actor à petita immissione, etiamsi partita pretii horum locorum Montium juxta prætensionem augeretur.

Descendendo nunc ad postremam quæstionem, quæ respicit bona Montia Alphini gravata à Roberto speciali Primogenitura in executionem maternæ dispositionis ad cognoscendam subsistentiam hujus gravaminis in dictis bonis, tota Inspectio restringitur ad firmandam quantitatem dotis illius Matris, Marchionissæ scilicet Eleonoræ, & Domini procedentes eum sensu præcedentium decisionum, iterùm responderunt hujusmodi dotem ascendisse ad sc.10000.
24 Quamquam enim pro suadenda longè mino-

minori quantitate scutorum 2500. plura deducerentur pro parte Ducis, seu ejus hæredis, præsertim ex Apoca promissionis firmata publico quietantiæ Instrumento anni 1633 post reportatam solutionem vigore mandati executivi, necnon consentanea enunciativa facta in ordine solutionis expedito per organum Congregationis Baronum, atque in Chirographo Pontificio, ubi permittitur venditio Castri Licentiæ, ex cujus pretio inter Creditores dimittendos numeratur Dos Eleonoræ pro sola quantitate scut. 1500., adhuc argumenta ex his actibus eruta, & repetita, dictam quantitatem hujus dotis perstringere visa non sunt, cum non concludant, & coarctent, quod Dos in majori postea quantitate non valuerit constitui, & non fuerit constituta, ut demonstrant certiora argumenta promanantia in specie ex geminis confessionibus ipsius Marchionis Vincentii Viri, & fideicommittentis, quas
25 Fideicommissarius ab eo causam habens, & omne Jus deducens impugnare non valet, ut latè probat utraque decisio *R.P.D. mei Herrera, prima §. Inter multiplices, & secunda §. Primogenialem*, & firmat *Rota dec.548. num.4. cor. Cerro, & in Romana Pecuniaria 6. Junii 1701. §. Et demùm coram bo. me. Muto*.

Neque istæ confessiones dici poterant incertæ, & vagæ, aut æquivocæ circa ejusdem dotis quantitatem, quam imò in albo Marchio Vincentius in actis, unde eruuntur eædem confessiones, valuerit relinquere. De hac enim circumstantia nulla datur pro-
26 batio, & imò certitudo quantitatis satis præcisè convincitur, ex quo idem Marchio Vincentius per hæc verba locutus est *scudi 1000. moneta avuti da Signori Vrsini a conto della prima paga per la dote da pagarsi da detti Signori Vrsini scudi mille l'anno in dieci anni* - quæ verba non possunt esse magis specifica, cum scuta mille per decem annos solvenda faciant juxta regulas aritmeticæ quantitatem scutorum decem millium.
27 Eoque fortius dictæ confessiones viri probare debent, quia consimilis concurrit confessio etiam Ferrantis Ursini Debitoris ejusdem dotis, qui in deposito ratæ illius dixit - *à conto della prima paga per la dote da pagarsi scudi mille l'anno in dieci anni*. Hisque Confessionibus, tùm debitoris, tum viri accedunt alia argumenta ducta ex Testamento paritèr viri, quidotem restitui mandat absque ulla restrictione, ex productione Instrumenti dotalis, seu mandati Procuræ ad constituendam dotem in dicta quantitate scut. 10000. exarati, ex derogatione Sixtinæ ab utroque Conjuge expeditæ cum expressione ejusdem summæ; Et demum ex libris
28 Domus de Nobilibus, in quibus Eleonora sese, mortuo viro, constituit Creditricem talis quantitatis cum quarto illi correspectivo, quæ omnia conspirant in plenam probationem, quod Dos Eleonoræ in tanta quantitate consisteret, juxtà plenè firmata in præcedentibus Causæ decisionibus cor. R.P.D. meo Herrera, & bo. me. Ansaldo.

Concurrentibus his, & quidem multiplicibus, certisque argumentis pro stabilienda quantitate d. Dotis in sc. 10000., quæ sanè argumenta non poterant omnia, & singula, tàm facilè præsumi fraudolenta, & collusiva, ut opponebatur pro parte Fideicommis-
29 sarii, parum obstare poterant alia argumenta pro minori quantitate deducta, quia non solum, ut diximus, remanent æquivoca, sed etiam quia concurrentibus hinc probationibus illæ præferuntur, quæ fortiores, & magis perstringentes dignoscuntur, juxtà firmata *in dec.755. n.16., & dec 962. num.3. cor. Coccin. dec 799. n.1. cor. Cerro, decision.251. n.63. cor. sa. me. Alex. VIII., & dec.2. n.9 par.19. rec.*
30 Posita autem constitutione dotis Eleonoræ in recensita quantitate, superfluum erat examinare oppositiones deductas circa ejus solutionem, quia ultra temporis lapsum, omnium acquiescentiam, descriptionem in libris, ut dictum est domus de Nobilibus, concurrebat præceptum ejus, restitutionis in Testamento viri, qui demandando restitutionem, videtur fateri præcessisse solutionem,
31 nec Fideicommittentis præceptum, & confessionem licet Fideicommissario impugnare, ut supra firmatum est §. *Quamquam*.

Postremo Domini advertebant, quod favore Marchionissæ fuor obligata omnia jura Ducissæ Annæ Mariæ Sannesię vigore transactionis cum ea initę, in qua fuerunt eidem Marchionissę cessa, & assignata bona controversa pro suis dotibus, Competeret autem Ducissę Annę Marię tertia pars bonorum Fideicommissariorum, tanquam uni ex vocatis ad hoc fideicommissum Vincentii de Nobilibus, & propterea ex hujus Juribus rectè D. Marchionissa Lucretia pollet, si quod superaret dd. suas dotes, retinere ex bonis Fideicommissi ex persona Ducissę suę favore obligatę, juxtà ea, quę ponderat utraque decisio R.P.D. mei Herrerę §. *Si alii*.

Et ita relativè ad allegatas præcedentes decisiones responsum fuit utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SUPER DOMINIO.

Ven. 17. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Loca Montium in hereditate Mulieris Nobilis reperta an dici debeant ex mulieris pecuniis comparata, vel potius de pecunia ipsius viri, & in causa restitutionis dotis ab eadem muliere appropriata.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum sine læsione adversus rem judicatam non datur.*

2 *Loca Montium pertinere ad uxorem probatur ex confessione viri seriò emissa, & examine testium juris præsumptioni addito, quæ omnia si uti singula id concludunt, à fortiori simul unita.*

3 *Pri-*

3 *Privignus nobilis non præsumitur obsequii causa erga novercam mendicare voluisse ob illius divitias, & ex hac causa obsequium simulasse.*

5 *Loca Montium à Muliere nobili adepta non possunt dici ex pecuniis viri, ex quo illa claves scrinii detinuerit; quando talis probatio ex dicto testium deducta æquivoca redderetur, qui non excluderent easdem pecunias sub titulo expensarum ad manus mulieris pervenire potuisse.*

6 *Loca montium de hæreditate viri originaria, & in mulieris hæreditate reperta præsumuntur ab ista capta in causa restitutionis suæ dotis, quando in capitulis matrimonialibus eligendi facultas data fuisset mulieri in casu præobitus viri.*

DECISIO MCCXXIII.

Diuturnum fuit litigium super Dominio Locorum Montium repertorum in hæreditate Ducissæ Eleonoræ Pyemontellæ de Cajetanis, & ab ipsa in diversas pias Causas in ultimo elogio distributorum, inter Domum Cajetanam sustinentem, illa pertinuisse ad Ducem Franciscum ejusdem Eleonoræ Virum, & legatarios contendentes, illa Jure proprij Dominij acquisita, & possessa fuisse per eorum Auctricem; sed nonminùs in prima instantia, quæ agi cæpit coram A.C. per Sententiam Reverendissimi P.D. mei Aldovrandi, inibi summa laude Locumtenentis munus tunc exercentis, Domus Cajetana succubuit, sed etiam reassumta Causa ad Tribunal R. Fabricæ ob ejus interesse, conformia prodierunt Judicata, primum à R. P. D. Sinibaldo Judice Ordinario, & secundum (quod in ordine tamen fuit tertium) à clar. mem. Cardinali Spinula, qui procedens, ex rescripto Sacræ Congregationis cum Voto nostri Tribunalis evulgato præviis decisionibus editis 3. Junii 1711. coram bon. mem. Molines, & 11. Januarii 1715. coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, declaravit contra eandem Domum Cajetanam *constare de duabus conformibus*.

Reclamavit iterum adversus hæc tria Judicata in eadem Sacra Congregatione R. Fabricæ D. Dux D. Michael Angelus Cajetanus, sed non potuit obtinere, nisi commissionem in devolutivo signari cum clausula *sine præjudicio*, quæ cum fuerit alteri ejusdem Congregationis Eminentiss. Cardinali directa, Eminentissimo scilicet Corsino cum voto Rotæ, hinc factum extitit, ut ad exquirendum rursus votum Rotale dederim dubium -- *An constet de re judicata, seu potiùs de Causis restitutionis in integrum* -- Cumque illud proposuerim in hodierna Audientia, responsum habui, dicto D. Duce non informante, sed in contemporaneo dubio super ejus creditis insistente, ad obtinendam saltem eorundem Locorum Montium

1 retentionem: *Constare de re judicata*, quæ, concurrente validitate, & Justitia præcedentium Judicatorum, propter quas deficit omnis ipso, quæ è contrario viam sternat restitutioni in integrum, canonizari omninò merebatur, ex firmatis *in Melevitana fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Concurrentibus, coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, in Bononien. fideicommissi de Ghisleri super re judicata 28. Aprilis 1719. §. Quoniam coram bo. mem. Ansaldo, & in Romana Pecuniaria, seu fideicommissi de Martellis 11. Martii 1720. §. Ratio coram Me*.

Porrò validitas emergebat ex actis; Justitia verò resultare videbatur ex decisionibus mox enunciatis, quæ in præcedenti instantia prodierunt coram bo. me. Molines, & Eminentissimo Domino Cardinali Scotto, in

2 quibus tùm ex juris præsumptione, tum ex Testium formiter examinatorum dicto, tum etiam ex duplici confessione Ducis Francisci Viri, plenissimè comprobatur, loca Montium controversa pertinuisse ad Ducissam Eleonoram Testatricem. Et hujusmodi probationum genera certò certius hujusmodi pertinentiam & dominium ejusdem Ducissæ apta erant ostendere, non tantùm si singulariter ponderarentur, quam si simul, & invicem conjuncta, ut præsertim in probatione dominii fieri debet, *Mascard. de probat. conclus. 535. num. 5. Rot. dec. 865. num. 1. coram Cerro, dec. 171. num. 4. coram Emerix Juniore, & in Romana Pecuniaria, seu fideicommissi de Martellis §. Nequaquam cor. Me*.

3 Absque eo quod è contrario dici posset, Dominium Ducissæ in dictis Locis Montium fuisse simulatum, ut filius Ducis ex primis nuptiis ad obsequia Novercæ alliceretur. Qualitas enim Personarum suspicari non sinit, quod obsequij causam mendicare voluerint à divitiis, & quidem confictis, ac simulatis; immo potius cum non concurrant ulteriores hujus simulationis conjecturæ,

4 neque certior illius causa, standum est prædictis probationibus suadentibus ideò loca Montium fuisse in Ducissæ personam adscripta, & in ejus dominiũ translata, quia ita sese veritas, & sinceritas actus haberent, juxta deducta in utraque decisione præcedentis instantiæ, in prima scilicet §. *Quin ad elidendum, & in secunda §. Constabilito*.

5 Nec turbant dicta Testium pro parte Domus Cajetanæ alias ponderata in contrarium, deponentium scilicet, quod Ducissa eadem Loca Montium emerit ex pecuniis, quas Vir à Regno Siciliæ asportaverat, quodque illa falsa fuerit, consignando pecunias in emptionem eorundem locorum. Quia satisfaciunt huic objecto præcedentis Causæ decisiones; animadvertendo, quod iidem Testes asserunt, clavem capsulæ, ubi asservabantur à Duce pecuniæ per illum semper fuisse retentam, quodque verba Ducissæ in consignatione pecuniarum relata à dictis Testibus sunt æquivoca, & possunt referri ad originariam provenientiam earundem pecuniarum; neque excludunt, illas in Ducissæ Domi-

Dominium transivisse titulo expensarum Cameræ, vel alio, propter quem propriæ illius effici subinde potuerint, ut latè præsertim explicat decisio b.m. Molioes §. *Tam etiam*. & §. *Quinimmò*.

Ad quam sanè decisionem, non minùs, ac ad aliam Eminentissimi D. Cardinalis Scotti, plenariam DD.relationem habuerunt quoad responsiones latè ibi adductas ad cætera objecta respicientia unumquodque ex argumentis pro dominio Ducissæ suprà relatis, nec non quoad illam quoque postremam animadversionem quod juxta pactum expres

6 sum in Capitulis Matrimonialibus, dissoluto Matrimonio, liceret Ducissæ eligere quævis Bona Viri pro suis creditis, itaut cum illi plura de facto credita in Viri hæreditatem competerent, potuerit dicta Loca (etiamsi in omnem casum ad Virum spectassent) vigore dicti pacti in causam suorum creditorum præeligere, & de iis, uti propris successivè disponere, & censeatur de facto præelegisse, dum disposuit, ex firmatis *in Ferentina Bonorum 3. Julii* 1708. §. *Vindicata coram Me*, aliisque juribus probat decisio 11. Januarii 1715.§.*finali coram Eminentissimo D.Cardinali Scotto*.

Et ità Legatariis informantibus, D. verò Duce in alio dubio super Creditis retentionem inutiliter exposcente, dum etiam respectu illorum succubuit, responsum extitit &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SUPER FRUCTIBUS DOTALIBUS ET REDDITIONE RATIONIS.

Veneris 17. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Ex Viri acquiescentia dos exacta præsumitur, & quæ sint conjecturæ, & argumenta, ex quibus talis præsumptio satis remaneat adminiculata, præsens enarrat decisio.

Vir habet mandatum procuræ à lege pro exigenda dote, & in mulieris præjudicium non potest dotis exactionem negligere; imo de proprio pro non exacto ex propria culpa tenetur favore uxoris.

Uxor ut teneatur ad reddendam rationem de bonis viri, non satis est, quod reperiatur simplex præstitisse auxilium viro super gerenda administratione de re familiari, sed concludens requiritur probatio, quod independenter à Viri Ministris se in administratione immiscuerit.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum adversus rem judicatam justam, in qua læsio, & dolus non reperiantur, non datur*.

2 *Mulier præjudicio non afficitur ex negligentia, & culpa viri dotem pro missam exigere negligentis*, & num.c.

3 *Dos super regiis arrendamentis constituta ex quibus à viro præsumatur exacta*, & num.6. & 16.

4 *Vir præcisivè etiam ab effectiva rerum dotalium traditione dicitur legittimus administrator bonorum uxoris, habetque mandatum à jure ad exigendũ fructus dotales*.

6 *Dos super regiis arrendamẽtis à muliere constituta, à Viro præsumitur exacta, ex quo una cum uxore Procuratorem ad eam exigendam constituisset*.

7 *Amplia, quando tale mandatum suum habuisset effectum, & Procurator effectivè exegisset summam considerabilem*.

8 *Vir si pecunias dotales à suo, & uxoris Procuratore exactas penes uxorem reliquisset & ista pænes se retinuissent, censetur in satisfactionem* delle spill *à viro debitam, recepisse*, & vide casum.

9 *Dos in stabilibus constituta, effectiva traditio probanda est, ad hoc ut ex viri patrimonio repeti possit*, & quid si in mobilibus.

10 *Cessio favore Viri legis ministerio inducitur, quando mulier se dotans exprimit, & individualiter assignat nomina debitorum, indigitando loca, & proventus, ex quibus dos per virum sumenda est*, amplia ut in num se.

12 *Dotis traditio probatur ex capitulis, & illius æstimatione in istis inserta*.

13 *Dotis traditio sequta in argentis probatur, ex quo in capitulis viro fuisset vetita illorum distractio*.

13 *Fructus dotis infructiferæ peti nequeunt à viro, quando de constitutione sic facta contentus extitisset*.

15 *Uxor, quod distraxerit gemmas dotales ex venditione generica gemmarum non concluditur, quando gemmas etiam extradotales habuisset, cum sola in contrarium possibilitas sufficere possit, ne probatio dicatur concludens*; amplia ut in num.17.

16 *Dos præsumitur exacta ex silentio viri donec vixisset, & ex quo mulierem à redditone rationis liberasset*; & ex quibus aliis.

18 *Uxor non potest quæri de redditione rationis administrationis gestæ super bonis viri, ex quo simpliciter manus porrexisset adjutrices æconomico rei familiaris gubernio, & non independenter à viri Ministris se gessisset*, amplia, ut in num.21.

19 *Redditio rationis ut peti possit, probanda prius est præcedens administratio gesta per illum, à quo postulatur*.

20 *Administratio penes uxorem non remanet probata ex sola retentione libri expensarum, cum illa ex actis æquivocis, & ad aliud referentibus non probetur*.

21 *Uxor, absoluta dicitur per virum à redditione rationis, tam de bonis dotalibus, quam de omnibus aliis viri bonis per eam administratis, si ille in testamento dixisset* -- l'assolvo, e libero da qualsivoglia rendimento di conti.

22 *Uxor liberata per virum à redditione rationis de suis bonis administratis, quando iste uxoris debitor decessisset, præsumitur sic suum debitum voluisse compensare*.

DECI-

DECISIO MCCXXIV.

POST obitum clar. mem. Ducissæ Eleonoræ Pyementellæ de Cajetanis, plures inter illius Legatarios, & clar. mem. Ducem Philippum de Cajetanis filium in prima nuptiis Ducis Francisci ejus viri insurrexerunt controversiæ, tùm super Dominio Locorum Montium in hæreditate ejusdem Ducissæ repertorum, tum super debito fructuum dotalium, tum super redditione rationis administrationis per eam gestæ in Domo Viri, tum denique super amotionibus rerum pertinentium ad Domum Cajetanam, & in omnibus Legatarii victores extiterunt, tam in prima Instantia acta coram A.C., quam in secunda, quæ fuit coram Judice Ordinario R. Fabricæ S. Petri, ad cujus Tribunal, ob ejus interesse, Causa in statu, & terminis reassumpta fuerat, atque etiam in tertia, quæ agitata extitit coram cl. mem. Cardinali Joanne Baptista Spinula cum Voto nostri Auditorii, juxta binas Decisiones super unoquoque articulo de more editas sub anno 1711. coram bo. m. Molines, & sub anno 1715. coram Emo D. Cardinali Scotto.

Adhuc verò à præcedentibus Judicatis reclamare non destitit D. Dux Michael Angelus Cajetanus, sed à Congregatione Rev. Fabricæ nonnisi *in devolutivo* signari reportavit commissionem -- *Alteri cum voto Rotæ*. Hinc delegata fuit Causæ cognitio Eminentissimo D. Cardinali Corsino, & ad exquirendum nostri Tribunalis Votum dedi Ego opportuna Dubia, juxta methodum servatam in anteacta Instantia, & in hodierna Rota assumptum est illorum examen, quæ respiciebant Dominium Locorum Montium, & credita D. Ducis ex fructibus dotalibus, atque ex redditione rationis deducta. Sicut verò quoad Dominium prodiit rescriptum -- *Constare de re judicata* -- juxta contemporaneam meam decisionem; Ita paritèr quoad fructus dotales, & redditionem rationis par fuit Dominorum Judicium, dum consimilitèr responderunt -- *Constare de re judicata* --

Resultabat autem res judicata ex validi-
1 tate non controversa præcedentium Judicatorum, & ex Justitia, quam ostendebant Decisiones, præcisè super his articulis editæ die 26. Junii 1711. coram bo. me. Molines, & 14. Januarii 1715. coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, quibus concurrentibus, exclusa itidem remanet quævis læsio, quæ præbere aditum è contrario possit restitutioni in integrum, ut præter allegatos in contemporanea Decisione super Dominio §. *Reclamavit*, dictum fuit *in Bononien. Fideic. de Marsiliis 23. Junii 1719. §. Cum enim cor. Me.*

Et sanè, quantum attinet ad primam quæstionem fructuum dotalium, eorum scilicet, quos sibi deberi ex persona Ducis Francisci viri Ducissæ Eleonoræ D. Dux hodiernus Legatariorum Contradictor prætendebat ex ea Dotis quantitate, quæ constituta fuit super Regiis Arrendamentis, quibus ex munificentia glor. mem. Philippi Quarti Hispaniarum Regis fruebatur eadem Ducissa, fundamentum sub quo DD. illos non deberi responderunt, iterum stetit in eo, quod aut Vir, constante Matrimonio, dictos redditus exegit, & res acta
2 est, aut non exegit, & sibi, non Uxori imputare debet, si cum posset, & deberet, exigere tamen neglexit, cum non debeat Uxor ex Viri negligentia detrimentum sentire, ut per *Text. in l. Cum Dotem 71. ff. de Jur. Dot.*, & *in l. Ob res ff. de Pact. Dotal.*, firmarunt laudatæ hujus Causæ Decisiones, prima § *Non enim cor. bo. me. Molines* & secunda §. *primo coram Eminentiss. D. Cardinali Scotto*.

Frustra vero iterum revocabatur in con-
3 troversiam effectiva traditio, vel eorumdem assignamentorum, vel saltem documentorum & recapitorum, quæ fuissent pro exactione necessaria, & opportuna. Quippe quia specialis litera constitutionis ipsius Dotis taliter sonat in effectivam traditionem, ut quidquid esset in aliis terminis simplicis promissionis Dotis, non videatur in ejusdem traditionis implementum aliud requiri posse, quam quod eadem traditio facta à Persona, quæ se ipsam dotabat, subsecuto Matrimonio, ratificaretur, & confirmaretur, verba sanè Capitulorum ista sunt -- *Ha da portare, e porta a questo Matrimonio per beni dotali suoi, che sempre abbino, e godino di questo privilegio, li seguenti* -- Unde cum post verbum illud *porta* præsentis temporis actum significans, subsequatur specifica descriptio bonorum dotalium, & inter illa etiam assignamentorum Regiorum, de quibus agitur, inde sequitur, quod vel traditio documentorum, & recapitorum pro exactione reddituum in dotem apportatorum præsumi debeat effectivè secuta, vel quod non esset necessaria, cum d. assignamenta resultarent ex Regiis Diplomatibus custodiri solitis per Officiales ad id deputatos, itaut pro illorum exactione satis foret Duci Francisco Viro
4 exhibere Capitula matrimonialia, quibus mediantibus ipse dici debebat constitutus legitimus Uxoris Procurator ad illa exigenda, juxta ea, quæ firmat *Dec. bo. me. Molines §. Siquidem*, & confirmatoria Eminentissimi Scotti §. *Inutili*; ubi quod etiam præcisive à traditione effectiva rerum dotalium, Vir est legitimus Administrator bonorum suæ Uxoris, habetque mandatum ad exigen-
5 dum fructus dotales à Iure, itaut si non exigat negligentia, & culpa omissæ exactionis in eum transfundatur, ex deductis per *Cenc. de Cens. q. 72. n. 23.*, & *Card. de Luc. de dot. disc. 163. n. 1.*

6 At non indiget hæc controversa traditio ulteriori comprobatione, dum habemus factum, & observantiam ipsius Ducis Francisci illam demonstrantem. Ipse enim una

cum Ducissa Eleonora Uxore constituit Pro-
curatorem ad exigendum Arrendamenta
In dotem tradita, quando tamen si illa effe-
ctivè non consignasset, satis fuisset manda-
tum Ducissæ, cui a Rege fuerant assignata:
unde ne dicatur hic actus constitutionis Pro-
curatoris elusorius, concludendum est, quod
tradita vere, & realiter fuerint dd. assigna-
menta, vel illorum documenta, & recapita.
7 Eoque magis, quia etiam d. Procurator ta-
liter constitutus notabilem exegit quantita-
tem scut. 34. mil., & ultra, unde nullus le-
gitimæ facultatis, & habilitatis exigendi de-
fectus in Duce Viro considerari amplius va-
let, si mandatum ab eo pro exactione datum
mediante effectiva exactione, effectum suum
sortitum est, ut arguit una cum aliis in de-
cisionibus allegatis *Rota in Asculana do-
tis 15. Junii 1700. §. Cæterum, & seqq. co-
ram Reverendissimo dell' Olmo, & in Por-
tuen. Salviani 6. Maii 1707. §. Deficit cor.
bo. me. Omanna.*

Non obstat, quod pecuniæ per d. Procu-
8 rem exactæ non ad Viri manus pervenerint
sed Ducissa Eleonora sibi imbursaverit, itaut
inde ostendatur traditionis rerum dotalium
ineffectuatio, cum ad Virum, qui Matri-
monii onera sustinebat, debitæ illæ omninò
fuissent, si non fuissent nomine, & autho-
ritate tantum Ducissæ exactæ. Quandoqui-
dem jam certum est in facto, quod manda-
tum ad exigendum fuit etiam à Viro tradi-
tum, & non à sola Uxore: certum est item,
quod Ducissa non jure proprio, sed vigore
Crediti, quod habebat erga Ducem Virum
ex causa menstruæ præstationis, ut dicitur
delle Spille, reservatę in Capitulis matrimo-
nialibus, cum expressa conventione, quod
possent exigi ex bonis in dotem traditis, eas-
dem pecunias à Procuratore exactas specifi-
cè recepit. Idem propterea est, quod exa-
ctum in Viri manus pervenerit, ac quod in
liberationem Viri cesserit pro credito, ad
quod ipse omnino tenebatur: semper enim
in his terminis dictæ pecuniæ cesserunt in
commodum ejusdem Viri, qui si non rece-
pit, cum eis à præfato debito liberatus est,
& ideo est idem, ac si recepisset, ex iis,
quæ in paribus terminis firmat *Rota dec. 699.
n. 1. cor. Cerro, & dec. 657. n. 9. p. 19. rec. to. 2.*

Minus refert, quod hujusmodi Regia Ar-
9 rendamenta reputentur ad instar stabilium,
& rerum immobilium, quorum respectu con-
cludens probatio requiritur positivæ consi-
gnationis, & traditionis documentorum
pro iis vindicandis à debitore. Auctorita-
tes enim ad hęc firmanda deductæ, proce-
dunt quidem in suis terminis, & casibus præ-
10 sumptę, & tacitę assignationis: secus vero
esse debet in hypothesi, in qua per Mulie-
rem sese dotantem facta est expressa; & in-
dividualis assignatio nominum debitorum,
indigitando loca, gabelias, & proventus,
ex quibus illa desumenda erant: tunc enim
ministerio legis inducitur cessio favore Viri,
sicut inducitur favore Emptoris, vel Dona-
tarii, *ad text. in l. 1. Cod. de Act., & oblig.,
Olea de Cess. jur. tit. 4. in Miscellan. n. 7., Ro-
ta cor. Coccin. dec. 60. n. 5. vers. Nec visum
11 fuit cum seqq.* Maxime vero id procedit,
attenta natura horum assignamentorum, pro
quibus non erat possessio capienda alicujus
fundi, vel rei, sed satis erat exhibere ipsa
capitula Matrimonialia, & Donationes Re-
gias factas Uxori, juxta ea, quę superius ad-
notavimus §. *Frustra.*

Hęc eadem omnia procedunt etiam res-
pectu ejus partis dotis, quę consistit in joca-
libus, & Argentis pro summa scutorum 20.
mil., immò potiori jure excluditur respectu
illius pretensio fructuum. Nam ultra quod
12 effectiva traditio resultat ex litera Capitu-
lorum, juxta verba supra ponderata, & alia
inibi expressa circa secutam per Peritos
concorditer electos eorum æstimationem,
quę pariter ostendit realem traditionem, ut
firmat *Rot. dec. 6ta. n. 5 cor. Emer. jun.*: nec
non ex testibus hinc inde adductis, depo-
nentibus a Ducissa fuisse allatam in Domum
Viri longe majorem quantitatem Gemma-
rum, & Argentorum, quàm promissa in ca-
pitulis prędictis, ipsumque Ducem promis-
cue iis quotidie usum fuisse, advertendum
13 est, quod in Capitulis sępe memoratis quoad
eadem jocalia, & Argenta conventum exti-
tit, ea non posse per Virum alienari (& hinc
aliud argumentum traditionis resultat, nam
si tradita non fuissent, superflua, & inutilis
fuisset hæc prohibitio) immo stare semper
14 deberent pro fundo dotali, & hinc validissi-
me arguitur, quod si Vir ipse contentus fuit
fundo dotali infructifero, quo jure ex eo
fructus dotales petere potest, ex firmatis,
præsertim in secunda Decisione Causę 14. Ja-
nuarii 1715. §. *Majori cor. Eminentiss.mo
D. Card. Scotto*; quicquid disputari posset,
si ob non secutam traditionem Vir coactus
fuisset esse in damno emptionis consimilium
Jocalium pro usu Uxoris, in quibus terminis
disserunt Doctores pro D. Duce allegati, &
signanter *de Luca de dote disc. 161. n. 13. vers.
Verũ Leotardus.*

15 Absque eo quod obstare valeat, eamdem
Ducissam alienasse aliqua jocalia, durante
matrimonio, & de iis disposuisse, juxta te-
stiũ dicta hodie repetita. Nam ex aliis Testi-
bus, & documentis convincitur, Ducissam
non possedisse Jocalia pro summa dumtaxat
scutorum 20. mil., sed in longe majori sum-
ma, & immò etiam post contractum matri-
monium alia non modicę estimationis ad
eam obvenisse, presertim ex plurium Ma-
gnatum largitione, dum esset Siciliæ Pro-Re-
gina. Et sic argumentum ductum ex aliena-
tione nihil concludit, cum possit alienatio
verificari in aliis Jocalibus preter dotalia,
nec probat hoc esse, quod ab hoc contingit
abesse, juxta animadversa *dec. 604. nu. 3, &
decis. 738. n. eod. cor. Cerro, dec. 469. n. 15., &
dec. 530. n. 10 p. 19. rec.*

Cæterum in plenariam exclusionem hujus
crediti fructuum dotalium recurrunt omnes
illæ

illæ ani madversiones, de quibus in præcedentibus Decisionibus, quod scilicet de traditione rerum, & bonorum dotalium, in quibus major pars Dotis Ducissæ Eleonoræ consistebat, non adest ulla dubitatio, quod
16 Dux Franciscus Vir, durante matrimonio per 22. annos, nunquam de non secuta consignatione promissæ conquestus est, neque unquam petiit fructus postmodum prætensos ab ejus successoribus, quodque hic è contrario in suo testamento non solum hæredi iniunxit solutionem omnium, & singulorum fructuum decursorum, & decurrendorum Locorum Montis Sermonetæ, sed etiam illam absolvit à quavis redditione rationis, ut infra, atque eidem hæredi interdixit, ne ullam ei molestiam inferret, etiam in casu, quo *anche fosse tenuta*. Quæ sane omnia juncta præmissis ponderationibus, simulque perpensa, strictè concludunt, Dotem integrè Viro fuisse traditam, fructus, prout debebantur fuisse exactos, & agnovisse illum, si quos non potuit exigere, quod adhuc Uxor ad eos præstandos non tenebatur, ut dictum fuit, signanter in decisione 14. Januarii 1715. §. *Demum, & seq. cor. Eminentissimo D. Cardinali Scotto*, in qua etiam satisfit obiecto ducto ex inefficacia remissionis fructuum dotalium ob præjudicium filiorum, quia præcise hic non agitur de inducenda remissione, sed de interpretanda exactione, & inducenda præsumpta solutione.
17 Ea demum omnia, quæ inferebantur ex ingenti quantitate relictorum, de quibus disposuit Ducissa Eleonora, ferè ad scuta 100. mil. ascendentium, nequaquam ad rem facere visa sunt, eo ipso quod verè illa de proprio tantum habebat, ut longè ultra præfata relicta superaret. Recuperaverat enim ex lite diu actitata in Hispaniis bona annui redditus scutorum 4000, possidebat, ultra Jocalia, & argenta in dotem assignata pro scutis 20. mil., alia plura Argenta, conspicuasque Gemmas sibi donatas à Primariis Europæ Principibus, & occasione muneris Proreginæ in Sicilia acquisitas; scuta 34. mil., & ultra in causam expensarum suæ Cameræ exegerat, & adhuc scutorum 8500. creditrix remanebat, & alia habebat credita adversus hæreditatem sui Viri, tùm fructuum Locorum Montis Sermonetæ, tùm donationis propter nuptias in summa scutorum 16. mil. sibi factæ ab eodem Viro, haut omnia argumenta ducta ab excessivitate dispositionis prædictæ ex facto corruerent.
18 Hine descendendo ad secundam quæstionem redditionis rationis, DD. censuerunt, ritè, & rectè fuisse ab illa absolutam Ducissam, & ejus nomine Legatarios, quia non constat de ulla administratione ita gesta, ut ad hanc redditionem rationis obliget; dum licet verè Ducissa manus porrexerit adiutricea gubernio œconomico rei familiaris sui Viri, ut Uxorem decebat, tamen nunquam illa rem domesticam contrectavit independenter à Viro, ejusque Ministris, neque etiam generaliter super omnibus sese immiscuit; ac de facto ita deponunt Testes ab utraque Parte deducti, & ita fatetur ipse Vir in suo Testamento, ibi -- *Avendo ciò fatto di mio consenso, e volontà* - Deficit
19 ergo fundamentum administrationis ad petendam redditionem rationis omnino verificandæ, ex firmatis *dec.*869. *n.*1.*cor. Emeritis jun.*, *in Romana Pecuniaria* 20. *Jun.* 1707, §. *Indebita cor. bon. me. Omanna, & al. in relatis in dec.*26. *Iunii* 1711. §. *Deveniendo cor. bo. me. Molines.*

Absque eo quod subsistat in facto, ut ho-
20 die obijciebatur, quod Ducissa hujus suæ administrationis librum retinuerit, quæ retentio libri illam verè designet Administratricem. Qualitas enim libri removebat obiectum, cum esset liber simpliciter destinatus ad memoriam nonnullarum particularium expensarum, & acquisitionum, & sic nullatenus concernebat suppositam administrationem, ad quam tamen probandam actus æquivoci, & ad aliud referibiles non attenduntur, ut in specie firmat *Rota dec.* 421. *n.* 21. *cor. Card. Cerro.*

Defectui actionis ex non probata admini-
21 stratione resultanti, accedit expressum Ducis Francisci Viri præceptum, quod peti non posset à Ducissa quævis redditio rationis non simpliciter scrupulosa, sed legalis quomodolibet, & ad quam de stricto illa jure teneri potuisset ibi -- *quando anche fosse tenuta* -- & hæc liberatio à reddenda ratione non respicit tantum bona dotalia, eorumque redditus, sed est generalis, & indefinita, prout indefinitionem, & generalitatem important verba subsequentia - *l'assolvo, e libero da qualsivoglia rendimento de conti* -- quæ ad dd. tantum bona dotalia restrictionem pati non possunt, *Rota dec.*616. *nn.* 7. *cor. Cerro, dec.*16.*n.*7., *& dec.*35.*n.*5.*p.*18., *& dec.*615.*n.*3.*p.*19.*rec.*

Nec postremo omittendum, quod in om-
22 nem casum Ducissa erat creditrix Viri ingentis summæ pro annualitatibus sibi promissis in Capitulis matrimonialibus, & non solutis; unde quodcumque esset Viri, ejusque hæreditatis creditum, vel extinctum, vel compensatum remanebat, ut concludunt Decisiones super hoc articulo editæ cor. bo. me. Molines, & Eminentissimo D. Cardinali Scotto, utraque §. *finali*. Ad quas sane decisiones in ordine ad plura alia obiecta iterum repetita, plenariam DD. relationem habuerunt.

Et ita utraque Parte &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SUPER AMOTIONIBUS.

Lunæ 20. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Exceptio rerum amotarum rigorosas requirit probationes, & quæ sint extrema probanda, & quid, loquendo de Matrona nobili, & divite, quæ si gemmas alienasset, & quampiu-

plurimas extradotales possedisset, istas venditioni exposuisse præsumenda est, & non illas ad Virum spectantes.

In dubio pro exclusione delicti semper standum est, & testes crimen excludentes istud affirmantibus præferuntur: juramentum falsum à nobili persona non præsumitur prolatum.

SUMMARIUM.

1 *Actio proposita in judicio rerum amotarum probationes certas, & concludentes requirit, cum de delicto sapiat.*

2 *Materia objectiva est rigorosè probanda etiam in judicio civili*, & n.4.

3 *Amplia in judicio criminali.*

5 *Exceptio rerum amotarum super gemmis per hæredes Viri objecta mulieri, probationem requirit, quod gemmæ ad Virum pertinuerint, postque Viri obitum ad Uxoris manus pervenerint.*

6 *Exceptio rerum amotarum hæc requirit extrema, pertinentiæ rei ad Virum, adsportationis, seu occultationis illius factæ per Uxorem, seu saltem ejusdem rei delationis, & permanentiæ in manibus Uxoris.*

7 *Exceptio rerum amotarum validè non probatur, ex quo Uxor notta, & sive scientia hæredis Viri aliò gemmas transferre fecerit, quando ultra gemmas dotales, extradotales etiam possedisset, super quibus amotio verificari potuerit*, & vide rationem in n.8, ac de Muliere nobilissima intellige, ut in n.9.

8 *Interpretatio delicti exclusiva, & fraudis, potius capienda est, quàm alia, quæ contra delictum suadeat.*

9 *Exceptio rerum amotarum non potest opponi adversus Mulierem ditissimam & nobilissimam Matronam, quæ in pias causas pinque suum patrimonium distribuisset.*

10 *Testes excludentes crimen, & adminiculati, aliis testibus delictum probantibus præferendi sunt*, ad terminos præsertim exceptionis rerum amotarum.

11 *Exceptio rerum amotarum non potest objici Mulieri per Virum in testamento laudatæ, & in creditricem pro annualitatibus non solutis recognitæ.*

12 *Amplia, si in descriptione bonorum, & suorum mobilium de domo Viri ad propriam translatorum se fideliter gessisset, eadem accuratè describendo.*

13 *Subamplia, si positiones ex parte hæredis Viri ei datas amotionem articulantes, denegasset*, & vide rationem.

15 *Juramentum præstandum non est, quando corruit subjectum, super quo sit iurandum, & dolus deficeret.*

16 *Peritus non est eligendus si corrueret materia, super qua deberet referre.*

DECISIO MCCXXV.

Approbari meruit in anteacta audientia res judicata promanans favore Legatariorum Ducissę Eleonoræ Pyementellæ de Caietanis, ex tribus uniformibus judicatis, evulgatis tam super Dominio Locorum Montium, quæ sunt in controversia, quàm super fructibus dotalibus, & redditione rationis adversus eandem Ducissam expetita ex parte Successorum Ducis Francisci Caietani illius Viri. Supererat modò agere de viribus consimilis rei judicatæ respicientis postremam quæstionem ab iisdem Ducis Viri Successoribus promotam super assertis amotionibus gemmarum, argentorum, & supellectilium pertinentium ad eundem Virum. Et hæc quoque res judicata resultabat tum ex Sententia lata à Rmo P. D. Aldrovando, dum in subselliis A. C. jus dicebat, tum ex alia Sententia lata in Tribunali Rev Fabricæ S. Petri à R. P. D. Sinibaldo; tum demum ex postrema judicato clar. mem. Cardinalis Spinulæ, qui etiam super his assertis amotionibus processit de Voto nostri Tribunalis edito ad formam decisionum evulgatarum die 26. Iunii 1711. coram bon. mem. Molines, & die 14. Januarii 1715. coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, & declaravit in omnibus *constare de duabus*, ac taxavit de more expensas. Cumque provocante D. Duce Michaele Angelo, de illius viribus in hac ulteriori instantia iterum agi contigerit, parem obtinuit à DD. per Me conflictis congruo dubio approbationem, mediante rescripto — *Constare de re judicata* — omnino concurrente, ob validitatem non controversam, & justitiam præcedentium judicatorum.

1 Quæ sanè justitia, circa quam erat omnis disputatio, indè resultabat, quod actio proposita in judicio rerum amotarum, in quo versamur, non est contenta quocunque genere probationum, sed illas requirit, quæ sint omnino certæ, & concludentes, ea ratione,

2 quia alienarum rerum amotio sapit delictū, & sic est materia objectiva, quæ rigorosè verificari debet, ut in specie firmat *Rot. dec.* 194. *n* 37. *p.* 18., *& dec.* 73. *n.* 1. *p.* 19. *rec.*, *& in Ferrarien. Legatorum* 19. *Aprilis* 1720. §. *Præterea coram R. P. D. meo Cerro.* Et hoc

3 etiam in judicio civili, & non tantum, ut in contrarium sustinebatur in judicio criminali;

4 in quo etiam in Civilibus ea, quæ delictum sapiunt, & ignominiam inducunt, exactam & plenam exigunt probationem, *Rot. dec.* 166. *n.* 13. *cor. Bich.*, *& dec.* 424. *num.* 20. *p.* 19. *rec. tom.* 2., ac de facto Rota in præallegatis decisionibus loquitur in terminis exceptionis rerum amotarum allegatæ in judicio civili, & non in criminali.

Tales autem non sunt illæ probationes, quæ tum respectu gemmarum, tum respectu argentorum deducebantur ex testibus, quia juxta animadversiones ad eorum dicta exhibitas in foliis ad partes distributis pro Legatariis, depositiones prædictorum Testium ad summum concludebant, quod Vir habuisset talia jocalia, & talia argenta, vel propria Domus Cajetanæ, vel ab ipso acquisita,

5 dum esset Pro-Rex Siciliæ, nec non quod Ducissa, dum viveret, dispofuerit de pluribus jocalibus titulo donationis erga suas Ancillas

cillas, vel Personas Religiosas, & tempore etiam suæ mortis distribuerit alia in alias personas, & signanter *il Tosone*, & *un Cintiglio*, ac demum quod vendiderit publicè, & palam Argentario libras tercentum argenti elaborati, & similia. Sed non indè rectè arguitur ad sufficientem amotionis probationem, dum à contrario in primis occurrebat, quod perstringendo eorundem testium dicta, non resultabat ex illis, quod ea jocalia, vel argenta, quæ asseruntur ad Virum pertinuisse, devenerint post ejus obitum ad Uxoris manus, vel quod illa, quæ pervenerunt ad ejusdem Uxoris manus, certè ad Virum, & non ad ipsam spectarent, id quod univocè concludere deberent Testes, ut ex eorum dictis probatio deduci posset
6 amotionis, juxta extrema illam verificantia, pertinentiæ rei ad Virum, & asportationis, seu occultationis illius factæ per Uxorem, seu saltem ejusdem rei delationis, & permanentiæ in manus Uxoris, ut explicat *Rot.dec.194.num.26.,27.,& 32., & dec.246. n.12.p.18.,& dec.73.n:3.& 14.p.19.rec.*, cum aliis relatis in prima decisione super hoc articulo edita 26.Junii 1711. §. *Huius autem, & seq. cor.bon. mem. Molines, & iis approbatis in allegata Ferrarien. Legatorum §. Atque sub hisce cor.R.P.D. meo Cerro.*

7 Ulterius verò confundantur horum Testium dicta, ex quo certum omnino est, quod Ducissa, & ipsa non modicæ quantitatis jocalia, & argenta, etiam ultra ea, quæ in dotem Viro assignaverat, tum priùs, quàm postea acquisita possidebat; undè, etiamsi juxta aliquos ex dictis Testibus, nonnulla argenta, & jocalia clandestinè, ac noctu sine scientia Successoris è bonis sui Viri aliò transportari fecit, potiùs quàm in sublationem rei alienæ fiat interpretatio, credendum, ac dicendum est, quod ita se gesserit Ducissa, ut evitaret obstacula, & impedimenta, quæ forsan ab eodem Successore, &
8 hærede timebat; & hæc interpretatio exclusiva delicti, & fraudis potius capienda est, quàm alia, quæ è contra delictum suadeat, ex adductis *in eadem Decisione coram bon.mem. Molines §.Fortius, & in confirmatoria 14.Januarii 1715 §. Cæterum, coram Emo D.Cardinali Scotto.*

9 Maximè dum agitur de impingendo crimine istarū amotionum non quidem Personę, in qua, vel ex angustia rei proprię, vel ex solito delinquendi, vel ex aliis conjecturis, quę minus tutò, & imo totaliter incertò deducebantur ex asserto Ducissæ odio erga Ducem Philippum filium sui Viri ex primo coniugio, itaut ex huiusmodi conjecturis aliqua in iudicantium animo concipi posset suspicio earundem amotionum; sed agitur de Principissa, & Matrona eximię nobilitatis, & notoriæ religionis, quę dum viveret, pietatis specimen Vrbi præbere non destitit, & quæ in ultimis eius Tabulis conspicuum patrimonium longè excedens scuta 100.mil., ut dictum fuit in alia Decisione super fructibus dotalibus, & redditione rationis §. *Ea demum coram Me*, in pias causas distribuit; quo sanè casu augetur magnoperè omnis præsumptio in exclusionem assertarum amotionum, ut prosequuntur tum decisiones huius causæ præcedenter editæ, tum *Rot.d.dec.194. nu.34. p 18., & dec.173. n.2.p.19.rec., & in eadem Ferrarien.Legatorum 19.Aprilis 1720.§.Præterea cor. R.P. D.meo Cerro.*

10 Sed hæc exclusio non sistit in huiusmodi tantum præsumptionibus, dum & alia concurrunt certissima argumenta convincentia immunem ab omni macula Ducissam Eleonoram. Fuerunt enim ex parte Legatariorum adducti, & alii Testes eodem modo formiter examinati, qui univocè, & clarè deposuerunt, penes illam post obitum Ducis Viri nihil de istius argentis, & jocalibus permansisse, & his Testibus deponentibus ad exclusionem delicti, & fulcitis prædictis præsumptionibus, magis deferendum, quàm contrarium asserentibus, ut pluribus relatis, firmavit *Decisio 26. Junii 1711. §. Quam sanè cor.bo.me. Molines.*

11 His accedit triplex æque gravis facti circumstantia; prima, quod Ducissa Creditrix remanserat defuncti Viri in notabili summa pro præstationibus sibi promissis in Capitulis Matrimonialibus, & in ultimo Ducis Viri Testamento, ultra istius debiti confessionem, continetur favore Ducissæ ampla facultas pro tali suo credito eligendi quælibet bona ejusdem Viri, itaut in omnem casum, si quæ etiam res Viri ad illam delatæ fuissent, justo titulo, & non cum fraude, & cri-
12 mine delatæ fuissent. Secunda, quod eadem Ducissa post obitum dicti sui Viri discedens è Domo Cajetana judicialiter describi curavit propria bona, & mobilia contradistinctè ab illis Domus Cajetanæ, & secuta descriptione per Notarium publicum, obtinuit ab A. C. facultatem illa transportandi, facta tamen, tam per ipsam, quàm per Ducem Philippum obligatione restituendi aliqua, circa quę erat pertinentię, & dominii controversia; signum evidens, quod semper illa sine fraude, & dolo processit, & è Viri Domo
13 manibus lotis discessit. Tertia demum, quod cum Dux Philippus prætenderet, illam vendidisse argenta spectantia ad Domum Cajetanam, pręstitit illi positiones, & Ducissa medio juramento respondit, argenta, necnon alia bona vendita, & renovata, fuisse
14 propria ipsius respondentis; nec est verisimile, quod tam pia Matrona sese perjurii vinculo voluerit illaqueare in suę animæ detrimentum. Quod omnia concludunt satis validè nullam posse adversùs ipsam huiusmodi amotionum maculam impingi, & imo esse omnimodè immunem ab omni illarum suspicione, ut latè probant præcedentes *Decisiones coram bon. mem. Molines, & Emo D. Scotto.*

15 Absque eo quod propterea locus esse posset iterum petitæ peritorum electioni, aut tura-

iuramento in litem, quia dum corruit subiectum in genere, super quo iurandum sit, & deficit, dolus iuramentum præstari non debet, ex firmatis in *Ariminen. redditionis rationis 12. Jan. 1711. §. Absoluti cor. eod. Emo*
16 *D. Card. Scotto*; & Peritorum opera, rejecta supposita amotione, remanet inutilis, & frustratoria, ex deductis in *Romana immissionis super electione Periti 12. Januarii 1714. §. Primo coram Me*, & respondendo his obiectis, dictum fuit in sa pe allegata huius causæ Decisione §. *finali cor. Emo Scotto*.
Et ita relativè ad easdem Decisiones conclusum fuit, utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.
Lunæ 27. Januarii 1721.
ARGUMENTUM.

Loca Montium expressam tantum in litteris patentibus, & Secretariæ libris hypothecam recipiunt. Mulier dotali privilegio utendo, licet possit pecunias, resque suas dotales per virum distractas de tertii manibus avocare; attamen quoad loca Montium hac proceditur distinctione, vel enim resignatarius lucrativo possidet titulo, & mulier avocat., vel oneroso, & si libere, prævia deletione, emit, numquam ista avocare potest. Judex cui innotescant vincula in locis Montium apposita, non citata persona cujus favore stent eadem vicula, neque docto de illius consensu, mandatum de delendo relaxare non potest.

SUMMARIUM.

1 *Loca Montium aliam non recipiunt hypothecam, nisi eam, quæ in secretariæ libris, & litteris patentibus adnotatur*; amplia ut in num. 16.
2 *Resignatarius, seu attergatarius Locorum Montium post deletum vinculum in Secretaria, attergantis fidem sequi non dicitur, vel resignantis; sed fidem publicam Supremi Principis*, & num. seqq.
3 *Resigotarius, vel attergatarius Locorum Montium liberorum non tenetur scire privatas conventiones inter resignantem, vel attergantem, & ejus uxorem, vel alteram personam tertiam, cum dicantur auctoritate Principis contrahere*; & n. 10
4 *Avocatio pecuniam, & bonorum dotalium per virum distractorum penes tertium absque suo consensu competit mulieri virtute sui dotalis privilegii.*
5 *Item avocatio Locorum Montium dotalium in tertios distractorum, quando iste ea titulo lucrativo possideret; secus si titulo oneroso, mediante resignatione libere facta, prævia vinculorum deletione*; & numer. seq.
6 *Legatum dicitur causa lucrativa.*
7 *Æs alienum ante legatorum solutionem dimittendum est.*
8 *Reintegratio ad loca Montium sub falso mandato Procuræ resignata datur vero Domino, tamquam actus sine consensu illius necessario expletus.*
9 *Possessio locorum Montium probatur ex descriptione in secretariæ libris apposita.*
11 *Mandatum de delendo non potest à Judice concedi viro super locis Montium dotali hypotheca affectis absque mulieris consensu, quando tale vinculum in litteris patentibus appositum Judici innotuisset, quod si faceret, ipse mulierem de proprio relevare teneretur*, & n. 15.
12 *Damnum suum persequitur auctorem.*
13 *Mandatum de delendo vincula locis Montium favore Mulieris apposita, illa non citata, non potest à Judice relaxari*, amplia, ut in n. 16.
14 *Vir potest distrahere loca Montium in partem dotis quantitativæ sibi per mulierem tradita.*
17 *Oblivio circa factum proprium non præsumitur.*
18 *Error similiter non præsumitur, & ab eum allegante probandus est.*
19 *Mulier ex quo bene ornata incederet, non potest dici quod præbuerit consensum dilapidationi bonorum una cum viro, cum potuerit credere majores viri divitias.*
20 *Judex dolose procedens contra Jus ferendo Sententiam, vel gratia, vel inimicitia, vel per sordes, tenetur ad damnum, quod parti læsæ infert.*
21 *Judex potest condemnari ex neglig. tia adhibita relaxando mandatum de delenda vincula non citata persona, cujus favore fuissent apposita.*
22 *Actio contra Judicem relaxantem mandatum de delendo non citata persona favore cuius starent apposita, an, & quando subsidiaria dici debeat.*
23 *Circuitus inanis semper est evitandus.*
24 *Decoctus notorie, & profugus ad Ecclesiam ob æs alienum contractum, pro discussso habendus est.*

DECISIO MCCXXVI.

Plura Loca Montium S. Petri primæ erectionis, & Novennalis secundæ erectionis assignavit in Dotem Helena Lucretia Antonini Francisco Jozzio suo Viro, cumque subjecta reperirentur Vinculo Fideicommissi Angeli Antonini, institit Vir coram Advocato Lucido tunc Secundo Collaterali Curiæ Capitolinæ pro deletione hujus vinculi, & illorum translatione in Creditum proprium cum plena dispositione tàm fortia, quàm fructuum; Judex verò decrevit quidem deletionem Vinculi Fideicommissi ex ex dictis Loci Montium, sed *cum conditione, quod stare debeant pro Dote dictæ Helenæ Lucretiæ constituta d. Francisco Jozzio ejus viro, & quoad mandatum de transferendo libere in faciem dicti Francisci, prævio consensu per d. Helenam Lucretiam d. translationi, mandavit concedi mandatum de transferendo*. Hoc Judicis decretum approbavit Franciscus Vir non solum in publico Instrumento successivè exarato. In quo *eodem præsente*, & assentiente, atque iterum

rum Judice decretum suum interponente, Helena Lucretia Uxor consensum præstitit deletioni Vinculi Fideicommissi, adjecta iterum conditione, quod ille de Locis Montium *neque in toto, nempe in parte, disponere valeat absque ipsius consensu, & non alias &c.* sed etiam in instantia, quam successive renovavit coram Judice, uti Maritus, & Procurator Helenæ Lucretiæ pro obtinendo mandato deletionis Vinculi Fideicommissi, exprimendo quod remanere deberent obnoxia alteri Vinculo Evictionis, de quo non est quæstio, & stare *pro Dote d. D. Instantis per eam ipsi D. Comparenti assignata, & non alias &c.* atque etiam in expeditione, & executione mandati ad formam hujus Instantiæ relaxati cum appositione, & descriptione ejusdemmet conditionis in Secretariæ Montium Libris, seu Regestris, de qua *in Summario* Helenæ Lucretiæ *n.7 litt.A.*

Hæc omnia gesta fuerunt *per acta Orsini sub anno* 1713., anno tamen 1715. per *acta* alterius Notarii Capitolini, scilicèt *Diamilla, non citata, nec audita Helena Lucretia*, relaxatum fuit ab eodem Advocato Lucido mandatum de delendo Vinculum Dotis, & liberè transferendo eadem Loca Montium ad favorem Francisci Viri, qui talem deletionem, & translationem de facto exequi curavit, & successivè eadem ipsa Loca attergavit cum cessione fructuum favore Aloysii de Comitibus pro duobus Cambiis cum eo contractis. Verùm Helena Lucretia Uxor prænoscens, res ita gestas in perniciem ejus Dotis, quam aliundè cautam habere non poterat, Viro jam ære alieno presso, & ad Ecclesiam profugo, vocavit in judicium cor.A.C. Cincio tùm ejus Virum, tùm Aloysium de Comitibus Attergatarium, tum Hæredes Advocati Lucidi Judicis, tùm etiam Diamillam Notarium pro reintegratione obtinenda ad eadem Loca Montium, deletione Attergationum, & refectione damnorum; prodiitque duplex Sententia, altera absolutoria Attergatarii, altera condemnatoria Judicis ad reintegrationem Locorum Montium cum relaxatione mandati executivi pro illorum pretio contra ejus Bona hæreditaria ad effectum deponendi, & pro fructibus decursis à die, qua interim obierat Franciscus Vir, ad effectum solvendi eos liberè Uxori Superstiti.

Cum autem commissa Mihi fuerit appellationis Causa *quoad Omnes*, & concordata extiterint gemina Dubia ob subalternam petitionem præstationis Alimentorum, & Sumptuum Litis propositam ab eadem Helena Lucretia, hinc illorum disputatio assumpta fuit in hodierna Audientia, & Domini principali Dubio de quo hic, *An sit concedenda manutentio, seu reintegratio, & pro hujusmodi effectu etiam sit locus deletioni Attergationum, seu cautra quos constet de Credito* responderunt ad formam præcedentis Judicati *Negativè, quod primam partem, & constare de Credito contra Fratres de Lucidis.*

1 Siquidem locus esse non valuit Instantiæ propositæ adversùs Attergatarium Locorum Montium, de quibus agitur, quia tempore, quo expleta fuit eadem Attergatio, jàm Loca Montium soluta reperiebantur vinculo Dotis, non solum auctoritate Judicis illius deletionem demandantis, sed etiam auctoritate ipsius Principis, seu Officialis à Principe Deputati, itaùt cum subinde pari Principis auctoritate admissa fuerit eadem Attergatio, nemo prorsùs contra Attergatarium concurrere possit, quia certum est, quod Loca Montium non aliam recipiunt hypothecam, quam expressam in Libris Secretariæ, & in Litteris Patentibus, juxtà celebrem, ac notoriam *Const. san. me. Urbani VIII.* in 154. de qua in his terminis, *Card. de Luc. disc.27. nu.2. de Regal., Rot. dec.14. §. Nec aliquid post Feuzon. ad Stat. Urb., dec.77. n.19. par.6. rec., & aliis relat. in Romana, seu Veneta Locorum Montium* 10. *Jan.*1718. §. *Præbuit coram R.P.D. meo Falconerio Alm. Urb. Gub.*

2 Propterea talis Attergatio Principis assensu firmata irritari non potest ob præcedens vinculum, cui Loca Montium reperiebantur obnoxia, & à quo, tempore ejusdem Attergationis soluta fuerant, quia quicumque acquirit Jus mediante Attergatione super Locis Montium cum Principis assensu, seu ejus Officialis, sequi dicitur fidem non privatæ Personæ Attergantis, sed publicam fidem ipsiusmet Principis, & propter hanc eamdem rationem, sicut esset tutus Resignatarius à quocumque anteriori vinculo non ampliùs contento in Litteris Patentibus, ità non minus debet esse tutus Attergatarius, ut probant *de Luc. d.disc.39. sub n.2. de regal., Constant. ad Stat. Urb. disc. un. de Loc. Mont. n* 63. *cum seq., & Votum post eumd. impress. dec.*98. *per tot.*

3 Et quamvis eadem Loca Montium provenirent ex Dote Helenæ Lucretiæ Actricia, quæ illa Marito assignavit, & inter ipsam, & Virum post Dotis constitutionem conventum extiterit, quod semper starent pro fundo dotali; undè dicendum veniat, quod injustè fuerit demandata deletio hujus vinculi, tamen cum Creditor, cujus favore facta est Attergatio, nullam habuerit talis Conventionis notitiam, utpotè initæ inter illos tantùm, non potest exindè ullum sentire præjudicium, & pro ejus indemnitate sufficit ponderare, quod contraxit, & quidem auctoritate publici Officialis Principem in hac parte repræsentatis tunc temporis, quo illa juxtà Litteras Patentes libera apparebant, & si de cætero ulla ratio habenda esset de hisce privatis conventionibus, actum esset de fide publica, & Commercii libertate, quæ tantopere decens est respectu Locorum Montium, & quæ idcircò à dictis privatis Conventionibus præservata fuit per expressam dispositionem in eadem Constitutione

fa. me. Urb. VIII. la 154. supra allegat.
4 Non obstat, quod ex peculiari Dotis pri-
vilegio competat Mulieri ejusdem Dotis
Creditrici facultas avocandi Loca Montium
sibi obligata, etiamsi in Tertios translata
sint, juxta firmata in *decis.25. par.11. recen.*
Quoniam favore Dotis datur quidem avo-
catio Bonorum, vel pecuniarum penes Ter-
tium etiam ex causa onerosa existentium,
ut firmat *d. dec. n.3.*, *& seq.*, *cum auctorit.*
ibi allegat., sed, ut hoc procedere valeat
5 etiam in Locis Montium, necesse est, ut ve-
rificaretur, prout verificabatur in casu *ejus-*
dem Decisionis, quod eadem Loca Mon-
tium extent penès Tertium illa possidentem
ex causa lucrativa, non vero ex causa one-
rosa per contractum, ut hic, quia, ut di-
ctum est, Contrahenti sufficit, quod in Lit-
teris Patentibus nullum vinculum, neque
hypotheca expressa sit, ut cum supra dedu-
ctis consonat *Rot. in Romana Primogeni-*
turæ de Albericis 4. *Junii* 1703. §. *At de-*
mùm cor bo mem. Ansaldo, & in Romana
Pecuniaria, seu Immissionis 11. *Apr.* 1707.
§. *At quia coràm clar. mem. Card. Priolo.*
6 De facto in casu dictæ Decisionis *par.11. re-*
cent. hæc fuit ratio principalis admissæ avo-
cationis, quod Loca Montium in Patres San-
cti Caroli transierunt titulo Legati, quod
importat causam lucrativam, & ideò priùs
7 æs alienum dimittendum erat, quam sol-
vendum Legatum, ut habetur *in eadem de-*
cis.25. n.7., *& 8 par.11.*, & clarius tum in
antecedenti, quæ est *dec.43. par.10. n.40.*,
tum in confirmatoria, quæ est *decision.436.*
& seq. par.13. rec. Immò in themate *dictæ*
Decisionis illud est valdè notabile, quod
adhuc Loca Montium stabant sub disposi-
tione Executoris Testamentarii, & sic non
fuerat, ut hic, ullum jus super eis auctori-
tate Principis Tertio acquisitum, neque in-
trabat ratio favendi publico Commercio,
quam, distinguendo acquisitionis, & trans-
lationis modos, & referendo easdem Deci-
siones, tradunt *de Luc. disc.19. num.6. vers.*
Clarius, & disc.163. n.7. de Regal., *& Con-*
stant. dicto disc. unic. de Loc. Mont n.170.
8 Minusque sunt applicabiles casui nostro
dec.85., *& 86. post Constant. ad Stat. Urb.*
ibi enim agebatur de Resignatione facta
mediante falso mandato Procuræ, & ideò
rectè firmatum extitit, Dominum esse rein-
tegrandum ad Loca resignata, quia sine
ipsius consensu fuerant resignata, sed in præ-
senti Attergatio facta fuit de consensu veri
Domini, qui erat Jozzius Actricis Maritus
Cessionarius Locorum Montium, de quibus
agitur, in computum Dotis quantitativæ,
9 eorumque legitimus Possessor, cum in Li-
bris Secretariæ Montium esset ipse descrip-
tus uti talis, & ideò talis haberi debuerit,
ut probant *bo. mem. Ansald. de Commerc.*,
& Mercat. disc.95. num.9., *Rot. cor. Bich.*
dec.390. num.3., *& 19. dec.279. num.1. co-*
ram Card. Cerr. dec.434. n.13. par.9., *&*
decis.375. num.1. par.15. rec., non obstante
10 supra relata conventione, quod illa stare
deberent pro fundo dotali, & non possent
neque in toto, neque in parte sine Mulieris
consensu alienari, quia istæ privatæ con-
ventiones non relatæ in Litteris Patentibus
non afficiunt Tertium de illis ignarum, ne-
que impediunt, quin Loca liberè cadant in
Commercium juxtà litteram *Constitutionis*
Urbanæ, & firmat *Rot. in Romana, seu Ve-*
neta Locorum Montium 10. *Jun.* 1718. §. *Ex*
quibus coram R.P.D. meo Falconerio, &
conferunt generalitèr deducta *in Aven.*
Salviani 25. *Januar.*1717. *per tot. coràm*
R.P.D. meo Foscaro, ubi approbata extitit
distractio Census facta cum eo, qui se gere-
bat pro Domino, licet ejus dominium fuis-
set Resolutioni subjectum.

Et hæc respectu actionis propositæ Ad-
versùs Attergatarium. Transeundo igitur ad
instantias propositas contrà Judicem: *Con-*
11 *stare de credito* Domini responderunt,
quia cum idem Judex processerit ad deletio-
nem vinculi hypothecæ dotalis expressæ in
Litteris Patentibus, non obstante quod eæ-
dem Litteræ Patentes ipsi fuerint exhibitæ,
ut constat ex ipsius confessione in decreto
deletionis, ibi -- *Visis Litteris &c.*, & qui-
dem nullatenùs audita, neque citata Mulie-
re, cujus favorem, & interesse respiciebat
dictum vinculum in Literis Patentibus spe-
cialitèr enunciatum, non dubitarunt, quod
erga Mulierem ipse teneatur de damno,
quod ex talis vinculi deletione illi irroga-
tum fuit ad *Text. in l. Si quando §. fin. Cod.*
de Test., ibi -- *ipsum Judicem, si per eum*
steterit, quo minùs Testimonium præstetur,
parti læsa omnem jacturam pro hujusmodi
Causa illatam ex suis facultatibus resarcire
disponimus, *& in §. Si Judex Instit. de ob-*
lig., *quæ ex quasi delic. nasc.*, & facit vul-
garis Regula, quod qui causam damni dat,
12 damnum reficere debet, quam in similibus
terminis Notarii testantis de adimpletis con-
ditionibus pro exactione Depositi, approba-
vit *Rot. in Romana Reintegrationis Depo-*
siti 10. *Januarii* 1716. §. *Id autem cor. Me*,
& in puncto *Constant. ad Statut. Urb. disc.*
de Loc. Mont. n.303., & 375..
13 Haud obstante, quod fuerit citatus Vin-
centius Valentini tanquam Curator depu-
tatus. Quia iste Curator nihil habebat age-
re cum Helena Lucretia, sed tantum fuerat
deputatus pro interesse fideicommissi Angeli
Antonini, occasione, qua actum fuit de de-
letione vinculi ejusdem fideicommissi præ-
cedentèr ab eodem Judice demandata, ideo-
que frustratoria fuit illius citatio quoad He-
lenam, quæ vel ipsa citari debebat, vel Per-
sona ab ea legitime in Procuratorem assum-
pta, ut in specie dixit idem *Constant.* loco
allegato *n.29.*
14 Absque eo quod excusari valeat Judex à
necessitate dictæ Citationis, eo quod ex In-
strumento dotali sibi exhibito pro funda-
mento petitionis Viri, recognoverit Loca
Montium assignata in partem Dotis quanti-
tati-

tativę transivisse in dominium ejusdem Viri, cui propterea competebat facultas præcisivè à consensu Mulieris de illis disponendi;
15 quoniam dum non solùm fuerat à dicta Conventione recessum, & præcisè cautum, quod hæc Loca Montium stare debebant pro fundo dotali, & *sine Mulieris consensu* distrahi non poterant, verùm etiam ista cautheia, conditio, seu vinculum expressè enunciabatur in Litteris Patentibus, & *sic* cadebat sub oculis ejusdem Judicis, utique non poterat ille procedere cum Instrumento dotali, & præscindere ab his aliis, quæ ex ipsis Litteris Patentibus resultabant, neque ex hoc cogebatur divinare Mariti, & Uxoris conventiones, cum istæ illius oculis subjicerentur ex iisdem litteris, quas ipse vidisse professus fuit, ut supra dictum est, vel ex munere suo recognoscere, & videre tenebatur.
16 Eo fortiùs hæc procedunt, quia vinculum prædictum fuit appositum his Locis Montium de mandato ipsiusmet Judicis, qui delendo vinculum fideicommissi vigore *Authent. res quæ*, voluit tamen, Loca Montium *stare pro Dote Helenæ Lucretiæ*, & non posse sine ejus consensu *neque in toto, neque in parte de iis disponere Maritum*, undè crescit, & redditur supina negligentia illius in non curanda ejusdem Mulieris citatione, & in decernenda hac inaudita ejusdem vinculi à se appositi deletione, cujus ignorantiam, licet biennio ante hæc omnia contigissent, inutilitèr allegabat, cum ad memoriam revocaretur ex prædictis Litteris Patentibus, & nil
17 facilius sit, quam revocare ad memoriam factum proprium, in quo difficilior est oblivio, itaut nunquam præsumatur, & à Lege reprobetur, *Rot. dec.4. num.10. par.4. divers. dec.85. n.17. post Constant. ad Statut. Urb.*, & *in Mantiss. ad Card. de Luc. lib.2. tom.3. dec.10. n.* patitèr 17 maximè dum ex Viri instantiis patet, quod vinculi istius appositio supposita fuit erronea, & tamen scire
18 debebat, quod error probandus est legalibus mediis, & nusquam præsumitur *ex vulgatis Juribus*.

Nulloque modo proderat asserere, quod ipsa Mulier particeps fuerit machinationis, & quod conspiraret in dissipationem suæ, ac Viri substantiæ prodigè vivendo: Non enim ulla probatio concludens hujusmodi machinationis afferebatur, & argumenta ducta, ex
19 ex quo Mulier ornata incederet, uteretur Curru, & similibus, non concludunt, cum illa credere potuerit majores Viri divitias, & sibi quocumque casu satis consuluisse mediante vinculo speciali hypothecæ pro sua Dote ex decretis Judicis sæpedicti Locis Montium inhxo, quod nisi ejusdem Judicis decreto *ipsa non citata* edito deletum fuisset, utique ipsius substantiam præservasset; quicquid secus respectu præsumptæ participationis in Judice circumveniendo dicendum esset, *si illa citata non comparuisset*,
20 Iisdem frustrà proponebatur, quod Judex condemnari nequeat, neque fecisse dicatur Causam suam, nisi quando dolosè processisset contrà Legem, Sententiam ferendo vel Gratia, vel Inimicitia, vel per Sordes, Imperitiam, & similia, juxtà *Textus*, & *Doctores* ad id allegatos; quoniam hæc procedunt, quando agitur contrà Judicem ex Sententia ab eo lata *Partibus auditis*, at quando, ut hic, agitur contrà ipsum, quia negligens fuit in audiendo Mulierem, & *ipsa non citata* dissipando ejus Dotem, tunc
21 visum est, ex hac ipsa negligentia, & oscitantia illum posse condemnari, quia *si Judicis negligentia absorbet jus Partis, tenetur ad totum interesse, si partim, ad particulare*, inquit *Petr. de Ravenna in singul. singular.412. fol.* Mihi 515., & *Negligentia est lata culpa in Judice, seu dolus præsumptus*, dixit *Paris. à Puteo de Syndicatu tit. de libell. contra Potestat. in Syndicat. formatione verb. Negligentia n.15. fol.* Mihi 200., cum aliis, quos reassumit *Merl. Pignatell. controv. jur. cent.2. cap.28. num.7.*, ubi habetur paritèr, quod *Judicum negligentia dolus est*.
22 Agendum supererat de exceptione illa, ad quam postremò Judicis Defensores recurrebant, quod scilicèt actio contra illum proposita sit subsidiaria tantum, ideòque prius excuti debuissent Bona Mariti, & Bona Fidejussorum restitutionis Dotis Helenæ Actricis, juxtà firmata *in Savonen. Pecuniaria 20. Iunii 1712. §. fin.*, & *in Romana Reintegrationis Depositi 10. Iunii 1716. §. Quandoquidem coram Me*. Sed Domini hujusmodi excussionem non fuisse in præsenti themate necessariam concludebant, distingendo Personas; nàm si loquimur de Fidejussoribus, utique, istis Dotem restituentibus, Mulier teneretur cedere sua Jura, & sic ipsi ex his juribus sibi à Muliere cessis se verterent contra Judicem, qui Loca Montium Doti vinculata dissipari á Viro permi-
23 sit, & proindè fieret inanis circuitus, qui à nostro Tribunali admitti non solet, ut dixit *eadem Rot. decis.510. n.7.*, & *dec.756. n.4. par.18.*, & *decis.185. n.35. par.19. rec.*, & passim alibi. Si verò loquimur de Marito
24 principalitèr obligato, eo ipso, quod est notoriè decoctus, itaut objerit in Ecclesia, ad quam confugerat, nulla utique illius excussio requiritur, ut firmat *Rot. decis.184. num.2. coram Bich.*, & *decis.355. num.18. coràm Benincasa*.

Et ita Partibus auditis responsum fuit &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SUPER ALIMENTIS, ET SUMPTIBUS LITIS.

Lunæ 27. Januarii 1721.

ARGUMENTUM.

Sumptus litis, & alimenta pauperi debentur litiganti de sua paupertate, & bono jure strictè, & concludenter edocenti, & cum hac

hac distinctione; vel petuntur adversus eum, qui rem controversam possideat, & isto casu debentur, vel adversus non possidentem, & nulla competit actio.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta, & sumptus litis non conceduntur litiganti, qui bonum Jus non foveat, & non sit pauper.*
2 *Bonum Jus dicitur deesse eo ipso, quod sumptus litis postulans sententiam patitur.*
3 *Bonum Jus oritur ex sententia favorabili.*
4 *Alimenta, & sumptus litis non debentur à collitigante, qui rem controversam non possideat, secus si eam in possessione habeat; juxta distinctionem à Sac. Rota amplexam.*
5 *Sumptus litis non datur illi, qui pauperem se non docet esse.*
6 *Sumptus litis ut debeatur, non satis litiganti est probare per fidem Paroci, & per Juris præsumptionem suam paupertatem, sed strictè probare eam tenetur ad illum effectum*; amplia, ut in num. sequenti.
7 *Pauper quando quis dicendus non sit, ad hoc ut ei sumptus litis sit denegandus.*
8 *Declaratio favore ipsius declarantis non probat.*

DECISIO MCCXXVII.

Eodem contextu, quo petiit Helena Lucretia Antonini in nostro Tribunali reintegrari ad loca montium attergata Aloysio de Comitibus, & liberata à vinculo suæ dotis per Advocatum Lucidum Curiæ Capitolinæ Collateralem, tum contra eundem Attergatarium, quam contra Judicis Heredes, juxta contemporaneam meam decisionem, proposuit etiam contra ipsos Instantiam subministrationis alimentorum, & sumptuum litis, quæ à Signtura Justitiæ, ubi primum acta fuit talis Controversia non meruerat approbari, dum remissa simpliciter fuerat causa quoad omnes, non attenta tali petitione ad nostrum auditorium, & Mihi nominatim delegata, cum rescripto. *Ad R. P. D. Laucettam, quoad omnes, & amplius.* Unde hodiè Dominorum Trutinæ exhibitum fuit proportionatum dubium – *An, & pro qua summa, & contra quos sit relaxandum mandatum pro alimentis, & sumptibus litis* – & responsum prodiit *Negative in omnibus.*

1 Aut enim hujusmodi Instantia proponebatur contra attergatariũ, aut contra Heredes Judicis. Si contra Attergatarium statim obstabat defectus eorum extremorum, quæ, ad obtinendum, & alimentorũ, & sumptuum litis subministrationem copulativè concurrere debent, & sunt, bonum Jus, & paupertas, juxta firmata *dec. 295. n. 1. cor. Carill., dec. 152. n. eodem cor. fa. me. Alexandro VIII., decis. 853. pariter num. 1. cor. Card. Cerro, & in Forolivien. Manutentionis super alimentis, & sumpt. litis 24. Aprilis 1716. §. Etenim coram Eminentissimo D. Cardinali Albano.*

2 Deficere autem illicò comperitur requisitum boni juris, dum respectu ejusdem Attergatarii non solum succubuit Helena Lucretia Actrix in prima Instantia coram A. C. Cencio, sed etiam in nostro Auditorio, juxta contemporaneam meam decisionem, in cujus prima parte plenè firmatum fuit non competiisse illi adversus Attergatarium ullum remedium manutentionis, aut reintegrationis, quia attergatio facta fuit auctoritate Principis, dum jam loca Montium liberata reperiebantur ab omni vinculo, & hic, & nunc talis decisio supponi debet in omnimodam d. boni Juris exclusionem, ut prosequitur *Rot. in eadem Forolivien. Manutentionis §. Minusq; cor. Emo D. Card. Albano.*

Si verò eadem petitio dirigebatur adversus hæredes Judicis, contra quos è contrario boni Juris requisitum constabat ex secunda parte relatæ meæ Decisionis, & præcedenti judicato illorum condemnatario ad refusionem pretii locorum Montium per dictum Judicem liberatorum ab hypotheca dotali, Muliere Actrice non citata. occurrebat aliud impedimentum in his terminis
3 (see margin)
4 à Debitoribus, & Sacra Rota approbatum, quod dicti Judicis Heredes non possident rem in hac lite controversam, scilicet dicta loca Montium, & ideò ad alimenta, & sumptus litis, quæ collitiganti deberentur ex fructibus rei à soccumbente possessæ, condemnari non debent, *Constant. ad Statut. Urb. annot. 59. artic. 8. n. 381., Rot. decis. 21. n. 3. cor. Ubag., & dec. 275. n. 7. cor. Dunoz. Jun.*

Et hæc satis fuissent pro exclusione talia
5 Instantiæ: Sed adhuc accedebat defectus paupertatis, propter quem neque ab uno, neque ab alio collitigante ullo modo Mulier
6 Actrix poterat obtinere. Quamquam enim illa satis putaret probasse hujusmodi requisitum ex juris præsumptione, & dispositione Testium, ac Parochi asserentium eam non possidere, nisi domum valoris scut. 700., attamen ista probatio non suffragari Dominis visa est, dum præsumptio Juris, quando probatio paupertatis ad illum certum effectum condemnandi litigantem ad alimenta requiritur non est attendenda, ut firmat *Rota d. dec. 853. n. 5. cor. Card. Cerro*, & Testium Fides remanent inefficaces, quia non coarctant, quod eadem Mulier nulla alia bona possideat, unde se alat, & litis expensas faciat, ut strictè probare debetent ad illum effectum, ut pariter dixit *Rot. dicta dec. 853. n. 3. cor. Carill., & dec. 152. num. 5. cor. S. M. Alex. VIII.*

Maximè, dum ulterius concurrit in facto
7 juxta documenta in contrarium exhibita, quod d. Domus per Testes ab eadem Muliere alias adductos, æstimatur valoris scutorum 2300., atque est annui redditus scutor. 8 11., quodque possidet etiam Census, alterum annuorum scutorum 16., alterum scutor. 3. 50., & sic habet certo certius stabilia valoris scutorum 2800., quod sufficit si non

si non ad probandum, quod satis habeat, unde se alat, & litiget, saltem ad destruendam probationem paupertatis ab ipsa deductam. Ac de facto jam pro expensis hujus litis solvit Procuratori mediantibus duobus ordinibus directis Sacro Monti Pietatis scuta 100., quæ, cum Ordines pro dictis expensis litteraliter cantent, non potest præ-
8 tendere in alios usus proprios ipsius trahentis successivè consumpta, ut ex sui declaratione, quę favore declarantis nunquam probat, asserit demonstrari.

Et ita partibus Informantibus responsum fuit.

EUGUBINA FRUCTUUM.

Veneris 31. Jan. 1721.

ARGUMENTUM.

Præsens Decisio est *juxta modum* confirmatoria alterius sub die 19 Januarii 1712. emanatæ.

Qualitas hæreditaria per hæreditatis aditionem, solutionem debitorum, creditorum exactionem, similesque actus contrahitur; similiterque hæres rationem de bonis hæreditariis non reddens in bonis propriis condemnatur.

Ignorantia de paterno testamento in filio non præsumitur, licet ad alterius Instantiam fuisset apertum.

SUMMARIUM.

1 *Rota de stylo numquam respondet ad ea, quæ sub propositis dubiis non continentur.*
2 *Hæres, qui de bonis hæreditariis rationem reddere negligat, in persona, & bonis, propriis ad defuncti debita condemnatur, cum dicatur se cum defuncti creditoribus contraxisse*, & n.5.
3 *Qualitas hæreditaria contrahitur ex actu aditionis hæreditatis, dimissione hæreditariorum debitorum, & bonorum possessione capta.*
4 *Amplia quando petiisset hæres se admitti ad redditionem rationis, & elapso termino præfixo, eam non reddidisset.*
5 *Qualitas hæreditaria per rem judicatam canonizata amplius refricari non potest.*
6 *Qualitas hæreditaria remanet infixa etiam si hæres declarasset se nolle esse hæredem, quando, his non obstantibus uti simplex hæres à Iudice fuisset condemnatus.*
7 *Aditio hæreditatis indistinctè facta ab hærede se non referens neque ad primum testamentum, quod esset nullum, neque ad secundum, quod esset validum præsumitur gesta relativè ad testamentum validum.*
8 *Testamentum Patris filio præsumitur innotuisse*, & num 9.
9 *Ignorantia paterni testamenti sicuti in filio non præsumitur, ideo si ab isto allegetur, eam tenetur concludenter probare.* Ampl. ut in num. 10.
10 *Testamentum apertum ad instantiam Rev. Fabricæ ad effectum cogendi hæredes con piorum legatorum, solutionem filiis innotuisse etiam extrajudicialiter præsumitur:* ampliа ut in n.11.
12 *Factum semel approbatum, amplius reprobari non potest.*
13 *Pupillus ex facto Tutoris ligatur, maximè si tale factum à Iudice esset approbatum.* Ampl. ut in n.14.
15 *Inventarium illegittimum non suffragatur pupillis sub aliena potestate viventibus, cum lex in hac materia nemini pareat; imò neque dementi.*
16 *Hæres beneficiatus non potest in bonis propriis condemnari, & mandati suspendenda est executio, donec ei ad reddendam rationem terminus præfigatur.*
17 *Renunciatio facta ab hærede beneficio legis, & inventarii favore unius ex creditoribus tantum, non potest extendi quoad omnes creditores, sed quoad ipsos confessionem tantum, quod sit beneficiatus hæres, importat.*

DECISIO MCCXXVIII.

POstquam Laura de Raphaelibus reintegrationem obtinuerat ab A.C. ad bona Michaelis Angeli de Biscaciantibus contra Laurentium, & Leonellum de Andreonis, descenderunt iterum in arenam coram R.mo P. D. tunc A.C. Petra ejusdem Laurę successores pro obtinenda fructuum interim perceptorum restitutione, & reportarunt prius mandatum pro summa sc. 2714. & deindè etiam exequatur contra Personas, & bona propria Andreoni, & Pauli hæredum Leonelli de Andreonis pro summa tamen sc. 2500 1 Cumque devoluta fuisset Causæ cognitio ad nostrum Auditorium præviis tribus Decisionibus editis diebus 6. Maij 1707., & 5. Decembris ejusdem anni, & 4. Iunii 1708. coram clar. mem. Cardinali Priolo, responsum fuit procedendum esse ad legitimam executionem dicti mandati, & exequatur.

Non acquiescentibus Paulo de Andreonis & sororibus de Caccia causam habentibus à præfato Leonello, prodiit à Signatura Justitiæ rescriptum *Sine præjudicio contra bona hæreditaria Leonelli. In reliquis alteri qui ad ulteriorem legitimam*, ad cujus rescripti formam directa mihi fuit commissio, atque ideò proposui congruum dubium in audientia diei 19. Januarii 1712. cui, Reis non comparentibus, responsum fuit *procedendum esse ad ulteriorem legitimam*, & abindè citrà causa silvit, donec hodiè reproposita fuit sororibus de Caccia tum sua, tum Pauli Jura deducentibus, quibus maturè perpensis, responsum fuit *Standum esse in Decisis, juxta modum inferius explicandum*.

Quamquam verò plura cumularentur ex parte Reorum conventorum contra Justitiam mandati tum ratione excessivitatis quoad fructuum liquidationem factam ad rationem taxæ legalis, tum ratione valutationis bonorum ad regulandos eosdem fru-

fructus, inutiliter tamen, quia prædictum
mandatum canonizatum reperitur à Signa-
tura Justitiæ cum clausula *Sine præjudicio*
legitimæ executionis, non potuit sub præ-
senti dubio refricari illius Justitia, in quo
cadit tantum inspectio executionis ejusdem
mandati contra Personas, & bona propria
1 Andreoni, & Pauli de Andreonis, necnon
fororum de Caccia; Est enim inconcussus
stylus nostri Tribunalis respondendi strictè
ad propositum dubium, & non assumendi
eas controversias, quæ ad illud non perti-
nerent, juxta illud quod sæpius dixit *Rota*
dec 88. *num.*11. *cor.bo.me.Ansaldo*, *&* *in*
Romana Fornacis super excessu 4. *Decem-*
bris 1697. §.*fin.*, *&* *in Romana Primoge-*
nitoræ de Corsinis super Trebellianica 22.
Iunii 1714. §.*fin.cor.R.P.D. meo Cerro*.

Strictè igitur ad Justitiam exequatur De-
2 creti contra Personas, & bona propria
quoad Andreonum, & Paulum dubitari de
illa non poterat, cum sint hæredes Leo-
nelli ad restitutionem fructuum de quibus
agitur obligati, neque nuquam de d. hæ-
reditate rationem reddiderint, licet ab alio
Creditore ad eam lacessiti fuerint, his enim
positis utique executionem in bonis pro-
priis, & etiam adversùs Personas evitare
non possunt, quia habentur ac si ipsi essent
Principales, & primarii Debitores ob con-
tractum quem adeundo hæreditatem inisse
dicuntur cum creditoribus Defuncti, ut latè
firmant Decisiones præcedentis Instantiæ
5.*Maii*§.*Iustitia*,*&* 5.*Decemb.*1707.§.Con-
stito cor. cl.me. Card.Priolo.

Absque eo quod ulteriori comprobatione
3 firmanda sit qualitas hæreditaria prædicto-
rum Andreoni, & Pauli respectu Leonelli
eorum Patris, & respectivè Avi; Nam con-
currit expressus actus aditionis, possessio
bonorum illius, & etiam dimissio debito-
rum hæreditariorum, qui sunt actus univo-
ci ad probandam talem qualitatem, juxta
deducta in *Eugubina Fideicomm.* 23.*Apri-*
lis 1706. §. *Secundo probatur coram bo.me.*
Molines,*in Viterbien. Salviani* 18.*Iun.*1708.
§.*Ex pluribus coram eodem*, *in Auximana*
Pecuniaria 15. *Ianuar.*1714., *&* *in Cajeta-*
na Cantbelę *Angeli* 29. *ejusdem mensis*, *&*
anni per tot. cor.Rm̃o P.D. Archiepiscopo
Ravennaten.

Cæterum vero superlativè resultare visa
4 fuit ex quo in Judicio contra ipsos usque de
anno 1678. actitato ad retardandam execu-
tionem mandati allegavit Andreonus se non
esse hæredem Leonelli, sed Judex haud at-
tenta ista protestatione mandatum expediri
decrevit, etiam contra Personas, & bona
propria; imo etiam si à tali decreto recla-
massent, & admitti petiissent ad redditio-
nem rationis, ac pro hujusmodi effectu ob-
tinuissent subdelegari Judicem in partibus,
tamen ob non redditam præfinito tempore
rationem passi sunt confirmationem ejusdem
mandati, & exequatur à R. P. D. Sylva,
eique aquieverunt, reportando à Creditore
dilationem, & successivè illi satisfaciendo
cum distractione in hanc causam prædii hæ-
5 reditarii; si jam autem hæc qualitas in Judi-
cio canonizata reperitur, si tempore magis
opportuno, & proximo petita fuit redditio
rationis, & neglecta, nulloque modo, ut
par erat, expleta, quo Jure potest modo
idem refricari, quod ita per rem judicatam
plenariè stabilitum reperitur, contra regu-
las *Text.in l.Ingenuum ff.de stat.Hominum*,
& *l. res judicata ff.de reg.Iur.*

Non obstat, quod Andreonus in d. Judi-
6 cio hæreditatem paternam repudiaverit per
illam declarationem factam, quod non erat,
nec esse volebat hæres; quia cum subinde
condemnatus à Judice fuerit non attenta ta-
li declaratione uti hæres, ac defecerit in
adimplemento ejusdem redditionis rationis,
d. declaratio, etiam si importaret effectivam
repudiationem, tamquam simpliciter verba-
lis, & ad Creditores eludendos emissa re-
manet inefficax, & non attendenda, ut cum
aliis adductis in dec., quæ revidetur §.*Non*
obstat, firmat *Rota in Viterbien.Salviani* 18.
Iunii 1708. §.*Nec demum cor. bo.me. Moli-*
nes, *&* *in Auximana Pecuniaria* 15. *Ia-*
nuarii 1714. §.*Sed in casu cor.Reverendissi-*
mo Archiepiscopo Ravennaten.

Minus refert, quod omnes actus qualita-
7 tem hæreditariam Leonelli importantes in
Andreono, & Paulo processerint ex erro-
neo supposito, aditionis scilicet factæ in
vim primi testamenti ab illo conditi, quod
tamen erat nullum, quia per secundum re-
vocatum fuerat; ideoque corruente aditio-
ne, & supposito, sub quo gesti fuerunt, cor-
ruere etiam debeat consequens inde resul-
tans qualitatis hæreditariæ; quippe quia
cum præfati actus gesti fuerint indistinctè,
sine relatione ad unum potius, quam ad aliud
testamentum Patris, gesti præsumuntur in se-
quelam illius, nempe secundi, quod validum
titulum præbere poterat legitimæ possessio-
nis, & facultatis disponendi de bonis Leo-
nelli Patris, ad *text. in l. secunda ff.de aqui-*
renda possessione, *&* *l. Servus communis ff.*
de Stipul. Servor., *Rota dec.* 905. *n.* 5. *cor.*
Baratto, *&* *dec.*667.*n.*5.*p.*18 *rec.*

Nec verisimilis ullo modo DD. videri po-
tuit ignorantia hujus postremi Testamenti in
Andreono, & Paulo, super qua quidem
ignorantia hodiè fundabatur defensio Prin-
cipalis; pro abstergenda eorum qualitate
hæreditaria; præter enim deducta in *decis.*,
quæ revidetur §. *Absque eo quod*, *&* *seqq.*
8 *cor. Me*, urgere DD. crediderunt à con-
trario pro supponenda scientia ejusdem se-
cundi Testamenti, quod agitur de Testamen-
to Patris, ideoque scientia in filiis omnimo-
de præsupponenda est, ut præ ceteris firmat
9 *Rota dec.*653. *n.*22.*p.*19.*rec. tom.* 2. itaut ex
ista tam valida præsumptione non sufficiat
eisdem filiis ignorantiam allegare, sed in
eis refundatur onus adducendæ concluden-
tis probationis, ut probat *Cyriac.controvers.*
128.*n.*112., *&* *Rota dec.*283.*n.*10.*p.*18.*rec.*

For-

Fortius autem, dum aliud concurrit valdè
10 potens ejusdem scientiæ argumentum, quod resultat ex secuta ejusdem Testamenti aperitione absente quidem Andreono, sed septem tantum milliaribus à loco, ubi secuta fuit eadem aperitio testamenti, fuitque illa expleta publicè, & palam, & quidem ad instantiam Commissarii Rev. Fabricæ S. Petri ad effectum cogendi hæredes ad legatorum Piorum adimplementum. Ex notoria igitur vigilantia hujusmodi Commissariorum Fabricæ, quis credat non fuisse saltem extrajudicialiter deductam ad aures Andreoni ejusdem Testamenti aperitionem in quo ejusdem Commissarii fundari debebant instantiæ, ut arguit eadem decisio, quæ revidetur §. *Eoque potissimum cor. Me.*

Tantoque magis, quia in præteritis Cau-
11 sæ propositionibus ipsi rei conventi sustinere conati fuerunt, quod post habitam notitiam secundi testamenti hæreditatem repudiaverant, prout ex decisione edita 4. Junii 1808. §. *Non impugnatur cor. cl. me. Card. Priolo*, & in illa, quæ revidetur §. *Absque eo quod*; unde quod jam alias fuit admissum,
12 revocari in dubium non posse videbatur, *Cap. per tuas de probat.*, *Rota dec.* 208 *n.* 3., & 4 *p.* 4. *diversor.*

Nullius demum efficaciæ fuit excusatio respectu Personæ Pauli ex eo deducta, quod
13 ipse esset Pupillus, & minor, quippe quia cum Andreonus uti Tutor ipsius, & quidem etiam à Judice solemniter post aperitionem secundi testamenti confirmatus gessit prædictos actus etiam nomine Pupilli, ac signanter petiit, ut supra dictum est, admitti ad eamdem redditionem rationis, & passus est in Judicio condemnari, utique iste respectu Creditorum non potest ex qualitate minoris ætatis, aut alio præsidio excusari, sed ex Tutoris facto legitimè eorum respectu remansit obligatus, ex firmatis in *dec.* 396. *n.* 6. *p.* 15, & *dec.* 527. *n.* 2., & 3. *p.* 19. *rec tom.* 2.

Minimè obstante ejusdem Pauli asserta
14 dementia, quia concurrentibus dictis actibus hæreditariis, & præfata rejectione a redditione rationis respectu Tutoris ejus nomine comparentis, hujusmodi qualitas
15 non meretur majorem excusationem, & sicut Inventarium illegitimum non suffragatur Pupillis sub aliena potestate viventibus, in modum ut nulla ætatis, neque sexus differentia in hac re admittatur, ita nec suffragetur dementibus sub aliena pariter existentibus potestate, *Conciol. de hered. art.* 1. *n.* 293. *cum seqq.*, *Rota in Romana Pecaniaria, seu locorum Montium* 11. *Iun.* 1706. §. *Nilque refert*, & *sub* §. *Nec demum cor. bo. me. Molines*, & *in Romana, seu Florentina census* 6. *Iun.* 1712. §. *Hinc cor. Me.*

Et hæc quoad personas, & bona Andreoni, & Pauli hæredum Leonelli eorum Patris, qui etiam fuerat hæres Laurentii alterius principaliter obligati ad restitutionem fructuum, de quibus agitur, ut probat secunda Decisio hujus Causæ §. *Quoad bona*
16 *cor. cl. me Card. Priolo.* Superest igitur agere de Juribus sororum de Caccia hæredum Andreoni, quæ quidem in bonis hæreditariis illius teneri dubitatum non fuit, quia tamen hæreditatem adiverunt cum beneficio legis, & Inventarii, quod facto exhibuerunt, ac se paratas offerunt reddere rationem, censuerunt DD. suspendendam executionem contra eorum bona propria, donec ipsis præfigatur tempus ad explendam eamdem redditionem rationis.

Quin adversus ipsas juvet opponere,
17 quod beneficio legis, & Inventarii renunciarunt; quia id factum fuit non quidem generaliter, sed respectu unius ex Creditoribus, qui ipsis in transactione amicabiliter concessit dilationem ad solvendum, ideoque quoad alios talis renunciatio ad illum restricta non operetur, nisi confessionem, quod illæ verè sunt hæredes beneficiatæ, & non potest trahi in parem renunciationem Juris illarum etiam favore aliorum, qui d. transactioni non interfuerunt, cum regulare sit, quod obligatio erga unum absumpta, ad alios non extendatur, *Rota dec.* 232. *n.* 6., & *dec.* 741 *n.* 5. *cor. Card. Cerro*, & *dec.* 610. *n.* 12. *p.* 19. *rec. tom.* 2.

Et juxta hunc modum resolutum fuit utraque &c.

HISPALEN. PRÆCEDENTIÆ.

Lunæ 3. Februarii 1721.

ARGUMENTUM.

Præcedentia competens PP. de Observantia, datur PP. Discalceatis ejusdem Ordinis Sancti Francisci supra PP. Augustinianos tam in solis Processionibus, & sub propria Cruce, quam in Concionibus, Disputationibus, Prælatorum concurrentia tam in Actis publicis, quàm privatis, sive soli interveniant Discalceati, sive cum PP. de Observantia.

SUMMARIUM.

1 *Res iudicata pro veritate habetur, præsertim si iudicata sint acceptata.*
2 *Paris exceptionem litis finitæ, Os que victæ Parti claudit, adeout Causæ merita amplius refricari non possint.*
3 *PP. Discalceati cum PP. de observantia unum corpus simul constituunt, nec diversam possunt erigere Crucem* juxta constitutionem Leonis X., & n 8.
4 *Erectio diversæ Crucis, diversi Corporis insigne constituit.*
5 *Actus publici inter Religiosos dicuntur Conciones, circuli, disputationes, & fancralia, cum palam expleantur.*
6 *Amplia, quando ista publicitas ratificata reperitur ab eisdem PP. litigantibus, quæ ratificatio ab ipsis facta statum facere dicitur.*
7 *Actus declarat publicus per rem indicatam facit, ut etiam species illius sub illa comprehensa dicatur.*
8 *PP. Discalceati S. Francisci unicum faciunt*

ciunt corpus cum PP. de Observantia, seu familia nuncupatis ex Bulla Leonis X. anni 1517., & n. 15., & 31.

9 *Precedentia datur PP. de Observantia ex alia Bulla eiusdem Pontificis de anno 1521. supra omnes PP. Augustinianos, aliosque Regulares in omnibus Processionibus, Funeralibus, aliisque quibuscumque publicis actibus*, & nn. 10., & 11., nec non amplia, ut in nn. 14., 16., & 19.

10 *Praecedentia eadem datur PP. Discalceatis, quae PP. de Observantia, cum unum idemque corpus constituant*, & n. 18.

12 *PP. Discalceati, seu reformati sunt veri filii, & indubitati Fratres Ordinis Sancti Francisci, & ad instar aliorum fratrum de familia omnibus Privilegiis in omnibus publicis actibus fruuntur* ex Constitutione Clementis VIII. anni 1602.

13 *Item ex Bulla confirmatoria Urbani VIII. de anno 1676., & Clementis X.*

15 *Relatio habita universaliter ad Constitutiones Apostolicas, & decisiones Rotales, dat intelligere omnia contenta in referentibus esse etiam in relatis.*

17 *Constitutiones Apostolicę paratam habent exequtionem, nec retardantur.*

19 *Precedentia competit PP. Discalceatis strictioris Observantię S. Francisci supra Patres S. Augustini in solis Processionibus sub propria Cruce, cum in Concionibus, disputationibus, concurrentia Praelatorum, aliisque tam publicis, quam privatis actibus, interveniente, vel non interveniente Familia de observantia.*

20 *Causa in Sacra Rituum Congregatione decisa, à Rota non solet revideri, cum Congregationum resolutiones ista vereretur, & exequatur*, amplia, ut in n. 21

22 *Resolutiones Congregationum per Apostolicum Breve approbatae, vim legis assumunt.*

33 *Duo capita in eodem Religiosorum corpore non dantur.*

24 *Precedentia inter Religiosos regulatur ex antiquioritate Fundationis*, ex Constitutione Sa. me. Greg. XIII.

25 *PP. Observantes, & Reformati S. Francisci unum constituunt corpus, & unico subiacent Generali* amplia ut in nn. 26. & 27.

28 *Praecedentia competit PP. Discalceatis super Augustinianos, sive intersint Fratres de observantia, seu Familia, sive non.*

29 *Connexa dicuntur individua, & quoad ea iudicium est idem, & singuli, & omnes eadem relatione coniungnutur.*

31 *Testes, qui in una, eademque Causa in Rotae Tribunali fuissent reiecti, non possunt in alio Tribunali, et in eadem Causa allegari*, & vide casum.

32 *Possessio dicitur infecta, nilque operatur, quando titulo possidendi obstet Constitutio munita clausula sublata, et decreto irritanti.*

33 *Negligentia Religiosorum, Religionis iuribus praeiudicium non infert.*

34 *Possessio semper interversa in Iudicio petitorio allegabilis non est.*

35 *PP. Discalceati, et PP. de Observantia S. Francisci in omnibus simul parificantur.*

36 *Praecedentia, quae ob antiquioritatem uni Conventui competit, omnibus eiusdem Ordinis Conventibus etiam ex post fundatis competere dicitur* ex Constitutione 84. Greg. XIII.

DECISIO MCCXXIX.

PLuribus jam Decisionibus nostri Auditorii, nec non Sententiis, & etiam re judicata definita fuerat favore Patrum Discalceatorum Seraphici Ordinis Provinciae Boeticae illa controversia, quam adversùs ipsos excitaverant Patres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini ejusdem Provinciae circa praecedentiam in Processionibus, aliisque functionibus publicis, quatenus sub propria Cruce, & non intervenientibus aliis Fratribus ejusdem Ordinis S. Francisci nuncupatis de Observantia, seu de Familia ad dictas Processiones, seu Functiones accederent. Primo namque loco praeviis duabus Decisionibus coram bon. mem. Emerix impressis in ejus Voluminibus la 962., & 1014. iata fuit Sententia, declarans dictis PP. Discalceatis strictioris Observantiae accedentibus ad Processiones, aliasque functiones publicas, *tam mixtim, & interpolate cum Patribus ejusdem Ordinis de Observantia, seu de Familia nuncupatis sub eorum Cruce, quàm solis, & sub propria Cruce, quoties dicti Patres de Oservantia, seu de Familia nequeunt, aut nolunt interesse dictis Processionibus, aliisque functionibus publicis, competiisse, & competere Precedentiam supra Patres Ordinis Sancti Augustini*: Sunt verba ipsius Sententię, quae in secunda confirmata extitit juxta decisionem editam 11. Januar. 1692. à clar. mem. Cardinali Caprara, in tertia coram bon. mem. Manuel, ut ex ejus decisione sub die 16. Januarii 1694., & demum in ulteriori instantia Rotali per bon. mem. Molines ad formam alterius decisionis coram en evulgatae 26. Iunii 1693.; itaut Patres Discalceati in hujusmodi precedentiae jure, ultra tres Sententias latas in Partibus super possessorio, quinque sui favore numeratent Sacrae Rotę Decisiones, & quatuor conformia judicata.

Adhuc tamen Patres Augustiniani plenariè non acquieverunt. Nam occasione qua in actu publico concurrebant Praelati utriusque Ordinis Observantium, Discalceatorum scilicet, & eorumdem Augustinianorum, eam praecedentiam, quam Rota Patribus in genere Discalceatis attribuerat, negarunt servandam esse in concurrentia Praelatorum tantum, nec non in pluribus actibus, quos non esse publicos, sed privatos iidem Patres Augustiniani contendebant; unde factum est, ut iterum redierint

ad

ad judicium nostri Auditorii, & quæsitum fuerit coram Me in hodierna Audientia -- *An, quando, & in quibus actibus Patribus Discalceatis Strictioris Observantiæ Sancti Francisci Provinciæ Bœticæ competat præcedentia supra Patres Eremitas Ordinis Sancti Augustini, itaut Litteras Executoriales Sacræ Rotæ sint exequendæ* -- cui Domini responderunt -- *Præcedentiam competere Patribus Discalceatis, & Litteras Executoriales esse exequendas juxta modum*, inferius exprimendum, *scilicet in omnibus Actibus publicis, Concionibus, Disputationibus, Funeralibus, & concurrentia Prælatorum, sive soli interveniant Discalceati, sive cum Patribus de Observantia.*

Insequendo autem ordinem propositi dubii, non immorandum Domini censuerunt in
1 ostendenda pertinentia juris præcedendi in genere respectu Patrum Discalceatorum supra Augustinianos, quia jam ita firmatum reperitur tale jus quatuor Sententiis supra relatis, & re judicata cum Litteris Executorialibus à Tribunali nostro decretis, & ab Augustinianis debita paritione hactenus acceptatis, adeout super hujusmodi articulo lis dici debeat extincta, & res judicata pro veritate habenda, & supponenda sit, ad *Tex. in leg. res judicata* 208. *ff. de reg. jur.*, *& l. Ingenuum* 25. *ff. de Stat. Homin.*, *Rota dec.* 465. *n.* 4 *&* 5. *p.* 19. *rec.*, *& in Ferrarien. alimentorum, & dotium super alimentis præteritis* 26. *Junii* 1720. §. *Quod enim coram Me.*

Tota verò difficultas erat in reliquis dubii partibus, quæ respiciebant alias speciales quæstiones, quando scilicet, & in quibus actibus huiusmodi competeret præcedentia. Sub prima Domini parte advertebant contineri duplicem inspectionem, alteram, an eadem præcedentia debeatur Patribus Discalceatis etiam quando cum Ipsis interveniunt Patres de Observantia in Communitate; alteram quando non intervenit tota Communitas, sed Prælati, seu Religiosi ejusdem Ordinis, utique ipsi dicunt, in concurrentia Prælatorum, in Concionibus, & aliis actibus.

2 Porro prima inspectio cadit sub eadem re judicata Rotali, dum in Sententiis à Rota latis, & præsertim in prima, quam aliæ posteriores conformes absolutè approbarunt, dictum fuit præcedentiam Patribus Discalceatis supra Patres Augustinianos omnino debitam esse, tam si Processionibus, aliisque publicis functionibus interveniant mixtim, & interpolatè cum Patribus ejusdem Ordinis de Observantia, seu de Familia nuncupatis, & sub eorum Cruce, quam si iilis non interessentibus ad eosdem actus soli accedat & sub propria Cruce, unde redit huc quoque mox firmata propositio, quod si per rem judicatam, quæ claudit os Parti, & facit de albo nigrum, ita stabilitum fuit, non potest contrarium amplius substineri.

Absque eo, quod suffragari possent in contrarium exceptiones ab Augustinianis allegatæ contra justitiam rei judicatæ in casu quo, interessentibus tam Discalceatis, quàm Observantibus, utraque Communitas interesset propria Cruce. Nam istæ exceptiones reddebantur illico inutiles propter de-
3 ficientiam sui suppositi, dum Patres Discalceati, intervenientibus Patribus de Observantia, cum quibus, ut inquit san. memor. Leo X. in sua Constitutione, de qua in *Summario Discalceatorum n.* 13. *Unum Corpus insimul faciunt*, nec possint diversam Cru-
4 cem erigere, quæ diversi Corporis insigne constitueret, nec de facto unquam huiusmodi prætensionem deduxerint, imo ipsimet semper unitatem Corporis cum Fratribus de Observantia servandam esse propugnaverint, ut præcipuè constat ex deductis in decisione diei 11. Januarii 1692. §. *Etenim objectum cor. clar. mem. Card. Caprara, & 16. Januarii* 1693. §. *Nullatenus cor. bon. mem. Manuel.*

Secunda inspectio, quæ respicit, non Communitates, sed Prælatorum, & Particularium Religiosorum concurrentiam, pertinet ad actus, in quibus eadem concurrentia verificari potest, ideoque transeundo ad eorundem Actuum examen; *Utique de Processionibus, aliisque publicis functionibus* agendum non erat, quia de iis loquitur pariformiter sæpe memorata res judicata. Ad-
5 vertebant idcircò Domini, quod Patrum Augustinianorum oppositio principaliter *versabatur in Concionibus, Circulis, Disputationibus, & funeribus*, quos tamen actus nonnisi publicos dici debere censuerunt, cum expleantur, vidente, & accurrente Populo, palam, & aditu cuicumque respectivè patente, ad *Text. in l. in eadem ff. ex quibus caus. maior. in cap. si quis Testium de Test.*, & notata per *Rebuff. in L. inter publica, vers. aliis in locis ff. de verbor. signific.*, *Bart. in l.* 1. §. *Consequens ff. de Suspect. Tutor.* ibi -- *Publicum est illud, quod omnibus patet* -- & latè *Salycet. in L.*
6 *ea quidem Cod. de accus.*, ac de facto hos eosdem actus inter publicos retulerint Testes ab ipsismet Patribus Augustinianis adducti in antiqua lite loquentes -- *Negl' altri atti publici, come sono, cioè nei Sermoni, e Conclusioni &c.* -- & proinde hi Testes qualitatem præcisè horum actuum contra ipsos inducentes plene probant, *Rota dec.* 249. *n.* 2. *cor. Peutinger. dec.* 647. *n.* 2. *cor. Dunoz. iun. dec.* 250. *n.* 6. *&* 7. *cor. Cels.*, *&*
7 *dec.* 409. *num.* 7. *p.* 19. *rec.*, ideoque referendi erant ad rem judicatam supradictam; quæ sub genere publicorum Actuum, etiam species huiusmodi comprehendat, *l. Semper ff. de regul. iur.*, *Surd. cons.* 255. *n.* 10., *Antonin. var. resol.* 33. *n.* 2., *Rot. cor. Coccin.*, *dec.* 203. *n.* 10., *& dec.* 1288. *n.* 39.

Sed etsi satis clara res iudicata ulteriori præsidio non indigeret, adhuc addebant quoque Domini, quod Patribus Discalceatis aliis pluribus omnino validis fundamentis in recen-

recensitis quoque actibus præcedentia debe-
8 batur; certum quippe est, quod ex Bulla san. mem. Leonis X. mox laudata, edita sub anno 1517. declaratum extitit, Patres Discalceatos Sancti Francisci unicum Corpus insimul constituere cum Patribus de Observantia, seu Familia nuncupatis, nec non
9 quod in alia Bulla edita per eumdem Summum Pontificem sub anno 1521., definita fuit consimilis controversia, quæ tunc iam exarserat inter Patres de Observantia, ac Patres Augustinianos, aliosque Regulares *super modo, & ordine in Processionibus, & Funeralibus, ac aliis Actibus publicis incedendi, & digniori loco ibi obtinendi*, ut sunt verba eiusdem Bullæ, in qua talis controversia ita decisa fuit, *ut Patribus de Observantia præcedentia deberetur supra omnes in omnibus, & singulis Processionibus, & Funeralibus, & aliis Actibus publicis*
10 *quibuscumque &c.* Si autem ab hoc summo Pontifice parificati sunt Patres Discalceati cum illis de Observantia, & si illis de Observantia concessa extitit talis præcedentia, eadem profectò censeri debet concessa pariter supra omnes etiam Discalceatos, nec diverso iure Patres constituentes, & integrantes unicum Corpus censeri debent, ut est *Text. in cap. Cognovimus* 12. q. 2., & in his terminis dixit *De Pont. dec* 8. *n.*16., & cum aliis *Rot in allegata decisione* 11. *Jannarii* 1692. §. *Nitebantur, cor. clar. mem. Card. Caprara.*

11 Huic Leonis Decimi Sanctioni accedunt continuatæ aliorum Pontificum Constitutiones; nam san. mem. Clemens VII. sub anno 1531. in alia Patrum Augustinianorum contradictione mandavit servari felicis recordationis Leonis Decimi Litteras, & iisdem, quæ supra relata sunt, verbis, Patribus de Observantia Ius præcedendi concessit, &
12 confirmavit. Item san. mem. Clemens VIII. per Breve datum sub anno 1602., declaravit, *Patres Discalceatos, seu Reformatos esse veros Filios, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Francisci*, nec non frui debere ad instar aliorum Fratum de Familia *omnibus, & singulis Privilegiis, & Indultis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, & Præcedentiis in Processionibus, & Funeralibus, in Concionibus certis tempore, & loco vicissim habendis, & in omnibus aliis Ac-*
13 *tibus publicis, & privatis*; & hoc Breve Clementis VIII., approbando resolutionem Sacræ Congregationis Rituum, quæ præcisè prodierat favore Patrum Discalceatorum Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Hispaniarum contra Patres Augustinianos, & alios Regulares eiusdem Provinciæ, confirmavit pariter san. mem. Urbanus VIII., ita *ubique servari* præcipiens, ut in Bulla Clementis VIII. statutum reperiebatur, nec non etiam san. mem. Clementis X. in aliis Litteris Apostolicis confirmatoriis eiusdem resolutionis, de qua locutus fuerat dictus san. memor. Urbanus VIII., datis 3. Junii 1676.

14 Ex hac Pontificiorum Oraculorum serie, evidenter descendit pertinentia iuris præcedendi in relatis Actibus favore Patrum Discalceatorum; quippe quia si animadvertatur, quod Sacra Rota in omnibus Decisionibus editis in lite inter has Partes acta, & signanter in postrema, quam subsequuta est res iudicata coram bon. mem. Molines, fundamentum suæ resolutionis constituit in dictis Apostolicis Sanctionibus, & præsertim in Bulla san. memor. Clementis VIII., quæ præcisè loquitur de Concionibus, & aliis Actibus, tam publicis, quàm privatis, iam
15 inde sequitur, quod Sententiæ Rotales, & Res Judicata ad formam Decisionum, & Constitutionum, à quibus decisiones resolutionis fundamentum susceperunt, interpretandæ sint, ut passim firmavit eadem *Rota dec.* 175. *n.*9. *cor. Emer. inn., dec.* 450. *n* 10. *p.*19. *rec., in Colonien. iniuriarum* 6. *Junii* 1704. §. *Nam cor. Em̃a D. Card. Scotto, & in Romana Communicationis Bonorum* 12. *Aprilis* 1709. §. *Levioris, cor. Rm̃o P. D. Aldrovando*, & proinde indubitanter comprehendantur Conciones, Disputationes, & similes actus sub eadem re iudicata.

16 Ac præcisivè etiam à re iudicata, Patrum Discalceatorum intentioni satis superque est, quod in eadem Clementis VIII. Constitutione sancitum sit, ipsis præcedentiam deberi, ut diximus, in Concionibus, & omnibus aliis Actibus, tum privatis, tum publicis: nam sive illi Actus, de quibus nunc agitur, sint publici, prout tales firmatum fuit, sive sint privati, ut opponunt esse Patres Augustiniani, semper occidet littera, quæ tam publicos, tam privatos Actus com-
17 prehendit, ac iudicandi normam omnino præbere debet, & cui Patres ipsi Augustiniani tenentur acquiescere, cum nil iustum magis, ac decens sit, quàm ut Apostolicæ Constitutiones debita excipiantur reverentia & executioni demandentur, ad *Tex. in cap. cum Capitulo*, ibique *Gloss. verb. Exequantur de concess. Præb* in 6.. *Rot dec* 3. *n.*6. *cor. ba. mem. Ansaldo, & in Romana Emolumentorum Parochialium* 1. *Julii* 1718. §. *Primi itaque cor. Me.*

18 Ex præmissis re iudicata, & Constitutionibus Apostolicis importantibus præcedentiam in relatis Actibus, succedit velut consequens explicatio pertinentiæ paris præcedentiæ favore eorumdem Patrum Discalceatorum etiam in concurrentia Prælatorum, & aliis functionibus; singula enim singulis
19 congrue referendo, certum est, quod in memorata concurrentia Prælatorum, non universa Communitas, sed Prælati dumtaxat, seu Guardiani intersunt, disputationibus Lectores, & sic alii in aliis proportionatis Actibus. Si igitur in Concionibus, Disputationibus, & his aliis Actibus, in quibus non tota Communitas, sed singulares Personæ Communitatem repræsentantes tantum interveniunt, Patribus Discalceatis concessa reperitur præcedentia; ecce quod ista præceden-

ceden-

cedentia restricta non est ad concurrentiam totius Universitatis, sed est verificanda etiam in concurrentia Prælatorum, & singularium Personarum, à quibus Actus Universitatis nomine expleri contingit.

His omnibus, ne locus amplius ulli remaneat dubitationi, accedunt resolutiones Sacræ Rituum Congregationis, tum in *Salernitana Præcedentiæ* 15. *Decembris* 1646., de qua apud *Lantusch. in Theatr. Regular. verb. Præcedentia n.*13., *& in decis. huius Causæ* 11.*Januarii* 1692. §. *Etenim in fin.*, *cor. clar. mem. Card. Caprara*, tum in *Mexicana* 8.*Maii* 1700., in qua disputato dubio *An Fratribus Discalceatis Strictioris Observantiæ Ordinis Sancti Francisci non solùm in Processionibus solis, & sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus, Disputationibus, Concurrentia Prælatorum, aliisque Actibus tam publicis, quàm privatis, interveniente, vel non interveniente Familia de Observantia, competat Præcedentia supra Patres S. Augustini*; responsum fuit, *Præcedentiam competere Patribus Dis-*
20 *calceatis*, & reclamantibus ulterius Augustinianis succumbentibus, Rescriptum prodiit - *Patres Augustiniani pareant, & perpetuò acquiescant*; Frustra idcirco eamdem hodie proponebant quæstionem in nostro Tribunali, super qua ita solemniter in Sacra Congregatione succubuerant, dum idem nostrum Tribunal hujusmodi resolutiones reverenter ampiecti, & exequi semper consuevit, ut testatur eadem *Rota dec.*60. *n.*4. *cor. Cels., dec.*46. *n.*16 *cor. san. mem. Alex. VIII., & relat. Concordan. in Neapolitana Jurium Parochialium* 13.*Martii* 1711.§.*Utique cor. bon. me. Ansaldo, & in Foroliviens. jurium Parochialium* 7. *Decemb.* 1716. §. *Neque amplius cor. Me.*
21 Tanto fortius quia eamdem resolutionem editam à Sacra Congregatione in Mexicana per Breve Apostolicum confirmavit prius san. mem. Innocentius XII., ac subinde etiam Sanctissimus D. Noster Clemens XI., qui consimili Brevi Apostolico rejecit ulteriores Augustinianorum recursus, illosque sui Prædecessoris litteris parere mandavit.
22 Per hujusmodi verò Summorum Pontificum approbationem eadem resolutio legis robur assumpsit, & tamquam lex idcirco recipi, & servari debet, juxta firmata in *Romana jurium Parochialium* 27. *Junii* 1714. §.*finali cor. bon. mem. Ansaldo, & in allegata Foroliviens. Jurium Parochialium* §. *Idque ipsum cor. Me.* Quin restringi mereatur efficacia ejusdem resolutionis ad casum dumtaxat disputatum ob speciales facti circumstantias ibi concurrentes, quia contrarium ostendit littera suprarelati dubii generaliter concepti, & clarius demonstrant allegationes Partium in Congregatione deductæ coram clar. mem. Card. Petruccio, ex quibus signanter habetur, quod præcipuum Discalceatorum fundamentum stetit in Litteris Apostolicis san. mem. Clementis VIII.

Non obstant itaque ea, quæ in contrarium hodie proponebantur ex parte eorumdem
23 Patrum Augustinianorum; vel ex difformitate, quæ sequeretur, si concurrentibus ambobus Prælatis Discalceatorum, & Observantium, præcedentia ambobus concederetur, quia darentur duo capita in eodem corpore; vel ex possessione, in qua ipsi Augustiniani constitutos sese esse contendant;
24 vel ex antiquioritate fundationis eorum Monasteriorum servanda pro præcedentiæ regula ex Constitutione fa. me. Gregor. XIII.

Quoniam ultra quod satis esset generalis responsio ad has omnes partes cumulatæ objectionis, quod ex re judicata Rotali, & dictis Constitutionibus Apostolicis, & Resolutionibus Sacræ Congregationis indefinitè loquentibus, omnia explanata, & sublata dici possunt; tamen singulas examinando,
25 quantum attinet ad difformitatem præsuppositam ob concurrentiam duorum capitum, cessat omnis difficultas ex animadversione, quod ex præadductis Summorum Pontificum dispositionibus, Reformati, & Observantes unum omnino corpus constituunt, & efformant, ideoque particularium Conventuum Guardiani, qui tam ex Reformatis, quàm ex Observantibus alicui actui simul intersunt, non sunt duo capita, sed imo duo membra ejusdem corporis, cujus caput repræsentatur tantum ab unico Superiore, quem Ministrum vocant Generalem, & qui communis est, tam Observantibus, quàm
26 Reformatis. Si autem sunt duo membra ejusdem corporis, retorquetur assumptum, quia imo difformitas omnino vitanda foret illa, quod ex. gr. post Guardianum Reformatorum, sederet, aut incederet Prior Augustinianorum, & post hunc Guardianus Observantium, nam esset interfecare, & dividere membra ejusdem corporis, quæ simul juncta esse debent, ex firmatis in Decisionibus hujus causæ, & *dec.*214.*n.*9., *& seq. p.*4., *dec.*224.*n.*1.*p.*7.*rec.*, & in *Romana præcedentiæ* 5.*Maii* 1710.§.*Prout quoque, & seqq. cor. Rmo P.D. Crispo Archiepiscopo Revennaten.*, & hoc ipsum procedit etiam respectu Lectorum in disputando, & Prædicatorum in concionando, quia illi istis casibus Religionem ex utraque mistica specie Reformatorum, & Observantium integratam, tamquam unicum corpus per membra proportionata in his actibus pariter repræsentant.

Absque eo, quod hujusmodi jus præcedendi Patres Discalceati mutuari debeant ex non interessentia Patrum de Observantia, quasi quod illud, absentibus tantum iisdem Patribus de Observantia, in ipsis con-
27 solidetur: quia cum sint, ut iterum repetendum est, parificati Patres de Observantia, & Reformati, & unicum faciant corpus & componant Religionem, neque Patres Discalceati ob Ofervantibus, neque Observantes à Reformatis, seu Discalceatis jus ullum consolidationis desumere valent, cum per talem parificationem æqualiter tale jus

præcedendi, tam in illis, quàm in istis radi-
28 catum, & infixum reperiatur, ac de facto firmatum jam fuit in omnibus prædictis Decisionibus, Resolutionibus, Sententiis, & Re judicata, quod sive intersint, sive non interfint Fratres de Observantia, seu Familia, præcedentia super Augustinianos competit Discalceatis, nec decet diversum sen-
29 sum, & ius facere quoad omnes, quàm quoad singulos, dum singuli, & omnes eadem relatione coniunguntur, & ex unicitate corporis, quod constituunt, sunt individui, ad *Text. in leg. Julia §. Si Procurator ff. de act empt.*, *Sacc. de appellat. qu 17. limit. 21. nu. 26*, *Marc. Anton. var resol. lib. 3. res. 9. n. 2. & Surd. dec. 159. n. 13.*

30 Quo verò ad possessionem, quam sui favore suffragari iidem Patres Augustiniani contendebant ex Testibus per ipsos adductis in antiqua lite, plurimæ orrurrebant responsiones, quod scilicet aut actus Concionum, Disputationum, Circulorum, & similes sunt publici, ut firmatum fuit, & etiam dicta eorumdem Testium fuerunt reiecta à Sacra Rota, quæ in hisce actibus publicis præcedere mandavit Patres Discalceatos, & hoc sufficeret, ut non possent amplius allegari in hoc iudicio, *Rot. dec. 416. n. 6. cor. Priolo, dec. 370. n. 10. cor. Bich.*, & in *Bovinen. Archidiaconatus 2. Junii 1713. §. Neque prop-*
31 *terea cor. Eminentis Scotto.* Aut dd. Actus sunt privati, & tunc quia ex Constitutione san. mem. Clementis VIII. datur præcedentia Discalceatis, etiam in actibus privatis supra Augustinianos, tollitur difficultas, cum
32 hæc Constitutio sit munita clausula sublata, & decreto irritanti, nec possessio contraria tamquam infecta, quidquam operari valeat, *Pignatel. consult. 39. n. 7 tom. 10.*, *Rot. decis. 511. n. 1. & 2. cor. Cavaler.*, & in *Moguntina Decanatus 15. Januarii 1712 §. final. cor. Me*, imo nec præscriptio, ut firmatum fuit in *Romana Funerum super bono Jure 7. Iunii 1720. §. Præter verò cor. R. P. D. meo Rouault de Gamaches.*

33 Præterea cum Ordini ipsi Religionis competat istud ius præcedendi, quisque videt, quod ex aliquibus actibus neglectis, & notia aliquibus tantum de eodem Ordine. Ordini ipsi universo præiudicium irrogari non valuit, *A Sanct. Spirit. in Director. Regul. tract. 1. disput. 1. sect. 7. n. 146.*, *Rot in Nullius Tutelæ, seu Tyrasonen. Decimarum 1. Julii 1697. §. In nihilum coram clar. mem.*
34 *Card. Caprara*; Cumque à san. mem Leone X. ad hæc tempora semper viguerint huiusmodi quæstiones, & prodierint tot favore Patrum Discalceatorum Litteræ Apostolicæ, Constitutiones, & Decreta Sacræ Congregationis, quisque videt, quod possessio fuit semper interversa, nec est in iudicio petitorio, in quo sumus, ullo modo attendenda, *Felin. in cap. licet ex n 12. vers. 5 de præscript.*, *Pignatell. consult. 170. n. 17.*, *Lotter. de re Benefic. lib. 3. q. 33. n. 19.*, *Rot. dec. 217. n. 6. & 7. p. 7. rec.*, & quæ in contrarium arguebantur ex *dec. 962. cor. Emer. iun.*, quæ est prima ex editis in hac causa, cessant, quia ibi non fuit præservata Patribus Augustinianis possessio quoad actus, de quibus non agitur, sed solum dictum fuit, quod non erant attendendi Testes ab illis adducti, quia non loquebantur de Processionibus, de quibus in Bulla san. mem. Gregorii XIII., & sic ibi de his aliis actibus actum non fuit.

Respectu demum ad antiquioritatem Conventuum Patrum Augustinianorum, propter quam ipsi præcedentiam sibi deberi contendunt supra Discalceatos, qui Conventus ex post obtinuerunt in Civitatibus Provinciæ Beticæ; assumptum istud probabile forent ex dicta Constitutione san. mem. Gregorii XIII. edita anno 1583. in terminis generalibus aliorum Regularium; sed ultra quod in Litteris Apostolicis san mem Urbani VIII., quibus mandavit servari ubique Constitutionem san. mem. Clementis VIII. favore Discalceatorum, continetur expressa derogatio dictæ Constitutionis Gregorii XIII. ibi -- *Non obstantibus quibusdam etiam fel. rec. Gregorii XIII. de anno 1583. Pontificatus sui anno XII. emanatis litteris &c.* satisfacit coleumque difficultati respon-
35 sio illa, quod dum sunt antiquiores, ut supponitur inter Partes, Conventus Patrum de Observantia, quàm sint illi Patrum Augustinianorum, ista antiquioritas suffragatur etiam Discalceatis, qui sunt eiusdem Ordinis, & parificantur in omnibus cum Patribus de Observantia, quia dicta parificatio id efficere debet, ut sicut si fuisset fundatum alterum Monasterium de Observantia, non adesset ulla diversitas inter primum, & secun-
36 dum Monasterium, ita neque ulla diversitas esse debet, dum primo fundatum fuit Monasterium Observantium, & deinde Discalceatorũ, & antiquioritas unius Conventus quoad præcedentiam influere debet in omnes alios eiusdem Ordinis Conventus, etiamsi sint ex post fundati, ut ex eadem Constitutione 84. Gregorii XIII. §. *Tertiò urgnit*, *Rot. in bruint Causæ decisione diei 26. Junii 1693. §. Comprobata cor. bo. me. Moliner.*

Et ita relativè ad dictas Causæ Decisiones & allegata Decreta Sacræ Rituum Congregationis, responsum fuit, utraque &c.

MELEVITANA DOTIS.

Veneris 7. Februarii 1721.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 26. Junii 1720. emanatæ.

Eadem omnia, quæ in argumento continentur declarat sequens.

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, et paratam habet exequtionem.*

2 *Solutio, seu traditio quid facti dicuntur, adeoquod ab eas allegante probandæ sint.*

3 *Compensatio crediti unius non datur cum debito alterius.*

4 *Electio Periti danda non est, quando stan-*

te

te partis confessione, elusoria efficeretur.
5 *Debitum dicitur confessatum eo ipso, quod
debitor compensationem opponit.*
6 *Debitum approbatum dicitur in totum,
quando illud in parte debitor persolvisset.*
7 Compensatio solutioni equiparatur.

DECISIO MCCXXX.

SIcut facile fuit Carolo, & Gaspari Fratri-
bus de Boniciis obtinere à consueta Do-
minorum indulgentia facultatem Jura sua
deducendi adversus decisionem cor. Me
editam, ipsis non informantibus sub die 26.
Junii superioris anni, favore Catharinæ pa-
riter de Boniciis; ita æque facile fuit eidem
Catharinę, causa hodie reproposita, & illis
aduc comparere negligentibus, & si diu mo-
niti, & expectati fuerint ostendere ejusdem
decisionis fundamenta esse omnino subsi-
stentia, & proinde meruerit rescribi con-
gruo dubio per Me proposito -- *Standum es-
se in decisis.*
1 Fuit enim Iure responsum, quod relaxan-
dum esset juxta petita per Catharinam man-
datum contra Fratres de Bonicijs Vincen-
tiæ hęredes tàm pro annuis scutis 150. de-
cursis, & non solutis, quam pro eorum ca-
pitali, necnon pro aliis scutis bismille in
tot gemmis, jocalibus, & supellectili pro-
missis à Vincentia supradictæ Catharinæ in
instrumento dotali, quia actrix habet fun-
datam intentionem suæ petitionis in d. In-
strumento, quod facit probationem proba-
tam, & rem manifestam, *Bald. in l. Quoties
3. in fin. C. de Iudic., Rota dec. 148. n. 1. coram
Cerro, dec. 763. n. 7. p. 18., dec. 677. n. 1. p. 19.
rec. tom. 2.*, & passim alibi.
Non obstat, quod Catharina jamdiu plura
2 receperit ex dictis mobilibus sibi assignatis,
itaut non sint hæredes Vincentiæ ad eorum
iteratam præstationem condemnandi. Quo
niam ultra quod tenerentur fratres de Boni-
ciis Rei conventi ostendere ipsi hujusmodi
traditionem mobilium, & liquidare quæ,
& quanta fuerint, juxta firmata *dec. 734. n. 5.
cor. Card. Cerro, dec. 28. n. 24. cor. san. mem.
Alex. VIII., & dec. 518. n. 1. p. 18. rec.*, obie-
3 ctum penitus excludit facti animadversio,
quod mobilia, quę fuerunt Catharinæ tra-
dita, proveniebant ex Paterna hæreditate
& quibusdam Avitis fideicommissis, nilque
commune habebant cum aliis à Vincentia
sibi promissis in causam matrimonii, seu do-
tis, & ideo illorum pręstatio non potuit ce-
dere neque in solutionem, neque in com-
pensationem eorum, quæ diversa Persona
tradere obligata reperiretur, & diverso pe-
nitus titulo debita sunt, ex regulis, de qui-
bus per *text. in l. in rem, & l. ejus ff. de
compens., Rota dec. 366. n. 2., & 7. cor. sa.
me. Greg XV. dec. 128. in fin. p. 18., & decis.
427. n. 4 p. 19. rec.*
Minus refert, quod Fratres de Boniciis
habeant, & alia credita per consimilem ex-
ceptionem compensationis elidentia illa,
pro quibus agit Catharina, & super quibus
jàm Sac. Rota in Causæ propositione habita
10 Februarii 1708. pariter coram Me, man-
davit, ut *eligeretur Peritus Curialis.* Ete-
nim post hujusmodi Sac. Rotæ rescriptum,
cui de cætero parendum erat pro liquidan-
dis creditis in compensationem deductis ex
parte debitorum, scilicet illorum de Boni-
ciis, supervenerunt tres ęquè claræ, & con-
cludentes eorumdem met debitorum con-
fessiones tàm in duobus publicis instrumen-
tis emissæ sub annis 1716., & 1717., quam
etiam in actu judiciali oppositi per viam ex-
ceptionis à Catharina sui crediti præstatio-
num annuarum cum admissione Judicis, &
approbatione alterius ex dictis Fratribus de
Boniciis juxta ea, quæ latius explicavit de-
cisio, quę revidetur §. *Prædicta*, & con-
4 currentibus hisce Partis confessionibus non
erat opus ulteriori Periti electioni, cum il-
læ superlativum constituant gradum proba-
tionis, *ad text. in Cap. per tuas de probat.
& l. generaliter C. de non numer. pecùn cum
concord.* allegatis in eadem decis. §. *Quam-
vis cor. Me.*
Et imo ex dictis confessionibus, quæ ma-
5 jorem efficaciam sumebant, ex quo emissæ
post oppositam ex aliis creditis compensa-
tionem, resultabat, quod residuum sui debi-
ti nulla exceptione Fratres poterant contro-
vertere, cum uterque illud approbaverit dd.
actibus, alter scilicet admittendo, & fatten-
do judicialiter illius residuum Catharinæ
debitum esse, alter verò assignando bona
in computum, & partem ejusdem debiti; li-
6 cut autem per solutionem, & satisfactio-
nem debiti in parte, dubium non est, quin
debitor suam integrè obligationem pro toto
debito agnovisse videatur, ut arguit *Rota
dec 486. n. 9. cor. Buratt., dec. 578. n. 6. coram
Ubald., & dec. 319. n. 11. cor. Bichio*, ita
quoque sequitur, quod nequeat per illum
opponi præcedens ejusdem debiti satisfactio
7 & solutio, seu compensatio, quę ęquipollet
solutioni, ut pariter concludit decisio, quę
revidetur §. *Unde hic cor. Me*, & præter ibi
adducta firmat in similibus terminis *Rota
dec. 150. n. 13., & dec. 402. n. 9. p. 19. rec.*
Atque ita relativè ad eamdem decisionem
responsum fuit altera tantum &c.

ROMANA. SEU NEAPOLITANA PECUNIARIA.

Veneris 7. Februarii 1721.

ARGUMENTUM.

Apoca contractus perfectissima dicitur, quan-
do tria substantialia in ea requisita concur-
runt, quæ sunt denunciatio hinc inde rei
vendendæ, pretium, & mutuus consensus;
relatio vero ad instrumentum celebrandum
stare pro majori contractus probatione, &
firmitate intelligitur.

Beneplacitum Apostolicum in bonorum feu-
dalium distractione in Forenses necessarium
reportatum dicitur, etiam si Chirographus
à Papa non sit subscriptus, quando tamen
à tergo memorialis rescriptum adest -- *San-
ctissimus annuit.* SUM-

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur adversus sententias iniustas.*

2 *Actio favore venditionis pro emendatione damni oritur, quando ex parte sua Emptor contractum non adimpleat.*

3 *Venditor potest rem venditam risico, & periculo emptoris denuo distrahere, quoties iste contractum non adimpleat.*

4 *Amplia, si ad talem actum auctoritate Iudicis devoniret, quo casu multo minus Emptor in bona fide positus diceretur, imò in mala.*

5 *Sententia non dicitur nulla per hoc, quod Signatura rescripserit* -- Judex iterum audiat in statu, & terminis, *imo ex tali rescripto valida reputatur*, ampiia, ut in num 7.

6 *Limita quando Signatura rescribit* -- Judex iterum audiat ex intego.

7 *Sententia recognoscitur valida à Signatura quando concedit* Iterum audiat refectis expensis.

8 *Nullitas reiecta per rescriptum Signaturæ à Partibus acceptatum, amplius allegari non potest.*

9 *Procurator citatus in causa ex eo quia in altera causa compareat pro suo Principali suam reintegat personam, quando ex post mandatum procuræ affert in causa primodicta.*

10 *Citatus per Edicta, & ad Confinia habetur, pro legitimè citato, quando extat extra Statum.*

11 *Contractus ex quibus dicatur perfectus, & non simplex tractatus*, declara, ut lo nu. seq., & 13.

12 *Contractus perficitur ex tribus substantialibus requisitis, quæ sunt res, prætium, & consensus hinc inde.*

14 *Contractus dicitur perfectus, licet Apoca ferret, quod omnia in ea contenta in publicum Instrumentum redigenda forent, quia hæc nil detrahunt substantiæ contractus iam stabiliti.*

15 *Contractus dicitur plenariè stabilitus, atque completus, quando* Contrahentes *per verba dominii translativa loquuntur, & Instrumentum in eius sequelam stipulandum non ad actus suspensionem fuit, sed simpliciter ad meliorem contractus, firmioremque probationem reservatum.*

16 *Amplia, quando ea, quæ ad diem Instrumenti deluta sunt, sine læsione apocę in substantialibus compleri possunt, et illius dumtaxat exequtionem respiciunt.*

17 *Contractus ut dicatur perfectus, verosimilitudini multum defertur.*

18 *Emptor quando rei emendæ pretium statuit illius qualitates, et statum ignorasse non præsumitur.*

19 *Feuda, et Bona Iurisdictionalia in Forenses sine assensu Sanctissimi nequeunt distrhai, iuxta Apostolicas Constitutiones.*

20 *Constitutiones Apostolicæ Bonorum feudalium distractiones in Forenses vetantes Cameræ favorem, et non Privatorum respiciunt, adeout de hoc Fiscus tantum possit excipere.*

21 *Beneplacitum Apostolicum requisitum pro distractione Bonorum feudalium in Forenses dicitur obtentum, quando à tergo supplicis libelli Sanctissimo porrecti adest rescriptum* -- Sanctissimus annuit -- *quod ad utrumque effectum interpretatur.*

22 *Item, si tale rescriptum appositum fuisset ab Officiali Papę, licet non esset adhuc subscriptus Chirographus, cum ille vivę vocis illius oraculum dicatur habere; limita tamen apud utriusque Siciliæ Regem.*

23 *Chirographus extenditur valide supra rescriptum* -- Sanctissimus annuit - *et ille inservit pro majori probatione assensus Pontificii.*

24 *Gratia Apostolica non potest de subreptione redargui ab illo, qui subreptionem in propria culpa fundaret, cum nemo ex ista commodum referre queat.*

25 *Simulatio contractus non potest allegari ab eo, qui illam procuravit.*

26 *Testis mediator, et qui sit persona in dignitate constituta plenam facit probationem.*

27 *Subreptio non oritur ex expressione erronea, quæ Gratiæ substantiam non tangat, quæque Papam non retraxisset, si ei, uti est in se, fuisset denunciata.*

DECISIO MCCXXXI.

Contractum emptionis Castri Rigatti pertinentis ad D. Marchionem Sacchettum, quem inierat pro pretio scut. 19500., mediante Apoca privata per ipsum subscripta, ac prævio assensu Sanctissimi Domini Nostri, reversus Neapolim, adimplère per annum, & ultra distulit D. Dux Canusiæ; ideo Marchio Sacchettus necessè habuit adire Iudicem, qui suæ consuleret indemnitati, & citato tùm eodem Duce per Edicta in Urbe, & ad Confinia, tum illius Procuratore in alia causa comparente, obtinuit ab R. P. D. tunc A. C. Ansideo sententiam, qua sibi impartita fuit potestas vendendi d. Castrum pro pretio reperibili, damno, risico, & periculo Ducis Caousię respectu minoris summę, qua alteri vendi contingeret.

Duo reperti fuerunt post hęc Oblatores; Primus, qui pretium obtulit scutor. t5000. alter, qui obtulit scut. 16500., & cum hoc stipulatum fuit sub die 14. Octobris 171 . Instrumentum venditionis à R. P D. Thesaurario cum facultatibus Congregationis Baronum, ac propterea ob non adimpletum contractum à Duce Canusię, Marchio Sacchettus fuit in damno scut 3000., pro cujus emendatione comparuit prius in concursu alterius ejusdem Ducis Creditoris, qui pro suo credito executionem fecerat super quibusdam mobilibus, & obtinuit mandatum, & decretum, quod eadem mobilia starent sui favore sub executione; interim vero idem Procurator, qui in omnibus actibus citatus extiterat, speciale pro hac Causa man-

mandatum exhibuit, & obtinuit à Signatu-
ra rescribi -- *Iterum audiat in statu, et ter-
minis, refectis expensis.*

Reassumpta idcirco fuit coram A. C Cau-
sæ discussio, obtinuitque Dux Canusiæ re-
vocari sententiam R. P. D. Ansidei, & ab-
solvi à petita per Marchionem Sacchettum
refectione damnorum, transiitque ista sen-
1 tentia ob lapsum fatalium in rem judicatam
Curavit tamen idem Marchio Sacchettus
Mihi causam committi in gradu restitutionis
in integrum, atque hodie proponi DD. Iu-
dicio congruum dubium, *cui constare de
causis restitutionis in integrum*, responsum
fuit, attenta memorati Iudicati iniustitia,
quę semper viam aperit petitæ in integrum
restitutioni, ad *Text. in l. Vulgata l. 4.
§. Condemnatum ff. de Iudic., et cap. Ex lit-
teris de restit. in integr.*

2 Promanat illa ex ea Juris dispositione,
quod si Dux Emptor ex parte sua contra-
ctum non adimplevit, orta fuit actio favo-
re Venditoris pro emendatione damnorum
per *Tex. express. in l. Ea conditione Cod de
rescind. vend. l. In civile Cod. de rei vindic.,
& l. Non idcircò in fin. Cod. de contrab. em-
pt. Surd. cons. 38. num. 7., & dec. 320. num.
1. Add. ad Buratt. decis. 640. num. 26. decis.
1725. num 1. coram Seraphin., & dec. 130.
num. 2. coram sa. mem. Gregor. XV.*, & si-
3 cuti in istius actionis sequelam descendit,
quod posset Venditor denuò rem distrahere
propria authoritate, risico, & periculo Em-
ptoris, ut exindè conventum pretium asse-
quatur, ad alium *Text. in l. à D. Pio §. Sed
si Emptor ff. de re judic. Surd. cons. 15. num.
16. Menoch. de arbitr. cos. 381. num. 18. Er-
mosill. ad Lopes. glos. 1. l. 50. tit. 5. part. 5. nu.
45. Gratian. discept. for. cap. 523. num. 5. &
4 6. cum seqq.*, ita multo certius id facere li-
cuit authoritate Judicis, vendendi facultatem
concedentis risico Emptoris, non adimplen-
tis contractum, quia tunc multo minus dubi-
tari potest de bona fide Venditoris, aucto-
rante Judice, procedentis, ut plenè dictum
fuit in *Verulana Census 7. Martii 1712. §.
Pari modo, coram R. P. D. meo Falconerio,
Almæ Urbis Gubernatore.*

Nequè verò facultas ista à Judice obtenta
sperni debet, quia concessa extiterit per
Sententiam nullam ex defectu citationis
Ducis Emptoris; præter enim quod istam
5 nullitatem rejecit Signatura Justitiæ, coràm
qua primum allegata fuit ad circumscriben-
dam d. Sententiam R. P. D. A. C. Ansidei,
rescribendo, quod alter Judex, qui manda-
tum pro damnis relaxaverat, Iterum audiret
in statu, & terminis, per quam clausulam
præcedens sententia agnita videtur valida,
cum de cętero sententia nulla non habeat sta-
6 tum, nec terminos, & ab illa Signatura res-
cribere soleat cum clausula *ex integro*, ut re-
fert *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 115. num.
4., & advertit. Rot. decis. 68. num. 11. par.
16. rec. & in Ferrarien. Primogenituræ 16.
Februarii 1705. §. Accedebat, coram Me*;

7 Maximè dùm addidit -- *refectis expensis* --
quæ in Judicio nullo non debentur. *Const.
ad Stat. Urb. annot. 52. art 1. Sec. 7. nu. 417.
Rota dec 317. num. 8. par. 11., & dec. 222. n.
13. par. 16. rec.*, undè ista nullitas per rescrip-
8 tum à Partibus acceptatum rejecta, amplius
non potuisset allegari, juxta alias firmata *in
Romana fideicommissi super restitutione in
integrum 11. Aprilis 1712. § Hujusmodi,
& in Vasionen. Molendini 1. Februarii 1717.
§. Nec enim coram R. P. D. meo Falcone-
rio, & in Romana fideicommissi de Cajeta-
nis 13. Martij 1718. §. 38., coram Reveren-
dissimo P. D. Crispo Archiepiscopo Raven-
naten.*

9 Cessat in facto proposita nullitas, dum
non solum fuit in Curia citatus idem ille
Procurator, qui in alia causa pro Duce actu
comparebat, quique successivè comparuit
cum speciali mandato in hac ipsa, quæ agi-
tur, & sic integravit Personam, in cujus re-
præsentantia citabatur, juxtà ea, quæ docent
*Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 4. n. 32. Ubert.
de citat. cap. 13. num 145. & 148. Adden. ad
Buratt. dec. 727, num. 9. Rot. dec. 272. num.
20. coram. Dunoz. Iun.*, verùm etiam cita-
10 tus extitit ipsemet Dux per edicta, tum hic
in Urbe, tum ad confinia, servato Curiæ
stylo, & Curiarum Terracinæ, ac Civitatis
Vetuiæ; unde cum ipse degeret in Civita-
te Neapolis, per edicta ita executa, habetur
prò legitimè citato *Panimol. decis. 1. annot.
3. num. 19. & 20. de Franch. decis. 253. num.
6., & seqq. Rota decis. 560. num. 14. part.
19. rec., & dec. 25. num. 27. coram bon. mem.
Ansaldo.*

Hoc fundamentum actionis propositæ à
D. Marchione, frustra ex parte D. Ducis
evitari contendebatur ex eo, quod nullus
11 umquam contractus inter ipsos stabilitus
fuerit, sed simpliciter sese continuerint in
terminis meri tractatus; perfectio enim istius
emptionis evidenter resultat ex Apoca hinc
indè exhibita, ubi narrata licentia, jam ob-
tenta à Sanctissimo Domino Nostro per Mar-
chionem Sacchettum - *di vendere il suo Feu-
do, ò Castello di Rigatti al Signor Duca di
Canosa* -- perficitur venditio ex tunc per
verba præsentis temporis -- *quindi è, che ine-
rendo alla predetta facoltà il medemo Signor
Marchese Matteo Sacchetti vende al nomi-
nato Signor Duca di Canosa il Feudo, e Ca-
stello di Rigatti con ogni suo annesso, e con-
nesso, con li segnenti patti, e conditioni*; &
deveniendo successivè ad pacta in primis --
*rispeto al prezzo il medemo si conviene, e con-
corda in scudi 19500. &c.* deindeque additur
solvendi modus, & postremò convenitur
etiam de repartitione expensarum, quæ fieri
debebant prò rogitu publici instrumenti, &
expeditionis Chirographi Pontificij, sem-
perquè denominantur Marchio Sacchettus
cum addito venditoris, & Dux Canusiæ
Emptoris, qui in Calce Apocæ istius sese
etiam subscribit sub illa formula -- *mi obligo
à quanto di sopra*; quod si certum est ad perfi-
cien-

12 ciendum contractum emptionis satis esse,
substantialia tria requisita, rei, pretij, &
consensus, juxta deducta in proximia termi-
nis per *Surd. cons.202. num.33. vers. Nec
movet. Pacion. de locat. cap.2a. num.14 Rot.
dec.898. nu.6. coram Buratt. dec.548. nu.29.
& 30. par.17. rec., & in Firmana Domus 16.
Maii 1716 § Nullà, coràm R. P. D. meo
Falconerio A'mæ Urbis Gubernatore*; quo-
13 modò perfectus dici non debet contractus
iste ita stabilitus in prænarrata Apoca, quæ ul-
tra designationem rei cum suis annexis in il-
lum deductæ, certi pretii in scut. 19500., &
obligationis susceptæ à Duce Canusiæ, tot
alia ejusdem perfectionis argumenta præse-
fert.

14 Absque eo quod obstent ullo modo finalia
verba Apocæ, exprimentia, quod -- *il tutto
in ultimo ridurrassi in publico Istromento con
tutte le clausule opportune, e necessarie, e
con l'obbligo di tutti li proprij beni nella for-
ma della R. C. Apostolica* -- per quæ verba
collatus in futurum asserebatur consensus
contrahentium, itaut non sequuta reductio-
ne actus in publicum Instrumentum, dici
ille perfectus non posset; maxime dum ad
eandem stipulationem Instrumenti dilata
fuit etiam specificatio debitorum accollan-
dorum in partem pretii, & solutio residui;
etenim hæc omnia nihil detrahunt substan-
tiationi contractus in relata Apoca jam ple-
nariè stabiliti per satis, superque expressam
declarationem rei, pretii, & consensus, sed
referuntur dumtaxat, vel ad meliorem ip-
sius contractus probationem, vel etiam ad
illius executionem, itàut remaneant penitùs
accidentalia, & non possint naturam contra-
ctus, de cætero in Apoca perfecti, ulla-
tenùs suspendere, differe, aut irritare *Rota
dec.291. num.22. & seqq. dec.353 num.5. &
6. par.19. rec. in Nullius, seu Altamurana Im-
missionis* 10. *Feb.*1702. *§ Et demum, coram
bon. mem. Muto, & in Firmana Domus* 16.
Martii 1716. *§. Nulla coram R. P. D meo
Falconerio*.

15 Porro si legimus in d. Apoca dilatam in
futurum stipulationem Instrumenti, jàm pa-
ret, quod cum jam satis expressus esset con-
sensus Partium in eadem Apoca per verba
præsentis temporis, ut sunt illa relativa ad
Marchionem Sacchettum - *vende &c. il Ca-
stello, e Feudo &c* nec non illa expressa res-
pectu pretij - *s'obbliga d'erogarli &c.* -- &
non minus alia relativa ad Ducem Canusiæ --
m'obbligo à quanto di sopra -- atque etiam
aliqua relativa ad utrumque, ubi agitur de
pretio stabiliendo -- *si conviene, e concorda
in sc.*19500., *de quali si devono sborsare in
contanti &c.* -- utiquè illud non ad suspen-
sionem actus reservatum fuit, sed conven-
tum simpliciter ad meliorem, firmioremque
probationem, ut declarando præcisè *decis.*
638. coram *Bich* in contrarium allegatam,
distinguit *Pacion. de Locat. & conduct. cap.*
16. *num.*65. & latè tradunt *Rocc disput.* 133.
*num.*10. *& seq. Rot. dec.*291. *num.*35. *par.*9.
*rec. & in allegata Nullius seu Altamurana
Immissionis* 17. *Iannar.* 1701 *§. Nullatenus &*
20. *Feb.*1702. *§ Nec prædictis, coram bo. me.
Muto*.

16 Si item habentur in eadem Apoca verba
in futurum conferentia tempus, scilicet ad
diem Instrumenti stipulandi, extensionem
Clausularum, solutionem prætii, declara-
tionem creditorum, in quorum dimissionem
illius pars erogari debebat, & similia, il-
lico deprehænditur, quod ista omnia respi-
ciunt nudam dumtaxat iam firmati, & per-
fecti contractus executionem, & ideó pos-
sunt alteri diei, ac tempori reservari
sine læsione illius perfectionis, quæ usque
tunc secuta intelligitur; ac Partes consense-
runt de re emenda, & de certo pretio con-
venerunt *Barsatt. cons.* 191. *num.*6. *lib* 2.
Avias de mes. var. resol. lib. 1. *cap.*40. *num.*
15. *&* 16. *Cap. Latr. cons.*11. *nu.*5. *lib.*1. *Ho-
diern. ad Surd. dec.*278. *num.*14. *& cum aliis
Rocc. d. disp.*133. *n.*8.

Nulloque modo referri potuit eadem
Apoca ad capitula præparativa contractus,
& sic ad merum tractatum ex assertione De-
fensorum Ducis, quod ità actum fuerit, quia
ille ante actus perfectionem voluerit reco-
noscere Feudum ejusque redditus per acces-
sum personalem ad Locum Loci. Quoniam
17 nulla probatio concurrebat hujus assertio-
nis. Apocæ littera non tractatum, sed actum
præferens consumatum, & verisimilitudo
ipsa quæ semper plurimum attendanda est,
contrarium suadebant: Non enim est ullo
18 modo præsumendum, quod quis adeò
strictè ad contractum accedat, stabiliendo
signanter pretium in specifica, & certa quan-
titate, solumque conferendo in futurum sol-
vendi modum, nisi præscriverit omnes rei
emendæ qualitatea, & statum, ut dixit *Rota
dec.* 4 *in fin., vers. nec verisimile par.*4. *&
dec* 16. *num.*8. *par.* 12.

19 Supposita hac perfectione contractus,
frustrà illum Dux irritare conabatur ex ca-
pite nullitatis deductæ ex defectu licentiæ
Sanctissimi D. Nostri Regnantis Summi Pon-
tificis, ab Apostolicis Constitutionibus san.
mem. Sixti V, Clementis VIII., aliorum-
que Successorum requisitæ in quacumque
distractione bonorum Jurisdictionalium, &
Feudalium Status Ecclesiastici in Forenses;
20 etenim licet satis fuisset ad hanc objectio-
nem removendum advertere, quod nullitas
prædicta à Constitutionibus Apostolicis in-
ducta, respicit dumtaxàt interesse Cameræ,
& Fisci, non autem privatorum Contrahen-
tium, & signantèr ipsius Forensis à contractu
resilire hoc prætextu volentis, *Rota deci-
sion.*670. *n.*22., *& seqq. cor. Bich in Nul-
lius, seu Senogallien. Bonorum* 13. *Martii*
1697. §.37. *coram bo. mem. Muto, & in
Perusina donationis* 12. *Febr.*1703 §. *Talis,
coram bo. mem. Kaunitz*, occurrebat tamen
in facto, quod imò in præsenti concurrit ex-
pressa licentia Sanctissimi in scriptis redacta
à tergo memorialis eidē porrecti per orga-
num

num bo. me. Turchii, Cameræ Commissarii, & non restricta ad facultatem tractandi rantùm sed etiam concludendi, quia cum petitio
21 proposita in eodem Supplici libello dirigeretur ad utrumque effectum, gratia Summi Pontificis explicata per illam formulam *Sanctissimus annuit*, ad utrumque disjunctivè referiur, ac si super utroque rescriptum fuisset *Natt. cons.*98. *num.*22. *Menoch. cons.*33. *n.*14. *Surd. decis.*288. *n.*24. *Rota decis.*117. *n.*5. *coram Cavaler.*, *& dec.*26. *num.*70. *dec.*28. *n.*21. *cor. Card. Cerro*.
22 Opponi nec poterat, quod ista gratia SSmi in scriptis non esset redacta, ideoque obstaculum prædictarum Constitutionum non tolleret; quia quidquid sit in terminis Pragmaticarum Regni utriusque Siciliæ, ex quibus assensus Regius expediri debet in forma Regiæ Cancellariæ, ut probant DD. in contrarium adducti, & explicat *Card. de Luc. de fend. disc.*106. *n.*14. utique in terminis Pontificiarum Constitutionum super d. assensus præstatione certa forma præscripta non est, ut dixit idem de *Luc. in Summ. n.*194. *de feud.*, & proindè satis est, quod redacta exriterit in scriptis per medium Officialis, qualis est Cameræ Commissarius habentis vivæ vocis oraculum, quia tunc ejus rescriptum dicitur rescriptum ipsiusmet Papæ, & habetur ac si propria hujus manu signatum esset, Idem de *Luc. in relat. cur. disc.*90. *n.*33., *& disc.*106. *num.*16. *de feud.* & in similibus terminis *Rota in Hildesimen. Canonicatus* 14 *Martii* 1718 §. *De medio, coram Reverendiss. P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, ac de facto vigore hu-
23 jusmodi rescripti absque alia apud SSmum D. Nostrum instantia expediri poterat Chirographus solitus inseri in Instrumento emptionis, itaut fiat pars ipsius Instrumenti, & sicut Instrumentum inseruit meliori probationi contractus, ità Chirographus inserviat meliori probationi assensus Summi Pontificis, ut paritèr advertit de *Luc. de præmin. disc.*28. *n.*2., *& de pens. disc.* 1. *n.*3., & prosequitur *Rot. in eod. Hildesimen. Canonicatus* §. *Nec refragari coram Reverendiss. D. meo Crispo*.
24 Multoque minus obesse valuit, quod eadem summi Pontificis licentia, seu assensus fuerit subreptitiè extortus, quia suppositum fuerit in supplici libello eidem porrectò ex parte Marchionis Sacchetti, quod Dux Emptor esset -- *abitante con li suoi figlioli in Roma dove ha determinato stabilirsi con la sua famiglia, avendo gia a quest'effetto casa aperta, e condotta per anni nove* -- quando in rei veritate Domus conductio non verificatur nisi per triennium, & animus figendi Lares in Urbe remanet exclusus ex ejus paulo post secuto discessu, quin umquàm Romam reversus sit; quandoquidem hujusmodi expressio in eodem supplici libello contenta non fuit ex suggestione, aut facto ejusdem Marchionis venditoris, sed ex facto ipsiusmet Ducis Emptoris; undè in opponendo tali defectu subreptionis ab ipsius assertione ortæ, non est legitimus contradictor, & gratia in ejus præjudicium rectè subsistit, neque idem defectus ab eo allegari valet *Rota dec* 8. *de testam. in antiquis n.*10. *decis.*356. *n.*1. *cor. Seraph.*, *& in Romana funeralium* 4. *Martii* 1695. §. *Tandem confirmat.* 20. *Iunii* 1696. §. *Persistere cor. bo. me.*
25 *Molines*; quodque in similibus terminis simulationis, ista non possit ab eo, qui commisit, curavit, aut causam dedit, allegari, *Grat. discep.*876. *n.*16., *&* 17. *de Luca de donat. disc.*59. *n.*5., *Rota dec.*116. *num.*11. *par.*2. *diver. dec.*413. *n.*3. *post med. par.*2. *dec.*378. *n.*2. *par.*17. *dec.*55. *n.*10. *par.*19., *& dec.*1177. *n.*5. *cor. Coccin.*
26 Rem autem ita processisse ex Ducis assertionibus satis distinctè testatus est R.P.D. Lambertinus eximiæ Doctrinæ Præsul, & probitatis, ac istius contractus mediator juxtà ejus dicta *in Summ. Actoris n.*3. quibus omnimoda fides præstari debuit, tum ex personæ qualitate, tum etiam ex verosimilitudine, cum utique nemo, præter ipsum Ducem, scire posset ea, quæ ejus animum, ac voluntatem respicerent, tantoque magis quia etiam affirmat, sese in verbo Ducis supplicem libellum, Sanctissimo porrectum, composuisse, ejusque minutam exarasse, itaut etiam de facto proprio testetur, juxta ea, quæ innuit *Rota dec.*664. *n.*3. *cor. Bich. decis.*578. *n.*8. *par.*18. *rec.*, *& in Romana Cambiorum* 27. *Febr.* 1693., *&* 15. *Martii* 1694. *cor. bo. me. Molines*.
27 Præterea DD. advertebant, quod expressio supradictam non respiciebat substantiam gratiæ, neque ea, ex quibus SSmus retrahi potuisset à removendo Constitutionum Apostolicarum obstaculo eo ipso, quod dilucidè in supplici Libello dictum fuerat, Emptorem Feudi, de quo agebatur, fore Ducem Canusiæ *Cavaliere Napolitano* -- cujus respectu semper libera remanebat voluntas, etiamsi domum conduxisset ad novennium, ac lares transtulisset, perfecto contractu, & ad Patriam redire; & ideò expressio prædicta, quod erat Romæ, ac Domum ad novennium conduxerat, dum jam exposita fuerat qualitas personæ Emptoris, cujus respectu gratia substantiam debebat, apta non est inducere vitium subreptionis, ut in paribus terminis firmavit *Rot. dec.*488. *numer.*10. *cor. Cerro dec.*657. *n.*52. *par.*19. *rec. in Auximana Iurispatronatus* 27. *Iun.* 1718. §. *Ex quibus cor. R.P.D. meo Rovault. de Gamachet*, *& in Hydruntina Beneficii* 6. *Februarii* 1719. §. *finali coràm R.P.D. meo Cerro*.

Et ita utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM.

Lunæ 10. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Attergatarius Locorum Montium de istis expoliatus augumentum pretii casualiter super-

ventum sibi non acquirit, sicuti decrementi damnum sentire obligatus non fuisset, sed ad nudum valorem de tempore sequti spolii actionem habet.

Spoliator in Judiciali spolio non solum omnes fructus perceptos tenetur restituere, sed etiam illos, quos non percepit, quando istos non ex natura rei, sed ex propria culpa non percepisset.

SUMMARIUM.

1 *Creditor speciei quidquam ultra speciem consequi non potest.*

2 *Attergatio non transfert dominium Locorum Montium in attergatarium, sed simplicem hypothecam.*

3 *Augumentum, seu decrementum cujusvis rei suum sequitur proprietarium, & non hypotecaria super illa gaudentem*; ampllа ut in n 5,

4 *Commodum qui sentit debet sentire incommodum, & utrique æqualis esse debet determinatio.*

6 *Fructus tantum percepti veniunt in Spolio judiciali.*

7 *Res judicata parit exceptionem litis finitæ, & adversus eam probationes in contrarium non admittuntur.*

8 *Spoliator tenetur restituere spoliato tàm fructus preceptos, quàm eos, quos ipse percepisset, licet à spoliante non fuissent revera percepti, quando hoc ejus tantum culpæ stetisset.*

9 *Protestatio à Iudice non admissa propter ejus irrelevantiam, nil javat.*

10 *Res inter alios acta tertium non ligat, qui ab illo nullum metiatur jus.*

11 *Factum in Rota coràm Ponente concordatum amplius reficari non potest.*

12 *Effectus rei judicatæ non retardatur per exceptionem jurium opposita ab eã passo, quæ ipse foveret contra tertium, contra quem experiri tenetur eadem jura, non vero contra relatorem rei judicatæ.*

DECISIO MCCXXXII.

Efinita jam fuerat de Voto nostri Tribunalis in Congregatione Bonorum controversia illa spolii, ejus purgationem petebant Patres Carmelitæ ab Æconomo, & Creditoribus Domus Sabellæ respectu locorum 31. cum dimidio Montis Communitatis, quæ eorumdem Patrum favore attergata reperiebantur usque de anno 1687. à clar. mem. Principe Julio Sabello, & in sequelam Voti Rotalis, ac rei judicatæ, non solùm eisdem Patribus concessa fuerat reintegratio ad Loca Montium prædicta, sed etiam decreta eorum favore fructuum restitutio ad formam decisionum diei 4. Junii 1714., ac 25. Novembris 1715. coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto, quæ de more voti promulgationem præcesserunt.

Ortæ autem subinde sunt inter Creditores, & Patres prædictos aliæ geminæ quæstiones super Capitale, & fructibus; an scilicèt Capitale dictorum Locorum Montium æstimari deberet quanti valebant eadem loca Montium tempore secuti spolii, vel quanti fuerunt eisdem Creditoribus restituta à Ven. Monasterio SS. Dominici, & Sixti, ac Dominis de Cinciis, qui intermediè illa occupaverant, & an fructus restituendi essent etiam pro rata ejus temporis, quo detenta fuerunt Loca Montum ab aliis prædictis possessoribus, & ideò non potuerunt percipi per eosdem Creditores, concordatoque facto coram R.P.D. Riccio Causæ relatore, Capitale, de quo erat quæstio, fuit liquidatum in se. 55. 64., & controversi fructus in sc. 1007. 81., & harum quæstionum definitio remissa pariter extitit judicio nostri Auditorii. Proindeque hodiè proposui dubium omnium complexium -- *An, cantra quas, & pro qua summa sit facienda liquidatio tàm quoad Capitale, quam quoad fructus, itaut sit relaxandum mandatum* -- & responsum prodiit -- *Liquidandum esse Capitale, & fructus, & esse relaxandum mandatum juxta modum.*

1 Distinctè verò procedendo, quantum attinet ad Capitale, jam concorditer liquidatum, ut dictum est, in sc. 55. 64. censuerunt Domini respondendum favore Creditorum, quia Patres Carmelitæ Attergatarii Locorum Montium, de quibus agitur, sunt Creditores speciei, ideoque quidquam ultra speciem consequi non debent. Hinc est, quod sicut eorum Instantiæ satisfieret per restitutionem Locorum Montium, de quibus fuerunt spoliati, ita satisfacti etiãm esse debent, dùm vice Locorum Montium non extantium restituitur ipsis pretium, quanti emi undique solebant tempore ejusdem restitutionis, *Card. de Luc. disc. 113. n. 5. de Regal.*

2 Et hoc eo tutius procedet, si perpendatur, quod vigore attergationis ipsorum favore factæ in his locis, Patres prædicti non acquisiverant ullum dominium, sed simplicem hypotecam, *Constant. ad Statut. Urb. disc. unic. de loc. Mont. num. 64., & seqq, Rota in Romana Fideicommissi 27. Aprilis 1703. §. Altera cor. Eminentiss. D. Card. Scotto*, & certum omnino est, quod augu-

3 mentum cujusvis rei, ejusque decrementum sequitur dominium, & proprietatem, itaut cum dominium, & proprietas esset in Patrimonio Principis Julii per Æconomum administrato, ita ad ejusdem Patrimoni commodum, & utilitatem cedere debuerit tale augumentum *Text. in l. id quod 7. ff. de per ic., & commod. rei vendit., Card. de Luc. de emphit. dic 71. n. 8., Rota in Eugubina, seu Tuscan. deliberationis super reservatis 6. Decembris 1720 §. Minime cor. R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

4 Non obstat itaque, quod Patrimonium Principis Julii recuperando ista Loca Montium à memoratis intermediis occupatoribus recuperaverit illorum pretium cum dicto augumento, quia eo modo quo noluissent Patres in sui præjudicium cedere decrementum, si intermedio hoc tempore decrementum contigisset, ita pariformiter non debent con-

contendere, quod cedat eorum commodo augumentum, quod ex accidentali pretii variatione secutum est, ut commodi, & incommodi æqualis sit determinatio, & evitetur absurdum, quod unus commoda, & alter incommoda tantum patiatur, ut ad rem advertunt *Faber. rational. in Pandect. super leg. Id quod de pericul. & commod. rei vendit.*, *Garz. de expens. cap.22. num.25.*, *Hermosill. ad Lopez glos.4. l.23. tit. par.5. n 5.*, *Card. de Luca eodem disc.71. num.11. de Emphit.*, *& disc.183 n. fin. de Regal.*

5 Atque ex his evitatur etiam alia objectio ducta ex eo, quod contra Juris determinationem Spoliatores isto casu lucrum ex spolio consequantur, quia si ratione Dominii permanentis in Patrimonio Principis Debitoris, æquè subjacebant lucro, ac damno, & per accidens contigit pretii augumentum, ac lucrum, non spolii effectus censeri debet istius lucri consecutio, sed sequela præfati dominii, quod sequi necesse est, non minùs lucri, quam damni contingentia, ut præter supra allegatos firmat *Rot. dec.207. num 12. par.12.*, *& dec.337. num 23. par. 16. recen.*

E' contrario autem Domini favore Patrum Carmelitarum responderunt respectu secundi articuli fructuum, quos omnes, & singulos illis deberi existimarunt etiam in controversa quantitate scutorum 1007. 81. pro rata temporis, quo non ab Æconomo, & Creditoribus Domus Sabeliæ percepti fuerunt, sed ab aliis intermediis occupatoribus.

6 Quanquam enim non dubitaverint de Juris regula, quod in spolio judiciali veniant illi tantum fructus, qui percepti fuerunt, ex firmat *decis.343. num.2. cor. san. mem. Innoc.X dec.193. num 5.*, *& 6. cor. san. mem. Alex. VIII. dec.487. n.15. cor. clar. mem. Card. Cerr.*, *& dec.225. n.2. par 18. rec.*, Tamen ponderabant, quod in præsenti Casu condemnatio Creditorum ad omnes hos fructus, descendit ex re judicata, quæ restituendos esse à dictis Creditoribus sancivit indefinite à die secuti Spolii omnes fructus tàm decursos, quam decurrendos dd. locorum 31. cum dimidio Montis Communitatis.

7 Ea autem quæ per rem judicatam firmata fuerant, satis certi juris est ampliùs impugnari non posse, neque adversus eam ullas admitti probationes, ad *Text. in leg. re judicata ff. de reg. jur.* *Palm. dec. Luc.385. n.28. tom.4.* *Rot. dec.250. n.3. cor. Cavaler. decis.281. n.4. cor. Cels. dec.125. n.10. par.5. rec.*, *& in Romana, seu Tuscanen. manutentionis super fructibus 5. Decemb. 1710. §. Justitia cor. Rmo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.* Quod si fieret prætensa fructuum diminutio pro rata dicti temporis, quisque videt, quod ex opposito non esset integra à die commissi Spolii ad diem recuperatæ per spoliatos possessionis fructuum restitutio, & per indirectum remaneret infracta eadem res judicata; ut advertit *Rot. in dec. hujusmet. Causæ 25. Novembris 1715. §. Ex alio coram Eminentissimo D. Card. Scotto.*

8 Neque in hoc tantum generali fundamento sistunt jura Patrum pro omnibus hisce fructibus consequendis; sed etiam accedit specialis ratio promanans ex facto Creditorum Spoliatorum, quia scilicèt ipsi ex propria culpa desierunt possidere, dum adversùs Dominos de Ciciis, aliosque Creditores Domus Ursinæ, qui a Patrimonio Domus Sabeliæ avocarunt intermediè hæc ipsa Loca Montium, uti spectantia ad Domum Perettam, nullam fecerunt oppositionem, neque diligentiam pro facti veritate, & pertinentia ad unam, vel alteram ex his Domibus recognoscenda, quam sane diligentiam si adhibuissent, quemadmodum ex post loca prædicta recuperarunt, ita ab initio possidere non desiissent. Dum igitur ex eorum Culpa factum est, ut fructus intermedii temporis non perceperint, non debent exindè excusari, quin vero possessorii ab ipsis spoliato eosdem fructus restituant, & haberi imò debent pro continuis Possessoribus, & Detentoribus, ut late firmat *Rota in Eugubina Bonorum super fructibus 25. Junii 1717. §. Eo autem, & §. Neque cor. bo.me. Ansaldo.*

9 Quod verò in adhibendis hisce diligentiis defecerint Æconomus, & Creditores Domus Sabeliæ, frustra ex quibusdam simplicibus protestationibus contra ipsos factas per Creditores Domus Ursinæ impugnabatur, & argumentis exinde deductis, cum cæteroquin ex hujusmodi simplicibus protestationibus nihil ponatur in esse, & Actori nullum præstetur impedimentum, quin suam actionem promovere valeat, & prosequi; nisi a Judice admittantur, ut docent *Ridolp. in prax par.1. cap.2. n.180.*, *& Albit. de Inconst. in judic. qu.19. n.64.* Tutiusque, ac longe validius id confirmavit eventus, dum ex pietis successivè hisce diligentiis, facti veritas comperta fuit in publicis libris Secretariæ montium, & prosecuto Judicio, recuperata extiterunt Loca Montium pro Patrimonio Domus Sabeliæ, ad quam, non obstante erronea descriptione in Litteris Patentibus, pertinebant.

Absque eo quod ullius sit efficaciæ illatio ducta ex ea parte, quod sicut Creditores Domus Sabeliæ spoliati a dictis de Ciciis, & aliis Creditoribus Domus Ursinæ consecuti non fuerunt restitutionem fructuum ab his præceptorum durante eorum possessione, pariformiter ad talem restitutionem adigi non valeant Creditores Domus Sabeliæ, qui spoliarunt Patres Carmelitas. Etenim Patres Carmelitæ in præsenti Judicio nihil habent agere cum Dominis de Ciciis, & aliis prædictis Creditoribus Domus Ursinæ, solumque agnoscunt in auctores spolii adversùs ipsos commissi Creditores Domus Sabeliæ, & ideò stare non tenentur, neque metiri Jus ab eo, quod inter illos, & præfatos alios Creditores gestum fuit *leg. de unoquoque*, *& l. sæpè constitutum est ff. de re judic.*

judic., *leg. modestinus respondit ff. de excep.*, *& leg. res inter alios acta ff. de judic.* Tantò magis quia nequidem contra alios intermedios occupatores unquam pro dictis fructibus Creditores Domus Sabellæ institerunt,
11 ut fassi sunt, in facto concordato §. 5. *in fin.*, quod plenam adversùs ipsos probationem constituit ex firmatis in *Narnien.*, *seu Sabinen. Bonorum 7. Junii 1720. §. Et hac coram Me*.

12 Cum itaque ipsorum respectu concurrat res judicata superius relata, quæ talem fructuum restitutionem demandat, non possunt tali exceptione sese ab his fructibus integrè præstandis eximere, etsi adversùs præfatos alios eorum Spoliatores parem sibi debeti fructuum præstationem, seu restitutionem contendunt, non adversùs Patres Carmelitas sua Jura debent excipiendo deducere, sed adversus illos agendo experiri poterunt.

Et ita utraque &c.

ROMANA LOCORUM MONTIUM SUPER PRÆLATIONE.

Lunæ 10. Februar. 1721.

ARGUMENTUM.

Creditor in concursu rem judicatam habens ad suam dispungendam anterioritatem jam ex illa canonizatam, alterum concreditorem non admittit.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata litis finitæ exceptionem parit.*
2 *Anterioritas crediti per rem judicatam canonizata adversus cætum creditorum communis debitoris non potest ab uno ex illis controverti, ne per indirectum illa infringatur*, & vide casum.
3 *Spoliator tenetur in spolio judiciali restituere non solum fructus perceptos, sed eos etiam, qui ex propria culpa fuerunt deperditi, quos spoliatus percipere potuisset.*
4 *Æconomus à creditorum cætu deputatus, si alicui præjudicium inferat, hoc tenet Creditores, qui eum elegerunt*; Ampliâ ut in num 5.
6 *Creditor, statim ac in concursu admissus est, cæteris aliis parificatur, omnibusque concursus legibus, & conditionibus subiicitur.*

DECISIO MCCXXXIII.

CUM ex venditione Palatii prænobilis, & antiquissimæ familiæ de Sabellis secuta auctoritate Congregationis Baronorum reperirentur depositatæ penès Sacram Ædem plures pecuniæ; Creditores Domus Sabellæ, & Patres Carmelitæ contenderunt inter se de earum consignatione. Illi in satisfactionem fructuum ipsis restituendorum ex spolio, quod in locis 31., cum dimidio Montis Communitatum specialiter sibi attergatis à clar. me. Principe Julio, ex facto eorumdem Creditorum passi fuerant. Hinc evenit, quod duplicem invenerunt oppositionem Patres Carmelitæ. Primam à Generali Creditorum cætu circa subsistentiam eorum residualis crediti, de quo in contemporanea mea Decisione; Secundam à Dom. Principe Burghesio, qui uti Creditor omnium anterior, & quidem in ingenti summa, præferri etiam dictis Patribus in consignatione postulabat.

Sicut autem à memorata Congregatione Baronum, in qua hujusmodi controversiæ agitabantur, fuit exquisitum votum nostri Tribunalis in definitione Jurium Creditorum, & Patrum Carmelitarum, ita etiam ejusdem Tribunalis Judicium expetitum fuit respectu subalternæ quæstionis, & Juria Domini Principis Burghesii, & inde factum extitit, quod in hodierna Rota proposui una cum alio generali dubio, hoc quoque particulare -- An, & cui sit danda Prælatio -- Et responsum accepi à Dominis, non præfato Principi, sed *esse dandam Patribus Carmelitis*.

Ratio resolutionis in eo fuit, quod Pa-
1 tres Carmelitæ ab universali creditorum cætu consequi debent restitutionem omnium fructuum, de quibus in contemporanea Decisione, & quidem vigore rei judicatæ, quam amplius refricare non licet, juxta auctoritates relatas in eadem Decisione §. *E' contrario*, quibus concordat *Rota dec. 210. n. 2. par. 18. rec.*, & penès R. P. D. Calcagninum in Collegam nostrum meritissimè nuper assumptum post ejus quæstiones practicolegales *dec. 29. num. 24.* cum autem Dominus
2 Princeps Burghesius sit unus ex his Creditoribus, qui ad spolii purgationem, & restitutionem dictorum fructuum tenetur erga eosdem Patres, utique non potest ipsis de anterioritate sui crediti, & prælatione sibi debita excipere, quia ita infringeret per indirectum rem judicatam, ad cujus executionem obligatus reperitur, ex firmatis pariter in contemporanea Decis. §. *E' contrario circa fin. cor. Me*.

Nec obstat exceptio, quod fructus illi,
3 de quibus nunc est quæstio non percepti fuerint, ideoque res judicata, quæ de restituendis fructibus loquitur istos non compræhendat, in quibus ob non secutam perceptionem, restitutio verificari non potest. Quia cum Creditores Domus Sabellæ pro rata temporis, quos hos fructus non perceperunt desierint possidere ex propria ipsorum negligentia in non perquirendis libris Secretariæ montium cæteroquin publicæ contrectationi, & revolutioni semper ex. positis, ex quibus pertinentia locorum Montium ad Domum Sabellam depræhendebatur, Ius contra Ipsos eam fictionem operatur, quod censeantur semper possedisse, & fructus percepisse, quemadmodum consimili exceptioni respondendo dictum est in Decis. contemporanea §. *Neque in hoc*.

Minus refert, quod Dominus Princeps
4 veniens tamquam tertius jure propriæ anterioritatis non afficiatur spolio, quod ab

Æco

Æconomo per Judicem deputato commissum extitit, præsertim cum non reperiretur ad causam admissus de tempore commissi Spolii, quoniam cum in facto certum sit, quod dictus Æconomus non à Judice, sed à Creditoribus ipsis legitimè deputatus fuerat, ut habetur in facto concordato coram R.P.D Riccio de ordine Congregationis Baronum §. *Primo*, & constat ex illius deputatione, sequitur, quod ex ejus facto, sicut potuisset legitimè acquiri omnibus Creditoribus, quorum nomine Patrimonium Domus Sabellæ administrabat, ita potuit præjudicari, *Gratian. discept. Fo. rens. cap.* 38. *n.* 4. *Saminiat. controvers.* 139. *n.* 10. *Rot. Ianuen. dec.* 14. *n.* 17., & eodem
5 modo sicut istius factum acquisivisset, & utile fuisset Creditori, postmodum ad causam, & concursum admisso, ita præjudiciale esse debet ad servandam æqualitatem, non attenta eadem posteriori ad concursum
6 admissione, quia semel ac ista secuta fuit, statim Creditor admissus parificatur ceteris Creditoribus jam tum antea comparentibus, & subicitur omnibus concursus legibus, & conditionibus, quibus alii subjecti erant, ut in puncto firmat *Rot. in Bononien. Concursus de Bovesiis* 23. *Iunii* 1713 §. *Respectu verò cor. Emo D. Cardinali Scotto*.

Et ita utraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI BANDI DE BANDIS QUOAD INVESTIMENTUM.

Veneris 14. *Februarii* 1721.

ARGUMENTUM.

Quælibet hæreditas sicuti opulenta præsumitur, ac Testator onus sui ad sic viribus impar non injunxisset, propterea hæres quanti interfit investimentum non factum, & ab illo demandatum de proprio tenetur refundere, & quando.

In sufficientia hæreditatis ab herede opposita, ex relatione peritorum metienda est.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditas opulenta præsumitur, & ad subeunda onera a Testatore injuncta sufficiens, & capax.*

2 *Testator non præsumitur imposuisse onus vires hæreditarias absorbens, & contrarium afferens id probare tenetur.*

3 *Status hæreditarius firmatus à perito concorditer electo, dicitur justus.*

4 *Hæres negligens annuum investimentum à testatore ordinatum, tenetur ad quanti interest illud non fuisse completum.*

5 *Hæres si ob exitum legatorum investimentum complere non potuisset, his saltem cessatis, si non compleret, de culpa tenetur.*

6 *Hæres non potest opponere insufficientiam hæreditatis ad retardandam confectionem multiplici, quando pro sufficienti à perito fuisset recognita, illiusque relationi standum esse ipsemet diceret*, & num. 7., & 11.

8 *Hæres in præjudicium relicti à testatore hereditariam domum incolere gratis non potest, sed vel illam locare, vel pentiones solvere obligatur.*

9 *Confessio propria, est omni probationum genere præstantior, & contra illam venire nemini licet.*

10 *Fructus in judicio immissionis vigore legis finalis promotæ veniunt à die mota litis restituendi.*

DECISIO MCCXXXIV.

Adversus DD. Equitem Scipionem de Diotalievis, & Mariam Franciscam de Hyppolithis admissos per rem Judicatam Rotalem ad successionem in Fideicommisso Bandi de Bandis, & petentes in sequelam hujus successionis sibi debitæ præstari ipsis Investimentum annuorum scutorum 200. à Testatore demandatum, opposuerat hactenus Dominus Comes Galeatius Cima causam habens ab iis, qui tale Investimentum neglexerunt ad illud non teneri, quia hoc onus non fuisset injunctum per modum præcepti, & Testatoris voluntas in puris Consilii terminis versaretur, sed in tribus Instantiis Ratalibus idem Comes Cima succubuit juxta *Decisiones editas* 25. *Ianuarii* 1715. *cor. R.P.D. meo Cerro*, 15. *Februar.*, & 25. *Iunii* 1717. *cor. R. P. D. de Gamaches*, & rursus 4. *Febr* 1718. *cor. Eodem R.P.D. meo Cerro.*

Quoniam tamen Sacra Rota usque in prima Causæ resolutione indulsit eidem Comiti Cimæ reo convento facultatem demonstrandi mediante Periti opera insufficientiam status hæreditarii Bandi Fideicommittentis pro eodem Investimento, hinc iste in renovando causæ examine cor. Me, cui delegata fuerat ulterioris appellationis cognitio cum clausula -- *Constito de tribus* -- exhibuit Periti Judicialiter electi relationem super tali statu, itaut in hodierna colluctatione selicta quæstione Juris circa preceptum Testatoris, tota difficultas restringeretur ad indagandas vires Patrimonii Fideicommissarii. Cum autem Domini illas satis, superque esse potuisse pro Testatoris voluntate adimplenda, & conficiendo eodem Investimento existimarint, hinc congruo dubio de more proposito responderunt -- *Constare de tribus*.

Nulla quidem erat controversia circa va-
1 liditatem, & conformitatem præcedentium Sententiarum, & Justitia, quæ pendebat juxta hodiernam exceptionem à sufficientia status hæreditarii pro petito Investimento deprehendebatur ex eo, quod non solum ex juris præsumptione hæreditas Bandi Fideicommittentis præsumenda erat sufficiens ad demandatum Investimentum, & opulenta juxta vulgarem regulam, de qua aliis cumulat., *Posth. resolut.* 111. *n.* 14., *Card. de Luc. de Feud. disc.* 108. *num.* 5., *Rot. dec.* 88. *n.* 31., & *dec.* 319. *n.* 15. *cor. Cerr. decis.* 11. *n.* 25., & *dec.* 27. *n.* 16. *par.* 18. *recent.*, sed
2 etiam ex voluntate ejusdem Testatoris, qui conscius de viribus sui Patrimonii censeri de-

debet, & propterea non imposuisse illi onus
excessivum, & tale, ad quod impar esset, &
insufficiens, ut præcisè animadversum fuit
*in Decisione hujus Causæ diei 4. Februa-
rii 1718. §. Nec aliquam cor. R.P.D. meo
Cerro.*

Hinc autem sequebatur, quod adversus
has Juris presumptiones onus probandi,
quod Testatoris Patrimonium ad subeun-
dum Investimentum annuorum scutor. 200.
esset insufficiens, pertinebat totaliter ad
Comitem Cimam causam habentem à Co-
mite Felice Malatesta, & Comitissa Julia
Francisca de Bandis, qui pro tempore hæ-
reditatem, & Fideicommissum hoc posse-
3 derunt. Ac de facto ipse Comes Cima tale
onus assumens, fundamentum suæ hodiernæ
probationis constituebat in Periti relatione,
cui uti Judiciali, & de partium consensu
electo standum erat, *Rot. dec. 316. nn. 11.
cor. Cerro, dec. 5. n. 6. par. 17. dec. 595. nn. 1.,
& dec. 625. n. 9. par. 19. rec.*

4 Sed putarunt Domini è contrario, quod
tam ex eadem Periti relatione, quam ex
aliis argumentis constaret, suppetiisse vires
Fideicommissarii pro adimplemento sæpe-
dicti Investimenti, itaut Reus ex persona
præfatorum ejus Authorum, qui illud con-
ficere neglexerunt, rectè condemnatus ex-
titerit ad illud successoribus in Fideicom-
misso præstandum, & ejus loco ad quanti in-
teresset, illud non fuisse singulis annis exple-
tum, *ad Text. in l. Quodam 25. §. Si quis ff.
ad Sen. cons. Trebell., & leg. Si manda-
vero §. Julianus scribit ff. mandat., Peregr.
de fideicomm. art 45. nn. 14. lib. 3., Card. de
Luca eodem Tract. disc. 189. nn. 6. Rot. in
Romana Fideicommissi de Avila 19. Iunii
1713., §. Atque ex hac cor. bo. me. Ansaldo,*
cum aliis relatis *in Decisione edita die 15.
Februarii 1717. §. Ejusdem cor. R.P.D. meo
Rovavult de Gamaches.*

Præmitteudum tamen erat antequam ad
examen Peritię, aliorumque Argumento-
rum transitus fieret, quod sub pręsenti pe-
titione Equitis Diotallevi, & Mariæ Franci-
scæ de Hyppolitis non cadit Investimentum
neglectum nisi ab Anno 1649., quo tempo-
re successit in Fideicommisso Bandi de Ban-
dis Felix Malatesta, & defecerant quam-
plura annua legata constituentia quantita-
tem annuorum scutor. 800., & ultra distinctè
enumerata per eumdem Peritum §. 185. ejus
5 relationis. Unde tanto facilius locum ha-
bent supra ponderata, quod Testator sui
conscius assis hæreditarii tot legata annua
conspicuæ quantitatis reliquerit, quodque
gravaverit hæredes Investimento scut. 200.
non inutili tantum, & aerea suppositione,
sed suppetentibus suæ hæreditatis viribus,
itaut si eidem Investimento satisfacere for-
tasse non potuerunt durante altero Lega-
torum onere, saltem satisfacere ex Testato-
ris voluntate illi debuissent, defectis jam di-
ctis Legatariis, qui longe majorem quanti-
tatem absorbebant, quam pro faciendo In-
vestimento fuerat relicta, juxta regulam
proportionis, & relationis, quod qui plus
potest, potest minus, *l. Non debet ff. de re-
gul. Iur. Authent. multò magis, Cod. de
Sacrosanct. Eccles., & Cap. cui licet. 53. de
regul. Iur. in 6.*, & summa major continet
minorem, *l. 1. §. Stipulanti ff. de verb. oblig.
& cap. 1. de Arbitr. in 6.*

De facto Peritus hanc hæreditatis Bandę
6 sufficientiam, seu congruam tali oneri sub-
eundo opulentiam videtur expressè fassus
fuisse, præsertim sub §. 11. ejus relationis,
ibi -- *Scorgendo lo stabilita una somma ri-
guardevole, che evidentemente trascende
l'annua quantità di scudi 200. sufficientissi-
ma per l'adempimento del peso controverso,
ne deduco in conseguenza, che l' Asse Eredi-
tario predetto era capace, e sufficiente all'
adempimento, come pare, che per parte del
Sig. Conte Cima totalmente non s'impugni* --
Si autem hæc fassus fuit Peritus Judicialitèr,
eodem Comite Cima Instante, deputatus, si
idem Comes Cima substinet ejus Relationi
standum esse, etsi demum ab hujus Periti
Relatione nullam ex illius parte constat
interpositam fuisse Appellationem, quo-
modo ipsi licitum amplius esse debet eam-
dem Periti Relationem impugnare, & è
contrario Patrimonii Fideicommissarii in-
sufficientiam substinere, contra ea princi-
pia, de quibus *dec. 63. n. 7., & dec. 201. n. 4.
par. 18. dec. 658. nn. 6. par. 19. rec. to. 2., &
in Ariminen. Legitimæ 8. Iunii 1714. §.
Strictè cor. Me.*

Et quamquam demonstrare conarentur
7 ejusdem Comitis Cimæ Defensores, quod
Peritus ideo in sua relatione loco citato ad-
miserit sufficientiam hæreditatis pro injun-
cto Investimento, quia non fecerit debitas
subductiones, quas ipsi hodiè proponebant
à nostro Tribunali decidendas, tamen Do-
mini probè noscentes, quod has easdem de-
ductiones coram Eodem Perito Comes Reus
jam plenè deduxerat, quodque nihilominus
idem Peritus retulerat excessisse introitum
ejusdem hęreditatis in scutis 334. ut in ejus
relatione §. 229., vel etiam correcto errore
calculi juxta petitionem prędicti Comitis in
scutis 134. hinc concludebant, quod illarum
examine prętermisso semper subsistebat,
quod congrui redditus in hæreditate suppe-
rebant, quibus controversum onus adim-
pleri valeret.

Tanto fortius, quia non solum ex parte
8 actorum plures proponebantur additiones
in argumentum eorumdem redditurum, sed
etiam quia degustando aliquas ex dictis sub-
conductionibus eæ non videbantur admit-
tendæ, ut erant signanter illæ deductæ, ex
quo Domus locatæ non fuissent, sed inservie-
rint usui habitationis Hęredum gravatorum.
Nam in præjudicium particularis hujus re-
licti à Testatore demandati, non poterant à
Successoribus Domus gratis habitari, sed vel
illas locare tenebantur, vel pensiones, pro
quibus locari potuissent, erogare in opus a

Te.

Testatore præstitutum, *Bald. in l. In summa §. In Frumento ff. de condit indebit.*, *Rota dec* 193. *n.* 11. *cor. fa.me. Alex. VIII. decis.* 156. *n.* 11. *cor. Priolo dec.* 508. *n.* 2. *par.* 19. *rec. to.* 2., & *in Cavallicen. Pecuniaria* 13. *Junii* 1704., *§. Fructus cor. clar. mem. Card. Priolo*.

His tamen, & aliis similibus Domini admodum rigidè insistendum non existimarunt, tum concurrentibus prædictis Juris præsumptionibus, tum relatione Petri, tum etiam Judiciali confessione ipsiusmet Comitis Cimæ, quam tollere quamcumque in præsenti difficultatem satis apte putaverunt. Eam eruebant, ex quo in sequelam Immissionis obtentæ ab Actoribus ad bona Fideicommissaria condemnatus extitit Comes prædictus Reus conventus ad fructuum restitutionem, & nulla præmissa oppositione, quam ceteroquin tam satis opportunè, & propriè deducere poterat, & debebat respectu diminutionis eorumdem fructuum restituit scut. 1566, quæ repartita in id tempus pro quo facienda erat restitutio, correspondet summæ æquivalenti, necessariæ, ac sufficienti pro petito Investimento. Notoria
9 autem est efficacia propriæ confessionis, facto item, ut hic authorizatæ, & judicialiter approbatæ, itaut concurrat insuperabilis probatio, cui ipse confitens, & approbans stare omnimodè teneatur, *Card. de Luca de Iudic. disc.* 23. *n.* 2., *Rot. dec.* 52. *n.* 10., & *decis.* 916. *n.* 6. *cor. Cerro dec.* 161. *nu.* 1. *part.* 18. & *dec.* 452. *n.* 22. *par.* 19. *rec.*

Non attenta exceptione, quod dicti fructus fuerint in memorata quantitate calculati, & restituti habito respectu ad longum tempus decursum à die purificationis Fideicommissi per obitum Juliæ Franciscę Bandæ ad diem ęditę Decisionis super illorum liquidatione, itaut potius argumentum prędictum demonstret exiguitatem redditunm hęreditariorum, cum acquiescentia Actorum, qui eosdem fructus receperunt. Quo-
10 niam veritas est, quod dicta fructuum calculatio, & restitutio respicit dumtaxat tempus illud, quod à die motę Litis ad diem executionis Rei Judicatæ Rotalis defluxum erat, cum ageretur in Judicio Immissionis vigore *leg. final. Cod de Edict. div. Adrian. Tollen.*, in quo nonnisi à die motę Litis fructus veniunt restituendi, ut sępius dixit *Rot.* & signantèr *dec* 88. *num.* 8., & *dec.* 94. *nu.* 13. *par.* 18. *dec.* 588. *n.* 5., & *dec.* 614. *n.* 7. *par.* 19. *rec. tom.* 2., Lis verò mota fuerat sub Anno 1696., & possessio in vim rei judicatę adepta fuit ab Actoribus die 23. Septembris Anni 1702., itaut decurrerint interim anni sex, Menses quinque, & dies 23. circiter, in quos si fiat subdivisio prędictę quantitatis scutor. 1566. 65. monetę Romanę currentis, & non veteris (ut etiam opponebatur) paret ex calculo, quod summa correspondens cuilibet Anno excedit scuta. 200., quę erant Investimento à Testatore destinata.

Maximopere autem efficacia hujus Argu-
11 menti crescit, si perpendatur, quod ultra bona, de quibus in faciendo calculo fructuum restituendorum habita fuit ratio inter bona Fideicommisso, & oneri controversi Investimenti subjecta, numerari debet etiam Prędium del Cerreto, quod in successivo particulari Judicio recuperatum fuit, necnon Census in sorte scutorum 1726., de quibus paritèr posteà actum fuit, juxta ea, quę constant *ex dec.* 15. *Februarii* 1712. *in principio cor. R. P. D. meo Falconerio Almę Vrbis Gubernatore*, itaut cum constituant Census prędicti, & Prędium redditus aliorum scutorum circitèr 200., eo facilius cum prę missis Argumentis concludentibus sufficientem fuisse prò neglecto Investimento Bandi hęreditatem, procedi debeat.

Et ita ceteris hinc indè deductis, utpotè inutilibus, & pro utraque parte obscuris, & vagis consultò prętermissis responsum fuit.

LUCANA UNIONIS.

Veneris 14. *Februarii* 1721.

ARGUMEMTUM.

Unio Parochialis Ecclesię Monasterio, Collegio, vel Capitulo antiquitus sequta ex Vicariæ erectione in illa ab Ordinariis facta probatur, quæ unionem presupponit, nec non ex Visitationibus Apostolicis in talem titulum; Ordinarius, & Visitator in eorum officio diligentes pręsumuntur, & per consequens de unionis viribus perscrutatse.

Unio per centum, & ultra annos approbata, ritui revisioni non subjacet, cum centenaria meliorem titulum de Mundo pariat, & infectum etiam convalidet, ac beneplacitum, sive Breve Apostolicum, sive transactionem pręsupponat.

SUMMARIUM.

1 *Contradictio non oritur in sententia declarante titulum, sub quo fundaretur unio esse infectum, & unice contextu canonizante unionis validitatem sub fundamento centenarię.*

2 *Difformitas non oritur in sententia confirmatoria decisionis, quando contenta in illa in necessariam veniunt consequentiam eorum, quę in decisione firmarentur.*

3 *Centenaria meliorem de Mundo titulum prębet*, amplia ut in n. 19.

4 *Possessio centenaria immemorabili æquipollet ad quemcumque effectum.*

5 *Vnio Ecclesiæ roborata à centenaria presupponit quemcumque titulum unionis Apostolica auctoritate firmatæ cum omnibus qualitatibus ad omnimodam actus perfectionem, & firmitatem necessariis.*

6 *Possessio centenaria non potest de infecto titulo redargui, cum præsupponat illius reconvalidationem habere posse, vel concursum novi tituli omnino validi, etiam cum mutatione possessionis, & causa possidendi* & sub num. seq., nec non amplia, ut in n. 10.

7 *Pos-*

7 *Possessio recens subjacet revisioni ejus tituli, super quo fundetur.*

8 *Possessor addu ens titulum, meliorem præsumitur selegisse, nec potest illum mutare, neque ad alium præter allegatam suam possessionem referre.*

9 *Possessor gaudens centenaria, licèt aliunde de titulo constet, attamen ad præsumptionem alterius validioris tituli recurrere non impeditur.*

11 *Uniones Ecclesiarum antiquitus à Sacra Pænitentiaria demandabantur ante Constitutionem reformatoriam anni 1562. fa. mem. Pii IV., per quam Apostolici assensus, & beneplacita transibant, sive per Brevium Secretariam.*

12 *Negativa coarctata (ad effectum, quod centenaria ad nullum alium, præser adductum titulum sit referibilis) prout probetur ex diligentiis factis pro perquisitione alterius tituli, nullus debet remanere locus, in quo res, de qua agitur, inquiri possit, & ex sola possibilitate in contrarium destruitur.*

13 *Quindennia pro unionibus Ecclesiarum persolvuntur.*

14 *Unio centenaria roborata non destruitur, ex quo non constet de solutione quindenniorum, cum præsumenda sit, quod ex causa justa à tali solutione exempta remanserit.*

15 *Centenaria non destruitur ex allegatione tituli infecti generica, sed requiritur, quod allegatio sit specifica certæ, & designatæ unionis, quæ quemcumque alium titulum possibilem excludat.*

16 *Unio quando, & ex quibus Apostolica auctoritate facta dicatur.*

17 *Unio non probatur ex libello ferente unionem sequutam, absque tamen adnotatione diei, Notaris, quaque auctoritate sit peracta.*

18 *Titulus infectus si exhibeatur post centum annos non præjudicat, ex quo interim validè potuerit confirmari, vel novus creari, adeo ut centenariæ privilegium non eesset.*

19 *Centenaria sicuti innititur meliori titulo de Mundo, ita abrogatis præcedensibus contrariis, vel nullis actibus, præsumere facit mutationem tituli, & possessionis in melius*; amplia ut in n.33.

20 *Centenaria loco tituli stare dicitur*; amplia ut in nn.23. & 28.

21 *Unio non probatur ex Visitatione Episcopi, cui una tantum ex Partibus interfuisset, cum factum istius tertio absenti non præjudicet.*

22 *Allegatio tituli facta absque speciali mandato procuræ possessori non præjudicat.*

23 *Possessor allegans centenarium ex nullo titulo, licèt infecto, potest perturbari*; amplia ut in n.36.

24 *Particulares personæ unius Collegii nequeunt ipsi Collegio præjudicare.*

25 *Fides Presbyteri interesse in causa habentis, & rationem sui dicti non adducentis rejicitur.*

26 *Delictum in cætu Ecclesiastico non præsumitur, & rigorosè ab allegante probandum est.*

27 *Libellus nomine Collegii porrectus non probat fuisse de istius mandato.*

29 *Unio præsuppositivè probatur ex quo pro cura sit erecta Vicaria perpetua, ex antiquis Visitationibus Apostolicis, & facto Ordinarii*, & n 32.

30 *Vicaria erigenda est in Ecclesiis unitis ex* Concil. Trid sess.7.cap 6. & 7. de reform. *facultatemque Ordinariis tribuit revidendi uniones factas à 40.annis antea.*

31 *Unio præsumitur probata, & ab Ordinario recognita, ex quo ad erectionem Vicariæ devenisset.*

32 *Unio probatur ex antiquis enunciativis Ordinarii, vel Apostolici Visitatoris.*

34 *Unio spatio centum annorum observata præsumitur causa cognita, & non est necesse, quod ab allegante centenariam, ista probetur, & quare?*

35 *Confusio absit à rebus Ecclesiasticis, & in istis suscitanda non est.*

37 *Clausulæ generales quando non referantur ad omnia præcedentia diversi generis, & rationis, sed ad magis proxima?*

38 *Centenaria, quando allegatur ad sanandam unionem Ecclesiæ factam auctoritate ordinaria, sed ad præsumendum unum meliorem titulum non admittit discursum, utrum unio subiaceat decreto* Concil. Trident. sess.24. de reform. cap.13., & quare? ac declara ut in nn.40 & 42.

39 *Unio subiectiva Parochialium æque probatur per immemorabilem, ac per Litteras Apostolicas.*

41 *Unio præsupponit Beneplacitum Apostolicum ex diuturnitate temporis, ac longæva observantia.*

43 *Argumenta, & coniecturæ non sunt allegabilia super quæstione, de qua non agitur.*

DECISIO MCCXXXV.

UNionem Parochialis Ecclesiæ SS. Jacobi, & Frigdiani Terræ Crasscianæ servatam favore Collegii Beneficiatorum Ecclesiæ Cathedralis Lucanæ per lapsum centenariæ cum dimidia, & ultra, impugnavit nuperrime Communitas ejusdem Loci; frustra tamen, quia delata causæ cognitione ad nostrum Auditorium, ibique mature discussis Partium juribus prodierunt coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore binæ decisiones sub diebus 1. Aprilis 1718., & 11. Decembris 1719, quibus omnes oppositæ à Crascianensibus nullitates rejectæ fuerunt, approbataque extitit è contrario ejusdem unionis validitas, & ad formam harum decisionum promulgata fuit sententia Rotalis.

A' qua sententia cum succumbentes ap-

pellaverint, fuit mihi commissa appellationis cognitio, dedique idcirco congruum dubium -- *An sententia Rotalis sit confirmanda* --; & Domini, licèt in propositione diei 9. Decembris proximè præteriti non potuerint in resolutione convenire ob facti involucrum, in hodierna tamen Audientia comperierunt omnino subsistere allegatam ex parte Collegii Beneficiatorum centenariam possessionem; atque ideo responderunt, *sententiam Rotalem esse confirmandam*.

Ita quippe exigebant validitas, & justitia
1 ejusdem sententię, quin validitas turbaretur ex eo, quod sententia A. C. in prima instantia lata canonizaverit nullam, & invalidam unionem anni 1546., ac talem approbaverint eandem unionem decisiones R. P. D. mei Falconerii, & tamen eadem sententia revocet præcedens judicatum, & unico contextu supponat constare de unionis validitate, itaut hęc sententia aut sibi contradicat, aut sit difformis à decisionibus. Respectu enim contradictionis illa statim evitatur, advertendo, quod S. Rota unionem Ecclesiæ, de qua agitur non ex actu anni 1546. desumpsit, sed ex quocumque meliori titulo allegabili ob centenariam ejusdem unionis observantiam. Qua de re rectè firmavit unionem deductam ex actu anni 1546 esse posse nullam, & adhuc subsistere unionem ex dicto meliori titulo profluente à centenaria, atque illico cum illius dissolutioni locus non esset, bene etiam revocavit sententiam A. C demandantem hujusmodi dissolutionem. Respectu item difformitatis à
2 decisionibus, certum erat quod illa numquã cõcurrere dicitur, quoties stabilita in sentẽsia vel fuere expressè deducta in iisdem decisionibus, vel veniunt in necessariam consequentiam eorum, quæ fuerunt in dd. decisionibus firmata, *Rot. dec.* 468. *n.*8. *& seqq. cor. Bich in Avenionen. Legati* 3. *Februar.* 1702. §. *Minusque cor. bon. mem. Pio, & in Cornetana juris offerendi super prætensis excessu, & attentatis* 28 *Aprilis* 1704. §. *Ita*
3 *cor. Emo D. Card. Scotto.* In decisionibus autem R. P. D. mei Falconerii nihil magis firmatum extitit, quàm quod constabat de validitate unionis, ut diximus ex titulo meliori de mundo per centenariam subministrato, & validitatis hujusmodi unionis, consequens omnino necessarium illud erat, quod non esset locus dissolutioni illius unionis, neque Ecclesia unita restituenda foret ad pristinam suam libertatem.

4 Subsistit itaque validitas, & non minus firma dignoscitur etiam justitia ejusdem Rotalis sententię, ex quo per univocos actus perfectam unionis probationem inducentes constitit de pacifica, & non interrupta centenaria possessione Collegii Beneficiatorum in controversa Parochiali; itaut vigore istius centenariæ, quæ ad omnes effectus æquipollet immemorabili, *Rocc. disput. jur. cap.*7. *n.*11., *Fontanell. dec.*217. *n.*19., *Rot. dec.* 630. *n.*31. *p.*19. cum aliis *in Marsicana Abbatiæ* 1. *Julii* 1720. §. *Attamen co-*
5 *ram Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, liceat eidem Collegio allegare meliorem quemcumque Titulum unionis Apostolica auctoritate factę, vel confirmatæ cum omnibus qualitatibus ad omnimodam actus perfectionem, & firmitatem necessariis, ut in terminis unionis aliàs firmavit *Rot. dec.* 47. *n.*11. *cor. bo. me. Ansaldo in Frisingen. Juris Deputandi Caratoi* 24. *Martii* 1713. §. *Quinimo, & in Compostellana Parochialium* 13. *Martii* 1716. §. *Insubsistentiam cor. eodem, in Salisburgen. Vicarię* 4. *Februarii* 1715. §. *Sed ultra, & in Compostellana Parochialium* 5. *Maii* 1717. §. *Ex præmissis coram Reverendissimo P. D. Crispo.*

6 Ad destruendam hanc centenarię possessionis efficaciam inutiliter à Crascianæ Hominibus iterum opponebatur, quod constaret de titulo infecto unionis factę à Vicario propria auctoritate, sine Beneplacito Apostolico, & sine causa; immo cum pactis simoniacis, & prohibitis juxta instrumentum talis unionis anni 1546; itaut constito de hoc titulo, cessaret præsumptio tituli melioris, & haberet è contrario locum regula, quod quævis possessio fuisset continuatio primævæ possessionis captæ mediante tali titulo; quo-
7 niam tunc quidem procedere potuissent hujusmodi illationes, quando vel ageretur de recenti possessione, quia ex recenti possessione procederet argumentum continuationis possessionis ex eo titulo, de quo constat, & non posset, sicut potest ex centenaria possessione præsumi reconvalidatio tituli nulli, vel concursus novi tituli omnino subsistentis, & eius generis, ut dici possit melior de mundo, etiam cum mutatione possessionis, & causæ possidendi, ut latè probant *Trobat. de affect. immemorab. qu.* 15. *art.*4. *n.*13. *&* 24. *cum seqq. Lotter. de re Benefic. lib* 2. *q.*46. *n.*20., & cum aliis adductis *in decisione* 11. *Decembris* 1719. §. *Hęc tamen cor. R. P. D. meo Falconerio*, *Rota dec.* 875. *n.*7. *cor. Burat. dec.*418. *n.*24. *cor. Bich. dec.*9. *n.*17. *& seq. p.*10. *recent.*, *in alia Lucana Unionis* 3. *Junii* 1717. §. *Prout pariter cor. clar. mem. Card Priolo in Salisburgen. Vicariæ* 16. *Januarii* 1719. §. *Hic verò cum seqq. cor. eodem R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Vladislavien., seu Sedanen. Parochialitatis* 30. *Junii eiusdem anni* §. *Nec ad declinandum, & seq. cor. R. P. D. meo Foscaro.*

8 Vel titulus fuisset à Possessore productus, quia censeretur produxisse meliorem titulum, quem habebat, & ideo præsumitur, quod meliorem non habeat, nec proinde illum potest, variando ab adducto, allegare, neque ad alium referre suam possessio-
9 nem; secus tamen si titulus à Possessore ipso adductus non fuit, quia licèt aliunde de aliquo titulo constet, numquam impeditur centenarius Possessor ad alterius validioris præ-

sumptionem recurrere, & distingunt *Barbos. de præscript. in rubr. n.348., Adden. ad Molin. de Primogen. lib.2. cap.6. n.60. & 64., Card. de Luca decis.3. num.19. & 20. de Alien. Rot. cor. Cresc. disc.21. de probat. in rec. dec.218. n.3. & 4. p.6, dec.29. n 60. p.7., & dec.9 n.19. p.10. in dicta Lucana Unionis §. Prout cor. clar. mem. Card. Priolo, & in Salisburgen. Vicariæ 16. Januarii 1719. §. Nihil referente cor. R. P. D. meo Falconerio.*

10 Aliàs enim si procederent etiam in terminis centenarii possessoris, qui titulum non deduxit, relatæ obiectiones, & illationes, destrueretur effectus ipse centenariæ, præsumendi in locum tituli infecti alium titulum meliorem, & præsumptio ista inde resultans remaneret frustratoria, ut egregiè advertit *Rot. dec.29. n.56. & seqq p.7. rec.*

Quibus ita positis, inutili conatu Crascianensium defensores ostendere curabant, alligatam semper fuisse Beneficiatorum possessionem prædicto speciali titulo unionis anni 1546., non solùm ex quo constet de negativa alterius unionis Pontificiæ ex perquisitione ac diligentiis factis ad eam comperiendam in Cancellaria Episcopali, nec non in Cancellaria & Dataria Apostolica; verum etiam, ex quo ipsimet Beneficiati semper eandam ipsorum possessionem ad eundem titulum retinuerint, tàm anteriori antiquo tempore, quam posteriori, moderno, ac recenti, juxtà diversos actus infra examinandos.

11 Incipiendo enim à prima objectione negativæ circa existentiam alterius unionis, seu tituli, qui non minus de confirmatione Apostolica, quam de alia, vel antecedenti, vel subsequenti concessione interpetrari potest, Domini advertebant hujusmodi negativam non satis probari per revolutionem, ac diligentias factas in Cancellaria Episcopali, & Cancellaria, & Dataria Apostolica, quia non inde insurgit ea perstringens probatio, quæ ad hujusmdi negativam coarctandam requiritur, cum potuerit plurimis aliis mediis obtineri, sivè à Sacra Pœnitentiaria, per cujus organum ante constitutionem reformatoriam ejus facultatum editam anno 1562. à sa. me. Pio IV. transibant Apostolicorum assensuum, & beneplacitorum concessiones, ut adnotavit *de Luc. dis.9. num 19. & disc.12. num.4. in relat. Rom. Cur.*, sivè à Secretaria Brevium per viam secretam, sive à Cardinali Legato auctoritate Apostolica procedente, sive etiam à Sacra Congregatione, per quę media Summorum Pontificum panduntur oracula respicientia hujusmodi res,
12 & negocia. Quoties autem superest aditus aliquis, unde possibilis remaneat concessio novi tituli, vel confirmatio tituli illius, de quo constat, semper Possessor Centenarius tutus est in præsumptione, quæ sui favere militat, & excluditur prætensa coarctatio possessionis ad illum tantum titulum, qui repetitur, ut in puncto ad excludendum consimilem modum probandi per diligentias existentiam alterius tituli dixit *de Luca disc.204 num.6. de fideicom. Rot. decis.353. num.1. & 2. coram Ludovis. dec.400. nu.13. & seqq. coram Bich. & dec.29. num.67. cum seq. par.7 rec.* Quin ullum addat robur pro-
13 bationis hujusmodi negativæ non solutio quindenniorum, quæ ex Apostolicis Constitutionibus solvi solent pro qualibet unione Annatistis. Ultra enim quod hæc exceptio procederet, si nullatenus constaret de unione, ad illam omninò excludendam; sanè dum
14 de illa in genere non dubitatur, & adhuc patet, non fuisse unquam soluta dicta quindennia, recurrere etiam in hac parte debet effectus centenariæ, & præsumendum est, quod ex justa causa ab illorum præstatione unio hujusmodi Ecclesiarum exempta sit, juxta ea, quæ referunt *Vermigl. cons.476, & 477 per tot. Card. de Luca de regal disc. 162. num.9. & disc.139. de Benefic. & prima decisio præcedentis Instantiæ §. fin. coram R. P. D. meo Falconerio.*

15 Transeundo ad secundam objectionem ductam ex allegatione tituli, Domini ponderabant, quod ex parte Crascianensium nullus allegabatur univocus actus, qui concludat talis tituli exhibitionem, sed omnes actus, ab illis exhibiti, aliud in rei veritate non videntur concludere, quam quod unio de qua agitur, originem habere potuerit circa ann 1546., quin restrictivè importent hanc hujus temporis unionem fuisse præcisè illam, quæ ex concessione, & auctoritate Vicarii gesta fuit, & non aliam, quæ magis legitimè ab alio Superiori obtineri potuerit, & tamen ut Possessori centenario obstet allegatio tituli, non sufficit generica, ac unionis in genere allegatio, sed debet esse specifica, illius scilicet certæ, & designatæ unionis, quæ alium quemcumque titulum excludat, ut eum relatis in secunda decisione præteritæ Instantiæ §. *Ceteri vero*, firmat *Rot. dec.218. num.7. & 8. par.6 & dec.290. num.17. & seq. par.18. rec.*

16 Porrò si tales actus percurrimus, statim deprehendimus, quod visitationes annorum 1553. & 1573. non aliud dicunt, quam quod apparebat de unione per *Bullas legitimè expeditas, quas obtulit præsentare*, & hæc expressio nullam omninò coarctationem habet ad unionem anni 1546. factam à Vicario, imò potiùs videtur præsupponere unionem factam auctoritate Apostolica, cum expressio Bullarum legitimè expeditarum magis congruè huic aptetur, quam illi. Li-
17 bellus item Beneficiatorum nomine porrectus in quadam causa anno 1574 mora pro recuperatione unius Prædioli, & successiva sententia lata anno 1576. nihil ad intentum concludunt, quia sententia non loquitur de ulla unione; in libello autem licet enuncletur unio anni 1547, tamen nescitur, qua die, quove Notario scripta sit, quave auctoritate peracta, & jam non ampliùs est illa Vicarialis, quippe quia ista gesta fuerat per annum ante, scilicet anno 1546.

Iit hi sunt actus ponderatione digni, quos

ex

ex antiquitate Crascianenses eruebant ad
assertā tituli allegationem comprobandam;
non deerant tamen alii, etiam respectu re-
centioris temporis cumulati. Sed in eorum
examine Domini præmittebant, quod à d.
anno 1576. ad annum usque 1679. nihil illis
suppetere potuit opponendum, & tamen
18 interim unio perfectè viguit, & Collegium
pacificè possedit Ecclesiam unitam, itaùt
hoc jam intermedio tempore integrum de-
cuerrerit centenariæ spatium sine ulla, vel
minima contradictione, idque eidem Col-
legio præbebat iterum facultatem arguendi,
quod potuit interim, vel prior titulus validè
confirmari, vel novus omnino perfectus, &
absolutus constitui, itaut quicquid antea ge-
stum esset, ortam deindè centenariam non
lædcret, *Ros. consult. 12. num. 48. Adden. ad
Gregor. dec. 51. num. 7. Rota allegat. dec. 29.
num. 52. & 53. par. 7. dec. 193. num. 17 & 18.
par 18. rec. & in Placentina Decimarum
16. Maii 1710. §. Et ea cum seq. coram bon.
me. Ansaldo.*
19 Nec propterea locus erat conjunctioni
istorum actuum ac si continuato tempore
gesti extitissent, & omnes ab originario fon-
te unionis anni 1546 processissent, ad eam-
que relationem ita facerent, ut media ex-
tremis uniformia præsumenda essent, quia
centenariæ intermediæ efficacia ea esse sem-
per debet, ut sicut innititur meliori titulo
de mundo, ita abrogatis præcedentibus con-
trariis, vel nullis actibus, præsumere faciat
mutationem tituli, & possessionis in melius,
& in statum omninò validum, & subsisten-
tem, juxta relatas auctoritates, & alias ad-
ductas in secunda decisione præteritæ lo-
stantiæ §. *Tum demum*, ideoque ad actus post
centenariam hanc gestos deveniendo Do-
mini ex Visitatione anni 1679. nihil in Bene-
ficiatorum obstaculum descendere censue-
runt, quia nihil loca habetur de unione fa-
cta per Vicarium anno 1547., solumque de-
mandatur illorum Collegio, quod exhibeat
contractum unionis in genere & imò cum
Episcopus Visitator adhùc de contractu
exhibendo, amplius non egerit, videtur
agnovisse, quod Collegium vigore centena-
riæ suæ possessionis ad hujusmodi tituli exhi-
bitionem non tenebatur, cum ipsa centena-
20 ria stet loco tituli *Turricell. de unione cap.
11. sub num. 27. vers. & ratio Rota decis. 9.
num. 2. & decis. 2. de reb. Eccles. non alien.
in antiq. & decis. 1459. num. 15. coram Sera-
phin.*
21 Prout nullam tituli allegationem resulta-
re putarunt, vel ex relatione duorum Benefi-
ciatorum, facta eodem anno 1711. Nam
respectu visitationis satis est advertere, quod
illi nullus ex beneficiatis præsens fuit, ut te-
status est ipse Visitator, ideoque quicquid
ex Crascianensium suggestione in ea dictum
fuit, nequivit illis præjudicare. Et licet
unus ex Convisitatoribus esset Beneficiatus,
constat tamen in facto, quod visitatio ista-
rum Ecclesiarum Crascianæ, ab eo gesta non
22 fuit, & semper verum est, quod non potuit
præjudicare Collegio, à quo nullum habe-
bat mandatum, dùm cæteroquin, ut Posses-
sori noceat tituli allegatio, requiritur, quod
facta sit ex ejus speciali mandato, ut præcisè
firmat *Rot. dec. 352. num. 19. & 20. coram
Benincasa*. Respectu verò relationis exhi-
23 bitæ à duobus Beneficiatis circa prætensio-
nem Communitatis Crascianæ petentis à
Collegio subministrari Sacras Supellectilea
pro Ecclesia sibi unita, ponderandum oc-
currit, quod ipsa Communitas allegavit ob-
ligationem resultare ex Instrumento anni
1546., sed Beneficiati ad illud recognoscen-
dum Deputati, tantum abest, ut illud ap-
probaverint pro titulo unionis, ut ipsorum
Collegium, non attenta ejusdem Instru-
menti littera, declaraverit habere pro se
centenariam, ut constat ex Processu Com-
pulsoriali dato in Summario hodierno ejus-
dem Collegii *num. 3.* & hujusmodi declara-
tionem reiteravit coram Ordinario, ad
quem Communitas recursum habuerat, pro-
indeque relatio illa duorum Beneficiatorum
poni debet ad partes, tanquam vaga, & non
aliud exprimens, quam veritatem petitionis
promotæ à Communitate, solumque atten-
24 dendum est, quid ipsum Collegium adver-
sus petitionem Communitatis allegaverit,
cum Particulares Personæ de Collegio ne-
queant in præjudicium ipsius Collegii quid-
quam confiteri, *Angel. de confess. lib. 2. quæ-
st. 2. num. 1. & seqq. Rota coram Bich. dec.
290. num. 28. & dec. 328. num. 17.*
25 Non attenta replicatione, quod hujus-
modi declaratio, seu protestatio Beneficia-
torum in eorum libris, pendente lite, su-
per addita sit, quia sistit talis oppositio in
sola fide Presbyteri Crascianensis in hac li-
te interesse habentis, qui coram Judice com-
pulsoriali hujusmodi librorum alterationem
allegavit, sed nec rationem sui dicti ullam
reddidit, neque alias probationes rei noo
supponendæ nunquam deduxit, quando ta-
26 men involveret delictum, & falsitatem
commissam à Cœtu Ecclesiastico, quæ ad-
mitti non potest nisi superlativè, ac rigorosè
probetur ex generalibus regulis, de quibus
*Rot. dec. 697. num. 2. coram Cerro decis. 424.
num. 19. & dec. 602. num 6. & 7. par. 19. rec.
tom. 2 & passim.*
Minusque concludendi ullam sufficientem
ejusdem Tituli allegationem apparebat ex
aliis congestis, vel ex verbis Defensorum Col-
legii, vel ex illationibus à possibili, vel im-
possibili diversa interpretatione, & simi-
libus, super quibus Domini nequaquam im-
morandū censuerunt; addentes tantum, quod
27 frustra ad eundem effectum referebatur
hodiè supplex libellus porrectus anno 1717.
Eminentissimo Datario nomine Collegii pro
obtinenda compositione de quindenniis non
solutis, Sufficit enim advertere, quod nul-
lus concurrit actus, ex quo demonstretur il-
lū porrectū fuisse de mandato Collegii, imò
tota fides, quod ex parte Collegii datus fue-
rit,

rit, iistit in Crascianensium assertione, dùm
cæteroquin nullam continet certæ, aut desi-
gnatæ unionis expressionem, & cantat sub
nomine Beneficiatorum Cathedralis NN.,
quo nihil incertius excogitari potest, & ni-
hil esse valet magis inverisimile, dùm jàm
tunc pendente ista lite Beneficiati omne
Defensionis momentum reposuerant in præ-
sidio centenariæ, itaùt Domini rectè con-
28 cluderent quamcumque probationem hujus
tituli allegationis deficere, & semper in suo
ròbore remanere præsumptionem cujusvis
validioris Tituli, quem ex centenaria, imò
ex continuata per centum septuaginta, &
ultrà annos possessione Collegio allegare
permissum erat.

Cum qua sane præsumptione legitimæ, &
29 undequaque validę concessionis etiam Apo-
stolicæ eo facilius DD. procedebant in præ-
senti themate, quia non deerant illius ar-
gumenta, cum in facto constaret, quod us-
que de anno 1575. Visitator Apostolicus
mandavit in ista Ecclesia Crascianæ, tanquam
unita memorato Collegio Beneficiatorum
erigi Vicariam perpetuam, & Ordinarius
de anno 1591. devenit ad effectivam ejusdem
perpetuæ Vicariæ erectionem. Quia autem
non videt, quantum istæ facti circumstantię
augeant pręsumptionem ductam à centena-
30 ria; quia cum recens esset eo tunc Sacri Con-
cilii Tridentini dispositio *sess. 7. cap. 6.*, & *7.
de reformat.*, demandans non solum Vica-
riæ erectionem in Ecclesiis unitis, sed etiam
tribuens Ordinariis facultatem uniones à 40.
annis antea factas revidendi, nihil aliud ma-
31 gis verosimile est, quam quod non minus
Visitator Apostolicus, quàm ipse Ordinarius
de validitate hujus unionis diligenter scruta-
ti sint, & in illius sequelam demandando,
atque explendo Vicariæ erectionem, illam
validam esse compererint, ac declaraverint
juxta ea, quæ in specie arguit prima decisio
præcedentis instantiæ §. *Indubitantius*, cum
ib relatis coram R. P. D. meo Falconerio.
32 Accedentibus præsertim enunciativis suc-
cessivè emissis in litteris Apostolicis, quod
unio esset *canonicè*, & respectivè *Auctori-
tate Apostolica* facta, nec non aliis Ordina-
riorum Visitationibus, Provisionibus Vica-
riæ ad nominationem Collegii, nec non
actibus executionis dictarum litterarum
Apostolicarum, in quibus consimiles haben-
tur enunciativæ, & ex quibus validum addi-
tur adminiculum præsumptioni ex centena-
33 ria deductæ, quod verè ex privilegio Apo-
stolico, & quacumque concurrente possibili
solemnitate unio tamdiu servata, totiesque
approbata ab Ordinariis, aliisque Superio-
ribus Ecclesiasticis emanaverit, ut latius pro-
sequuntur Decisiones R.P.D. mei Falcone-
rii, prima §. *Univocè*, & secunda §. *Auge-
tur*, ubi plures cumulantur Auctoritates.

In sequelam horum omnium descendebat,
quod nequidem curandum esset de subsum-
pta illa Crascianensium oppositione, juxta
quam arguebant, quod pręsumere factam à
S. Sede istam unionem esset præsumere inju-
stitiā in ead. S. Sede, quę sine ulla causa eandē
34 fecisset unionem, & sic injustè; quoniam aliis
omissis responsionibus, redibat ad tollendum
objectum efficacia centenariæ, post cujus la-
psum si præsumi debet unio totaliter perfe-
cta, pręsumi debet etiàm illius causa, de
qua necesse non est, quod constet in pręsen-
ti judicio, sed satis est quod de ea constare
potuerit in illius concessione, ut ad rem fir-
mat *Rota dec. 506. n. 4. p. 2. rec.*, & *dec. 2296.
n. 4. cor. Coccino*. Post namque tot intervalla
temporum non semper superstites esse pos-
sunt probationes de solemnitate, & justa
35 causa unionis, neque congruit, ut in rebus
Ecclesiasticis perpetuo suscitetur confusio,
ut ad propositum inquit *Angel. in Jus canon.
lib. 3. tit. 12. sub n. 12.*, *Rota in Monasterien.
Vicariæ 20. Martii 1713. §. Maxime coram
Rmo P.D. Crispo*.

Noscentes de facto Crascianensium De-
36 fensores ex centenarię efficacia tolli eorū
omnes exceptiones, conabantur illam remo-
vere eo fundamento, quod abrogata fuerit
in materia Unionum ex Decreto *Sacri Con-
cilii Tridentini sess. 24. de reformat. cap. 13.*
sed hujusmodi conciliare Decretum non es-
se applicabile præsenti hypothesi deprehen-
debatur, non solum quia valde admodum
37 disputabile est, an finalia ejus verba - *non
obstantibus privilegiis, & consuetudinibus
immemorabilibus* - inhæreant postremę par-
ti ejusdem Capituli, in qua Parochiarum
constitutio demandatur, vel etiam exten-
dantur ad ea, quæ in præcedenti separata, &
perfecta oratione de unionibus disposita
fuerant, in qua quæstione regula videtur es-
se, ut hujusmodi clausularum relatio non
ad omnia præcedentia diversi generis, & ra-
tionis fiat, sed ad magis proxima, *Gabr. de
clausf. conclus. 9. n. 8.*, *Menoch. lib. 4. præsumpt.
182. n. 19.* cum aliis *Rot dec. 295 n. 3. cor. Pen.*,
38 & *dec. 399. n. 3. cor. Buratt.* Verum etiam
quia ulterá ejusdem Decreti expreßè loqui-
tur de unionibus factis ab Ordinariis Episco-
pali auctoritate, idenquè ubi, ut hic, cen-
tenaria, & immemorabilis allegatur, non
ad sanandā unionem tali ordinaria auctori-
tate factam, sed ad præsumendam, tum ex
vi ipsius centenariæ, tum ex aliis argumen-
tis mox relatis ita suadentibus, unionem fa-
ctam Auctoritate Apostolica, præfata Con-
cilii dispositio amplius obesse non valet,
quia sicut non derogat, neque derogare va-
luit unionibus Apostolicis, ita præservare
intelligitur simplicis centenariæ effectum
includentem Apostolicam unionis concessio-
nem, ut optimè dixit *dec. hujus Causæ pri-
ma Aprilis 1718. §. Non igitur*, *coram
R. P.D. meo Falconerio*.

Atque in horum confirmationem Domini
39 advertebant, quod semper etiam post eam-
dem Sacri Concilii Sanctionem, Doctores,
& Sacra Rota fuerunt in eo sensu, quod unio
subiectiva Parochialium æquè probari pos-
set per Immemorabilem, ac per litteras
Apollo-

Apostolicas; ita *Spad.conf.t.n.34.lib.2.Iordan.elucubrat.lib.10.quæst.32.n.20., & seq. Garz.de benefic.p.12.cap.2. n.229., Barbos. de Potest. Episc.alleg.66.n.51., & seqq., & ad Conc.sess.7.cap.6.n.29., Card.de Luca ad idem Conc.disc.8.n.28., & disc.49.n 14 de Benefic., Lotter. de re benefic. q.28.n.106., & Turricel.de union. cap. 11. n.33., & seq. vers. secundo loco, Rota cor. Merlin. dec.95. cor. Priol. dec. 252. cor. Cerro, dec.240., & 886. cor. Dun. jun. dec.911. cor. Emer. jun., dec1023., & 1098. per tot., in Compostellana Parochialium 13. Martii 1719. §. Ex his cor.bo.me.Ansald., in Compostellena Parochialis 26. Februarii 1717. §. Plenaria coram R.P.D. meo de Gamaches, & in alia Lucana Vaionis 3. Junii 1707.cor. clar.me.Card.*

40 *Prioli*. Signum evidens, quod in exclusionem præsumptionis Privilegii Apostolici, Doctores, & Sac.Rota non censuerunt à Sacro Concilio derogatum fuisse immemorabili, quia aliàs per istam præsumptionem

41 unio probari non posset, prout etiam eadem S. Rota ad substinendas Parochialium Ecclesiarum uniones post Sacrum quoque Concilium admisit Beneplacitum Apostolicum præsumptum ex diuturnitate temporis, juncta longæva observantia, ut in *decis.* 698. *n.3. vers. Ex quo p.2., & dec.*817. *nu.5., &*

42 *sub n.12 vers. cessatque p.18.tom 2.* Id quod similiter stare non posset, quoties Concilium in his terminis derogasset centenariæ; Nam hac abrogata, abrogatus remansisset etiam effectus d. præsumptionis ab illa resultans.

Superfuisset agendum de tot aliis Crascianensium illationibus, & argumentis ductis ex asserto malo statu Ecclesiæ unitę, & similibus; sed hæc, & alia ad idem tendentia (ultra quod nec satis probata videbantur

43 non respiciebant præsens judicium, in quo quæritur tantum de validitate unionis, & ideo tanquam extranea, & suis loco, & tempore ab illis deducenda, in præsenti examinari non meruerunt, satisque consultum eorumdem juribus putarunt DD. per generalem Iurium præservationem, de qua etiam in secunda decisione precedentis instantiæ §. *finali*.

Et ita relative ad easdem decisiones editas coram R.P.D. meo Falconerio, omissis levioribus hinc inde deductis in secunda causæ propositione, Partibus acriter informantibus responsum fuit.

AUGUSTANA DECANATUS.

Lunæ 17. Februarii 1721.

ARGUMENTUM.

Parochus ad Decanati Beneficium promotus, & sine justa causa privatus reintegrandus est, præsertim si *ob patratos excessus* lit condemnatus, istique non probarentur, nec non etiam sententia absque citatione, & trinis monitionibus fuisset promulgata.

SUMMARIUM.

1 *Sententia privationis Beneficii est nulla, si in solis accusationibus fundetur, non efformato congruo processu, non assignatis defensionibus, ac trinis omissis monitionibus, quæ præcedere debuissent*, & n. 3., ac amplia, ut in n. 5.

2 *Pœna privationis Beneficii est de maioribus, & pœnæ capitali æquiparatur*, & n. 10.

3 *Sententia privationis est nulla, nisi præcesserint tres monitiones.*

4 *Amplia, si deficeret etiam citatio adversus reum.*

6 *Testes vagi, singulares, & sine partis citatione examinati, nec repetiti nil probant.*

7 *Crimen obiectum Parocho tempore, quo curam exercuit, non potest allegari ad eum privandum Decanatu, quem ex post, eo non obstante, obtinuisset, cum per hanc approbationem videtur crimine absolutus.*

8 *Amplia, si constet de mutatione morum, & resipiscentia ab antiquo modo vivendi.*

9 *Reus, crimine non probato, condemnari non potest*, & n. seq.

11 *Beneficiatus non potest Beneficio privari, ex capite delicti, nisi illud concludenter sit probatum, & per eas probationes, ex quibus sic veniat de Jure Canonico plectendus.*

12 *Amotio à Decanatu sine iusta causa non permittitur.*

13 *Privatio demandata* propter patratos excessus *infamiam irrogat, & sine concludenti probatione criminis non substinetur.*

DECISIO MCCXXXVI.

Dignitatem Decanatus Ruralis Oppidi *Sceg* sibi collatam a Capitulo Augustano Simon Vogel promeritus est, non solum quia in concursu, & examine præstantior doctrina, ac probitate compertus fuit sed etiam quia per viginti, & ultra annos laudabiliter curam animarum in d.Oppido exercuerat, pacificè tamen in ea diu non conquievit nam sub anno 1713. pati cępit coram Officiali Curiæ Episcopalis Augustanę plures recursus, & accusationes renovatas sub anno 1715. coram Officiali Administratoris d. Episcopatus, ob quas tandem accusationes, processu nulliter confecto, neque eisdem accusationibus, ut par erat, justificatis, sententiam anno 1716 passus fuit privationis cum subrogatione alterius Parochi in ejus locum, & condemnatione ad certam pecuniæ quantitatem.

Statim autem habita prolatione huius sententiæ, ab illa Simon appellavit ad S.Sedem, & cum subinde timeret, ne quid in spretum d. appellationis attentaretur, Inhibitionem quoque nostri Tribunalis formiter Officialibus Curiæ Episcopalis prædictę præsentavit: Ac de facto contigit, quod fuit demandata ipsius carceratio, & aperitio Domus per vim ad effectum inde extrahendi scripturas Decanales, nec non decretum, & appositum sequestrum super fructibus, & decimis pro pœna pecuniaria contenta in relata sententia; & quod plus est deventum etiam extitit ad actualem scripturarum Decanalium extractionem, extracta per vim capsa

sa, in qua illæ reperiebantur. Cum vero hæc omnia non solum post appellationem, sed aliqua etiam post formalem inhibitionis præsentationem gesta fuerint, præbuerunt occasionem Simoni, ut ageret ad purgationem attentatorum, & proinde delata fuit hujusmodi ipsius instantia ad nostri Tribunalis judicium sub dubio -- *An constet de attentatis, quæ veniant purganda, & declaratoriæ sint concedendæ* -- quod cum fuerit propositum in Rota 26 Iunii 1719. coram Reverendissimo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennatensi, prodiit resolutio Simoni favorabilis, quæ tamen ex novæ audientiæ concessione revidenda ad trutinam rediit pluries ob varias oppositiones, præsertim circa actorum transportationem deductas, & confirmari tandem promeruit in audientia diei 18. Martii 1720.

Ut vero Domini maturius procederent ad examen novorum Iurium postmodum allatorum ex parte Promotoris Curiæ supramemoratæ, concesserunt isti facultatem editas decisiones iterum impugnandi, demandantes quod etiam videretur de negocio principali. Hinc proinde hodiè, antequam de attentatis ageretur, super quibus versabantur eædem decisiones, disputatum fuit -- *An sustineatur privatio* - & responsum exitit - *Negativè*.

Constitit enim de ejusdem privationis
1 nullitate, & iniustitia. Nullitas quidem ex eo profluebat, quod ad hanc Simonis probationem deventum fuit ex solis accusationibus, & recursibus, non efformato congruo processu, non assignatis defensionibus, nec præcedentibus ullis monitionibus, quæ ta-
2 men, cum agatur de pœna privationis, quæ tamquam de maioribus assimilatur pœnæ capitali *Cap. conquerente, ibique Fagnan. n. 2. de restit. spoliat.*, *Rot. in Frisingen. Parochialis 22. Iunii 1716. §. Quamquam cor. bo.*
3 *me. Ansaldo*, omnino per tres vices præcedere debuissent sententiam condemnatoriam *can. si Episcopus 17.*, *& Clem. I. de hæret.*, *Rota in eadem Frisingen. Parochialis 8. Aprilis 1715. §. Deficiebat cor. Eminentissimo D. Card. Scotto*, *& in confirmatoria coram bon. mem. Ansaldo §. Mox citato*, *& in Ratisbonen. Parochialis 13. Iunii 1718. §. Et demum cor. R. P. D. meo Foscaro*, imo,
4 quod peius est, & præcipuè Dominos ad eandem nullitatem omnimodè approbandam impulit, etiam sine ulla d. Simonis citatione, cujus defectus dubitari non posset, quin insanabilem nullitatem inducat, *ad text. in l. 1. § item cum ex edicto ff. quæ sentent.*, *sive appellat. rescin.*, *Vermigliol cons. 112 n. 14. Card. de Luc. de benef. disc. 75. n. 2.*, *Rota dec. 4. n. 1. cor. fel. me. Greg. XV.*, & in his terminis *in Ebredunen. Parochialis 23. Novembris 1699. §. Nullitas coram cl. me. Card. Caprara*.

Iniustitia item satis evidens ex eo resulta-
5 bat, quod d. privatio decreta fuit *propter patratos excessus*; Excessus autem, & delicta nulla valida probatione commissa a Simone ostenduntur, quia percurrendo Summarium distributum pro parte Promotoris Fiscalis Curiæ Augustanæ, in eo quidem non leguntur, nisi Accusatorum Simonia expo-
6 sitiones, & depositiones Testium, qui inter se sunt vagi, & singulares sive citatione Partis examinati, & nusquam repetiti, ideo nequaquam erant attendendi, juxta deducta *per Vermigliol. cons. 99 n. 2.*, *& seqq.*, *Rota dec. 269. n. 15. cor. Priol.*, *& in citata Frisingen. Parochialis 22. Iunii 1716. §. In themate*, *& seq. cor. bo. me. Ansaldo*.

Occurritque ulterius, quod aliquæ ex dd.
7 Testium depositionibus nequidem respiciunt excessus, & delicta, quæ asseruntur commissa per Simonem in dignitate Decanatus, sed longe antea, dum simpliciter Parochum gereret, & de iis propterea ratio habenda non erat, quia dum postea in concursu pro Decanatu assequendo fuit prælectus inter cæteros uti doctrina, & probitate præstantior, videtur ab iis quodammodo immunis declaratus, & absolutus, ut proinde in separato, subinde actu privationis Decanatus ad eumdem condemnandum satis esse non possint, ut in proximis terminis firmat *Rota dec. 269. n. 9. cor. Priolo*.

Maxime vero deficit omnis fides adductis
8 probationibus, quia etiam nunc Simon condemnatus reperitur circa mores, & præcipuam vigilantiam sui Pastoralis Officii per fidem Collegialem Cleri, & Parochianorum Oppidi *Seeg* relatam in ejus *Summ n. 2.* per quam sane fidem etsi temanent contrariæ probationes super assertis ejus præcedentibus delictis, dum potuit contingere mutatio, & resipiscentia, & sic fieri immunis a pœna privationis, ad quam fuit condemnatus, *Rota dec. 46. n 2*, *& dec. 999. n 6. cor. Seraph.* cum aliis relatis in *d. Frisingen. Parochialis § finali cor. bo. me. Ansaldo*.

Defectum autem istum concludentis, &
9 certæ criminum probationis iniustam reddere privationem, de qua agitur, DD. non dubitarunt, quia satis exploratæ sunt regulæ, quod sicut concludens probatio requiritur in omnibus casibus ad rei condemnationem, ita multo magis exigitur ad infligendam hujusmodi pœnam privationis, quæ ut
10 supra dictum est, aliam majorem non habet, *Fagnan. in cap. dilectus il primo nu. 20. dè rescript. Card. de Luc. de benef. disc. 71. n. 4.*, *Capon. discept. for. cap. 395. nu. 9.*, *Cavill. dec. 160. n. 51. cum concordan. pariter in Frisingen. Parochialis 8. Aprilis 1715. §. Eo minus cor. Eminentissimo Card. Scotto*, *& in confirmatoria 22. Iunii 1716. §. At ad ef-*
11 *fectum cor. bon. me. Ansaldo*, quodque non solum causæ privationis debent esse concludenter probatæ, sed etiam graves, & ejus generis, in quibus Sacri Canones dictam privationem permittant, *ad text. in cap. si habeas q. 3.*, *& in cap. Romana de suppl. neglig. Prælat.*, *Rota dec 267. n. 12. cor. Priolo, in eadem Frisingen. Parochialis §. Quamquam cor.*

cor. bo. me. *Ansaldo*, & *in Ratisbonen. Parochialis* 13. *Junii* 1718 §. *Et demum coram R. P. D. meo Foscaro*. Nec tamen istius generis erant illæ, quæ contra Simonem in præsenti casu adducuntur, itaut etiam probatæ ad privationem sustinendam suffragari non valuissent.

Absque eo quod ad evadendam tàm nullitatem, quàm Iniustitiam d. privationis prodesset è contrario sustinere, quod omnia hactenus deducta militent in terminis Beneficii, aut Dignitatis perpetuæ, hic vero agatur de officio amovibili ad nutum Superiorum etiam sine causa. Quoniam præter quam quod plura argumenta suppetebant pro perpetuitate hujus Dignitatis comprobanda, vel saltem ad ostendendum, quod
12 Decanatus, sive Dignitas sit, sive Officium habet annexam publicam administrationem, jurisdictionem, & exercitium, quo casu neque ab officio permittitur amotio sine justa causa, ut distinguit præcisè *Larrea in noviss. dec. Granaten disp.* 2. *nu.* 17. DD. hujus
13 modi quæstionem nullatenus sibi necesse assumendam putarunt, eo ipso, quod privatio gesta fuit ex capite criminum commissorum à Simone ibi -- *propter patratos excessus* -- quo sane casu, quia talis privatio ob causam illam expressam irrogat infamiam, etiam si agatur de officio manuali, & amovibili sine prædicta concludenti criminum probatione, nonpermittitur, nec sustinetur ut docent *Imol.*, & *Butr. in clem.* 1. § *Præmissa n.* 4. *de suppl. neglig. Prælat.*, *de Luca de Benefic. disc.* 97. *n.* 12., *Rota dec.* 12. *nu.* 5. *cor. Caval. dec.* 96 *sub nu.* 12. *cor. Carill. decis.* 320. *n.* 4. *cor. sa. me. Innoc. X.*, & *dec.* 83. *nu.* 4. *coram Emer. Sen.*

Et ita utraque &c.

ROMANA LEGATI SUPER CAUTHELA ANGELI.

Lunæ 17. *Febr.* 1721.

ARGUMENTUM.

Dos quodvis reiicit gravamen sicut legittima. Onus dotandi neptes, si pater prædecesserit, aviam paternam tangit. Hæres mediatus de inventario non docens, nec rationem reddens ex suorum jurium confusione bona hæreditaria retinere prohibetur in Creditorum præjudicium.

SUMMARIUM.

1 *Dos debita loco legittimæ omne fideicommissorum gravamen reicit, adeout cauthela Angeli istius vigore allegari non possit.*
2 *Amplia in dote profectitia, & respectu mulieris, quæ eam a gravante non recipisset.*
3 *Avia paterna, prædefuncto filio, neptes ex isto dotare tenetur, aut legittimam eis assignare in bonis propriis.*
4 *Avia paterna dicitur agnovisse onus dotandi neptes ex isto, quando titulo institutionis dedisset, quidquid eis reliquit.*
5 *In legittima nullum onus impositum fuisse præsumendum est.*
6 *Hæres simplex ex confusione jurium evasus, deque legittimo inventurio non docens, nec rationem reddens, nullum retinendi titulum adversus Creditores potest allegare.*
7 *Amplia respectu Creditoris bona hæreditaria perfequentis*, & quare &c.
8 *Hæres, quousque vires suppetunt hæreditariæ, defuncti factum servare tenetur.*
9 *Pecuniæ de patrimonio communis debitoris exactæ ab hærede cum præservativa jurium favore Creditorum, extare semper dicuntur.*

DECISIO MCCXXXVII.

Adversùs Decisionem coram Me editam die 1. Julii superioris anni favore Ven. Monasterii Sanctæ Mariæ Septem Dolorum Creditoris legati relicti a claræ memoriæ Catharina Aldobrandina Ducissa Ariciæ, in qua dictum fuit non esse servandam Cauthelam Angeli allegatam ad impediendam executionem rei judicatæ à DD. Sororibus de Santinellis, obtinuerunt istæ admitti ex stylo Nostri Tribunalis ad novam Audientiam, sed adhùc hodiè licet diù expectatæ, & pluriès intimatæ jura sua iterum deducere non curarunt, ideoque DD. *in Decisis* persistendum esse responderunt.

Titulus enim ejusdem Cauthelæ Angeli nitebatur fideicomisso condito ab Olympia Seniore Aldobrandina etiam super Dote Ducillæ Catherinæ legantis, ac Ducissæ Ceræ ejus Neptum, ut deducebatur ex Donatione facta ab eadem Olympia favore Ducis Petri ipsius filii, & prædictarum Catherinæ Ducissæ Ariciæ, ac Mariæ Ducissæ Ceræ
1 Patris. Subsistit autem in ejusdem tituli exclusionem (quidquid sit respectu hujus fideicommissi in aliis Bonis, quoad alias Personas) cum Dotes prædictarum Neptum iis debitæ essent in bonis Olympiæ Aviæ loco legitimæ, ideò reiiciebant quodcumque gravamen, neque poterant subiici illi fideicommisso, ex firmatis in Decisione, quæ revidetur §. *Cum enim cor. Me*. Maximè ve-
2 rò Dos Catherinæ, quæ nequidem proveniebat à largitate Aviæ, aut ejus Patris, sed à tertio nullo modo obligato, nempè à Cardinali Deo, qui pro ejusdem Ducissæ Catherinæ dotatione ejus hæreditatem reliquit, & multiplicari jussit; undè tantominus ista Dos gravari poterat ex dispositione Principissæ Olympiæ tum contra largitoris voluntatem, quæ stare dicenda est pro illius libertate, tum in præjudicium Catherinæ, quæ eam à gravante non recipiebat, *Peregrin. de fideicomm. artic.* 6. *n.* 1. *de Franch. dec.* 196. *n.* 4., *Rot. dec.* 228. *n.* 34. *cor. Dunozz. Jun. dec.* 184. *n.* 3. *par.* 16., & *dec.* 561. *num.* 4. *par.* 18. *rec.*

3 Nec sustineri potest idem gravamen, ex quo jàm Principissa Olympia Duci Petro filio Palatium, & feuda donaverat in Causam legitimæ, ideoque erga Neptes amplius non tenebatur. Quia cum Pater Matri, & respectivè Aviæ prædobiisset, ad eamdem Aviam

Aviam pertinebat dotare suas ex prædefuncto filio Neptes, aut ipsis in propriis bonis præstare legitimam, ac de facto tale onus
4 videtur ipsa agnovisse, dum quidquid ipsis reliquit, titulo Institutionis, qui in his terminis verificari non potetat, nisi habito respectu ad jus legitimæ Neptibus debitæ in bonis Aviæ juxta ea, quæ latè docet *Merlin. de Legit. lib.5. quæst.18. n.1., & 3.*

Minusque dici valet fideicommissum Principissæ Olympiæ super Dotibus Neptum approbatum fuisse in Judicio per sententiam clar. mem. Cardinalis Caraphæ; quippe quia cum ista sententia tale quid expressè non dicat, referri debet ad alia onera, & conditiones contentas in dispositionibus ejusdem Principissæ, nam id est speciale pri-
5 vilegium legitimæ, quod super ea nullum onus admissum, aut impositum censeatur, nisi dilucidè, & clarè expressum sit, ut cum aliis adductis in Decisione, quæ revidetur §. *Neque obstare, firmavit Rot. in Urbinaten. supplementi legitimæ* 1. *Decemb.* 1713. §. *Neque cor. Rmo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*
6 Subsistit item, quod cuicumque titulo nitatur eadem Cauthela Angeli à DD. Sororibus de Sanctinellis allegata, obstat ipsis, quod sint hæredes mediatæ Ducissæ Ariciæ legantis, proindeque ob jurium confusionem non possunt bona provenientia ab illius hæreditate retinere non docto de Inventario, neque reddita ratione, ex plenè deductis in eadem mea decisione §. *Et quamquàm.*
7 Non attenta responsione, quod cæteroquin promptæ sint reddere rationem de Bonis hæreditariis Ducissæ Mariæ earum Matris, per quam Causam habent à Ducissa Catherina Auctrice Monasterii, seu legante. Quoniam ultra quod non exhibetur legitimum Inventarium, quod est caput redditionis rationis, tamen oblatio ista reddendæ rationis procedere fortassè posset, si conveniretur in bonis propriis, secus autem est, dùm actio Ven. Monasterii est directa ad rem, seu pecuniam hæreditariam legantis, & sic super patrimonio ad defunctum pertinente, juxta eam distinctionem, quam novissimè servavit *Rot. in Eugubina fructuum* 31. *Januarii hujus anni per tot.*, & signantèr §. .... *co-*
8 *ràm Me*, quia semper hæres quoad Vires hæreditariæ suppetunt, defuncti factum servare, & exequi tenetur, ut firmavit *Rot. dec.27. n.15. par.18. rec.*
9 Absque eo quod controverti possit, quod penès ipsas sint res hæreditariæ ejusdem Ducissæ legantis, quia, ut demonstrat decisio, quæ confirmatur §. *Atque ulteriùs, & seq. cor. Me*, exercerunt Cambium proveniens ab eadem Ducissa cum præservativa Jurium competentium prædicto Monasterio in vim sequestri desuper appositi pro illius Juribus; unde cum hæc jura fuerint in consignatione à Judice præservata, consurgit ulterius, ut idem sit, ac si dictæ pecuniæ exactæ adhuc extarent, & proindè tanto faciliùs ad illarum refusionem, & restitutionem debeant condemnari.

Et ita relativè in omnibus ad antecedentem Decisionem altera tantum parte &c.

AUGUSTANA DECANATUS SUPER ATTENTATIS.

Vener. 28. Februarii 1721.

ARGUMENTUM.

Post præsentationem Appellationis ad Judicem Superiorem interpositæ nil ab appellato in Causa innovari potest; & eo magis attentata sunt clara, si, degustatis Causæ meritis, injustitia Sententiæ detegeretur.

SUMMARIUM.

1 *Attentata fiunt omnia gesta per appellatum post interpositam appellationem ad Superiorem Judicem.*
2 *Amplia, quando sententia super meritis injusta reperiatur, & læsiva.*
3 *Attentata non sunt referenda ad culpam Curiæ delegatæ, sed delegantis, cum factum Procuratoris factum Partis dicendum veniat.*
4 *Administrator Ecclesiæ quidquid gessit nomine illius, & non proprio, Ecclesiæ damno cedere debet.*
5 *Collitigans dicitur quasi contrahere cum suo adversario, ut dicatur obligatus ad omnia, quæ ex lite sequta sunt.*

DECISIO MCCXXXVIII.

Semel, atque iterum respondit nostrum Tribunal favore Simonis Vogel Decani Oppidi *Sreg -- Constare de attentatis* commissis in illius privatione, & destitutione à Decanatu per Officiales Curiæ Augustanę juxta decisiones editas 28 Junii 1719., & 18. Martii 1720. cor. Rmo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennatensi; Subindè verò in definienda hujusmodi controversia censuit videndum de bono Jure, & negocio principali, propterea que petente eadem Curia facultatem dictas Decisiones impugnandi rescripsit -- *Audiatur, & proponatur cum negocio principali.* 3

Ad formam hujus rescripti coram Me in locum dicti Reverendissimi Archiepiscopi Ravennatensis subrogato disputatum fuit sub die 17. currentis -- *An substineatur privatio* -- & reservata ad hodiernam audientiam attentatorum cognitio. Sicut autem dicta die responsum fuit Privationem non substineri, quia esset nulla, & injusta, 4 ut patet ex Decisione sub dicta dec. à Me edita, ita hodie prodiit resolutio super attentatis præcedentium confirmatoria per rescriptum -- *In Decisis.*

1 Quod enim constaret de attentatis per totalem Simonis reintegrationem purgandis, certum omninò erat, quia si ex parte Officialium Curiæ Augustanę, vel alterius ejusdem Curię, & Episcopatus administrationem gerentis, post interpositam appellationem ad S. Sedem, deventum est ad actus privationis

tionis effectum importantes, ut præsertim sunt ablatio per vim scripturarum Decanalium, & sequestrum cum executione super redditibus Decanalibus etiam pro exactione pœnæ pecuniariæ in sententia decretæ, utique iidem actus à vitio attentatorum salvari non possunt, ad *Text. in cap. Non solum de appell.*, *& in l. unic. ff. nihil innovand. appell. pend.*, ut in terminis privationis firmavit *Rot. dec.878. n.3., & seq., & decision.889. num.1. cor. Danoz. Jun., & in Ebreduuen. Parochialis super attentatis 23. Novemb. 1679. sub §.1. cor. cl. mem. Card. Caprara.*

2 Non obstant objecta inappellabilitatis sententiæ tamquam latæ ad corrigendos mores, aliaque in præteritum cumulata pro iisdem attentatis excusandis; quia omnibus rectè satisfacit utraque præcedens Decisio, & signantèr secunda diei 18. Martii 1720. coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennatensi, à quam pro evitanda inutili repetione DD. sese relativè habuerunt. Superaddentes unice quod hodiè ex rescripto nostri Tribunalis degustata etiam fuerunt merita assertæ privationis, & sententiam istam demandans, à qua fuit appellatum, non solum appellabilis comperta eit, sed etiam omninò nulla, & injusta, quo sane casu tanto clarinra remanent attentata, & tanto faciliùs habet locum illorum purgatio cum reintegratione nullitèr, & injustè privati, ut in durioribus terminis prosequitur *Rot. in alleg. Ebreduneu. Parochialis §. finali cor. cl. mem. Card. Caprara.*

Neque juvat responsio, & quod etiamsi constet de hujusmodi attentatis, illa non ab Officialibus Curiæ Augustanæ purganda sint, sed ab Officialibus Curiæ Constansiensis, qui ea præcisè commiserunt, & respectu sequestri super Decimis à Simone passi propter diversam causam à privatione, à Magistratu Fuessensi. Quoniam iste Magistratus processit ad executionem Jure delegato, &

3 mandatario Curiæ Ecclesiasticæ; alias enim contra Sacerdotem, & Parochum procedere non potuisset; & sic actus ab eodem gesti non ipsi referendi sunt, sed Curiæ Deleganti, & mandanti, juxta notorias regulas de quibus per *Gloss. in l. Si Procurator in fin. ff. de dol mal*, *& met. excep. Rot. decis.33. n.1. coram Card. Cerr.*, *& dec.534. num.12. par.19. rec. tom.2.* Curia verò Con-

4 stansiensis iden se immiscuit in præfatis actibus, quia Episcopatus Augustani administratio Episcopo Constansiensi commissa reperiebatur, & proinde quicquid gessit, nomine non proprio, sed Curiæ, & Ecclesiæ administratæ gessisse censetur, ut paritèr dixit *Rot. dec.623. n.25. cor Cerr.* ac de fa-

5 cto semper Officiales Curiæ Augustanæ fuerunt in lite ad substinendam supradictam nullam, & injustam privationem, & ideo quasi contraxisse dicuntur cum Simone Collitigante, ad hoc ut ei teneantur de omnibus à dicta lite sequtis *ad Tex. in l.3. §.Idem scribit ff. de pecul. Rot. decis.226. num.13. par.18. recent.*

Et ita utraque Parte &c.

ROMANA THESAURARIÆ MARCHIÆ SUPER REDDIDIONE RATIONIS.

Lunæ 3. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Exhibitio librorum coram Judice sufficit, ut ratio optime reddita dicatur, etiam si non sint producti atque etiam si aliquæ partitæ per Judicem sint in suspenso relictæ, in alio dispungantur Judicio, præsertim si talem rationem reddens, Judicis approbationem reportasset, ac de conspicuis partitis in genere sit creditor declaratus.

SUMMARIUM.

1 *Consocius, qui in dispunctione partitarum gestæ administrationis creditor reperiatur super sociali negocio, bonam reddidisse rationem dicitur.*

2 *Redditio rationis bene dicitur facta, quando libri coram Judice fuissent exhibiti, licet non consignati, vel producti.*

3 *Amplia etiam si recapita tradita nūquam fuissent, quando in Rota coram Ponente essent, exhibita, & emanasset resolutio, quod inter consocios hinc inde condividerentur, cui litis parti satis dicitur provisum.*

4 *Decisiones, de quarum viribus non revideatur præsuponendæ sunt, neque tali casu de eis quærere licet.*

5 *Socius in dispunctione partitarum cum altero consocio non potest quæri de mobilibus occupatis, quando vel ad eorum restitutionem, vel ad imputationem pretii in causam sui crediti sit condamnatus.*

6 *Compensatio non datur adversus socium de propriis creditis liquidis cum retentione mobilium, quorum pretium illiquidum adhuc foret.*

7 *Liquidatio proprii crediti pertinet ad creditorem retinentem rem socialem ad effectum cum ista illud compensandi.*

8 *Redditio rationis dicitur bene facta, etiam si super aliquibus tantum partitis Judex eam declarasset, & quoad alias jura partium hinc inde præservasset, insuspenso eadem relinquendo.*

9 *Amplia, quando partitæ in suspenso relictæ in decisionibus præcedentibus reperirentur dispunctæ, & Judex declarasset socium sibi rem gessisse*, amplia, ut in num. 10.

11 *Calculus aritmethicus partitas optimè liquidat.*

12 *Partitæ, de quibus habita non fuisset ratio in præcedentibus decisionibus, aptæ non sunt istas infirmare quoad alias partitas in eisdem jam dispunctas.*

13 *Socius non tenetur sentire damnum ex culpa consocii, qui de sociali causa ad proprium tantum commodum pecunias extraxit.*

14 *Socius adscribendus est Creditor negocii Socialis pro partis liquidis, licet aliqua aliæ dispungendæ remanserint, quando in genere quoad illas jam creditor esset adscriptus*, & quare.

DECISIO MCCXXXIX.

UT maturo procederetur examine in ferendo judicio super redditione rationis, quam Marchio Baldinuccius proponebat Creditoribus Ducis Baldinotti, eam ex illius persona exposcentibus circa administrationem Thesaurariæ Marchiæ sociali nomine per ipsos pro novennio terminato sub anno 1698. conductæ, opus fuit Dominis laboriosum opus assumere dispungendi priùs Credita, & Debita utriusque, Ducis scilicet Baldinotti, & Marchionis Baldinucci, tàm quoad capsam Urbis, quàm quoad capsam Maceratæ, dividendi damna, & utilia Socialia ac tractandi separatim de fructibus Cambiorum, pluribusque subalternis partitis pro una, vel altera Parte deductis, & vel ob facti discordiam, vel ob illius involucrum aliquando in generali aliarum discussione non decisis juxta seriem tot decisionum ab anno 1717. huc usque editarum coram Reverendissimo P. D. meo Crispo ad Archiepiscopatum Ravennaten. interim meritissimè assumpto.

Complementum istius operis erat pronunciatio sufficientis redditionis rationis, de qua sanè constare, & remanere Creditorem Baldinuccium in scutis 30703. 59 responsum fuerat sub die 27. Martii 1719. coram eodem; sed quoniam postmodum, discussis iterum, ob concessam Creditoribus novam audientiam, omnibus partitis, agere opus fuit de viribus istius resolutionis sub die 9. Decembris superioris anni 1720. coram eodem Reverendissimo Crispo, tot ambages propositæ fuerunt circa modum ineundi calculum, & reliquatum liquidandi, ut Domini rescripserint *fiat calculus coram R. P. D. meo Ponente*; cum autem istius vices supplere mihi contigerit in ejus locum subrogato, ob partium discordias non valui, nisi confrontare partitas ad formam præcedentium Decisionum ad creditum, & debitum hinc indè adscribendas, & reproposui, hac peracta confrontatione, dubium -- *An sit standum vel recedendum à decisis dicta die 27. Martij* 1719. cujus examen Domini, ut semper diligentiùs in congerie tot partitarum procederent, reservarunt hodiernæ audientiæ, in qua tandem convenerunt in sensu, quod standum *esset in decisis*.

1 Quod enim juxta prætensam originalis dubii partem constet de sufficienti redditione rationis, resultabat ex eo, quod iam in nostro Auditorio coram memorato Reverendissimo P.D Crispo pluribus, & quidem distinctis (ut opportuniùs ad Justitiam Partibus ministrandam visum est) disputationibus, & resolutionibus actum fuit de partitis hinc indè propositis, illisque in calculum collectis, subductisque subducendis constitit Marchionem Baldinuccium remanere Creditorem. Eo autem ipso, quod quis ad reddendam rationem adstrictus, ita suæ satisfacit obligationi, ut non solum sese à quocumque debito, erga Consocium immune ostendat, sed imò mereatur Creditor constitui, statim dicitur bonam, ac sufficientem reddidisse rationem, ex traditis per *Bald. in rubr. cod. de fid. Instr. Rot. dec.* 934. *nu. primo coram Dunozzet. Iun.* & cum aliis *dec.* 591. *n. pariter* 1. *par.* 19. *rec. tom.* 2.

2 Neque obstat exceptio à Creditoribus Ducis Baldinotti deducta, quod pronunciari nequeat super sufficienti redditione rationis, dum adhuc remanent plures partitæ indecisæ, & non fuerunt restituta mobilia, libri, & recapita nominum Debitorum, quibus non adimpletis, ratio non potest dici benè reddita. Quantum enim attinet ad libros, satis esse pro nunc Domini putarunt, quod illi pluries fuerint exhibiti, tum Creditorum Defensoribus, tum Peritis, prout necesse est fateri secutum fuisse, nam alias unde tot partitæ, de quibus in longa serie resolutionum Rotalium agitur, excerptæ fuissent? de cætero autem respectu eorum consignationis ipsis Creditoribus, seù Duci Baldinotto sibi reservarunt providendum in executione ad quam pertinet adimplementum onerum venientium in sequelam Judicati. Et hoc
3 idem procedit respectu recapitorum; nam & illa exhibita pluries extiterunt coram Reverendissimo P.D. Crispo, tunc hujus causæ Ponente, & nuper etiam coram Me, & quo ad eorum relevantiam satis provisum fuit decernendo, quod communiter inter socios dividantur, ut in decisione diei 6. Maii 1718. super partitis ad debitum Marchionis Baldinucci ultimo loco reservatis, quoad capsam Urbis §. *Quoniam vero*, & *seqq.* 13. *Maii ejusdem anni super partitis ad debitum Marchionis Baldinucci reservatis quoad capsam Maceratæ* §. *Itè etiam* 20. *Maii* 1719. *super partitis noviter additis* §. *Absoluta indagine*, & *in illius confirmatoria* 26. *Iunii* 1720. §. *Confecta ex his*. Cum autem
4 hujusmodi decisiones in hodierna disputatione præsupponi omninò debeant, juxta praxim nostri Tribunalis, de qua *decis.* 465. *num.* 13. *par.* 19. *recen., in Romana Pecuniaria* 5. *Maii* 1719. §. *Neque hujus*, & *in Ravennaten. manutentionis* 12. *Januarii* 1720. §. *Hujus vero coram Me*, frustra contendebatur resiliendo à firmatis in eisdem decisionibus, quod ex eisdem debitorum nominibus Marchio Baldinuccius suum creditum consequatur, vel illorum debitor in totum sese constituat, sed præsuppositivè incedendo, debent Creditores Ducis Baldinotti pro nunc demandatæ eorumnominum Debitorum acquiescere divisioni.

5 Non dispar est ratio, quæ procedit respectu mobilium, dum etiam circa illa nostrum Tribunal indemnitati Ducis Baldinotti vel ejus Creditorum, qui sese Creditores

posue-

posuerunt illorum restitutionis, providè consuluit, decernendo Marchionem Baldinuccium ad illam teneri, vel saltem ad valoris imputationem in suum creditum, ut signanter legitur *in decisione super creditis Ducis Baldinotti* 8. *Martii* 1717. §. *Jam verò*, nec
6 tamen subsistit, quod integri pretii illorum interim Baldinuccius facere debeat compensationem, quia hujusmodi pretium remanet illiquidum ob necessariam subductionem consumptionis eorum durãte novennio Sociali, quæ communi damno cedere debet, ideoque capax non est assertæ compensationis cum cæteris Marchionis Baldinuccii creditis, quæ jam liquida effecta sunt per Rotales resolutiones, juxtà principium, quod de liquido ad illiquidum non admittitur compensatio, de quo *Tex. in leg. fin. C. de compensat.*, *Rota dec.* 23. *num.* 19 *coram Bich. dec.* 128. *num.* 7. *par.* 18., *& dec.* 402. *num.* 7.
7 *par.* 19. *recen.* maximè dum illthæc liquidatio pertinet ad eumdem Ducem Baldinotti, qui medietatis istorum mobilium contra Socium sese ponere curat Creditorem, cum ad Creditorem regulariter pertineat ostendere sui crediti quantitatem, ut in fortioribus terminis dixit de *Luc. disc.* 148. *num.* 3 *de credit.*, *Rot. dec.* 191. *num.* 15. *coram Bichc.*, *& decis.* 7. *num.* 3. *ad* 7. *coram fan. mem. Alex. VIII.*

8 Jam vero transeundo ad partitas indecisas, nullum utique obicem declarationi sufficientis redditionis rationis, ex iis emergere Domini existimarunt; quippe quia nequaquam repugnat, quod in ferenda sententia specialiter jura partibus reserventur super aliquibus partitis in suspenso relictis juxta notoriam totius Curiæ praxim, neque est arctandus propterea Judex, cui in congerie plurium disputationum de majori parte liquet, judicium retardare, donec etiam de minori parte, ac de fragmentis, (ut verè dici potest in præsenti) sensum proferat.

9 Eo autem minus, quia percurrendo etiam calculum hujusmodi partitarum, quæ à Creditoribus pro indecisis ponebantur, constitit è contrario, quod de earum plerisque Jus Partibus redditum fuit in decisionibus editis coram Reverendissimo Archiepiscopo Ravennaten., & ne prolixa illarum repetitione paginæ impleerentur, ad magis conspicuas intuitum convertentes, advertebant DD., quod partita scutor. 524. 74. exactorum cum ordine Dominorum de Sacchettis decisa expressè reperitur in decisione diei 8. Martii 1717. super creditis Ducis Baldinotti §. *Quantum vero*, *& in hac eadem dec.* §. *Sexta partita*, agitur etiam de illis scutis 500. manutentionis Rhedæ pro servitio negocii Socialis, talem summam expungendo à credito d. Ducis.

Ita pariter duæ illæ partitæ nominum quorumdam debitorum, & pretii segetum adscriptæ per Peritum in computo particulari Jacobi Baldinuccij Fratris Marchionis Joannis Mariæ non poterant ad classem earum, quarum Judicium suspensum fuerat, referri, dum super iis nostrum Tribunal bis jus dixit, in decisione scilicet diei 24. Martii 1719., & in confirmatoria diei 21. Jun. 1720. utrobique §. *final.*, calculando debitum ejusdem Jacobi relativè ad deducta per Creditores Ducis in scut. 15219. comprehensis in eo illis nominibus debitorum, illudque augendo in scut. 309. ex causa pretii prædictarum segetum.

Hisce itaque positis, non dubitarunt, quin in genere constaret de sufficienti redditione rationis. Descendentes vero ad specialem reliquatus liquidationem, quę in originali dubio continebatur sub secunda illius parte, *de cujus credito constet*, *& in qua summa*, inhæserunt pro nunc captę resolutionl, Creditorem constituentes Marchionem Joannem Mariam Baldinuccium in scutis 30703., & ob. 49; & etiam in hac parte rescribentes *in decisis*.

10 Quamquam enim ex parte Creditorum renovaretur ad hujusmodi liquidationem præpediendam objectio præmissa, quod plures partitę adhuc remanent indecisæ, tamen visum est, quod dilemmate ista objectio facile tolleretur; quoniam vel dictæ partitæ non sunt de iis, ex quibus in decisione, quæ revidetur fuit constituta dicta summa scutorum 30703., & jam resolutio firma remanet, & confirmari meretur, quia resi-
11 dualis d. quantitas resultat ex calculo arithmetico, qui plenam probationem facit, *Rot. dec.* 349. *n.* 6., *&* 7. *cor. Priolo cum aliis in Abulen. Cappellaniæ super fructibus* 13. *Ianuarii currentis anni* § *finali cor. Me*.

Vel etiam sunt de iis, quę eandem efforma-
12 mant summam, & occurrit animadvertendum, quod in decisione prædicta, quæ revidetur, habita non fuit ratio in expiendo calculo duarum ingentium partitarum, quarum altera sistit in damnis, quæ negocio sociali emerserunt ex culpa Ducis ob indebitam extractionem pecuniarum è Capsa, propter quam coactus fuit Marchio Baldinuccius totidem pecunias aliunde ad cambium accipere, & hæc calculata fuit à duobus Peritis judicialiter electis in sc. 33567. 72. ⁝, & ad. missa reperitur in geminis decisionibus editis *super utilibus*, *& damnis* 12. *Decembris* 1718 §. *Progrediendo*, *&* 22. *Aprilis* 1720. §. *Æque pariter*. Altera provenit à fructibus Cambii in sorte scut. 11646. 50. contracti per Ducem suo speciali nomine cum Societate ad ejus debitum adscribendis ex resolutionibus editis super fructibus Cambiorum 17. Martii 1719. §. *Progrediendo*, *&* 22.
13 *Aprilis* 1720. §. *Transitum*, quique fructus in præsenti pro medietate pertinere debent ad Marchionem Baldinuccium Consocium.

Superextantibus igitur hisce admodum
14 conspicuis partitis ad creditum d. Marchionis ponendis ex iis nostri Tribunalis decisionibus, quæ decisiones confirmatoriæ aliarum præcedentium judiciumi specificè super

hisce partitis deferentes, non prodierant tunc quando edita fuit illa, quę revideiur, DD, facilius inclinarunt ad canonizzandum ejus creditum in præfata quantitate, de qua in d.decisione; nam & si variari contigerit calculus in hodierna propositione distributus, quia suspensa fuerit resolutio aliquarum modicę cæteroquin summę partitarum, & contingat fortasse, quod iu reassumendo harum examine victoria stet pro Creditoribus Ducis, poterit promptè consultum esse istorum indemnitati in obtinenda diminutione, seu compensatione cum credito Marchionis ex præfatis geminis partitis resultante, cum quo pariter credito etiam contraponi poterit quicquid proprio particulari nomine Duci debetur ab eodem Marchione Baldinuccio.

Reservarunt propterea super his omnibus Domini Jus Partibus hinc inde.

Et ita utraque &c.

ANAGNINA JURIS PASCENDI SUPER APERITIONE ORIS.

Veneris 7. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Læsionis sumus in Apostolico Brevi sat est, ut oris aperitio concedatur, nec ea requiruntur motiva, quæ ad gratiam totaliter infringendam essent necessaria; quodlibet enim privilegium, læsione detecta, ex præsumpta mente concedentis est revocandum.

SUMMARIUM.

1 *Clausula sublata, & Decretum irritans sine concessione oris aperitionis lædi non potest*, & n. 15.

2 *Aperitio oris tamquam remedium ad Justitiam aditum faciens de facili admittenda est.*

3 *Amplia, ut neque requirantur probationes plenæ, & concludentes, ex quibus Breve fiat læsivum, cum etiam sumus nullitatis, vel læsionis sufficiat*, amplia, ut in n. 13.

4 *Subamplia, quando Signatura delegasset Causæ cognitionem cum clausula* Arbitrio Rotę, *quæ temperat rigorem Juris, & operatur, ut æquitate inspecta, sit procedendum, & Causæ meritis tantum delibatis*, & n. 16.

5 *Jus pascendi cum omnibus animalibus indefinitè concessum probatur læsivum, ex quo per illud redditus communitativi in pascuis consistentes decrevissent.*

6 *Item, ex quo Communitas coacta fuisset imponere nova onera ex decremento talium redditnum*, amplia ut in n. sequenti, & 10.

8 *Similiter, si Rota talem recognovisset læsionem, super ea judicando.*

9 *Decisiones sunt præsupponendæ in illo Judicio, in quo de earum viribus non revideatur.*

10 *Jus pascendi Loco Pio indefinitè concessum probatur læsivum, ex quo Cives in propriis Prædiis ferre deberent depasci animalia illius in præjudicium propriorum, & subirent onera Communitativa pro reparando tali effrenato Jure*, & vide casum.

11 *Privilegium non præsumitur, quod fuisset à Supremo Principe particularibus concessum, si damnum irreparabile universo Populo ex eo profuturum prospexisset.*

12 *Privilegium ex nova causa propter publicam utilitatem immutato rerum statu, & quando Jus tertii lædi incipit, ex præsumpta mente concedentis revocandū est.*

13 *Oris aperitio quando adversus Apostoli. cum privilegium concedenda est, eo modo adversus illius confirmatorium, quæ regulariter nil plus addit actui confirmato, quam in isto continetur.*

14 *Judex delegatus à Papa super revisione Privilegii Apostolici, non Judicis partes, sed Principis delegantis vices gerere dicitur, adeout æquitate tantum inspecta, procedere possit, & debeat.*

DECISIO MCCXL.

Satagentes providi Cives Anagniæ consulere notabilibus præjudiciis, quæ animalia Suina per Territorium depascentia inferebant Pratis, Satis, & Messibus, atque universæ Agrariæ Arti, & ex quibus non rarò rixę, & scandala inter Colonos, ac Custodes, & Dominos eorumdem Animalium insurgebant, conciliari decreto sub anno 1715. statuerunt, quod imposterum à toto ejusdem Civitatis Teritorio, præter quam à Sylva tempore glandium, hujusmodi animalia ejecta intelligerentur, & usu pascuorum prohibita. Cui Decreto universus Ecclesiasticorum Cœtus, approbante imprimis Reverendissimo Episcopo, & etiam Reverendissimum Capitulum Lateranense ratione Abbatię S. Mariæ de Gloria ipsi unitæ habens peculiare interesse, libenter se subscripserunt.

Patres verò Carthusiani S. Bartholomæi de Trisulto innixi privilegiis sibi concessis à pluribus Summis Pontificibus pro jure pascendi omnia, & quęcumque animalia ad ipsos pertinentia in toto Territorio Provinciarum Maritimę, & Campaneæ, nequaquam sese ligari posse hujusmodi laicali Statuto, vel exemplo aliorum Regularium, & Ecclesiasticorum, vel ratione boni publici censuerunt; Ideoque Communitas contra illos super observantia d. sui decreti litem assumsit, eaque delata fuit ad nostrum Auditorium, ubi in possessorio eorumdem privilegiorum usum dd. Patres jamdiu adversus Cives Anagninos sustinuerant, ut signanter constat ex *decis.* 971. *cor. Seraph.*, *& cor. Me* in Audientia diei 16. Junii 1719. prodiit resolutio, quod liceret omnino PP. prædictis retinere Animalia Suina in vim Indultorum, quamvis tractu temporis creverit ex hujusmodi retentione damnum, & præjudicium Provincialium, in numero tamen proportionato ad quantitatem bonorum, quæ possident dicti Patres in Territorio Anagnino, juxta similiter præscripta in *Ferentina Juris pascen-*

pascendi super Animalibus, & soceiis 22. Junii 1707. cor. Emo D. Card. Scotto.

1 Prænoscens autem Communitas, quod ad hujusmodi sensum Dominos præcipuè impulerat efficacia Pontificiarum concessionum, & Indultorum, quę cum essent munita consuetis clausulis -- *sublata &c.* sine prævia oris aperitione lædi ullo modo non poterant, sed tantum exequi debebant, ut innuit *eadem dec. edita cor. Me* §. *Neque robur hinc insletit cor. R. P. D. Auditore SSmi*, & ex ejus delegatione in Signatura Justitiæ loco Signaturæ Gratiæ pro eadem oris aperitione, & rescriptum obtinuit *de aperitione oris arbitrio Rotæ*, ad cujus tramites proposui hodiè dubium -- *An sit locus arbitrio pro aperitione oris* -- & responsum accepi *affirmativum*.

2 Cum enim ista petitio directa non sit ad infringendam substantiam Indultorum, sed ad temperandum rigorem clausulæ *sublata*, *& decreti irritantis* in iisdem indultis adiecti ad hoc, ut Communitas se læsam sentiens ab usu eorumdem Indultorum pro pascuis in ejus Territorio quorumcumque animalium etiam Suinorum, possit super hujusmodi lęsione audiri, utique in his terminis tamquam remedium aditum faciens ad justitiam, de facili admitti consuevit, juxta firmata *decis. 270. n. 5. cor. Cels., dec. 523. n. 5. cor. Emer. jun. dec. 249. n. 1., & 6. cor. Benincas. in Castellana aperitionis Oris* 19. *Decembris* 1703. §. *Enim vero cor. bo. me. Molines, & in Nepesina donationis* 18. *Junii* 1710. §. *Minimè*

3 *& §. Cum igitur cor. Me.* Quin requirantur pro hujusmodi effectu plenæ, & concludentes probationes, ex quibus privilegia ostendantur omnino nulla, vel iniusta, quia sufficit talis qualis probatio, & etiam fumus, ut dici solet nullitatis vel læsionis, reservato ex post formali, & rigidiori examine meritorum, ut distinguunt relatæ *dec. cor. Cels. & Benine., & etiam dec. 727. n. 1., & seq., & dec. 753. n. 3. cor. Emer. dec. 769. nu. 1., & seq. p. 18 rec., in Romana, seu Januen. aperitionis Oris 2 Maii* 1695. §. *Licet, in eadem Castellana aperitionis Oris* §. *Enim verò cor. bo. me. Molines.* Maxime dum Signa-

4 tura Gratię delegavit cognitionem ejusdem instantiæ cum clausula *arbitrio Rotæ*, quæ temperat rigorem Juris, & operat, ut procedi debeat æquitate inspecta, & delibatis tantum causæ meritis, ut pariter dictum fuit *dec. 270 n. 1. cor. Cels., dec. 753. nu. 2., & seq. cor. Emer. jun., & dec. 769. nu. 2., & 3. p. 18. rec.*

5 Fumum hujus lęsionis sufficienter DD. resultare existimarunt ex pluribus argumentis à Communitate deductis, & signanter ex quo agnitum jàm dici possit in pręsenti themate maximum præjudicium ex indefinito pascuorum usu proveniens, tùm à Sac. Congregatione Boni Regiminis, tùm ab universo cætu Ecclesiasticorum possidentium, & habentium idem Jus in Territorio Anagnię tùm demum etiam à nostro Tribunali; Et quidem à Sac. Congregatione boni Regiminis, quia cum ob prohibitionem Animalium Suinorum à pascuis d. Territorii diminuti fuissent redditus Communitativi consistentes præsertim in affictibus eorumdem pas-

6 cuorum, opus fuit eidem Communitati Civibus alia onera imponere, & prędicta Congregatio omnia approbavit, id quod non fecisset, nisi agnovisset necessitatem prohibitionis pascuorum ob eorum præjudicium, & consecutivæ impositionis aliorum onerum necessariæ ob vitandum hujusmodi præjudicium. Item ab omnibus d. Civitatis Ecclesiasticis, qui porro non sese submisissent laicali sanctioni pascuorum prohibitivæ, cui de jure subiecti non erant, nisi pascuorum usum pro Suibus universo Territorio, & sibi ipsis præjudiciale recognovissent. Præsertim ve-

7 ro non consensisset Reverendissimum Capitulum Lateranense, quod utpotè habens ratione Abbatiæ S. Marię de Gloria consimile privilegium illis, quę habent PP. Cartusiani, potuisset facile opponere in exclusionem quoad ipsum prohibitionis suprad ictæ eas omnes rationes, quas exhibent dd. Patres, & tamen illi acquievit, & consensit.

8 Agnitum demum fuit hujusmodi præjudicium à nostro Tribunali, quia jam in decisione, quæ prodiit die 16. Junii 1719. cor. Me, non amplius effrenatum usum pascuorum pro Suibus Patribus Carthusianis permissum voluit *ne sit locus excessui Communitatis gravissimè lęsivo, sed proportionatè ad bona, & Prædia*, quę possident in Territorio Anagnino dd. PP., numerum Animalium depa-

9 scendorum restrinxit, ut legitur in eadem decisione §. *Hinc proinde*, quæ hodiè est omnino supponenda juxta stylum, de quo in d. pariter decisione §. *Quod enim* cum concordantibus ibi relat. coram Me.

10 Hisque extrinsecis argumentis aliud magis perstringens accedebat, ex eo profluens, quod cū Cives, cæteriq; Ecclesiastici Anagnię ex d. prohibitione sues retinere non possent, & imò illi subjacerent oneribus auctis ex hujusmodi prohibitionis causa; Patres verò Carthusiani liberas haberent habenas quævis animalia retinendi, & in universum Territorium immittendi, itaut nulla æqualitate neque etiam æquitate servata id quod ad evitandum sibi ipsis præjudicium Cives statuerunt, & Ecclesiastici approbarunt, vergeret in solam Patrum utilitatem, qui possent quævis animalia; ut dictum est, retinere, & è contrario Cives pati deberent duplex præjudicium, & gravamen, illud scilicet pascuorum in suis bonis pro alienis animalibus, & illud onerum auctorum in causam supradictam, & hoc vigore indultorum contingeret, quorum ratione effrenatus pascuorum usus concessus est; Quando tamen si Summi Pontifices, qui illa Patribus elargiti sunt, rerum statum in hisce

11 terminis prospexissent, fortasse non concessissent, vel saltem non satis ampiè, ut ex iis alteri præjudicium inferretur in propriis

priis bonis, *de Luc. de regal. disc.4. nu.15. Rot. de 367. num.10. cor. Peuting. dec.205. n.1., & 5. par.13., & in Bononien. Proxenetici 14 Januarii 1715. §. Porrò cor. R.P.D.
12 meo Cerro*, ita ut immutato rerum statu, ac supervento hujusmodi præjudicio ex præsumpta mente concedentium agi saltem possit ad eorum executionem præpediendam, ut communiter docent *Roland. à Vall. cons.1. n.158., & 160. lib.2. Menoch. cons.350. n.27. Card. de Luc. disc.3. nu.10. de Decim.*, & in nostris pascuorum terminis *Otter. de Pascuis cap 24.n.11. ibiq. Bonden. Adden. nu.7. cum duobus seqq., & Barz. decis.1118. n.7.*

Absque eo quod attendi promererentur
13 contrariæ exceptiones, ex quibus Patres singillatim prędicta argumenta refellere conabantur, ostendendo à contrario, quod justa sint eorum Privilegia, quodque nullum exindè præsertim servata supradicta restrictione, quoad numerum Animalium, Civibus irrogetur præjudicium. Quoniam quicquid esset, si prædicta argumenta adducerentur, hinc, & nunc ad infringendam eorundem Indultorum, seu Privilegiorum substantiam, sanè cum præmissa omnia, & quidem simul juncta à Dominis ponderentur pro simplici fumo læsionis, & ad effectum dumtaxat faciendi potestatem Civibus Anagninis, ut adversùs illam possint audiri, utique non rigidè, & singularitèr illorum relevantiam criticandam putarunt, cum id respiceret meritorum examen post interpositum arbitrium pro aperitione oris assumendum, sed quidem satis superque sufficere ad probandum d. læsionis fumum, juxta firmata in decisionibus relatis superiori §. *Cum enim, & signantèr dec.249. nu.6., & seqq. cor. Bonic., & dec.713. n.7. cor. Emer. Jun.* ubi etiam respondetur consimiliter objecto ducto, ex eo quod probanda sit læsio de tempore concessionis.

Neque etiam suffragari visum est, quod Pri-
14 vilegia, de quibus agitur fuerint pluries confirmata à summis Pontificibus, & pluries quoque in judicio approbata. Etenim quoad confirmationem urget responsio, quod si adversus Privilegia concurrente læsionis fumo danda est oris aperitio, non minus danda erit adversus eorum confirmationem, quæ regularitèr nihil plus addit actui confirmato, quàm in ipso contineatur, *Rota decis.377. nu.18. par.17., in Melevitana Iuris optandi 2. Iun.1704 §. Ex his cor. bo. memor. Omanna, & in dict. Bononien. Proxenetici 14 Jan.1715. § Suggestio cor. R.P.D. meo*
15 *Cerro*, & quoad judicata, nullum ex iis obstaculum afferri valebat hodiernæ instantię cum idcireò in iis executio decreta fuerit dd. Privilegiorum, quia ob non obtentam oris aperitionem adversus efficaciam Clausularum, quibus munita sunt, Judices non poterant alitèr, quam pro eorum executio-
16 ne judicare, & tanto minus sunt in præsenti quæstione attendenda, dum Sac.Rota ex delegatione, quam habuit à Signatura Gratiæ, seu Justitiæ Loco Gratiæ, non Judicis Partes gerit, sed Principis procedentis non Juris rigore, sed æquitate tantum inspecta, ut signanter dixit *Rota dec.769. n.2., & 3. par.18. rec.*

Et ita cæteris ad formalem meritorum discussionem rejectis, responsum fuit utraque &c.

ARIMINEN. SALVIANI.

Veneris 7. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Immissio vigore census ad bona directa ex titulo retentionis pro credito livellorum anteriorum non retardatur, quando in istam causam alia bona assignata reperiantur, vel Monialis vitam cum morte commutasset.

Deliberatio ex defectu crediti, & citationis adversus principale interesse habentem omisse insanabilis nullitatis vitio involvitur, & corruit.

SUMMARIUM.

1 *Immissio verificatis necessariis extremis semper conceditur*, & num.21.

2 *Immissio ut reportetur, actori sat est probare, quod reus bona, ad quæ est directa, possederit, vel de tempore ipso obligationis emissæ, vel post.*

3 *Hypotheca generalis afficit omnia debitoris bona tam præsentia, quam futura*, & num.9.

4 *Amplia quando adest obligatio Cameralis.*

4 *Retentio non potest dari pro credito semel extincto.*

6 *Instrumentum publicum probationem parit probatam, & plenissimam.*

7 *Livella presumantur satisfacta, si in talem causam Monialis prædium à debitore recepisset.*

8 *Hypotheca pro debito posteriori afficit bona, postquam illa ex hypotheca anteriori fuissent liberata;* Amplia ut in n.23.

9 *Cessio crediti non probatur ex declaratione cessionarii, qui illud denuò cessisset, sed est aliunde probanda*, & vid. calum.

11 *Testis unicus nil probat.*

12 *Testis de auditu non admittitur.*

13 *Confessio proprii auctoris à nemine potest impugnari*, & n.20.

14 *Retentio non datur ex titulo deliberationis nullæ, quę nil concludit.*

15 *Deliberatio sine credito consumpta nulla est.*

16 *Deliberatio sit nulla, quando consumitur, non citatis omnibus Creditoribus ad causam admissis, cum de collusione sapere diceretur.*

17 *Hypotheca super re nulliter deliberata non perditur à Creditore, nec ejus jus læsum remanet.*

18 *Deliberatio per rem judicatam confirmata, si per aliam rem judicatam ex capite nullitatis revocata sit, pro nihilo habenda*

da est ad quemcumque effectum.
19 *Deliberatio nulla non sanatur ex declaratione super ejus validitate emissa à principale interesse habente, tamquam de collusione sapiens.*
22 *Immissio clara non retardatur per retentionem ex titulo turbido, & dubio desumpta.*
23 *Bona redempta à debitore in hypothecam favore Creditorum semel contractam reincidunt.*

DECISIO MCCXLI.

EX utili Salviano interdicto Franciscus Angelinus Creditor plurium censuum impositorum à Theodora Stivivi, & Vincentio de Ricciardellis ejus secundo viro petiit Immissionem ad prędium nuncupatum *di Pietra fitta* possessum à Joanna Ricciardella, sed vario marte pugnavit; In Partibus enim passus est sententiam Reæ conventæ absolutoriam. Mox cor. A.C. victor fuit, obtinuitque sibi decerni petitam Immissionem. Devoluta tamen causæ cognitione ad nostrum Auditorium rursùs idem Angelinus succubuit per sententiam latam à R.P.D. meo Corio præviis duabus decisionibus dierum 6. Martii 1719., & 23. Februarii 1720. firmantibus Ricciardellę Reę competiisse retentionem ex anteriori credito Livellorum Sororis Mariæ Columbæ ejusdem Theodorę, & Battaglini de Battaglinis primi viri filiæ, cujus sanè crediti cessionem à Moniali reportaverat Julius Cæsar Ricciardellus dictæ reæ conventæ Auctor, & expertus fuerat in Judicio obtinendo deliberationem, seu adjudicationem memorati prædii.

At delata eadem quæstione in gradu ulterioris appellationis ad Me, ac plenius facto elucidato præsertim circa insubsistentiam prædicti crediti livellorum, cum hodie proposuerim dubium -- *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, itaut sit danda Immissio ad bona de quibus agitur* -- Domini adsensum Actoris favorabilem redeuntes, censuerunt respondendum -- *sententiam esse infirmandam, & dandam esse immissionem.*

Constito enim injustè Angelinum fuisse
1 rejectum à petita Immissione eo ipso, quod docebat de omnibus extremis pro ea consequenda requisitis, & signanter de alias controversa possessione Theodoræ debitricis supradicti prędii *di Pietra fitta*, tum de tempore ipso contractæ hypothecæ per censuum impositionem, tum ex post per ejusdem prædii reversionem, resoluta datione illius in faciliorem exactionem Livellorum Moniali filiæ factam ad hereditatem
2 dictæ Debitricis, quando tamen, ut Actor in hoc judicio obtineat satis est, quod probet hujusmodi possessionem penes debitorem, vel tempore ipso obligationis, vel post *Rot. dec.25. n.4., & dec.55. n.1. post Pacific. de Salvian. dec* 124. *n.7. cor. Bich.*, quia
3 hypotheca generalis afficit omnia debitoris bona tam præsentia, quam futura, *Rot. decis.17. n.3. cor. Ninot.* præsertim ubi adest
4 obligatio Cameralis *Rot. dec* 50. *n.13. cor. bo. me. Ansaldo.*

Unicum itaque præsidium, quod hodie superesse poterat Reæ conventæ erat retentio ex hypotheca anteriori competente præfatæ Moniali pro ejus Livellis, quorum jura cessa extiterunt Julio Cęsari Ricciardello, & quorum vigore prędium deliberatum fuit favore personę, quę bonam subindè fidem recognovit favore Uxoris ejusdem Julii Cęsaris. Hoc tamen præsidium,
5 cui innixæ fuerunt decisiones præcedentis Instantiæ, corruere ex novis documentis compertum est. In primis enim creditum Livellorum apparuit totaliter extinctum, itaut incapax fieret dandi Jus oppositæ retentionis, *Rot. dec.148. nu.31. cor. Cerro decis.210 n.12., & dec.320. nu.28. par.16. decis.46. n.19. par.17., & dec.646. n.39., & 41. par.19. rec.*

Hujus autem satisfactionis probatio inde
6 resultat, quod in actu ipso emissæ renunciationis, & correspectivę Livellorum reservationis, fuerunt, ipsa acceptante, assignati Sorori Marię Columbæ fructus annui censuum in sorte sc.500. in pręcisam causam eorumdem Livellorum, & prædictos illa census retinuit usque ad annum 1670. quo tempore in publico Instrumento fassa fuit ex illorum fructibus sibi plenè satisfactum fuisse, ut in *Summar. Angelini signat. lit. A. num.4.* Proindè usque ad dictum ann. 1670. tale creditum calculari non posse certum est, cum illius solutio resultet ex publico Instrumento, quod facit probationem probatam, *Rot. dec.74. n 4., & dec.100. n 2. cor. sa. me. Alex. VIII. dec.34. n.1., & dec.128. num.4. par.17., & dec.667. n.1. par.19. rec. tom 2.*

Abindè verò citra paritformiter satisfactio
7 hujus crediti facilè demonstratur, quia ex eodem Instrumento constat, quod dictæ Moniali fuerunt ex causa sui Livelli assignatæ in usumfructum tornaturæ 20. illiusmet prædii, de quo agitur, quod si easdem 20. tornaturas in talem obtinuit causam Monialis Livellorum creditrix, omnis præsumptio est, quod ex illarum fructibus fuerit satisfacta *Rot. post Pacific. de Salvian. dec.87. nu.2. dec.350. n.6. cor. Cels. dec.432. n.14., & dec.611. n.15. par. 19 rec.*

Imo, & aliud ex ista temporanea assigna-
8 tione facta pro credito anteriori insurgit fundamentum favore Angelini Creditoris posterioris, quod nempe defuncta jam Moniali usufructuaria, seu assignataria rediit prędium ad hæreditatem Theodorę suę debitricis, ut in facto constat, quia fuit inter ejus bona hereditaria descriptum in Inventario, ideoque dissoluto jure anterioris hypothecæ, reincidit in illam posteriorem generalem contractam favore ejusdem Angelini, quæ, ut supradictum fuit, etiam
9 futura Debitricis bona complectitur, ut firmat

mat *Rot.dicta dec.17. n.3. cor.Ninot.*, *&* *dec.2. n.1. cor.Merlin.*, *& in Romana Sal-*
viani 27.Iunii 1708. §.Verius cor.bon.mem.
Ansaldo; Ideoque multo magis illa, quę sal-
tem respectu proprietatis numquam è do-
minio debitricis exierant.

Absque eo quod è contrario constare diei
10 possit de subsistentia crediti dictorum Li-
vellorum Moniali debitorum ex ejusdem
Monialis declaratione emissa, vel in cessio-
ne jurium facta favore Julii Cęsaris Ricciar-
delli, vel in aliquibus pręcedentibus In-
stantiis judicialibus, & depositionibus Te-
stium. Quoniam huinsmodi probationes
erant omnino irrelevantes, cum delaratio
ipsius cedentis nequaquam ad probandum
creditum cessum admittatur, sed istud aliun-
dè justificandum sit, quam ex ejusdem ce-
dentis declarationibus, & confessionibus,
ut in specie firmat *Rot. dec.519. n.1., ibique*
Adden. n.4. cor.fa.me Gregor.XV., *& de-*
cis.21.n.19 cor. clar.me.Card.Cerro, & Te-
11 stium depositiones (præter illam cujusdam
coloni, qui remanet unicus, & ideo præ-
sertim contra Juris pręsumptionem in pu-
blico Instrumento assignationis fundatam
nihil probat *Rot. dec.429. num 32.*, *& de-*
12 *cis.635. nu 16. par.19. rec.*) sunt aliarum
Monialium simplices fides, quæ loquuntur
de auditu ab eadem Sorore Maria Columba
asserta Livellorum Creditrice, & propte-
rea non sunt attendendæ, ut pariter firmat
Rot. dec.465. num.20., *& dec.647 num.51.*
par.19. rec. tom.2

13 Multo minus substineri valet ex his, &
similibus documentis quod sępedicta assi-
gnatio tornaturarum 20. facta eidem Mo-
niali pro satisfactione ejus Livellorum re-
manserit ineffectuata. Quia præter alias
responsiones occurrit illa nuper in facto
plenè comprobata, quod ipsemet Julius
Cæsar Ricciardellius Auctor hodiernæ Reę
conventę judicialiter fassus fuit subsisten-
tiam ejusdem assignationis propulsando ex
ejus titulo alios Theodorę Creditores, qui
instabant pro subhastatione Prędii *di Pietra*
fitta, & opponendo signanter, quod super
tornaturis 20. executio mandatorum fieri
non posset ob eandem assignationem factam
Sorori Marię Columbę, tunc adhuc in hu-
manis existenti, *ut in Summ. Additionali*
Actoris nu.14. nihil verò magis tritum est
ac certum in Jure, quam quod proprii au-
ctoris confessionem nemini licet impugnare,
Rot. dec.14. n.17., *& dec.333. num.10.*, *&*
seqq. par.17., *& dec.638. num.19. par.19.*
recent.

His circa creditum præmissis, transeuntes
14 DD. ad examen deliberationis expletę
anno 1685., cujus item titulo allegabatur ex
parte Reę conventę retentio, animadver-
tebant primo aspectu comperiri, quod illa
15 facta sit sine credito, quod ex hactenus
firmatis consumptum erat cum fructibus
Predii in expressam ejus causam assignati,
ideoque jam aderat in promptu illius nulli-
tas, propter quam corruere omnino debebat,
ad *Text. in l.1. verb. vili pretio C. de præ-*
script.30. vel 40 annorum, cum aliis penès
Mangil. de subbast. quæst.21. n.11. Postb.
cod. tract. inspec.10. n.1., *& Rot. decis.313.*
n.2. par.18. rec.

Cæterum non in hoc solo crediti defectu
16 nullitas istius deliberationis consistebat,
sed aliis pluribus nullitatibus, ac vitiis pre-
sertim collusionis ad eludendos alios non
paucos Theodoræ Creditores exposita de-
prehendebatur, & signanter ex eo quod
licet aliqui palam jam comparuissent in
eodem Judicio, ac se formiter admitti ad
causam obtinuissent, & pro legitimè Com-
parentibus habiti fuissent eo usque; illorum
tamen citatio prætermissa fuit à Julio Cæ-
sare, qui in actu patrandæ ejusdem delibe-
rationis non curavit de cujusque alterius ci-
tatione, quam Curatoris Deputati dictæ
Theodoræ matris hæreditati. Id quod non
solum suspicionem auget collusionis, sed
aliam expressam inducit nullitatem, ad *Text.*
in l.Creditor C. de distract. Pignor. Rot.de-
cis.319. n.1. cor. fa.me.Gregor.XV., vel fal-
17 tem omnino operatur ut ex tali delibera-
tione Creditoribus in ea non citatis nullum
Jus sublatum censeri debeat, neque in hy-
poteca eis super prędio deliberato compe-
tente irrogatum præjudicium, ad *Text. in l.*
cum notissimi §.1 C. de prescript.30. annor.
ut latissimè docet *Pacific.de Salvian. interd.*
inspect.3. cap.2. n.405. cum plur. seqq.

Agnita fuit, etiam in anteacta instantia
difficultas, quam faciebat objectio ista col-
lusionis, & nullitatis hujus deliberationis,
ideoque responsum fuit in decisionibus edi-
tis cor. R.P.D. meo Corio, quod eadem de-
18 liberatio utpotè judicialis, & hactenus
numquam impugnata constituebat rem ju-
dicatam, cujus esset tanta auctoritas, ut in-
cidenter revocari non posset, sed statum
faceret legitimæ possessionis, non impu-
gnandam, nisi prævia in integrum restitu-
tione. Sed ex novis Juribus hodie ab Ange-
lino Actore deductis isthęc responsio ducta
ex auctoritate rei judicatæ potius contra
Joannam Ream conventam retorquebatur
eo ipso; quod constabat è contrario per
aliam rem judicatam posteriorem eamdem
deliberationem fuisse declaratam nullam,
& insubsistentem. Ita porro ostendebat Ju-
dicium, quod coram A C met de de anno
1686. exhibito in actis processu ejusdem de-
liberationis à fratribus de Riguccis contra
Julium Cæsarem, & ejus uxorem, & Ale-
xandrum Bertuccium uti deliberatarios,
gestum fuit, in quo sanè Judicio non ob-
stante asserta præcedenti deliberatione
prodiit judicatum, ut procederetur ad no-
vam deliberationem ad petitionem eorum-
dem de Riguccis cum sententia exclusiva
exceptionum adductarum à prædictis deli-
beratariis anterioribus, quod sanè Judica-
tum successivè in gradu appellationis con-
firmatum fuit ab Eminentissimo D.Cardinali
Ori-

Origo, coram quo non jam amplius oppositum fuit ex parte Illorum de Ricciardellis obstaculum jam secutæ deliberationis integri prædii *di Pietra fitta*, sed separatio tantum illarum tornaturarum 20., quæ pertinebant vigore assignationis in causam Livellorum ad Mariam Columbam Monialem, & ideo demandatum fuit, ut nova deliberatio fieret super residualibus tantum tornaturis 21.; Et hęc judicata non solum consimilem rei judicatę auctoritatem assumpserunt, sed etiam specificè à Julio Cæsare Ricciardello, & aliis hodiernæ Reę conventæ Auctoribus approbata extiterunt petendo separationem tornaturarum assignatarum Moniali, & aliarum cadentium sub judicatis decernentibus novam delibe-
19 rationem, itaut proindè nec ulla ratio habenda sit de Theodoræ declaratione circa substantiam crediti, quia potuit esse collusionis vitio, etiam ista declaratio personæ habentis principale interesse, totaliter obnoxia, nec de eadem deliberatione anni 1685., & credito ipso cujus vigore facta fuit propter efficaciam tum rei judicatæ,
20 rum facti Auctorum Joannæ, quod ipsa impugnare non potest, *l. cum à matre C. de rei vindic., Rot.dec.332. nu.16., & dec.537. n.12 par.19. rec. cum aliis vulgar.*

Descendit autem ex insubsistentia tum
21 crediti, tum deliberationis de quibus actum est consequens satis certum favore actoris, quod ipse sit in probatis respectu omnium extremorum, quæ in hoc salviani judicio requiruntur, quodque è contrario reten-
22 tionis exceptio, cui tum crediti, tum deliberationis prædicto titulo nititur Joanna, vel omnino corruat, vel saltem sit superlativè dubia, & turbida, quæ ideo ad retardandam immissionem suffragari non possit, *Menoch. de adipisc. remed.3. n.180. Rot. post Pacific. de Salvian. dec.83. n.4. dec.34. n.66. cor.Card.Cerro dec.383. n.11. par.19. rec., & in Romana Salviani 9. Junii 1713. §. Atque hinc cor. R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Hanc itaque immissionem Domini dandam esse consecutivè ad infirmationem aurecedentis sententię responderunt, tum ad dictas 20. tornaturas assignatas Moniali in causam Livellorum, quæ in patrimonium Theodoræ debitricis per assignatariæ obitum secutum sub anno 1693. redierunt, tum ad alias tornaturas decem ejusdem Prędii
23 *di Pietra fitta*, quas cum à Theodora venditę fuissent pacto redimendi, Julius Cęsar Ricciardellus filius, & hæres redemit, & proindè, & istæ ad debitricis patrimonium reversæ sunt, & reinciderunt in hypothecam contractam favore Angelini juxta auctoritates supra allegatas §. *Imo*, & luculenter firmata in *Perusina Salviani 12. Junii 1719. §. Neque rursus coram Reverendissimo P. D. Archiepiscopo Ravennaten.*

Et ita utraque &c.

Tom.V.

ROMANA, SEU FLORENTINA PECUNIARIA.

Lunæ 10. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Bulla fa. mem. Clementis VIII. Baronum nuncupata tribuens istorum Creditoribus facultatem persequendi etiam bona fæudalia, & fideicommissaria ad eosdem Barones spectantia, an etiam Creditoribus exteris faveat, vel ne; varia est doctorum opinio; in præsenti decisione tamen firmatur, quod ex ista etiam exteri Creditores suffragentur ex facto met ipsius Pontificis concedentis, qui sic declaravit. In Apostolicis Constitutionibus interpretandis observantię multum deferendum est.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio de restituendo prioribus & potioribus facta in concursu operatur, ut pecuniæ, licèt exactæ, extare dicantur.*

2 *Bulla Baronum an foveat Creditoribus Status Ecclesiastici tantum, vel illis, qui in isto cum Baronibus contraxerint, vel etiam exteris Creditoribus pro contractibus in alienis ditionibus initis est opinio inter Doctores hinc inde amplexa*, & n.3., ac declara, ut in nn.5.,6., & 8.

4 *Observantia attendenda est pro interpretandis indultis, & Apostolicis Constitutionibus.*

6 *Bulla Baronum juvat exteros Creditores, ne sequatur inæqualitas inter istos, & Creditores Status Ecclesiastici; & cur?*

7 *Amplia ex hoc, quod aliàs destrueretur commercium à Summo Pontifice volitum, & quare?*

8 *Observantia in conflictu opinionum inter Doctores attendenda est.*

9 *Observantia proxima semper attendenda est in interpretandis Apostolicis Constitutionibus*, & num.11. amplia, ut in num. 17. & 19.

10 *Observantia in terminis contractuum semper prævalet illa, quæ ex contrahentium facto deducitur.*

11 *Bulla Baronum favet Creditoribus exteris, & Ecclesiasticę jurisdictioni in temporalibus non subjectis ex facto ipsius Papæ, qui eam signavit hic enunciato*; amplia ut in nn.12.& 27. ac vide rationem in n.15.

13 *Exceptio in casibus non exceptis regulam firmat.*

14 *Derogatio specialis, & Apostolica Provisio cætera sub juris derogati provisione relinquunt.*

16 *Derogatio regulæ* de jure quæsito non tollendo, *non est necessaria in motu proprio à Papa signato, & eidem iuri contrario de voluntate ipsius.*

18 *Congregatio Baronum fuit à fan. memor. Clemente VIII. instituta in exequutionem Bullæ Baronum ab eo signatę.*

19 *Observantia judicialis, & continuata multum operatur in interpretationis legis dubię*; amplia, ut in nn.21.,24.,25.,26,& 27.

20 *Congregationes à Pontificibus erectæ in* indi-

iudicando super intelligentia Constitutionum Apostolicarum optimæ interpretes earundem dicuntur.

22 *Pactum inter Contrahentes exteros, & Contrahentes ditionis Ecclesiasticæ concordatum, quod debitores possent conveniri tum extra, quam intra Statum Ecclesiasticum non ligat Barones istius, & quare?* vide in num. seq.

23 *Jus publicum privatorum pactis non potest immutari.*

25 *Consuetudo iuris interpretativa, ut probetur, satis est dicere*; ita fuisse aliquando judicatum, & servatum.

26 *Consuetudo iudicandi inducitur, ex quo ita bis fuisset indicatum.*

27 *Observantia Bullæ Baronum in materia, quod faveat eorum Creditoribus exteris dicitur inveterata.*

DECISIO MCCXLII.

Creditores rationis Bancariæ Joannis Baptistæ de Gherardis exercentes jura eorum Debitoris, mandatum, quod pro mutui credito jamdiu expeditum fuerat contra Baronem Alexandrum del Nero, exequi posse studuerunt, non minus contra illius bona hereditaria, sed etiam super bonis fideicommissariis Baronis Augustini del Nero possessis à dicto eorum Debitore, competientes propterea, quod ex pretio Castri Porciliani auctoritate Congregationis Baronum venditi, & subjecti dicto fideicommisso, non
1 modicam summam exegerat Dominus Princeps Justinianus sub consueta cautione de restituendo prioribus, & potioribus, inter quos ipsi numerari contendebant, executionem ejusdem mandati petierunt super hujusmodi pecuniis, quæ ob dictam cautionem ex fictione legis censebantur extare, juxta firmata *d. c.* 514. *n.4 cor., Merlin., dec.*608. *n.6. cor. Card. Cerro, & dec.*481. *n.16, p.*19. *recent.*

Sed gravem ex parte ejusdem D. Princi-
2 pis invenerunt oppositionem. Excepit enim, quod indultum exemptionis Bonorum fideicommissariorum spectantium ad Barones Status Ecclesiastici à nexu fideicommissariorum ex Bulla san.mem. Clementis VIII *in Bullar. nov. la* 41. *tom* 3. suffragetur Creditoribus tantum, vel subjectis Ecclesiasticis Ditioni, vel qui saltem contraxerint in eodem Statu Ecclesiastico, non verò etiam exteris Creditoribus pro Contractibus gestis in alienis Ditionibus, & Principatibus; itaut propterea nullum jus Actoribus omnino exteris competeret super pecuniis ab ipso receptis ex pretio memorati Castri Porciliani, ac de facto coram A.C. obtinere illi non potuerunt, & in nostro Tribunali, ad quod Causæ definitio delata fuit, adeo dubiatum extitit de eorundem Creditorum juribus, ut in disputatione habita coram bo.mem. Molines die 4 Junii 1708. super executione præfati mandati ab illis jamdiu expediti, responsum fuerit -- *Mandatum esse exequendum quoad bona libera Alexandri del Nero; quo verò ad fideicommissaria iterum proponatur*, juxta decisionem tunc editam.

Et non minus discordia fuerunt Dominorum suffragia tam in duplici repropositione Causæ sub diebus 13. Junii 1718., & 5. Junii 1719. coram bon. mem. Ansaldo, quàm iterum in Audientia diei 21. Junii superioris anni, in qua Ego subrogatus in locum defuncti Collegæ causam repropofui, suffragantibus quinto, & sexto, & adhuc rescribentibus Dominis -- *Iterum proponatur, videant omnes, & coadjuventur probationes* -- quæ super observantia hinc inde proponebantur. Hodie tamen quæstionis examine
1 cum omnium suffragio reassumpto, & etiam dictis probationibus plenè elucidatis, & auctis ad formam præcedentis rescripti, Domini conveneorunt in eo sensu, quod mandatum esset exequendum juxta petita per Creditores super bonis quoque fideicommissariis, rescribentes originario dubio -- *An mandatum sit exequendum* -- *Affirmativè.*

3 Ishæc resolutio pendebat ab illo articulo supra præmisso, an privilegium indultum Creditoribus Baronum Status Ecclesiastici persequendi etiam Bona fideicommissaria, & feudalia ex Bulla san. memor. Clementis VIII. proinde Baronum nuncupata, suffragaretur etiam Creditoribus exteris, prout sunt Actores. Cum autem Domini non solùm in antecedentibus Causæ propositionibus, sed etiam in præsenti advertissent pugnare hinc inde auctoritates, & rationes tam pro affirmativa, quam pro negativa
4 opinione, hinc recursum habuerunt ad observantiam, quam semper in dubio pro interpretationis etiam Indultis, & Constitutionibus Apostolicis attendendam esse senserunt Doctores, & firmavit *Rota*, ut videre est penès *de Luc. de Benef. disc.* 1. *nu.*15. & 39 *disc.*27. *n.*17., & *disc.*67. *n* 6., *Rot dec.* 518. *n* 36., & *dec.*631. *n.*15., & *seqq. p.*19. *rec. tom* a., & *in Romana Emolumentorum Parochialium super Prætatico* 13. *Maii* 1720 § *Hunc intellectum coram Me.*

5 Porro si auctoritates respicimus pro negativa opinione exclusiva Creditorum exterorum stant *Card de Luc. de Credit.*, & *Debit. disc.*30. *n.*10., & *Rot.dec.*340. *sub n.*15. *vers. comprobatur part* 12. *rec*, è contra verò affirmativam opinionem, ponderatis etiam hisce contrariis auctoritatibus, latissimè tuetur R.P.D. Fattinellus, qui cum esset Reverendæ Cameræ Apostolicæ Clericus, & diu versatus fuisset in Congregatione Baronum tractatum specialem edidit ad interpretationem d. Bullæ *observat.*8. *per tot.*, & signanter *ex n.*10. *ad fin.*

6 Si item rationes alterutrius opinionis respicimus, stat pro negativa in Exterorum exclusionem præter alias rationes illa, quod admitteretur ex ista dispositione nimis, & præjudicialis inæqualitas inter subditos, & forenses; nam forenses licèt securi videantur fidem patrimonii, quod Creditor habet in

Loco

loco contractus juxta eam diversitatem patrimoniorum, quam considerat *Card de Luca didisc.30. sub n.10. de Credit.*, vigore hujus Bullæ possent concurrere cum Creditoribus Status Ecclesiastici super bonis in illo existentibus, & è contrario non possent isti in aliena Ditione concurrere cum Creditoribus alterius Principatus, & sic lex Pontificia directa ad Subditorum Creditorum levamen à concussionibus Baronum, verteretur in eorum præjudicium, tum scilicet respectu Creditorum, quia ex concursu Forensium minus, & fortasse nihil consequi possent, tum respectu eorumdem Baronum, & Successorum in Feudis, & fideicommissis, quorum substantiæ disperderentur pro exteris Creditoribus dimittendis, nec par jus obtinerent umquam Subditi Status Ecclesiastici in alienis Principatibus.

7 In oppositum verò pro affirmativa opinione militat ratio publici commercii, quam
expendit loco supra allegato R, P D. Fatinellus ad istam Bullam, quæ sanè publici
commercii servandi ratio habita præ oculis
à Summo Pontifice ejusdem Bullæ conditore videtur exigere, ut sicut Exteri Domicellis, & Baronibus Romanis suas pecunias
crediderunt, ita non decipiantur in sui crediti satisfactione consequenda, & imo ex
istius satisfactionis obtinendæ facilitate attrahantur Exteri ad facilius credendas suas
pecunias Baronibus Romanis, & Status Pontificii, & hoc modo idem Status Pontificius,
& presertim Roma, non propriis tantum,
sed etiam Exterorum abundet pecuniis.

8 In hoc itaque auctoritatum, & rationum
conflictu Domini ad observantiam recurrere
satiùs, atque tutiùs existimarunt, eamque
in sententiam affirmativam Exteris favorabilem conducere comperierunt, tum si ad
proximam editæ Constitutioni, tum si ad
successivam in Congregatione Baronum in-
9 concussè servatam sese verterent: proximè
autem editæ Constitutioni, quæ cæteroquin
semper valde est attendenda, ut in puncto
Apostolicarum Constitutionum probat aliis
relatis R. P. D. Calcagninus inter nostros
Collegas noviter assumptus *observ. pract. legal. p.2. observ.18. n.33.* desumebant ex facto ipsiusmet Summi Pontificis Clementis
VIII. conditoris illius, ideoque multo fortius eam conferre, & attendi debere certum
10 erat, quemadmodum in terminis Contractuum semper prævalet illa, quæ ex Contrahentium facto deducitur ex firmatis *decis.502. n.10., & 511. n.8. cor san. mem. Gregorio XV. dec.111. n.10. cor. Bich. dec.255.
n.15. cor. sa. me. Alexandro VIII., & decis.
749. n.7. p.18.rec.*

11 Cum enim san. memor. Clementi VIII.
biennio post editam Constitutionem, de
qua agitur supplicassent illi de Vitellis Barones Romani, ut attentis eorum meritis ob
servitium Catholicæ Religioni, & Sanctæ
Sedi præstitû in bellis contra Turcas, & Hæreticos, indulgeret ipsis facultatem vendendi privata auctoritate eorum bona fideicommissis subjecta, & non auctoritate Congregationis Baronum, quia tunc minoris illa vendidissent, ad effectum, ut dum *tam Creditoribus Status Ecclesiastici, quam Exteris resistere nequibant*, illis, præcipuè Status Ecclesiastici liberarentur, & bona ab ipsis possessa in eodem Statu Ecclesiastico à Creditoribus Exteris non occuparentur, Summus Pontifex titulo specialis gratiæ, & privilegii annuendo, disposuit per hæc verba -- *Nos &c specialibus favoribus prosequi volentes &c. committimus &c. mandamus &c. ut &c. derogatio, & ampliatio Constitutionis contra Barones hujusmodi, ac ipsa constitutio, nullo modo suffragari possit Creditoribus Forensibus, & extra Statum Ecclesiasticum, nec eorum fidejussoribus, sed bona existentia in d. Statu quoad dd. Creditores, & eorum Fidejussores sint, ac si d. Constitutio contra Barones, & præsens derogatio, & ampliatio editæ non essent.*

12 Si igitur necesse fuit, ut per viam specialis gratiæ Summus Pontifex declararet,
quod concedendo facultatem alienandi sine
auctoritate Congregationis Baronum Bona
Domus Vitelliæ subjecta fideicommissis, nolebat super iis concurrere posse Forenses. &
Exteros, signum evidens, quod illi certò
certiùs comprehendebantur sub generali
dispositione ejusdem Constitutionis, ex re-
13 gula, quod exceptio in casibus non exceptis regulam firmat, quodque specialis dero-
14 gatio, & provisio, cetera reliquit sub juris
derogati provisione, *Text. in leg. Sed an
altro §. primo ff. de pæn. leg., & cap. 1. de
rescr., Rot. dec.1183. n.5. cor. Emer. iun., &
dec.9. n.19. p.19.rec.*, & interpretando Constitutionem Apostolicam arguit *R. P. D.
Calcagninus supra allegatus p.1. observ.2.
15 n.14.* aliàs enim si Creditores Forenses ex
eadem Constitutione nullum jus habuissent
in Bonis Status Ecclesiastici, ad quid necesse
fuisset speciali Indulto, dum satis fuisset
Possessoribus allegare fideicommissa suæ
Domus, & propriam vocationem, neque
ulla speciali gratia opus habuissent, ut advertit in similibus terminis *Rot. ad ornatum
Card. de Luc. de Iurisd. dec.28. n.3., & in
Forolivien. Commendæ 31. Januarii 1709.
§. Et ob id* confirmata 1. *Julii eiusdem anni
§. final. cor. Emo D. Card. Scotto.*

Neque contrarium ex eo argui valet, quod
si Summus Pontifex credidisset ex sua Constitutione Creditoribus Forensibus jus fuisse
quæsitum, illud ipsis verisimiliter auferre
16 noluisset. Quoniam si ex rationabili causa
motus, gratiam, & favorem facere intellexit
illis de Vitellis, qui debitis premebantur,
contractis ex causa publica, & admodum
laudabili, sique in eodem suo Brevi derogavit explicitè Regulæ Cancellariæ *de iur.
quæsit. non tollend.*, frustra ex contraria
præsumptione quæritur de voluntate Papæ,
quæ ex his remanet satis certa, & expressa,

ut aliis omissis optimè respondit *Spad. consil. 19. n.6. lib 1.*

17 Hinc transeundo ad subsequutã observantiam. Ea quidem erat eodem modo plurimum qualificata, ut in ejusdem Constitutionis interpretatione sibi locum vindicaret. Promanat enim ex continuata serie resolutionum, & judicatorum ejusdem Congrega-
18 tionis, quæ utpote ab ipsomet san.memor. Clemente VIII. instituta in ejusdem Constitutionis exequutionem, communiter dicta fuit *Baronum* juxta ea, quæ latè refert de hac Congregatione *Cardinalis de Luc. in relat Roman. Cur. disc.28. num.4., & disc.73.*
19 *n.2 & seq. de Fund.*; unde non solum talis observantia est judicialis, & judicialiter introducta, & servata, quę semper multum inservit pro dubia lege interpretanda, ut cum aliis dixit *R. P.D. Calcagnin. d.obser-*
20 *vat.18. num.fual.p.2.*, sed ulterius provenit ab ea ipsa Congregatione, quæ ex summi Pontificis destinatione, deputata ad illius exequutionem potuit illã interpretari, itaut ejusmodi interpretatio subinde in judicando excipi omnino mereatur, ut in similibus terminis dixit *Rot dec.11.n.9.p.17., dec 257, n.19.p 19.rec*, & cum aliis relata *in Romana Emolumentorum Parochialium* 9. *Decembris* 1718. §. *Maximè cor. Me-*

21 Prubabatur autem hæc observantia ex actibus ejusdem Congregationis incipientibus ab anno 1646., & continuantibus usque nunc relatis tum *in preteritis*, tum *in hodierno Summario* Creditorum, inter quos quatuor sunt illi respicientes Creditores Januenses in concursu Marchionis Marcelli de Raymundis, quorum efficacia frustra evitari contendebatur sub eo supposito, quod contractus gesti extitissent hic in Urbe, quia in facto constitit illos fuisse stipulatos in ditione Januensi, in Nundinis scilicet, quæ celebrantur Novis, ut ex *eodem Summario num 9.*

Et his exemplis, præter alia deducta ex actis novissimè gestis in eadem Congregatione inter opus pium Immaculatæ Conceptionis Januę, & D. Ducem Caietanum, atque inter Claudium Maris Candolfi Januensem, ac d. D. Ducem, accedit illud respiciens præcise pretium hujusmet Castri Porciliani, de quo hic quæritur. Cum enim illi de Gallis Florentini essent Creditores Dominorum del Nero ex Contractu Florentiæ stipulato, constituerunt Procuratorem Leonardum Libri pro ejusmodi credito in Urbe exigendo, & iste suas in Congregatione Baronum in concursu aliorum Creditorum Ditionis Ecclesiasticæ proposuit instantias, & obtinuit ex eodem pretio sibi consignari scuta 1915.5
22 nec refert, quod in Contractu illorum de Gallis adesset pactum, quod Debitores conveniri possent, *tanto in Fireuze*, *Pisa*, *Siena*, *e Roma*, quia nisi ex sua indole Creditoribus exteris suffragari valuisset Bulla Baronum in tollendis etiam eorum respectu fideicommissorum vinculis, non potuisset ullo modo ex Privatorum pactione ad illos
23 extendi, est enim regula, quod jus publicum Privatorum pactis mutari non potest, *l. jus publicum 38. ff.de pact*, *l.Neratius 20. ff. de Relig.,& sumpt. fun.*, & *l.Ne ex Prætorio ff.de regul.jur.*

24 Cum quibus sanè exemplis concurrebant & alia plura, quæ Domini ad evitandam prolixitatem referenda distinctius non putarunt, resultantia ex Concursibus in eadem Congregatione efformatis tum contra Ducem Baldinottum, tum contra Comitem Sylvam, tum contra Paulum Monaldensem, in quibus etiam Concursibus Exteri cum Subditis comparuerunt, & obtinuerunt; ac de facto ita quoque servatum fuerat ab eadem Congregatione in ipsa Causa, in qua, non obstantibus hiscemet oppositionibus, demandata extiterat controver a avocatio pecuniarum, de qua rursus hodie quæritur, contra Dominum Principem Justinianum, ut refert *Decisio diei 4. Junii* 1708. *Et quoniam cor. bon. mem. Molines.* Rectè propte-
25 rea Domini concludebant, quod si in probanda consuetudine Juris interpretativa, satis est, ita fuisse aliquando servatum, *Adden. ad san. mem. Innocentium X. dec.695. n.11*, *Rot. dec.390. n.3.cor. Buratto, decis. 28. n.32., & dec 95. n.30. cor. Priolo*, lique
26 inducitur consuetudo judicandi etiam, ex quo ita bis judicatum fuerit, *Palm Nep. allegat.342. n.18.*, *de Franch. dec.91. num.16.*, *Marsill. dec.66. nu.16.*, & *Cortiad. decis.3.*
27 *n.36.* non poterat amplius impugnari perspicua in isto casu observantia, dum ad eam probandam concurrunt non duo, vel tria, sed longa serie continuata, & exequtioni demandata prædictæ Congregationis judicata.

Et ita in quinta Causæ propositione resolutum fuit Partibus auditis, omnibusque Dominis suffragium ferentibus &c.

ROMANA PECUNIARIA.

Lunæ 10. *Martii* 1721.

ARGUMENTUM.

Adversus *Pagarò per altretanti*, solutione sequuta, probationes super non numeratis pecuniis admittuntur, talique exceptione probata, vel ex quo sequuta sit gemmarum traditio, vel alterius rei; deliberatio illius vigore consumpta, nulla sit, tamquam læsiva, ac istiusmodi contractus *Ciavanzo*, *ò Rompicollo* vere appellantur.

Fructus decurrendi debiti sortem non augent, & testis proxeneta ad probandum contractum de jure prohibitum admittitur, & *quare*.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum semper datur adversus mandatum injustum, & læsivum.*

2 *Deliberatio pro credito insubsistenti consumpta omnino sit læsiva, & ex hoc capite revocatur.*

3 *Spoliatus de locis montium in tertios distractis, si ad illa non potest habere amplius regres-*

regressum, est de eorum pretio reintegrandus.

4 Pagarò per altretanti *est nullum, quando loco pecuniarum Creditor gemmas tradidisset, & fructus decurrendos in eo compræbendisset, adeout deliberatio ejus vigore facta corruere dicatur ex defectu crediti.*

5 Pagarò per altretanti *continens gemmas admixtas nuncupatur* Ciavauzo, e Rompicolio, *& est probibitum, tum de jure Cæsareo, tum Pontificio, ac usuraria labe contractum inficit.*

6 *Fructus ratione dilationis à Creditore debitori concessæ exigi nequeunt sine incursu in labem usurariam, & contractus non subsistinetur*, & n.7.

7 *Fructus non possunt in capitalis augumentum computari veluti in solutionem anticipati interesse.*

8 *Testis unicus licet formiter repetitus nil probat.*

9 *Limita, agendo de proxencta, & in casu in quo non agatur de probando contractu totaliter, sed de ejus qualitatibus detegendis*, & n.18.

10 *Amplia, si dicto talis testis concurrant adminicula, & agatur de probando contractu illicito, & probibito, qui clam præsumitur factus*, & n. seqq., & 12.

12 *Testis metu excommunicationis revelans valde probat.* amplia ut in n. seqq.

14 *Dolus præsumitur intercessisse in contractu, quando inter cætera adminicula reperiretur, quod creditor nullum petiisset interesse pro pecuniis mutuo datis, & aliunde constaret gratis mutuare non solere*; amplia ut in n. seqq.

15 *Contractus ut præsumatur usurarius, & læsivus multum deferendum est diversarum personarum interpositioni, & palliationi. in eo detectis, & confectioni plurium giratarum.*

16 Pagarò per altretanti, *quod continuerit gemmas loco pecuniarum admixtas, probatur ex contemporanea earundem oppignoratione à debitore facta.*

17 *Amplia, si debitor esset decoctioni proximus, ex quo pauper præsumendus foret.*

18 *Testis proxeneta non reiciendus est, ex qua varius, quando ejus depositio in substantialibus non esset varia.*

19 *Læsio ultra dimidium dicitur ænormissima, & inficit quemcumque contractum, & quod sequuta sit in oppignoratione gemmarum, probatur ex relationibus peritorum, qui apud ædem Sacram easdem recognovissent, citato creditore, amplia*, ut in num.21.

20 *Læsio excedens tertiam partem veri valoris vitiat contractum* juxta Statut. cap.151. lib. 1.

21 Pagarò per altretanti, *ejus solutione sequuta, admittit probationes de non numeratis pecuniis, & dolo.*

23 *Probationes non numeratarum pecuniarum in devolutivo admittuntur etiam adversus confessiones per publicum instrumentum emissas.*

24 *Amplia, etiam si adesset, enunciatio exceptioni de non numeratis pecuniis.*

DECISIO MCCXLIII.

Mandatum exequtivum pro summa scutorum 3400. obtinuit cur. A.C. Dominicus Boncompagni contra Antonium Botti, vigore schedulæ Pagharò originalitèr conscriptæ à Paulo Alghisio, & per eumdem Antonium giratæ favore dicti Dominici, illudque exequi primum fecit super fructibus quorumdam Locorum Montium ad Antonium girantem, & reum Conventum spectan., & deinde, cum etiam fuisset à Signatura Justitiæ approbatum cum Clausula *sine præjudicio*, noscens, quod fructus dd. Locorum Montium erant longè impares suo Credito, aliud reportavit decretum pro exequtione super Capitali aliorum plurium Locorum Montium, & ad illorum subhastationem, ac deliberationem procedi curavit.

Antonius autem deliberationem illam passus non destitit in devolutivo appellationem prusequi, & idcircò opportunam Commissionem mihi dirigi curavit; ad cujus Tramites fuit concordatum dubium. *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum, ita ut sit relaxandum mandatum de reintegrando ad Loca Montium deliberata* - Cumque illud proposuerim in Audientia diei 20. Januarii proxime præteriti, nulla ob suffragiorum scissuram capi valuit resolutio, sed in hodierna repropositione convenerunt DD. in rescripto - *Constare de de Causis, & esse relaxandum mandatum de reintegrando.*

Utrique parti hujus resolutionis fundamentum præbuit injustitia mandati, quæ si-
1 cut læsionem succumbentis inducit, ita
viam aperit petitæ in integrum restitutioni
ad Text. in cap. 1. de restit. in integr., *in l.4.*
§. Condemnatum ff. de re, judic. cum aliis
relat dec 649. n 1. par.19. rec., *& in Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis super restitutione in integr. 11. Maii* 1716. *§. Resolutionis cor. Me*, & quia ista injustitia prove-
2 nit ex defectu Crediti Dominici Boncompagni adversus Antonium Botti deliberationem passum, inde fit, ut etiam talis deliberatio remaneat omnino læsiva, & nulla, proptereaque sit locus relaxationi mandati de
reintegrando, aliisque opportunis reme-
3 diis, ad hoc, ut injustè spoliatus, si non Loca Montium deliberata, & in tertios distracta, saltem eorum justum pretium consequatur, *Rot. decis.7. num.8.*, *& decis.47.n.2.*, *& seq. coràm Duran.*, *& decis.580. num.2. pariter cum seq. cor. Bich.*

4 Hic verò defectus Crediti ex eo resultat,
quod Contractus initus inter Alghisium, Boncompagnum, & Bottum fuit omninò nullus, tamquam improbatus per Urbis Statutum, & Constitutiones Apostolicas Constat enim quod quantitas illa scutorum 3400. de

de qua in fcheduia Pagherò conftituebatur
non quidem ex pecunia numerata, fed pro
rata fcutor. 1700. ex tot Jocalibus, & gem-
mis, pro alia rata ex fructibus, qui decurrere
valuiffent durante dilatione data eidem Al-
ghilio mutuatario ad folvendum, & pro reli-
qua tantum fumma confiftebat in pecunia
numerata: qui fanè contractus habens admi-
xtas cum pecuniis etiam res, feu fpeciem ali-
quã, & fignantèr, Gemmas & Jocalia fpecificè
irritatur ab Urbis Stat. Cap. 153. ubi denomi-
5 natur liiis vulgi terminis *Ciavanzo*, *Rompi-
collo*, *& fimilibus*, quia iis mediantibus cal-
lidi Creditores extorquere folent a Debito-
ribus in anguftiis pofitis pacta fæneratitia,
eos improbè emungendo per efcam oblatæ
pecuniæ cum admixtione pretii fpeciei, &
bonorum, ut ad ornatum d. Statuti nota-
vit, *Fenzon. lib. 1. cap. 153. n. 22., & feqq.
Sotus de juft., & jur. lib. 1. qu. 1. art. 2. col. 2.
Scaccia de Commerc., & Camb. §. 2. qu. 1.
n. 229., & 569., & feqq. Raynald. Obferv.
Crimin. tom. 2. pag. 174. n. 1., & firmavit
Rot. in Romana Cambiorum cor. cl. mem.
Card. Capr. dec. 14. n. 3. poft Albit. de Incoft.
in Judic.*, & cum eodem Statuto concordant
tum generalia Urbis Bannimenta, in quibus
adduntur etiã penæ Corporis afflictivæ, tum
etiam Conftitutio fa. me. Pii IV., & ob il-
lam potiffimam rationem, ne alias in perni-
ciem Reipublicę Creditores fęnus exerceant,
& decipiant incautos, vel obærratos debito-
res fub fpecie alicujus portionis pecuniæ, ut
cum aliis refert *Rauden. dec. 157. n. 13., &
profequitur Fenzon. ubi fupra n. 23. cum feqq.*

Quæ omnia tanto fortius in præfenti pro-
6 cedere debent, quia Fænus hujufmodi con-
tractus non fiftit in fola fufpicione, fed eft
fatis expreffum, dum Creditor pacifcendo
de fructibus decurrendis pro biennio dila-
tionis conventę ad reftitutionem pecunia-
rum, eos habuit pro decurfis, & pofuit in
acervo totius fummæ, ut conftitueret Ca-
pitale fcut. 3400., quando tamen fine Ufuræ
incurfu, fructus ratione fimplicis dilationis
exigi non poterant juxtà *Text. in cap. in
Civitate 6., & cap. confuluit de ufur. cum
concordan. penes Sperell. dec. 118. n. 14. 21.,
& 35. Rot. dec. 1572. n. 34. cor. Coccin., de-
cif. 80 n. 2. cor. fa. me. Greg. XV., & deci-
fion. 420. n. 8., & feq. par. 15. rec.*, nec va-
7 lebant in Capitalis augumentum computari,
veluti in folutionem anticipati intereffe, an-
tequam pecuniæ ipfæ licite fructus parere
poffent, ut pariter docent *Sald. de Ufur.
dub. 20. n. 11. Leotard. qu. 63. n. 27., Ugolin.
eodem tract. cap. 8. §. 8. verf. fexto quærit., &
late Manf. conful. 670. n. 23.*

Rem ita de facto proceffiffe, ac tales fuif-
fe terminos hujus controverfi contractus
fruftrà ex parte Dominici Creditoris impu-
8 gnabatur, quia ex proxenetæ depofitione
apertè conftabat Alghifium à præfato Do-
minico quæfiviffe mutuas pecunias, & illum
ex mediatione ejufdem proxenetæ concor-
daffe eas fefe traditurum, dumodò tamen
reciperet ille admixtas cum pecuniis gem-
mas, & Jocalia pro rata fcut. 1700., poneren-
tur in calculo fructus, & Fidejuffionis, ac
fecuritatis gratia accederet Antonius reus
hodie conventus, confcribendo favore Cre-
ditoris Syngrapham *per altretanti*: licet au-
tem unico Tefti etiam formiter examinato
plenæ probationis auctoritas tributa non fit,
tamen quia non agitur de probando contra-
ctu, fed illius qualitatibus, & agitur de Te-
fte mediatore, cui res gefta certius innote-
9 fcere valuit, quam alteri cuiquam Perfonæ,
illius dicto ftandum eft, ut diftinguendo fir-
mat *Rot. dec. 415. n. 2. cor. Coccin., & in*
terminis proxenetæ tradunt *Leotard. de
Ufur. qu. 93. n. 33. Bouden. collect. 49. n. 474.
lib. 2., Card. de Luc. de cred. difc. 77. n. 2.
bo. mem. Anfal. de Comerc., & Merc. di-
fcurf. 53. n. 14., & difc. 81. n. 37.*

Et quanquam adverfus hunc Teftem aliæ
cumularentur exceptiones, nihilominus quia
ad veritatem ex ejus dicto adftruendam
10 plura item concurrebant adminicula, eo
facilius illi Fidem DD. præftandam credide-
runt, dum fignantèr agitur de probandis in
contractu prohibitis pactionibus, quæ fi-
cut publicè non tractantur, nec panduntur,
fed ut plurimum quanto occultius fieri po-
teft peraguntur, ita minoribus quoque
11 probationibus concludi poffe æquum eft,
juxta ea, quæ in fimilibus terminis firmavit
*Rot. dicta dec. 14. nu 17., & fequen. poft Al-
bit. de Incoft. in judic., & dec. 401. num. 11.
par. 16. rec.*

12 Non levè porrò adminiculum oritur ex
dicto qualificato alterius Teftis, (prolato
fcilicet metu excommunicationis) qui reve-
lando depofuit fefe quoque fuiffe requifitum
ab Alghilio, ut fibi mutuo pecunias inve-
niret, propterea que diligentias expiendo
allocutum fuiffe fupradictum proxenetam,
eumque obtuliffe fe pecunias inventurum,
fi tamen commixtim cum illis gemmæ pro
medietate reciperentur, & accederet Botti
Fidejuffio, atque audiviffe fucceffivè, quod
mediante eodem proxeneta ita conclufum
fuerat. In linea autem adminiculi revelatio
habita metu excommunicationis, utpotè
prodita confcientiæ, & veritatis impulfu,
plurimum pollet, ut probat *Farinac. de
Teft. quæft. 66. n. 163., Rot. dec. 21. n. 15.
par. 16 rec., & in Termulen Manutentionis
15. Febr. 1704. §. Clarior cor. bo. me. Moli-
13 nes*, maximè dum cum eodem proxeneta, &
cum hoc Tefte concordat etiam declaratio
ipfius Alghifii.

His accedunt plures facti circumftantiæ,
& conjecturæ, ex quibus, aliis omiffis pon-
deratione dignæ vifæ funt illæ, quæ refultant
14 tum ex quo Creditor memoratæ notabilis
quantitatis fc. 3400., & fi nunquam folitus pe-
cunias retinere otiofas, ut fignanter probatur
ex poft facto, dum petiit ob moram non
fecutæ reftitutionis fc. 15 pro centenario, &
anno, attamen ifto cafu contrarium egiffet,
& nullam ammififfi lucri ex fuis pecuniis re-
para-

paraiionem queſiviiſct, id quod admodum
eſt inveriſimile, & proinde ſuſpicionem do-
li in contractu non parum auget, ad *Text in*
cap. non eſt veriſimile de præſumption. Cy-
riac. contr. 219 *n.* 26. *Rot. dec.* 703. *n.* 12. *cor.*
Dunozz. Jun., *& dec.* 673. *num* 9., *&* 10.
15 *par.* 19. *rec. tom.* 2., tum ex quo contra-
ctus revera nequidem pertinet ad Domini-
cum Creditorem, qui veri Creditoria ſim-
plex eſt Adminiſter, & Bottus pariter fuit
immixtus, uti Fidejuſſor, ſed ſub illa
Cauthela girandi ſchedulam Pagharò pro
debito cæteroquin pertinente ad Alghiſium,
& ſic inde concurrit palliatio Perſonarum,
& diverſarum Perſonarum interpoſitio, quę
eodem modo inducit præſumptionem fæne-
ris, & rei malè geſtæ *Maſcard. de probat.*
conel. 447. *n.* 31. *Rot. in Romana, ſeu Ty-*
burtina Cambii 28. *Novembris anni præte-*
riti §. Maximè cor. Me.
16 Tum demum ex quo conſtat de effectiva
contemporanea oppignoratione gemmarum
ſibi traditarum in d. contractu facta per Pau-
lum Alghiſium debitorem in Sacro Monte
Pietatis, & ſic ex facto, quod eſt immune à
quacumque ſuſpicione, quia ſequutum
tempore proximo perfectioni ejuſdem con-
tractus, confirmatur præciſè circumſtantia
Commixtionis gemmarum cum pecuniis re-
lata ab omnibus Teſtibus ſupra memoratis,
17 nec ſuaderi facile poteſt, quod gemmæ op-
pignoratæ eſſent propriæ ejuſdem Alghiſii,
quia ille jam lapſus ſuis facultatibus reperie-
batur in ſtatu decoctioni proximo: & imò
èx hujuſmodi ſtatu recipiĕtis pecunias cre-
cit præſumptio, quod in contractu neceſſe
habuerit, ne majoribus premeretur angu-
ſtiis Creditoris obſequi pactionibus, & pati
ſuffocationem illicitæ commixtionis ſpeciei
cum oblatis pecuniis, juxta argumentum à
qualitate perſonæ recipientis pecunias in ſi-
mili deductum *dec.* 17. *n.* 13. *poſt Albit. de in-*
conſt. in Judic.
18 Abſque eo quod Proxenetæ Fides adimi
poſſit, ex quo in ejus examine poſt ſpecifi-
catas gemmas in contractu contentas ſubiū-
xerit -- *Et altre gioje, che non mi ricordo* --
itaut videatur varius, & non concludat illa-
rum identitatem. Quoniam deinde decla-
ravit, quod nullæ aliæ gemmæ traditæ fue-
rāt præter illas, quas recēſuerat in ſua depo-
ſitione, quodque certò recognoverat in ejus
libercuio, in quo eaſdem gemmas adnotave-
rat, unde ex hac declaratione ſublata re-
manet omnis exceptio, tam identitatis gem-
marum, quam contradictionis in dicto ipſius
Teſtis, dum in ſubſtantialibus nulla adeſt
variatio, & ideo eidem declarationi ſtādū eſt,
Spad conſ 90. *n.* 2. *lib.* 1., *Farinacc. deteſt. q* 66.
n. 281., *Rota dec.* 169, *nu.* 9. *cor. Peutinger*,
Dec. 8. *n.* 8. *p.* 13., *& dec.* 538. *n.* 26. *p.* 18. *rec.*
Poſita autē etiam gēmarū identitate, aliud
19 detegitur vitium iſtius contractus, & ſiſtit
in læſione, quæ intervenit in pretio earum-
dem gemmarum. Fuerunt enim illæ poſitæ
Alghiſio debitori in calculo pro ſcut. 1700,
& tamen facta per Peritum formiter electum
confrontatione, & ęſtimatione, citato Do-
minico Boncompagno Creditore, ut his acti-
bus interveniret in Monte Pietatis, ubi erant
oppignoratæ, illarum valor liquidatus ex-
titit in ſolis ſcutis 576., unde fit, ut læſio de-
bitoria, cui traditæ fuerunt pro ſumma ex-
cedente medietatem juſti valoris ſit enor-
miſſima, quemcumque de jure contractum ir-
ritans, ex firmatis *dec.* 1225. *nu.* 2. *cor. Emer.*
jun., *& dec.* 698. *n.* 11. *p.* 18 *rec.*, multoque
20 magis procedit nullitas iſta contractus in
terminis Statuti Urbis, ubi læſio contra-
ctum iſiciens ex diſpoſitione, *in cap.*
154. *lib.* 1. ſatis eſſe præſcribitur, ſi ſit ultra
tertiam partem juſti valoris, ut ibidem no-
rat *Conſtant. adnot.* 46. *art.* 1. *n.* 6., *& concor-*
dan., *de Luc. diſc.* 32. *n.* 2. *de regal.*, *Rota*
poſt eumdem Conſtant. dec. 161. *n.* 8., *& ſeqq.*
& dec. 426. *n.* 25. *p.* 19. *rec.*, ideoque vel de
per ſe operetur nullitatem talis contractus,
vel ſaltem juncta præmiſſis ponderationibus
illius dolum concludenter oſtendat, ut ar-
guit in terminis *Rota d. dec.* 17. *nu.* 15., *et* 16.
21 *poſt Albit.* Nec ullo modo poteſt evitari
relevantia ſupradictæ ęſtimationis, quia
illa geſta fuit prævia ipſius Dominici cita-
tionibus per Peritum à Judice electum, &
in probanda lęſione, talis ęſtimandi modus
omnem fidem meretur, *Rota dec.* 648. *n.* 6.
cor. Buratt., *et dec.* 744. *n.* 4., *et* 5. *cor. Du-*
noz. Jun.
Poſtremum præſidium Dominici Credito-
22 ris in eo erat, quod hujuſmodi exceptiones
proponi non poſſent, eo quia ſchedula *Pa-*
gherò, cujus vigore ipſe egit, roboratur clau-
ſula illa *per altrettanti avuti contanti* im-
portante explicitam debitoris confeſſionem,
quod ipſe ſit debitor pecuniæ numeratę. Sed
quicquid eſſet, ſi tales exceptiones propo-
nerentur ad retardandam ſolutionem, quia
tùnc occurrerent omnes rationes publici co-
mercii, aliæque ad id cumulatę in contra-
rium; ſanè dum poſt factam ſolutionem pro-
ponuntur ad detegendā erroneitatem ejuſ-
dem Confeſſionis, viſæ ſunt DD. omnino at-
23 tendendæ, ſicut contra quaſcumque magis
explicitas confeſſiones admittuntur, & at-
tenduntur; etiamſi in publicis inſtrumen-
tis contineantur, alias nimis ampla fraudi-
bus via aperiretur, quia debitores eadem
facilitate, qua ad iniuſtè contrahendum in-
ducuntur, inducti ad ita confitendum, irre-
24 parabile damnum ſentirent, ut in puncto
factæ renunciationis exceptioni non nume-
ratę pecuniæ dixit *Sacc. de Commerc.*, *et*
camb. §. 2. *Gloſ.* 8. *n.* 3.
Et ita reſponſum fuit, omiſſo examine
nullitatis deliberationis ex multiplici capi-
te exceſſus ab Antonio allegatę, utraque
parte in duplici Cauſę propoſitione audi-
ta &c.

NEPESINA IMMISSIONIS.

Veneris 14. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Retentio ex titulo detractionum illiquidarum favore legitimarii non datur adversus donatarium ad bona donata immissionem petentem, presertim quando legitimarius non doceat, quod bona donata hereditarias vires absorbeant.

SUMMARIUM.

1 *Immissio, ducto de possessione antiqua penes debitorem, credito cum hypotheca, & recenti possessione penes reum conventum, quæ sunt tria necessaria extrema, semper datur.*

2 *Fideicommissum ad effectum obtinendi immissionem, et vocatio ad illud quomodo probentur.*

3 *Donatio causa Matrimonii, in qua principaliter Mater, et filii nascituri vocantur habetur tamquam duplex; alia erga Matrem, altera erga filios, et unusquisque ex propria persona vocatus censetur.*

4 *Decisiones latę cum legittimo contradictore præsupponendę veniunt adversus etiam in eis non citatum.*

5 *Retentio pro credito non probato, nec producto non datur.*

6 *Scripturæ extra acta dicuntur extra Mundum.*

7 *Retentio pro detractionibus super bonis donatis competentibus adversus donatarium immissionem ad ea postulantem non datur, nisi legittimarius doceat, quod tota hæreditas sit insufficiens pro dimittendis detractionibus*, & n. 9.

8 *Amplia, si creditum detractionum esset illiquidum.*

9 *Retentio non datur pro detractionibus, quę non sunt liquidæ, nec immissionem hęredi fideicommissario retardant, et ex quibus illiquidæ dicantur.*

DECISIO MCCXLIV.

POstquam diuturno litigio Patres Carmelitæ Civitatis Interamnę, aliique litisconsortes causam habentes à Claudia de Rubeis vigore fideicommissi super Tenuta Ripoli, & vinea annexa constituti in donatione Flaminii Catalani exarata usque de anno 1580. obtinuerant immissionem ex persona ejusdem Claudię ad hęc bona per primos donatarios distracta, & possessores Tenutæ parendo Judicatis Rotalibus, quę prodierant præviis *decisionibus editis 4. Maii 1711., et 31. Martii 1713 cor. Me, et 22. Junii 1714 cor. Reverendissimo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.* effectivè illam dimiserint Brunetti detentores Vineæ ad dilatoriam confugientes exceptionem opposuerunt in Signatura Justitię, ipsos tanquam non legitimè citatos pręcedentibus Judicatis non affici, proindeque Actoribus opus esse, ut novum ex integro judicium instruerent; cūque favorabile rescriptum reportavesint, contigit, quod hodie coram Me in locum prelaudati DD. Archiepiscopi Ravennaten. subrogato disputatum fuerit dubium -- *An sit danda immissio*, eisdemque Brunettis Reis conventis (licet pluries debito tempore monitis, ac diu expectatis) frustra dilationem petentibus, prodiit responsum affirmativum *pro Informante*.

Docebatur enim ex parte Actorem de
1 extremis omnibus existentię fideicommissi, ejusque purificationis, nec non identitatis controversę Vineę, quibus concurrentibus erat omnino ipsis immissio concedenda, ex *l. final. cod. de edict. Div. Adrian. tollen. Rot. dec. 179. n. 3. p. 19. rec., in Reatina Fideicommissi de Rancichettis 1. Julii 1718. §. Ut enim coram R.P.D. meo Corio*, & passim alibi.

Porro de identitate nulla erat quęstio, quia jam illam Brunetti admiserunt in veritatis obsequium in Signatura Justitiæ, existentia
2 vto fideicommissi, atque illius purificatio clarè demonstrabantur ex littera donationis, quà Flaminius Catalanus de anno 1580. contemplatione certi Matrimonii cum Honorio de Rubeis contrahendi, Sylviæ ejus filiæ, *et filiis ex ipsa, ac d. Honorio nascituris* donavit Tenutam Ripoli, & Vineam controversam. Quippe quia cum ex hoc Matrimonio suscepti fuerint tres filii, Gabriel scilicet, Ioannes Baptista, & Claudia, & aliis prędefunctis superstes extiterit sola Claudia; utique constat, illam expressè vocatam esse, & fideicommissum ipsius favore purificatum fuisse, & ex ejus persona hodiernis Actoribus ad vineam donatam deberi immissionem, *Rota dec. 79 nn. 1., et 2. post Urceol. de transaction. dec. 475. n. 4. p. 14. rec., et in Romana donationis 4 Februarii 1711. §. 1., et seq. cor. bo. mem. Ansaldo*.

3 Neque hic repetenda erant obiecta, ex quo uti fœmina non fuisset ex mente Donatis, & Statuto Nepesino in vocatione filiorum comprehensa, vel saltem admissionis illius pro sua Virili tantum portione, tertia nempe parte, eo quod ex Matrimonio, cujus contemplatione donatio exarata fuit, non ipsa tantum, sed & alii duo filii ortum duxerint, quoniam tùm his, tum aliis pluribus consimilibus obiectionibus plenariè satisfactum fuit *in decisionibus hujus met causæ editis cor. Me 4. Maii 1711., et 31. Martii 1713.*, atque etiam *cor. Reverendissimo P. D. Crispo 22. Junii 1714.*, quę sanè decisiones cum prodierint contradicente Possessore Tenutæ comprahensæ in eadem donatione, causaque maturè discusa, veniunt
4 etiam adversus Brunettos Vineę possessores supponendæ, & attendendę, juxta inconcussam nostri Tribunalis regulam, de qua *dec. 638 n. 22, et seq. p. 19. rec., et in Ferrarien. Canthelę Angeli, seu redditionis rationis 30. Januarii 1719. §. Atque hæc, et in Illerden. hæreditatis de Gomar. super reservatis 15. Aprilis 1720. §. Eodem modo cor. Me*.

Minus vero suffragari poterant eisdem
5 Brunettis credita illa, quorum pretextu retentionem allegare posse contendebant in memoriali pro dilatione porrecto, quia in pri-

primis documenta hujusmodi creditorum in
Actis non producta nullum jus ipsis in Iudi-
cio tribuere valebant, cum vulgare sit, quod
6 quę sunt extra acta dicuntur esse extra Mun-
dum, *ad text. in l. Acta ff. de re judic. Rot.*
7 *dec. 677. n. 10. p. 19. rec.*, ac de cætero irrele-
vantia quoque deprehendebantur pro effe-
ctu cujusvis retentionis contra adeo claram
actionem intentatam vigore donationis cum
particulari fideicommisso super geminis cor-
poribus constituto, adversus quæ neque de
creditis, neque de detractionibus super do-
nantis hæreditate competentibus opponi va-
let, nisi doceatur, quod hęreditas universa-
lis fuerit pro iis dimittendis insufficiens, *Pe-
regrin. de fideic. art. 4. n. 34.*, *Card. de Luc.
eodem tract. disc. 167. n. 8.*, *Rota dec. 693. n.
10.*, *ibi Adden. nu. 11.*, *et seq. cor. Buratt.
dec. 47. n. 13.*, *et dec. 77. n. 6. p. 5. rec.* Fortiùs
8 vero, attenta etiam eorumdem creditorum
9 illiquiditate, quę profluit ex longæva fru-
ctuum perceptione, quos saltem à die motę
litis Rei conventi restituere tenerentur,
itaut ex hoc quoque capite turbiditatis, vel
consumptionis, seu compensationis cum
his fructibus, dicta credita ad retardandam
Immissionem inefficacia reddantur, ut firma-
tum fuit *in Reatina Fideicommissi de Severis
24. Iunii 1710. §. His consideratis coram
R. P. D. meo Falconerio Almæ Vrbis Gu-
bernatore, et in Romana Domus, seu Pala-
tii 31. Ianuarii 1710. §. Sublatis, et in Roma-
na Immissionis . Iunii 1713. § Hud subsisten-
te cor. Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo Ra-
vennaten.*

Et ita responsum fuit altera tantum &c.

NEPESINA FRUCTUUM.

Veneris 14. Martii 1721.

ARGUMENTUM.

Fructus in judicio immissionis à die motæ litis venientes, juxta legalem taxam taxantur, donec reus de minori perceptione concludenter non doceat.

SUMMARIUM.

1 *Fructus in judicio immissionis veniunt à die motæ litis.*

2 *Dies motæ litis dicitur illa, in qua expeditur Monitorium, & jura producuntur.*

3 *Liquidatio fructuum restituendorum, & ex prædio perceptorum, à valore istorum desumitur, & valor ab instrumento venditionis regulatur.*

4 *Fructus ante taxam legalem decursi, nempè usque ad annum 1479., quo ista emanavit, ad rationem scut. 5. pro centenario & post d. tempus ad rationem sc. 4. taxantur.*

5 *Quantitas fructuum ex calculo aritmethico optimè liquidatur.*

6 *Fructus stabilium juxta taxam legalem taxantur.*

7 *Limita, quando reus minores fructus prædium reddidisse doceat concludenter.*

DECISIO MCCXLV.

OBtinuerunt Partes Carmelitæ Civitatis Interamnæ, aliique causam habentes à Claudia de Rubeis Immissionem ad Tenutam *Ripoli* donatam à Flaminio Catalano Sylviæ eius filiæ occasione Matrimonii cum Honorio de Rubeis contrahendi, & filiis ex isto matrimonio nascituris; undè illi de Monaldis, & Ximenes, ad quos de anno 1708. pervenerat eadem Tenuta, titulo hæreditario priùs relicta à Francisco Galeotto Ven. Cappellæ Sanctissimi Rosarii Civitatis Nepesinæ, satiùs duxerunt cum Actoribus transigere, & dimittere illius possessionem ad formam Judicatorum Rotalium. In hac autem transactione expresso pacto cautum fuit, quod ad fructus à dicto anno 1708. restituendos ipsi Transigentes non tenerentur, sed quoad Actores -- *libera & illæsa* (sunt verba Transactionis) *favore ipsorum remanere debeant omnia, & singula iura pro consecutione fructuum à die motæ litis usque ad annum* 1708.

Ut igitur hanc fructuum restitutionem à die motę litis Actores consequerentur contra prædictam Cappellam Sanctissimi Rosarij hæredem Dominici, & Francisci de Galeottis. qui Tenutam controversam detinuerant, curarunt à Me proponi hodiè dubium -- *An & pro qua summa debeantur fructus*, & Actoribus tantùm informantibus, Cappellæ verò Defensore pluriès monito responsum habui à Dominis - *esse liquidandos in summa in hac decisione exprimenda*.

1 Quod enim liquidatio ista fructuum su-
menda esset à tempore motæ litis, proflue-
bat ex generali Juris regula, quod in hujus-
modi Immissionis Judicio semper veniunt re-
stituendi fructus post motam litem à succum-
bente percepti, ex firmatis *decis. 371. num 7.
coram Emerix Jun.*, *in Asculana successionis
super fructibus 26. Junii 1715. §. De cætero,
& in Romana Immissionis super fructibus 27.
Ianuarii 1716. § in claris cor. Reverendiss.
P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten*,
2 Tempus autem istud numerandum erat ab
anno 1650., quia usque tunc expedito Mo-
nitorio, productisque formiter Juribus, &
signanter donatione, cujus vigore actum, &
obtentum fuit, Galeottus possessor constitu-
tus fuit in mala fide, juxta deducta, *in Rom.
restitutionis fructuum 16. Iunii 1708. §.
Hinc coram bo. me. Ansaldo, & in Bono-
nien. Trebellianicæ super fructibus 11. Ia-
nuarii 1717. §. Ratio coram eodem.*
3 Quanta vero foret summa constituta
ex hujusmodi liquidatione facilè com-
periebatur, advertendo, quod valor Te-
nutæ consistit in sc. 8480, quanti eadem Te-
nuta empta fuit anno 1616. à Francisco Ga-
leotto, ut ex Instrumento istius emptionis
ex qua certum est, resultare justum valorem
Rei emptæ de cujus fructibus agitur, ut in
proposito dixit *Rota dec. 51. num. 8. coram
Merlin, & in Ferentina fideicommissi
super fructibus 27. Aprilis 1708. §. Nequè*

 coram

coram Eminentissimo Dominno Cardinali
4 *Scotto*. Undè relativè ad dictam quantitatem, & ad tempus effluxum ab anno prædicto 1650. usque ad annum 1708. erant restituendi fructus annorum 58., qui usque ad annum 1579. calculari debebant ad rationem sc.5. pro centenario juxta taxam legalem tunc vigentem, & ab indè citrà in scutis quatuor ob notoriam moderationem dictæ taxæ secutam dicto anno 1679., & originariæ firmatam à Sacra Rota in *Fanen. fructuum 5. Martii* 1679. *cor. bo.me. Paulutio* juxtà relata cum distinctione hujusmodi temporum per *Constantin. ad Stat. Urb.annot.* 46 *num* 85. *Rot. in Romana fideicommissi de Quadris* 1. *Iulii* 1709. § *Quamvis coram bon. me. Molines*, *& in Fanen. Census* 25. *Novembris* 1715. §. *Correlativè coram Eminentissimo D. Cardinali Scotto*.

5 Ex his autem sequitur, quod summa fructuum decursorum usque ad dictum annum 1679. & calculandorum in quantitate scut. quinque pro quolibet centenario ascendit ad scut. 12296., decursorum verò ab indè citrà, & calculandorum ad rationem quatuor ascendit ad sc 9836. 80., & sic in totum constituunt quantitatem restituendam Actoribus in scut. 22132 80. juxtà calculum aritmeticum, qui plenam probationem facit, ut nuper in his terminis dictum fuit in *Abulen. Cappelaniæ super fructibus* 13. *Ianuarii hujus anni* 1721. *D spungendo coram Me*.

6 Maximè dum ejus regula desumpta fuit ex taxa legali, quam in liquidandis fructibus bonorum stabilium nostrum Tribunal semper amplectitur, ut probat *Constantin. dicta annot* 46 *art.*2.*n* 81. *Rot.dec*:326. *n*.3.*par*.13.*&* *dec*.114.*n* 14.*par*.17 *rec.*, cum aliis relatis in allegata *Rom. fideicom.de Quadris* §. *Quamvis coram bon. me. Molines*, & cum qua rectè
7 proceditur ad condemnationem, donec à Reo convento concludenter justificatum non fuerit, quod bona minores fructus reddiderint, *Rota decis.* 614. *num*. 18. *par*. 19. *recent.*, *in Auximana reintegrationis super fructibus* 27. *Martii* 1715. §. *final. coram R.P D. meo Cerro*, *& in Romana Immissionis super fructibus* 27. *Ianuarii* 1716. §. *Constito coram Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennæ*.

Et ità unica tantum &c.

ANCONITANA SOCIETATIS.

Lunæ 17. *Martii* 1721.

ARGUMENTUM.

Mortuo socio regulariter societas soluta reputanda est, nec potest sine novo reciproco tum hæredis, cum superstitis socii consensu dici renovata, etiam si merces, & nomina debitorum hæreditati tangentia tradita non fuissent, quando super istis capitale illi restituendum esset stabilitum. Ex quibus vero dissoluta dicenda sit, distinctè refert sequens.

SUMMARIUM.

1 *Societas, defuncto socio, resoluta censetur*, amplia ut in num.5.

2 *Voluntas testatoris pro lege habenda est ab heredibus*.

3 *Societas à testatore dissoluta dicitur, si iste jussisset heredi illius prosequtionem* per modo di stralcio, *cum ista verba nil aliud sonent, quam incoata negocia absolvere*, & numero 12.

4 *Hæres potest prosequi societatem* per modo di stralcio.

6 *Societas, mortuo Socio, sicuti finita præsumitur, ob id qui præsumit in hærede perdurare, & esse renovatam, concludenter probare tenetur*.

7 *Societas ex quibus coiecturis dissoluta, vel continuata dicenda sit*.

8 *Bilancium inter Mercatores tendit ad firmationem Status negocii*.

9 *Societas non potest impugnari quod non fuerit dissoluta per mortem Socii, quando hæres talem dissolutionem correspondalibus notificatam in propriis libris adnotasset*; & num.20.

10 *Societas dissoluta per mortem unius ex consociis, correspondalibus innotuisse præsumitur, ex quo isti non illius hæredum fidem sequuti essent, sed Socii superstitis*.

11 *Societas terminata per obitū Socii non præsumitur renovata, ex quo merces non fuisent venditæ, & debitorum nomina non exacta, quando pro capitali istius, hæredibus restituendo, portio mercium, & eorumdem nominum cumulata fuisset*,

12 *Voluntas testatoris sat est quod in substantia adimpleta remaneat*.

13 *Societas dissoluta per mortem Socii non potest dici continuata favore hæredis ob non restitutas pecunias ei tangentes, cum inspiciendum sit, an imposterum hæres sociali, vel particulari nomine contraxerit*.

14 *Amplia, ut requiratur novus consensus explicitus socii superstitis favore hæredis defuncti Socii*, & n. 20.

15 *Subamplia, quando, idem Socius superstes testamentarius defuncti exequutor remansisset adeo quod ex hoc etiam capite pecunias Sociales ad effectum reinvestiendi penes se retinere debuisset de mandato etiam illius*.

16 *Probationes Iuris præsumptionem pro se habentes, contrariis probationibus præferuntur*.

17 *Societas præsumitur per mortem Socii dissoluta, ex quo testamentarius Exequtor declarasset Creditores defuncti hæredes pro capitali hæreditati tangente de negocio*, & ex quibus aliis dicenda sit dissoluta, amplia ut in num. 18.

18 *Pars regulatur à toto, & minus à majori*.

20 *Societas per mortem consocii dissoluta, ut dicatur renovata in heredibus, consensus tum istorum, cum socii superstitis requiritur*.

21 *Contractus absque Partium consensu in sub-*

substanti alibus deficere dicitur.

23 *Dissolutio societatis ex facto partium probatur.*

24 *Societas per mortem Socii præsumitur dissoluta eo ipso, quod tali sequuto obitu, intitulatio librorum negocii fuisset mutata & solius superstitis nomen adhibitum*, & num.25.

25 *Societas dissoluta, non censetur renovata respectu illius, cujus nomen expressum non sit in inscriptione librorum*, & vide rationem in num.26. & 27.

27 *Societas dissoluta censetur per mortem Socii, ex quo superstes, tum activè, cum passive nomine tantum proprio contraxisset, absque commixtione nominis hæredis Socii defuncti.*

28 *Amplia, quando Socius defunctus portionem suam perpetuo subiecisset fideicommisso, &* vide rationem in sequenti num., & amplia, ut in n.30.

29 *Societas dicitur contractus ultro citroque obligatorius, & sua pari communicatione, & participatione, tum lucri, quam damni, non substinetur.*

30 *Minor sicuti absque solemnitatibus contrahere prohibetur, ita absque illis, defuncto suo auctore sui favore renovare societatem ipsi non licet, quando per mortem illius remansisset dissoluta.*

31 *Executor testamentarius non potest peculium hæreditarium reinvestiendum demandato testatoris, otiosè penes se retinere, & si ratineat, tenetur ad fructus.*

DECISIO MCCXLVI.

ADerat inter Franciscum, & Diodonum de Bosdaris socialis negociatio inita per Apocam, usque de anno 1689. exaratam: Diem verò clausit extremum sub anno 1700. Franciscus, relictis tribus filiis masculis, præcepitque in suo Testamento terminandam esse Societatem, & pro portione eius filiis debita prosequi tantum posse -- *Per modo di stralcio per dar fine alle mercanzie &c. ritirare gl' effetti &c., e riscuoter da Debitori* -- Et quoniam Diodonum fratrem elegit in Executorem Testamentarium, voluit pecunias, & redditus hæreditatis investiri -- *In quelle somme, modi, e forme, che pareranno più profittevoli à detto Sig. Diodono.*

Donec supervixit Diodonus actum non fuis de recuperandn Capitali dictæ Societatis pertinente ad Franciscum, nuper autem ortis inter hæredes utriusque discordiis, promota fuis in partibus ea quæstio coram Arbitro communi consensu electo, quod Diodonus eum ejus nepotibus filiis Francisci vel renovaverit post hujus obitum Societatem, vel illam continuare intellexerit, & sic non amplius dictum capitale antiquæ Societatis, eiusque fructus à Diodono Patruo ipsis deberentur; sed participare immò deberens de omnibus lucris factis ab an. 1700. ad hæc tempora. Arbiter tamen laudavit, & pronunciavit post dictum annum Societatem fuisse resolutam, ac deberi solum capitale, & fructus, seu cambii ad rationem scutorum quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, & anno. Appellarunt autem hæredes Francisci ab hujusmodi laudo, causæque cognitio ad nostrum Auditorium delata fuit cum speciali rescripto Sanctissimi Domini Nostri, ut præviis duabus decisionibus, & suffragantibus omnibus Dominis, appellatione remota determinaretur; ideoque hodie proposui dubium - *An constet de Societate* -- & collectis omnium Dominorum suffragiis, responsum habui *negativam*.

1 Fundamentum ita respondendi favore hæredum Diodoni præstiterunt tum juris regula, quod mortuo consocio finita intelligatur Societas, & ideo post Francisci obitum secutum 28 Jul. 1700. Societas, quæ inter istum, ac dictum Diodonum aderat, expiraverit, ad *Text. express. in §. Solvitur Instit. de Societ. l. societatem.4. Dissociamur, & l. actione 66. §. Morte ff. pro socio.* cum aliis relatis *dec.206. n.2. cor. Emerix Jun., & in Romana Pecuniaria, seu reintegrationis 23. Januar. 1719. §. Et ratio, atque in confirmatoria 5. Maii ejusdem anni §. Ex tribus, & §. Hujusmodi cor. R.P.D. meo Corio.* Tum voluntas expressa ejusdem

2 Francisci socii prædefuncti, quàm ejus hæredes pro lege habere tenentur *§. Disponat Testator Auth. de nupt.*

Quæ sanè voluntas magis expressa esse non potest, dùm apertis verbis in suo Testamento idem Franciscus declaravit, quod per ejus obitum societas cum fratre Diodono contracta finiretur ibi -- *Resti terminata la compagnia con il Signor Diodono &c. sotto li nomi, e ragione cantante de Signori Diodono Bosdari, e Compagni* -- quin obstent

3 sequentia illa verba -- *E che per la porzione di mio interesse detto Signor Diodono proseguisca il negozio per modo di stralcio per dar fine alle mercanzie, che si ritrovano in essere* -- quia immò etiam illa dispositio eandem societatis dissolutionem importat, cum negocium prosequi, ut dicitur inter Mercatores - *per modo di stralcio* nihil aliud sit, quam inchoata negocia absolvere, & hoc

4 hæredibus socii defuncti, terminata societate, permittitur, ad *Text. in l.hæres socii 40. ff. pro socio Felic. de Societ. cap.32. Duard. eod. tract. cap.2. quæst.3. n.3., & 4. Mantic. de tacit. lib.6. tit.26. n 12. Thesaur decis. Pedemont.242. n.1., & 2.*

Cum igitur prædictis hæredibus Diodoni

5 assistans Juris regula, & Francisci Testatoris voluntas; onus utique erit hæredum ejusdem Francisci, vel antiquæ societatis continuationem, vel alterius renovationem ostendere. Et quoniam huic præsumptæ continuationi, seu renovationi societatis per prædecessum consocii finitæ, resistit juris censura, juxtà mox deducta, & firmata *dec.251. n.9. cor. Merlin., & cum aliis concordantibus in Romana fideicom. Mutii de Bubalo super arte agraria 22. Maii 1702. §. Cate-*

6 *rum cor. bo. mem. Ansoldo* Hinc requiritur
probatio satis certa, & concludens, quæ
eandem continuationem, vel renovationem
pernecesse inducat, ut pariter firmat *Rota
dec.213. n.7. cor. Carill. dec.40. n.6. coram
sa. me. Alex. VIII. dec 802. num. eod. cor.
Emer. Jun., & in Baren. Societat. 2. Martii
1714. §. Restitutio coram Eminentissimo
D. Card Scotto*.

Tota probatio in præsenti deducebatur
7 ex conjecturis, & argumentis resultantibua,
presertim ex quo post obitum Francisci confectum
non fuerit à Diodono Bilancium, non
fuerint de dissoluta societate moniti correspon-
sales, venditæ non extiterint merces, neque
collecta, & exacta nomina debitorum,
neque restitutum hæredibus dicti Francisci
capitale, sed hæc, & similia argumenta non
satis ad rem concludere visa sunt, eo ipso,
quod singula congruis elisa remanebant re-
sponsionibus; nam quantum attinet ad bi-
8 lancium, occurrit in facto, quod jam illud
paulo ante Francisci obitum, & præcisè 28.
Maii 1700 confectum fuerat, approbave-
rantque illud tum Diodonus, tum idem
Franciscus, & ex hoc bilancio certa, ac liquida
ostendebatur portio, quæ ad dictum
Franciscum pertinebat. Unde ad societa-
tem dissolvendam non fuit necesse devenire
ad novum bilancium, si jam ex isto de proximo
facto inter socios status ejusdem socie-
tatis perfectè depræhendebatur, quod est
id, ad quod Bilancii confectio, & computo-
rum restrictio inter mercatores unicè tendit,
ad notata per *Genuam dec.176. n.4., & 22.*

9 Quantum verò attinet ad corresponsalium
monitionem, ea pariter habetur ex facto,
quia iis scriptæ fuerunt plures Epistolæ de-
nunciativæ obitus Francisci, & terminationis
societatis, quæ cum eo vigebat, & novi
negocii imposterum solo Diodoni nomine
inscribendi. Cujus quidem rei gestæ fru-
strà hodie dubitatio excitabatur ex parte
hæredum dicti Francisci, dum altera ex di-
ctis Epistolis Montiono conscriptis registrata
fuit proprio caractere ab uno ex iisdem hæ-
redibus natu majore in libro nuncupato --
copia lettere, ideòque non solum scivisse,
sed etiam approbasse videtur, quicquid in
ea continebatur, & sic negocii mutationem,
societatis disdictam, ex deductis per *Aretin.
cons.64. col.4. vers. non potest dicere
Roman. cons.323. vers. hæc scriptura, &
latè Mascard. de probat. concl.1200. nu.35.*

10 Non relevante, quod eædem Epistolæ non
ad omnes corresponsales missæ fuerint, quia
isti ex immutato negocii nomine rectè socie-
tatem dissolutam depræhendere valuerunt,
& depræhendisse dicendi sunt, dum impo-
sterum Diodoni tantum fidem, & non am-
plius sociorum in contractibus, & Epistolis
responsivis secuti sunt, *Bart. in leg. Patruus
n.5. in fin., & Bald. num.6. Cod. commun.
utriusque Jud. idem Bald. con.118. num.2.
lib.1.* cum relatis per *Rot. dec.68. n.7., & 8.
par.8. recen.*

11 Quo item ad merces, & nomina debito-
rum, inutile erat argumentum pro conti-
nuatione societatis deductum, ex quo illæ
venditæ, & hæc exacta non fuerint adim-
plendo mentem Testatoris jubentis id fieri
mediante prosecutione negocii -- *per stral-
cio* -- quia dum in bilancio, quod ut dictum
est paulo antea confectum extiterat, merces
valutatæ fuerant, & habita ratio de nomi-
nibus debitorum, non est de quo conque-
rantur Francisci hæredes, si ex parte hære-
dum Diodoni præstetur ipsis capitale con-
stitutum, tum ex dictis mercibus, tum ex
iisdem nominibus debitorum, cum porro
quoad ipsos idem sit, quod merces venditæ
fuerint, quodque fuerint exacta nomina
debitorum, ac quod de pretio mercium, &
portione earumdem debitorum creditores
efficiantur, semper enim in his terminis
suam integre portionem consequuntur, &
est illa, quæ ipsorum favore calculata fuit
in dicto bilancio, ideoque satis etiam est
12 executa mens Testatoris, qui jubendo ne-
gocium -- *per stralcio* -- continuari, id jussis-
se censetur, ut æqualitas portionum inter
Diodonum socium, & ejus hæredes serva-
retur, non vero, ut uno, vel altero potius
modo hoc sequeretur, *Card. de Luc. disc.45.
n.5. de fideic. Rot. dec.154. num.19. par.17.
recen.*

13 Omissa pariformiter restitutio capitalis,
& utilium ex societate retractorum ad in-
tentum non prodest; nam licet idem capita-
le debitum hæredibus Francisci remanserit
penès Diodonum Patruum; & socium con-
tinuantem exercere negocium, tamen non
ex quo pecunia, qua mediante nogocium
continuatum fuit esset communis, argui va-
let ad continuatam quoque societatem, sed
inspiciendum præcipuè est, an ex post par-
ticulari, vel sociali nomine contractum fue-
rit, *Bart. in l. Titium, & Mevium §. Altero
ff. de administ. Tutor. Cephal. cons.147.
n.13. Dec. cons.71. sub n.21. Decian. resp.
36. num 39. bon. me. Ansald. de Commerc.
disc.87. n.41. Rot. dec.56. n.13. par.14. rec.*
14 Ideoque per simplicem actum non factæ
restitutionis capitalis, ejusque dimissionis,
seu retentionis penes socium superstitem,
absque explicito novo consensu societatis
renovatio non censetur inducta, *Text. est in
l. socium qui in eo 60. ff. pro socio Menoch.
cons.121. num.80., & 83. Duard. de societ.
lib.1. cap.2. quæst 6. conc.3. n.19. Felic. eod.
tract. cap. ult. num.13. Michalor. de fratr.
cap.2a. num.19., & seqq. par.2.*, & cum aliis
*Gobb. cons.33. n.18., & Maneut. decis.47.
num.57.*

15 Tanto minus in præsenti themate, quo
competebat Diodono superstiti ex Testa-
mento Francisci defuncti Socii titulus Exe-
cutoris testamentarii, cui præfata retentio
capitalis referri potest, potius quam ad re-
novationem, vel continuationem Societatis,
ut ponderant *Cephal. d. cons.147. num.30.
Rot. dec.241. n.9. cor. Merl., & cum aliis*

in d.

in d. Baren. Societatis 4. *Maii* 1711. §. *Praeterea cor. bo. me. Kannitz*, & 2. *Mart.* 1714. §. *Sicut cor. Eminentiss. D. Card. Scotto*, maximè vero, dum ex eodem Testamento habebat Diodonus facultatem nepotum pecuias pro sui libito investiendi; ac de facto idem capitale retinuit, non uti socius, sed uti debitor illius cum suis fructibus ad rationem Cambiorum, ut infra latius ponderandum est.

16 At quemadmodum ex his remanent equivoca, & inutilia argumenta pro renovatione, vel continuatione societatis deducta, ita è contrario valde perstringentia sunt ea, quæ in oppositum militant pro dissolutione, & quæ etiam in paribus terminis prævalere deberent ob fomentum, quod recipiunt à regula juris, & voluntate Testatoris suadente eandem dissolutionem *Rot. dec.* 509. *n.* 19. *par.* 18. *recen. tom.* 2. Et quidem in pri-

17 mis non parum ponderatione dignum Domini putarunt Testatoris præceptum de dissolvenda societate, & factum ipsum Diodoni executoris ab eo deputati pro administranda sui hæreditate. Hic enim, ut mox dicebatur, secuto fratris obitu, tantum abfuit, quod continuare, vel renovare societatem intellexerit, ut imo illam habuerit pro dissoluta, constituendo ejus nepotes creditores portionis capitalis Societatis, sibi post eam dissolutam restitutæ cum fructibus ad rationem Cambiorum eodem modo, quo cum aliis exteris personis pro pecuniis ad cambium receptis facere consueverat, quod factum non solùm, quia gestum ab Executore, cui injuncta erat terminatio societatis, sed quia præcisè contrarium ipsi societati, in qua cadere non potest, quod pecuniæ dentur in creditum, vel debitum, quoad socios, prout darentur quoad cæteros creditores argumentum præstat satis validum societatis exclusivum, ut in terminis probant *Decian. cons.* 36. *n.* 36. *lib.* 1. *Dec. cons.* 21. *sub n.* 6., & *cum aliis Rota dec.* 228. *n.* 17. *cor. Priol.*; & sicut demonstrat non habuis-

18 se pro sociis ejus nepotes respectu dictæ portionis post obitum Francisci Consocii ipsi obventæ, ita parem animi sensum ostendit in reliquo capitali reperto in societate tem-

19 pore obitus ejusdem Francisci, ut pars a toto, & minus à majori regulari juxta deducta *in Ferrarien. bonorum*, *seu Emphyteusis* 26. *Junii* 1720. §. *Accedit cor. Me*.

20 Et ex Diodoni facto contrario totaliter cuicumque societatis renovationi, quod confirmatur etiam expressis ejus declarationibus tùm in Epistolis scriptis ejus correspondalibus, tum in contractibus successivè gestis, apertè quoque colligitur, quod illius utique consensus totaliter abfuit ab eadem societatis renovatione, & tamen ista non potuisset contigere sine novo utriusque partis, scilicet tum socii superstitis, tum hæredum socii defuncti consensu æque requisito in renovatione societatis, ac in ipsius constitutione, juxta ea quæ latè docent *Duard. de societ. lib.* 3. *cap.* 2. *qu.* 3. *n.* 20. *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 41. *n.* 4., & *seqq. Mantic. de tacit. lib.* 6. *n.* 6. *Capyc. latr. dec.* 189. *n.* 17., & *seq. lib.* 1. *Rota dec.* 169. *num.* 40.

21 *par.* 17. *rec.*, itaut cum etiam desit consensus dictorum hæredum, jam deficere videatur substantia suppositi hujus contractus, & res sit in terminis, in quibus ulterioribus non indigeat argumentis.

22 Nec vero dissensus eorumdem hæredum quærendum est aliunde, quam ex ipsorum facto. Siquidem habemus, quod non solum unus ex eis, ut supra dictum est §. *Quantum* registravit suo caractere in libro - *Copia lettere* -- Epistolam nunciativam dissolutæ Societatis, & novi negocii, scriptam nomine Patrui ejus correspondali, sed etiam quod omnes insimul, sub anno 1719. fassi sunt non quidem sese esse socios cum Diodono, sed creditores illius pro capitalibus, & fructibus cambiorum, exigendo certam pecuniarum quantitatem in eum titulum -- *In conto de' nostri Capitali in mano di detto Signor Diodono, ò in conto del cambio sopra detti no-*

23 *stri Capitali* &c. En igitur, quod concurrit etiam respectu ipsorum positivus dissensus à renovanda Societate, qui etiam ex facto ipsorum subsecuto optime declaratur, ut firmat *Rot. dicta dec.* 169. *n.* 45., & *seq. par.* 17. *recen.*

24 Confirmatur defectus consensus utriusque partis in renovanda Societate, & imo ostenditur è contrario volita dissolutio illius ex aliis quoque validissimis argumentis præsertim resultantibus, tum ex quo fuit statim secuto Francisci obitu immutata librorum negocii intitulatio, adhibitumque nomen solius Diodoni, idque solvere, ac videre sub eorum oculis Francisci hæredes, & acquieverunt, & de cætero nunquam censeri potest

25 renovata Societas respectu illius, cujus nomen expressum non sit in inscriptione librorum, *Decian. cons.* 21. *n.* 6. *lib.* 1. *Duard. de Societ lib.* 1. *cap.* 2. *qu.* 6. *n.* 24. & *Michalor. de fratr. par.* 2. *cap.* 44. *n.* 11., & 3. Quia

26 ex tali inscriptione datur intelligi non sociali, sed proprio particulari nomine contractum fuisse *Michalor. loc. cit. n.* 4. *Rot. decis.* 40. *n.* 5. *cor. fan. mem. Alex. VIII. decis.* 68. *n.* 7. *par.* 18., & *dec.* 56. *nu.* 1. *par.* 14. *recen.*, tum ex quo etiam de facto Diodonus

27 scientibus pariter iisdem hæredibus Francisci hodiernis Contradictoribus proprio tantum nomine, tàm activè quàm passivè contraxit, ac negociatus est, adhibito quoque discretivo agendi modo in rebus provenientibus à Societate per Francisci obitum extincta, ac in aliis pertinentibus ad negocium suæ novæ rationis, & hæc negociatio suo tantum nomine gesta, est superlativum argumentum cuicumque Societati contrarium, *Text. in l. itaq;* 64. *ff. pro Socio*, & *l. Titium*, & *Mevium* 47. §. *Altero ff. de administ. Tutor. Mantic. de tacit. lib.* 9. *tit.* 23. *n.* 29. *Felic. de Societ. cap.* 35. *n.* 2., & *prosequitur Michalor. de fratr. ubi supra*, & *firmat Rot.*

Rot. dec.228. n.2. cor. Priol., & *dec.233. num 6.par.15. rec.*

28. Sicut autem defuit voluntas in renovanda sæpèdicta Societate, ita non minus etiam defuit potestas ex duplici circumstantia; prima quidem, quia non solum Franciscus demandaverat in suo Testamento terminationem ejusdem Societatis, sed etiam disposuerat portionem recolligendam ex eadem terminata Societate investiri in stabilibus cum prohibitione alienandi, & cum fideicommisso favore filiorum ejus hæredum, ex quibus prohibitione, & fideicommisso oritur, quod cum in renovanda Societate non potuissent eorum bona dicti hæredes obligare, & sic se supponere damno, non potuerint idcircò eandem renovationem Societatis

29 obire, quæ utpote contractus, ultrò citroque obligatorius non potest subsistere fine pari inter socios communicatione, & participatione, tam lucri, tam damni ad *Text. in l.1. Cod. pro socio l. si societatem*, & *l. si quis societatem ff. eod. Felic. de societ. cap.7. num.1.*, & ideò totaliter respuit, ut aliquis ex sociis sit in propriis bonis immunis, & incolumis ab omni periculo *Rot. dec.291. n.9. cor. sa. me. Innoc. X.*, & *decis 66. n.5. post Torr. de pact. fut. succes.* Secunda æquè gravis ea est, quod inter hæredes Francisci ade-

30 rat unus ex eis constitutus in ætate minori, propter quam, sicut non potuisset ipse nisi servatis solemnitatibus ullam Societatem inire, neque explicitè, neque tacite, ita nec potuit cum eo Societas jam dissoluta sine iisdem solemnitatibus renovari, in modum, ut talis renovatio tanto fortius in hisce terminis excludatur, *Felic. dicto tract. cap.3. n.29 Michalor. de fratr. d. cap 44. num.13. Mans. consul.54. n.35. Palm. nep. alleg 28. n.20.*, & *30. Consti. ad Stat. Urb. annot.21. n.35. Rot. dec 647. n 4.*, & *seq cor. Burat. dec.345. n.11. cor. Cels.*, & *dec.129. n.22. par.19. rec.*

31 His igitur concurrentibus in renovatæ, vel continuatæ Societatis exclusionem, utique Francisci hæredes ex capitalis retentione penes Diodonum, non quidem participationem commodi, & lucri in negocio successivè per Diodonum exercito prætendere poterunt, sed unicè ipsis actio competet ad interesse, ad hoc ut consequantur idem capitale (ut in laudo definitum fuit) una cum fructibus sibi debitis ob neglectum à Diodono investimentum in stabilibus fructiferis, juxta dicti Francisci Testatoris dispositionem ad *Text. in l. Titium*, & *Mevium §. Altero ff. de administr. Tutor*, & *ex deductis per Petr. de Ubald. de duobus fatr. par.11. n.25. Cephal. consf.147. n.23. egregie Michalor. de fratr. par.2, cap 42. n.21. Rot. d dec.129. n.24. par.10. recen.* ad quos sane fructus ultrà capitalis præstationem teneri Diodonum, etiam illius hæredes non impugnabant.

Et ita una mecum omnibus Dominis suffragium ferentibus responsum fuit, utraque &c.

REATINA PRIMOGENITURÆ DE NOBILIBUS.

Lunæ 9. Junii 1721.

ARGUMENTUM.

Masculum descendentem ex fæmina ultimi gravati venire ad successionem primogenialem ad formam conditæ dispositionis, quibuscumque de diversis lineis, diversi quæstipitibus descendentibus posthabitis. præsens firmat decisio; præsertim quando Testator per ampla verba collectiva, & generalia; nec non etiam ex proprietate sermonis etiã fæminas includendi capaci loquutus est.

SUMMARIUM.

1 *Masculus etiam de fæmina dicitur comprehensus sub verbis* -- Substituit primogenitum liberum, & descendentem masculum legitimum, & naturalem; & quare?

2 *Vocatio filii*, & *descendentis masculi comprehendit etiam masculum de fæmina.*

3 *Amplia, quando pars conditionalis precedit postremam consanguineorum substitutionem, nec non filii*, & *descendentes primogeniti in infinitum sunt positi in conditione.* & n.4.

4 *Masculus descendens per feminas intelligitur vocatus sub appellatione masculorum, præsertim si Testator loquutus sit per ampliora verba collectiva*, & *generalia ex proprietate sermonis etiam fæminas includendi capacia.*

5 *Descendentes ex femina dicuntur cognati.*

6 *Masculi descendentes ex fæmina ne sub appellatione descendentium masculorum vocati dicantur, requiritur, quod Testator per verba eorum comprehentionis incapacia sit loquutus.*

7 *Prærogativa lineæ, præsertim in primogenialibus successionibus servatur, nec ad aliam permittitur transitus, nisi linea admissa penitus evacuata*, & *extincta*; amplia ut in num. seq.

8 *Proximitas gravati de jure attendenda semper est, præsertim si mens Testatoris concurrat.*

9 *Amplia in concursu contradictoris longè remotioris, tam respectu gravantis, quam gravati*, & *de linea à Testatore nullimodè vocata.*

10 *Cognati originem trahentes à Testatore per medium fæmina dicuntur etiam vocati ex verborum latitudine, si Testator dixerit* se condere fideicommissum in filios liberos, & descendentes masculos, & velle bona in familia sui conservari.

11 *Cognati præcedenter invitati ex dispositione Testatoris ad successionem non censentur exclusi, ex quo in subsequenti parte Testamenti usus esset verbis agnationem*, & *masculinam tantum successionem denotantibus*, & vide rationem.

12 *Amplia, si de tempore conditi testamenti agnati masculi fuissent cogniti ipsi Testatori*, & *nihilominus ad cognatos respectum habuisset post primam substitutionem factam.*

13 *Vo-*

13 *Voluntas clara, & expressa Testatoris attendenda est, nec quærendum quare sic iste voluerit per subtiles interpretationes*; amplia ut in n. 19. & 24.

14 *Verba* de uno in alium *præsupposita capacitate litteræ ad compræhendendos masculos ex femina, non importaut, nisi designationem ordinis primogenialis inter personas præcedenter vocatas.*

15 *Amplia, quando repetita apparent à Testatore etiam in substitutione cognatorum.*

16 *Verba* de uno in alium *à Testatore prolata in substitutione cognatorum non important rigorosam masculorum admissionem, tam ex parte generantis, quàm generati*; amplia us in n. 18.

17 *Masculus ex fæmina non dicitur exclusus ex quo Testator voluisset subingressum filii vocati in locam Patris, quod non videretur verificabile in masculo ex femina, quando Testator respexisset ad casum quo filio vocando opus esset subingredi in locum Patris, ut fideicommissum assequeretur.*

19 *Ordo succendi non consideratur favore masculi ex fratre Testatoris agnationem conservantis, quando ab isto consideratus apparet in casu remoto, in defectum masculorum ex femina*; intellige ut in num. sequenti.

21 *Hæres ultimus possidens titulo hæreditario adversus fideicommissarium immissionem petentem debet ostendere, vel fideicommissum expirasse, vel successionem sibi & isti debitam esse.*

22 *Agnati, & cognati veniunt sub nomine consanguineorum.*

23 *Consanguineus non requiritur, quod sit ex utroque parente copulativè Testatori coniunctus, sed sat est disiunctivè, vel ex Patre, vel ex Matre, ut ad agnati exclusionem in casum remotissimum substituti, vocatus intelligatur.*

24 *Vocatus expressè à Testatore præferendus est alteri, cuius vocatio altiorem requireret indaginem.*

25 *Malum ius unius ex litigantibus eo magis fit clarius, quando alter post passam sententiam liti cessisset.*

DECISIO MCCXLVII.

SUccessionem in primogenitura condita per Joannem Baptistam de Nobilibus, quam uti masculus descendens à Joanne Baptista juniore primo hærede instituto petiit D. Octavius de Vecchiarellis contra D. Angelum de Vitelleschis illius possessorem, denegavit eidem Octavio per sententiam absolutoriam Angeli ab impetitis Judex ab A. C. in prima instantia deputatus. Delata verò causę cognitione ad nostrum Auditorium, licèt eidem sensui conformis prodierit resolutio sub die 26. Aprilis 1717. coram Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten., subindè tamen ad suffragium ferendum adscitis *omnibus Dominis* prævaluit opinio favorabilis actori pro immissione ei concedenda, juxta decisionem coram eodem editam 19. Junii 1719., quam geminæ aliæ confirmatoriæ subsecutæ sunt sub diebus 19. Januarii & 7. Junii 1720., ac tandem ad earum formam lata fuit sententia Rotalis. A qua cum appellasset Angelus, & Commissio mihi directa extitisset sub duplici inspectione, causa rediit ad trutinam, altera nempe respiciente bonorum identitatem, aliasque facti exceptiones per eundem appellantem propositas in particulari dubio, cujus resolutio non prodiit ob suffragiorum scissuram rescribentibus Dominis *Iterum proponatur*. Altera quæ versabatur in repetitis objectionibus circa Octavii Actoris vocationem ad controversam primogenituram, quibus sub congruo dubio examinatis, & justitiam præcedentia sententiæ, quæ impugnabatur, non obumbrare compertis, responsum fuit -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam.*

1 Vocatio enim sæpedicti Actoris masculi
descendentis ex Joanne Baptista primo hærede instituto deprehendebatur ex Testamentaria dispositione, in qua ordinata fuit controversa primogenitura. Siquidem Testator postquam sibi nominavit hæredem filium primogenitum nasciturum ex Antonio filio (qualis fuit D. Joannes Baptista) *eidem substituit primogenitum liberum, & descendentem masculum legitimum, & naturalem, dictique sui hæredis præfati filii, equidem filium, liberum, & descendentem masculum, & naturalem de uno in alium usque in infinitum, & invicem, ac reciprocè &c.*, undè cum Joannes Baptista reliquerit unicam filiam Helenam, ex eaque progenitus fuerit Bartholomeus Vecchiarellius, qui hanc litem promovit, & ex eo Octavius, qui hodie agit, utique ejus vocatio continetur sub repetitis,
2 illis verbis, *filium liberum, & descendentem masculum*, quæ non solùm masculum descendentem ex masculo, sed etiam masculum descendentem ex fæmina compræhendunt ex famigerato *Fulgos. cons. 85.*, de quo plenè *Rot. præter deduct. in decis. diei 19. Jun. 1719. § 2. cor. Rmo P. D. Archiepiscopo Ravennaten. in Camerinen. fideicommissi, seu Primogeniturę 11. Maii 1703. §. Præterquam quod cor bo. mem.* Molin., *& in Bononien. Primogenituræ de Cultellis 19. Junii 1716 §. Retenta cor. R. P. D. meo Cerro.*

3 Fortiùs attenta parte condisionali præcedente postremam consanguineorum substitutionem, ex qua si non originaria vocatio ejusdem Octavii, saltem certior declaratio ejusdem compræhensionis sub dispositiva deprehendebatur, iuxta plenè firmata *in Romana Immissionis 27. Januarii proximè præteriti §. His autem, & per totam R. P. D. meo Rònault de Gamaches*, in ea sane idem Testator redeundo iterum ad personam filii primogeniti Antonii per eum instituti, posuit pariter in conditione filios liberos, & descendentes in infinitum ejusdem primogeniti iis verbis -- *si futuris temporibus accederet casus &c. quod omnes filii liberi*,

&

& descendentes dicti D. Antonii ejusdem D. Testatoris filii, & hæredis prædicti, necnon & ipse ac præfati sui filii liberi, & descendentes in infinitum morerentur, & mori contigerit, ita quod ex eisdem, & unoquoque ipsorum ulli quandocumque non extarent filii liberi, & descendentes masculi legitimi, & naturales, tunc & eo casu &c., ex quibus
4 magis affreuata deprehenditur voluntas Testatoris admittendi ad successionem etiam masculos descendentes per fæminas à Joanne Baptista ejus hærede, dum locutus est per ampliora collectiva, & generalia verba, ut sunt illa *omnes filii liberi, & descendentes*, & alia -- *ulli quandocumque non extarent filii liberi, & descendentes masculi*, quæ semper capacia sunt masculos ex fœmina ex proprietate sermonis includere, ut consimiliter firmat *Rot. in Aquipenden. seu Montis Falisci fideicommissi* 11. *Maii* 1705. §. *Tertium & seq. cor. clar. mem. Card. Caprara, in Bononien. fideicommissi de Floscheriis* 30. *Aprilis* 1717. §. *Inter personas cor. R. P. D. meo Herrera*, & alibi passim.

Absque eo quod huius regulæ limitationi locus esset, vel ex quo Testator de masculis tantùm ex masculis, & pollentes qualitate masculinitatis ex parte generantis, & generati intellexisse videatur, vel quia concurrente voto propriam agnationem conservandi de solis masculis pariter agnatis in prædictis Testamenti locis veniat interpretanda
5 ejusdem Testatoris voluntas, non verò etiam de Cognatis, quales sunt descendentes ex fæminis, juxta plenè deducta *in Romana Primogenituræ de Bubalo* 4. *Junii* 1717. §. *Dixerunt*, & 9. *Maii* 1718. §. *Quantum itaque cor. Me.*

6 Utrumque enim assumptum plenè confutatum fuit in decisionibus præcedentis instantiæ coram Reverendissimo Ravennaten., & summa quidem ratione, quia non solùm deducebatur ex conjecturis, & illationibus non satis concludentibus, & perstringentibus, è conspectu signanter aliarum, quæ in exclusionem prælatæ strictæ masculinitatis, & voti agnatitii concurrebant, quando ceteroquin ob assistentiam regulæ, masculis descendentibus ex fæminis, ponere debuissent in claris sine capacitate diversi sensus mentem Testatoris, ex firmatis *dec.* 22. *n.* 4. penes *Balducc. ad Ramon. dec.* 11. *n.* 7. *ad ornat.*, *Card. de Luc. de fideicom. tom.* 2., & *in Perusina fideicommissi* 20. *Februarii* 1713. §. *Ulteriusque cor. R. P. D. meo Falconerio*
7 *Almæ Urbis Gubernatore.* Verùm etiam quia allegatur ad excludendum masculum de linea primi vocati, & instituti; ideoque cæteris omnibus prædilecti à Testatore, cujus favore militat etiam regula, quòd in primogeniaibus, præsertim successionibus servetur prærogativa lineæ, nec permittatur transitus ad aliam lineam; nisi penitus extincta, & evacuata linea admissa, *decis.* 17. *n.* 137. penes *Torr. de majorat. Ital. p.* 3. *in Bononien Primogenituræ de Cultellis* 29. *Januarii* 1714. §. *Hactenus coram R. P. D. meo Falconerio*, & 17. *Junii* 1718. §. *At nihilominus coram eodem Rmo P. D. Crispo*,
8 multoque magis concurrente quoque ejus proximioritate erga gravatum, quæ non solùm de jure semper attendenda est, sed eo fortius ex voluntate ipsa Testatoris satis pandita per modum regulæ iis verbis -- *data gradus paritate intelligi debere de proximitate respectu gravati, non autem ipsius D.*
9 *Testatoris* -- præsertim in concursu contradictoris longè remotioris respectu utriusque, imo de linea licèt eidem cognita à Testatore nullo modo vocata ex iis quæ arguit *Rota in Perusina fideicommissi* 7. *Junii* 1716. §. *Limitatio* & §. *Quod si* & *in Romana fideicommissi R. P. D. Pauli de Alveris* 27. *Aprilis* 1717. §. *Iterum cor. R. P. D. meo Cerro.*

10 Et sanè si votum conservandæ agnationis erui prætendebatur ex proemiali parte Testamenti, cuius verba referuntur in decisione præcedentis instantiæ 19. Junii 1719. coram Reverendissimo Crispo occurrebat porro, quod *Agnatorum* mentio ibi habita à Testatore, nequaquam ad substitutos, aut vocatos referebatur, sed tantum ad ejus ascendentes ad exprimendam provenientiam alicujus partis bonorum, quæ possidebat, ibidemque dictus Testator repetiit condere fideicommissum in *filios liberos, & descendentes masculos*, & velle bona in ipsa *familia* sua conservare, quarum expressionum & verborum latitudo ea est, ut non agnatos dumtaxat per continuatam masculorum seriem designent, sed etiam cognatos originem habentes à Testatore per medium fœminæ, ut explicat *Rota in Auximana Jurispatronatus* 9. *Maii* 1701. §. *Non obstante cor. bo. mem. Muto, in Carpentoraten. Donationis* 4. *Februarii* 1709. §. *Absque eo quod coram bon. mem. Molines*, & *in Bononien. fideicommissi Annibalis de Elephantutiis* 25. *Junii* 1708. §. *Hisque cor. bon. mem. Ansaldo.*

Si verò illud adstruebatur ex aliquibus
11 Testamenti partibus post ejus §. 23., in quibus verè, & realiter idem Testator pluries adhibuit nomen *familiæ, & agnationis successionis masculinæ*, & etiam *familiæ præfatæ de Nobilibus*, ut latè eodem modo exponit *decisio* 19. *Junii* 1719. §. 6. *cor. Rmo Ravennaten.*, utique in exclusionem cujusvis contrarii argumenti ponderare sufficit, quod jam præcedenter in §. 19. suæ dispositionis invitaverat ad successionem genus cognatitium, descendentes scilicet tum ex Virginia filia, tum ex Maria, & ex Septimia suis Sororibus; In quibus terminis quæcumque expressio successivè facta de agnatione, de familia, cum suo cognomento, & similibus, nequaquam congruit agnationi formali Testatoris, sed illiæ artificiali, & fictitiæ, quam jam ille in descendentibus ex fœminis renovandam præmeditatus fuerat *Tor. de major. Ital. par.* 1. *cap.* 28. *num.* 68.

&

& 493. cum ſeqq. Rota in Aquipenden., ſeu Montis Faliſci fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Minus coram cl. me. Card. Caprara in Peruſina fideicommiſſi 8. Aprilis 1715. §. Quod procedit cor. R.P.D. meo Falconerio, & in Bononien. fideicom. de Foſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Onus denique coram
12 *R.P.D. meo Herrera*. Maximè quia eo
ipſo tempore conditi Teſtamenti aderant, erantque cogniti Teſtatori maſculi Agnati à quibus deſcendit Angelus Vitelleſchus, & tamen poſt primam ſubſtitutionem factam de deſcendentibus ex primogenito Antonii ſui filii, Teſtator ad Cognatos ſe vertit, unde expreſſe eoſdem Cognatos, prætulit ipſis Agnatis, ut perpendit *deciſio 19 Junii 1719. §. 8. præcedentis inſtantiæ cor. Rmo P.D. Criſpo*. Nec eſt, cur per ſub-
13 tiles interpretationes quærere debeamus
ex qua ratione dictam Cognatorum ſubſtitutionem reſpectu filiorum Virginiæ ejuſque deſcendentium maſculorum, & reſpectu pariter maſculorum deſcendentium ex Sororibus Teſtator ſcribere intellexerit. Quia ſatis eſſe debet, quod eam Teſtator utique ſcripſerit, ut exinde Cognatorum vocationem ab eo expreſſe volitam amplius dubitare non valeamus, ad *Text. in §. diſponat Auth. de Nupt.*

Eodem modo non ſatis probatur ex parte
14 Angeli Rei conventi, quod volita fuerit
ſucceſſio de Maſculo in Maſculum cum qualitate maſculinitatis tam in generante, quam in generato. Quamquam enim ad hujuſmodi effectum reputerentur plura argumenta ducta tum ex eo quod Teſtator uſus fuerit clauſula illa -- *de uno in alium* -- addideritque regulandum eſſe modum ſuccedendi *ſervata gradus prærogativa ita tamen, quod filius intret in locum Patris reſpectu aſcendentis loco Patris* diſtinctè tamen agendo quoad clauſulam prædictam *de uno in alium* præſuppoſita capacitate literæ ad comprehendendos maſculos deſcendentes ex fœmina, & ſuppoſita expreſſa illorum excluſione, nil aliud ex præſumpta Teſtatoris voluntate importare valet, quam deſignationem Ordinis primogenialis, tam in ingreſſu, quam in progreſſu ſucceſſionis ad excluſionem cujuſvis ſimultaneæ plurium admiſſionis, ex firmatis *dec. 91. n. 2., & ſeq. cor. Ubago, & in Aquipenden., ſeu Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Et hinc coram clar. mem. Cardinali Caprara*.
15 Signanter, quia repetita fuit à Teſtatore
etiam in ſubſtitutione Cognatorum, in qui-
16 bus effectum rigoroſæ admiſſionis maſcu-
lorum ex parte generantis, & generati operari non poterat, ut advertit *dec. 19. Junii 1719. §. 15., & confirmatoria 7. Junii 1720. coram Reverendiſſimo Archiepiſcopo Ravennaten.*

Quo item ad volitum ſubingreſſum filio-
17 rum in locum Patris, qui utique videtur
non poſſe verificari in Maſculo ex Fœmina, ceſſat difficultas advertendo, quod in hujuſmodi declaratione Teſtator habuit præ oculis eum caſum, quo filius ad effectum aſſequendi primogenialem ſucceſſionem opus haberet ſubingredi locum Patris, ne propter qualitatem gradus remotioris, qua in ſervanda gradus prærogativa eum valuiſſet reddere inhabilem ad ſuccedendum, arceretur à ſucceſſione, ideoque eam obtinere poſſet mutuando ex vi dictæ Clauſulæ proximioritatem à perſona Patris, ut latius dictum fuit in *deciſione 19. Iunii 1719. §. 14. coram Rmo P. D. Criſpo*. Et omnis inter-
18 pretatio reſpectu quoque horum verbo-
rum capienda eſt, quæ non reſtringat ſucceſſionem ad maſculos ex maſculis, quia prædicta Clauſula appoſita tantum legitur à Teſtatore poſt vocatos Cognatos deſcendentes ex Fœminis, in quibus jam ſcire debebat talem maſculinitatem in generante, & generato nequaquam verificari poſſe, ut proſequitur allegata deciſio præcedentis inſtantiæ §. 15. *cor. Rmo Ravennaten.*

Nec verò dici poteſt, quod ſi maſculi de-
19 ſcendentes ex Fœminis ſubſtituti dici de-
bent in controverſa Primogenitura ſub vocatione filiorum, liberorum, & deſcendentium Joannis Baptiſtæ heredis inſtituti, iſti maſculi cognati prælationem obtinere valuiſſent in concurſu Agnatorum deſcendentium ex Angelo, & vocatorum in ſubſequenti immediata ſubſtitutione, quod videtur repugnare rectæ diſponendi methodo cum ſolita prælatione Agnatorum, antequam tranſitus fiat ad Cognatos. Teſtator enim ſatis ſuperque ſeſe expreſſit, quod caſum ſucceſſionis deſcendentium maſculorum ex Angelo ejus fratre habebat pro totaliter remoto, & quaſi deſperato, dum vocationem illorum tranſtulit ad tempus deficientiæ maſculorum dicti Joannis Baptiſtæ; & eos voluit eſſe deſcendentes maſculos, & filios à dicto Angelo ex alia uxore ſuſcipiendos præterquam Paula, cum qua tunc Uxoratus reperiebatur, unde iſta ſubſtitutio adeo erat qualificata, ut vix unquam dari poſſet ejus purificatio, nec mirum igitur ſi Teſta-
20 tor non curavit de prælatione maſculorum
deſcendentium ex Fœminis Joannis Baptiſtæ primi Inſtituti reſpectu agnatorum, qui contineri poterant in dicta ſubſtitutione, ſicque ſtatim digreſſus eſt ad aliam Cognatorum vocationem ex Virginia, aliiſque Fœminis ejus familiæ, quæ ſicut purificari faciliùs valuiſſet, ita æquum non eſt, ut admittatur etiam in excluſionem deſcendentium ex Joanne Baptiſta primo Inſtituto, qui per admiſſionem deſcendentium Angeli etiam à deſcendentibus Virginiæ, aliarumque Fœminarum remanſiſſet excluſus, ut præciſè confutando hujuſmodi objectionem reſpondit *dec. 7. Junii 1720. §. Minuſq; cor. eod. Rmo P.D. Criſpo*.

Minuſque opus fuit deſcendere ad rejectionem aliarum objectionum, quæ cumulabantur, vel ex veriſimili volita agnatione ob expreſſionem, quod bona, quæ cade-

bant in Primogenitura instituta erant agna-
tioni quasi omni jure debita, vel ex decla-
ratione prędicti Angeli Testatoris fratris,
qui asseruit in suo Testamento prædefun-
ctum ejus fratrem fecisse Primogenituram
pro conservatione agnationis, vel ex non
expresè injuncto onere assumendi cogno-
men, & arma descendentibus Joannis Ba-
ptistæ primi hæredis: Quippe quia distinctè
hæc, & similia argumenta diluuntur in prę-
cedentibus causæ decisionibus, itaut de
singulis agere fuisset progredi ad inutilem
repetitionem. Id verò unicè prætermitten-
e1 dum non erat, quod ad hodiernum posses-
sorem bona primogenialia devoluta sunt
ex persona Andreæ ultimi possessoris, &
Fratris Joannis Baptistæ primi hæredis in-
stituti titulo merè hæreditario, itaut cum
non impugnet super hiis plusquam certe
fuisse constitutam Primogenituram, osten-
dere debeat, vel eam expirasse, vel in il-
lius successione sese impedimento esse
Octavio Actori, quin successio istius favore
purificata sit.

Porrò expirationem Primogenituræ nus-
quam allegata fuit: Impedimentum autem
purificationis vocationis Octavii frustra de-
promi contendebat Vitelleschus ex substi-
tutione *Consanguinei ex utroque Parente*
de qua in §.20. Testamentariæ dispositionis,
quia optimè firmarunt præcedentes deci-
siones sub eadem dispositione venire dictum
22 Octavium, cum nomen Consanguinei ęquè
Agnatos, quam Cognatos comprehendat,
ad *Tex. in l.1. §. Penult. ff. de suis legit.
hæred, Rot. dec.156. nu.3. par.13. rec., &
in Carpentoraten. Donationis* 18. *Junii*
1706. §. *Nec dictum cor. bo.mem. Molines*,
non obstantibus illis verbis *ex utroque* Pa-
23 rente, utpotè quæ ob verosimilem dispo-
nentis voluntatem respicientem in ista sub-
stitutione remotissimum casum, & tempus,
non copulativè essent intelligenda, sed di-
sjunctivè ex Patre scilicet, vel Matre. Et
ulterius illa substitutio concepta fuit sub
conditione deficientię *filiorum, liberorum,
& descendentium masculorum* ex Joanne
Baptista primo Instituto, itaut existente
Octavio compræhenso sub hujusmodi ex-
pressione, & vocatione descendentium Ma-
sculorum dicti Joannis Baptistæ, nullo mo-
do dici possit factus locus substitutioni sub
eadem conditione conceptæ ad *Text. in l.
unica §. Sin. autem C. de caduc. tollen.* cum
aliis plenè adductis *in Romana Immissionis*
27. *Ianuarii currentis anni* §.2. *cor. R. P. D.
meo Rovault de Gamaches*, ideoque illius
24 indago cæteroquin non favens Vitellescho,
adhuc superflua remanet, dum adest Per-
sona (nempè Octavius Actor) quæ se vo-
catam ostendit in longè anteriori parte
dispositionis ad *Tex. in l.3., & l. Quamdiù
68. ff. de acquir. hæred. Rot. dec.151. sub
n.1. par.13. rec.* cum aliis relat. *in dec. diei
19. Iunii* 1719. §. *Neque verò cor. Rmo P. D.
Crispo*.

Hęc omnia eo facilius hodie procede-
25 bant, quia alter ex Contradictoribus
Octavii, nempe Tanus, qui non ex prima
substitutione descendentium Masculorum
Joannis Baptistæ, vocationem desumendam
contendebat, sed ex parte tantum condi-
tionali, vel ex vocatione Consanguinei,
qua etiam se inclusum sustinebat, à lite re-
cessit post passam contrariam sententiam in
pręcedenti Instantia.

Et ita relativè ad tres memoratas decisio-
nes Reverendissimi P. Dom. Archiepiscopi
Ravennatensis responsum fuit omnibus Do-
minis suffragium ferentibus, & utraque &c.

ABULEN. DECIMARUM.

Veneris 13. *Junii* 1721.

ARGUMENTUM.

Decimæ mixtæ ex animalium fœtibus Parocho persolvendæ illam sequuntur Parochiam, in qua illorum Domini degunt, eademque apud sese retinent; neque est in contrahentium libertate juri Parocho quæsitum, per eorumdem adsportationem de uno ad alium locum, ob pactum speciale inter eos initum præjudicium inferre.

Donatio veram dominii translationem super re donata in donatarium transfert, ex quibus autem donatio dicatur perfecta, præsens designat.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non datur adversus sententiam validam, & justam.*

2 *Onus præstandi decimas ex animalibus transit cum dominio eorumdem*; Amplia, ut ni num.3., & 11.

3 *Consuetudo localis in materia solutionis decimarum semper est attendenda*, & num.19.

4 *Donatio de sui natura ex donantis patrimonio rei donatæ dominium evellit, illudque in donatarium transfert.*

5 *Donatio ex quibus verbis depræhendatur.*

6 *Donatio dicitur completa, & actus perfectus, ex quo donans dixisset, ut respectu rei donatę ipse pro mortuo habendus esset, & donatarius in sui locum subrogatus.* Amplia, ut in n.7.

7 *Donator dicitur à se abdicasse dominium super re donata, illudque in donatarium transtulisse, eo ipso, quod sibi congruam alimentariam à donatario persolvendam reservasset,*

8 *Donator ex quo de bonis donatis administrationem in donatariorum pupillorum patrem transtulerit, dicitur intellexisse donationem favore istorum explere, & eisdem de administratore consulere, non verò donasse patri.*

9 *Amplia, si donator se obligasset numquam impugnare quidquid administrator fuisset operaturus durante donatariorum minoritate.*

10 *Donator, & donatarius post perfectum actum donationis completæ non possunt*

in

in præjudicium tertii, cui ex tali donatione jus fuisset quæsitum, emittere declarationem illius destructivam, & genere actum donationi contrarium.

12 *Amplia, quando talis declaratio fuisset emissa post motam litem ad instantiam tertii, qui se læsum ex illa sentiret.*

13 *Jus exigendi decimas, sicuti ex juris sanctione descendit, ob id ex libito, & verbis contrahentium regulam non desumit, neque ex istorum contractu lædi potest.*

14 *Causa donandi non læditur ex pacto favore tertii stipulato, & non adimpleto, cujus interesse sit mere secundarium; secus si tale pactum stet favore donantis*, & vide casum.

15 *Amplia si tale pactum non sit munitum ulla clausula totius contractus resolutiva.*

16 *Decimæ prędiales illi pręstandæ sunt Ecclesię, intra cujus limites prędia sita stent;* Amplia ut in n.18., & 20.

17 *Decimę ex fętibus animalium, & gregę debitę, dicuntur mixtę.*

21 *Donatio non irritatur ex capite nullitatis quando non est universalis, & donanti, ultra bona donata, alia supersunt, & remanent.*

DECISIO MCCXLVIII.

PRæveniens Didacus de Sant'Iago casum futuræ successionis, quam deferri debere universalitèr intendebat ad ejus ex Filia prædefuncta Nepotes, consignavit istis, ac cessit, dum adhuc viveret, & pro iis Joanni Teran eorum Patri, & Administratori Armentum, & Gregem, omnlaque Animalia, quę in magno numero supra 20460. capita possidebat cum amplissima cessione quorumcumque jurium, tam respectu eorundem Animalium, quam filiorum, & cum Nepotum subrogatione ipsius cedentis loco, quasi quod mortuus extitisset, reservatis sibi tantum quoad viveret congruis alimentis. Voluit autem, quod ex hujusmodi Donatione nullum infertetur præjudicium Parochiæ S.Petri, in qua ipse degebat, & cui solverat en usque Decimas, super Jure Decimas prædictas exigendi.

Hinc statim orta fuit controversia inter Parochum præfatæ Ecclesiæ S Petri, ac Parochum alterius Ecclesiæ S.Andreę, cui subsunt Donatarii, super pertinentia earumdem Decimarum, prodiitque primum Judicatum favore Parochię S. Petri à Provisore Abulen. quod tamen fuit successivè in duplici Instantia revocatum, tum à Judice Metropolitano, tum à Vicario Salamantino per Breve in partibus deputato, cum declaratione, quod hujusmodi Decimę deberentur Parochię S.Andreæ. Ab his duabus sententiis appellarunt Parochus S.Petri, aliique interesse cum eo habentes super Decimis controversis ad nostrum Tribunal; sed tempore debito acta in pręcedentibus instantiis facta transportare neglexerunt, unde suborta extitit res judicata, & idcirco reassumpta prosecutione Causę coram Me, datum fuit dubium -- *An constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum* -- cumque illud proposuerim in hodierna Audientia, responsum accepi -- *Constare de re judicata* -- quę non solùm ex omissa actorum transportatione resultabat, & ex neglecta prosecutione appellationis ab anno 1716. quo ultima sen-
1 tentia lata fuit, sed etiam ex validitate, & justitia ejusdem sententiæ, quæ sicut excludunt quamcumque lęsionem, ita rem judicatam fortiùs inducunt, & impediunt, nè sit locus petitę in integrum restitutioni, juxta firmata in hisce terminis Decimarum in *Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos* 23.*Martii* 1699. §.*Quoniam cor. bo. mem. Ansaldo, & Pampilonen. Decimarum* 11.*Maii* 1703. §.*Etenim côram bon.memor. Muto.*

Validitas sanè non erat in controversia:
2 Justitia verò ex eo promanare visa est, quod quemadmodum solvebantur Decimæ controversę à Didaco de Sant'Iago, dum Animalia, quorum ratione debentur, erant in illius dominio, Ecclesiæ S. Petri ejus Parochiæ, sic translato per donationem dominio in ejusdem Didaci Nepotes, debitę omninò sunt Ecclesiæ S. Andreę Parochię dictorum Nepotum, in quos cum dominio Animalium transiit onus præstandi Decimas Ecclesiæ Parochiali à Possessore bonorum decimabilium de jure debitas, *Text. in cap.In Terris cap. dilecti, & cap. tua nobis de Decimis, Rebuff. eodem tract. qu.4. nu.9. Franch. dec.107. n.11. Rot. dec.74. num.38. cor.Zarat. dec.78. n.64. cor.Ansald. in alia Abulen. Decimarum dec.895. n.4. cor. Coccin., in Calaritana Decimarum 27. Junii* 1712.§.*Etenim cor. Rmo P.D.Aldrovando.*
3 Attenta præsertim consuetudine hujus Civitatis Abulen., de qua Testes formiter examinati *Summ. Ecclesię S. Andreę num.*9. quod omnes Cives, omnesque Subditi Territoriales solvunt proprio Parocho ob Sacramentorum administrationem consuetas Decimas ex omnibus fructibus, & bonis, quæ possident, ac respectivè percipiunt; quæ utique consuetudo semper in materia Decimarum attendenda est, per *Text. in cap. Cum sint, ibique Gloss. verb. ad Consuetudinem de Decim., & in cap. in quibusdam § Ille quippe eodem tit. Rot. dec.*107. *nu.*1., *& dec.*356.*n.*2. *cor. Cavaler., & dec.*1586. *n.*23.*cor.Coccin.*

Perscrutando igitur hujusmodi translationem dominii in Didaci Nepotes (super
4 qua erat principalis quæstio inter Partes) deprehendi illam Domini facilè censuerunt ex litera donationis per eundem Didacum exaratę usque de anno 1711., & relatę *in utroque Summ. n.*1. Præter enim quod est de natura ipsius contractus donationis evellere à Patrimonio donantis dominium rei donatę, illudque transferre in Donatarios, *Rot. dec.*664. *n.*2., *& dec.*970. *n.*3. *coram* Emer.

Emer. Jun. in Nullius, seu Cassinen. Do-
nationum n.8. Martii 1717. §. Nec visum,
& seqq. cor. bo.mem. Ansaldo, & in Ro-
mana, seu Apratina Spolii 10. *Februarii*
1719. §. *Quia obstare cor. R.P.D. meo Corio.*
5 Satis expressè legitur hæc dominii transla-
tio in dicto contractu, eo ipso, quod Di-
daeus usus est illis verbis -- *cedeva, rinun-*
ciava, e trasferiva a favore delli medesi-
mi &c. an Precojo &c. -- Item -- *Abbia ca-*
ra d'aumentarle come robba propria di det-
ti suoi Nepoti -- Et rursùs -- *Al quale ef-*
fetto cedeva liberamente alli detti suoi Ne-
poti &c. tutti li suoi dritti, & azzioni
reali, e personali, dirette, miste, & ese-
cative, surrogandoli in suo luogo tanto nel
possesso di quelli, quanto di tutti gl'altri
attrezzi &c. come se fosse giunto il caso del-
la morte di detto Signor Don Diego &c. --
Per quæ verba unisona in explicando sensu
Didaci Donatoris non solùm ostenditur ple-
naria cessio, & translatio Gregis donati in
6 Donatarios, sed etiam explicitè designatur
effectus ipse promanans à donatione, sci-
licet quod Donator pro naturaliter mortuo
haberetur, atque ideò amplius pro Domi-
no haberi non posset, quodque ex tunc Ar-
mentum, & Grex fierent res propriæ Ne-
potum Donatariorum, atque hi in locum
Donantis pleno Iure subrogarentur, juxta
passim ponderata per *Palm. aep. alleg.* 94.
n. 53. *tom.* 1. *Rota penes Urceol. consultat.*
forens. to. 1. *cap.* 50. §. *Quia cessio, & seqq.*
dec. 129. *n* 5. *cor. Cerro, & aliis adductis in*
Fanen. Salviani 16. *Aprilis* 1717. §. *Verùm*
etiam cor. R.P.D. meo de Gamachet.
Accedente præsertim tum causa motiva
7 Donantis recognoscendi in legitimos, &
necessarios hæredes ejus Nepotes ex filia
Donatarios, tùm pacto inserto eidem Do-
nationi, quod *Durante la vita del d. Sig.*
Don Diego debba somministrare à lui, e
tutta la sua famiglia, e casa il manteni-
mento necessario &c. Non enim hujusmodi
actus referri potuisset ad præventivam
agnitionem debitæ successionis Nepotibus,
nisi bona, in quibus cadebat successio, in
eos transferrentur, & inutilis, ac superflua
fuisset reservatio congruæ subministrationis
Alimentorum, si Didaeus Donator perse-
verasset in Dominio Gregis donati, cujus
dominii ratione Jure suo potiri potuisset
omnibus fructibus; unde pernecesse ex
hisce pactis arguitur abdicatio proprietatis,
& dominii, ut probant *Antun. de Donat.*
lib. 2. §. 3. *n.* 9., *& decis. Adden. ad Franch.*
dec. 213. *n.* 38. *Magon. decis. Lucen.* 87. *nu.* 7.
Rot. dec. 773. *n.* 6. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 970.
n. 7. *cor. Emerix Iun. in praeaddućt. Nullius*
seu Cassinea Donationum 8. *Martii* 1717.
§. *Neque in hujus cor. bo. me. Ansaldo, &*
in Romana, seu Aprutina Spolii 10. *Fe-*
bruarii 1719. §. *Quia obstare coram R.P.D.*
meo Corio.
Neque obstat, quod cum Didacus dona-
8 tor expresserit sese senio gravem, & ferè
oculorum lumine privum non posse amplius
sui Gregis administrationi incumbere, ac
pluries etiam in dicto contractu dixerit,
fore ejusdem Gregis administratorem Joan-
nem Teran, dederit exindè intelligere,
quod nolebat nisi administrationem trans-
ferre. Quoniam advertendo, quod Dona-
tarii erant minores, & filii prędicti Joannis
Teran, sub istius potestate constituti, pro-
vidè idcirco Donator duos explevit actus
in eodem Instrumento donationis, alterum
per quem transtulit dominium vigore do-
nationis in Nepotes donatarios, alterum
per quem constituit Administratorem Joan-
nem prædictum illorum Patrem, prout de
jure erat respectu Filiorum; unde quidquid
de Patris administratione dictum fuit, non
repugnat ullo modo translationi Dominii
Gregis, & Armenti donati in Filios dona-
tarios, cum Pater non pro ipso Donante,
sed pro Filiis administrare deberet, & sic
potiùs confirmat pertinentiam dominii ad
Filios ejusdem Administratoris, *Cyriac. con-*
trov. 401. *n.* 50. *Mantic de Tacit. lib.* 4. *tit.* 14.
n. 19. *Rot. dec.* 147. *nu.* 2. *Cavaler. dec.* 841.
nu. 3 *cor Coccin., & dec.* 674. *cor. Emerix*
9 *Jun.* Id quod ex eo clarius semper depre-
ditur, quod Donator in stipulatione obser-
vantiæ donationis favore Nepotum, sese
obligavit ulterius non impugnare quicquid
in ejus sequelam gestum fuisset ab illorum
Patre, Administratore constituto -- *durante*
la minorità de suoi figliaoli, fin tanto, che
arrivassero à pigliar stato -- ex quibus Do-
natarios post minorem ætatem absolutam,
videtur Dominos tantò certius libere cen-
suisse.
Constito autem ex his, quod contractus
10 hujusmodi dominium Gregis plenè trans-
tulerit in Nepotes Didaei Donatarios, ne-
quaquam deferendum erat declarationibus
ipsius Donantis, & Ioannis Teran Patris eo-
rumdem Donatariorum, quod de transfe-
renda, & respectivè acceptanda admini-
stratione tantum agere in dicto contractu
intellexerint. Quippe quia ubi certa est,
prout in pręsenti, translatio plenaria Do-
minii in Nepotes Donatarios, nequaquam
licere valuit Donanti, neque eorum Patri,
actum eorum favore jam consummatum per
hujusmodi declarationem eidem actui con-
trariam revocare, sibique ad bona donata
regressum prosternere in prejudicium illo-
rum, quibus ex eodem donationis contra-
ctu jus irrevocabile acquisitum fuerat, *Ur-*
ceol. consult. foren. cap 49. *nu.* 29. *Surd. de-*
cis. 29. *n.* 6. *Rot. dec.* 1913. *nu.* 20. *cor. Coccin.*
dec. 203. *n.* 24. *post Constantin ad Stat. Urb.,*
& in Nullius, seu Cassinea. Donationum
8. *Martii* 1717. § *Atque pręterea cor. bo. me*
11 *Ansaldo*, & sic neque in pręjudicium Pa-
rochi S. Andreæ, cui pariter jus ad decimas
exigendas ob dominii acquisitionem factam
à Donatariis degentibus in sua Parochia
usque ab initio acquisitum extiterat, multò
12 autem minus, quia talis declaratio facta
fuit

fuit post motam ab eodem Parocho litem pro decimis consequendis, & sic re amplius non integra, itaut quoad præjudicium Juris quæsiti eidem Parocho nequaquam attendi debeat, ut firmavit in similibus terminis *Rot dec.*640. *n.*13., & 14. *par.*18.*rec.*

Nec refert, quod Didacus Donator in
13 eodem donationis contractu demandaverit continuari debere durante ejus vita in præstatione decimarum favore Parochiæ S. Petri. Quoniam hujusmodi Donatoris voluntas, & præceptum nequaquam obligat Parochum S. Andreæ, cui subsunt Donatarii, quin decimas ex Grege donato petere, & obtinere valeat, dum quæcumque sint pacta inter privatos contrahentes inita, nusquam nocent Ecclesiæ, quæ Jus suum pro decimarum exactione non ex contractu desumit, sed ex juris sanctione, ut expresiè inquit *Gloss. in Cap. In aliquibus de Decimis, ibique Abbas, cæterique Scribentes: n.*6. *Rebuff. eod.tract.q.*10. *n.*15. *Capyc.latr. dec.*20. *n.*27., & conferunt firmata *decis.*14. *n.*2. *in Mantiss. ad ornat. Card. deLuc. l.*14.
14 *tom.*2. Nec subsistit, quod donatio, & pactum sint relativa, & individua, & uno corruente corruat aliud, quia non agitur de pacto favore Donantis stipulato, sed favore Tertii, cujus interesse est merè secundarium, nec lædit causam donandi, ideoque vitiari potest, absque eo quod vitiet totum
15 contractum, maximè dum non est munitus ulla clausula resolutiva totius ejusdem contractus, quo casu inadimplementum cujusvis pacti non inducit resolutionem contractus, *Rot.in Romana Emphyteusis* 7. *Iunii* 1706. §.*Non subsistente cor.bo.me.Kaunitz.*, *& in Romana Pecuniaria* 20. *Martii* 1711. §.*Nec potest cor.bo.me.Caffarello.*

Absque eo quod ad continuandam pertinentiam earumdem Decimarum favore Parochi S. Petri prodesset assumptum, quod
16 eędem Decimę debitę ex Armento,& Grege dici debeant Prędiales, proindeque præstandę sint illi Ecclesiæ, intra cujus limites sita sunt Prædia, ubi animalia pascuntur, & si Domini dictorum animalium in alia degant Parochia, juxta eà quę tradit *Card. de*
17 *Luc. de Decim. disc.*8.*n.*5. Quoniam omissa quæstione Iuris circa qualitatem hujusmodi Decimarum, an scilicet Prædiales dici debeant, vel personales, quales videtur successivè eas approbare idem *Card.de Luc. d.disc.*8. *n.*15. vel potius mixtæ, quales esse firmavit *Rot.dec.*1586. *nn.*35., & *dec.*1766.
18 *n.*11., & 12. *cor.Coccin.*, utique in præsenti themate satis erat ad exclusionem Parochi S.Petri ponderare, quod ipse nullo modo probet, quod animalia ex supra relato contractu translata in dominium Parochianorum S. Andreæ, intra fines suæ Parochię S.Petri adhuc depascantur, quando potius traducta ad Donatariorum pascua censenda sunt, itaut ipsi nequidem proficeret sine hujusmodi probatione, quod essent prędia-
19 les; quodque juxta consuetudinem Abulensis Civitatis, & Territorii ex quibuscumque rebus, & fructibus Decimæ solvuntur Parocho ejus Ecclesiæ, ex qua subministrantur Saeramenta Possessori, ut dictum est superiori §.*Validitas*, itaut attenta tali consuetudine potius esse videantur Saeramentales, & Personales; ac demum
20 quod deberi omninò hujusmodi met controversas Decimas, habito respectu ad Possessorem, manifestat ipse contractus Didaci de Sant'Iago cum Nepotibus, in quo cautum fuit, ut ipso vivente præstarentur suæ Parochiæ, & expressum habetur, quod animalia, fixa non habeant pascua, sed modo in uno, modo in altero loco conducta, adeo ut semper concludi debeat eadem ratione teneri ad illas præstandas Donatarios suæ Parochiæ, per quam tenebatur præstare alteri ante contractum Donator, ex firmatis pariter superiori §.*Validitas*.

Et ita omissis cęteris, quę de nullitate
21 donationis aliàs proponebantur, ex quo omnia Donantis bona comprehenderet, dum constitit, donationem esse restrictam ad sæpedicta animalia, & Donantem plura alia bona posedisse, itaut ista nullitas ex facto totaliter removeretur, responsum fuit. Utraque &c.

RECINATEN. NULLITATIS OBLIGATIONIS.

Veneris 13. *Junii* 1721.

ARGUMENTUM.

Obligatio Mulieris ex falsa causa favore viri facta non substinetur, etiam si ad eum e carceribus eximendum fuisset intenta, quando tanta creditorum mole vir pressus fletisset, ut mulieris obligatio numquam ab omnibus creditoribus eundem valuisset liberare.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio mulieris à viro circumventa & dolo exorta ex pluribus simul junctis conjecturis probatur.*
2 *Obligatio Mulieris ex falsa causa non sustinetur.*
3 *Amplia, ut tali casu ex defectu consensus dicatur corruere*, & num.16.
4 *Obligatio Mulieris pro eximendo viro à carceribus non dicitur facta ex causa urgenti, & justà, quando vir ære alieno pressus ab aliis creditoribus se non potuisset per eandem mulieris obligationem liberare*, amplia ut in num. sequenti.
6 *Obligatio Mulieris, non substinetur, si super bonis viri revelationem obtinere non potest.*
7 *Obligatio facta a muliere favore viri tempore quo letali morbo laborasset pro debito longe ante morbum contracto, dolo extorta præsumitur*, amplia ut in num. 12.
8 *Mors alicujus, quando ex libris mortuorum non possit probari, ex quo fuissent deperditi, probatur ex adnotatione de illa facta in libro domestico hæredum defuncti*, amplia, ut in num. 10. & 11.

9 *Li-*

9 *Liber privatus, junctis adminiculis, plenè probat.*

11 *Probationes de re antiqua, ut validè fiant, sunt omnia simul juncta consideranda.*

12 *Obligatio mulieris dolo extorta à viro probatur, ex quo ad interpositionem decreti, vir pedaneum Judicem, & causidicum ab altero Judice subdelegatum accedere procurasset*, amplia ut in num. 14.

13 *Iudex Ordinarius non potest subdelegare alium pro auctorizando contractu mulieris* declara, ut in num. 15.

14 *Iudex pedaneus, & subdelegatus in contractu minoris, vel mulieris adhibitus, censetur vocatus ad extorquendam dolosam fidejussionem, seu obligationem.*

16 *Iuramentum non est aptum sanare contractum nullum.*

17 *Obligatio mulieris favore viri, an requirat insinuationem.*

18 *Lex generalis cum locali Statuto compatibilis semper est attendenda.*

19 *Contractus Mulieris ex defectu insinuationis eo fortiùs ruit, quando ista fuisset necessaria in adimplementum pacti in contractu de ea facienda expressi*, & num. seq.

21 *Terminus ad solvendum sine speciali mandato Procuræ sufficientem non ligat, quia debiti confessionem importat.*

DECISIO MCCXLIX.

Fidejussoriam obligationem Aureliæ de Veneriis pro Censibus à Viro debitis emissam favore illorum de Politis non sustineri ex duplici motivo responsum fuit in Audientia diei 18. Martii superioris anni coram Me, ex quo scilicèt dicta Mulier circumventa fuerit in emittenda tali obligatione, & ex quo non constet, eamdem obligationem fuisse insinuatam juxta pactum expressum adjectum in illius Instrumento; cumque hodiè causæ discussio super utraque hujusmodi nullitate reassumpta fuerit, omninò subsistere captæ resolutionis fundamenta Domini crediderunt, & proinde standum esse *in decisis* responderunt.

1 Quantum attinet ad primam nullitatem innixam defectui consensus Mulieris obligatæ per circumventionem, & machinationem iterum Dominos movit ad illam approbandam complexus earum facti circumstantiarum, ex quibus simul junctis, ut faciendum est in indaganda hujusmodi obligationum subsistentia, juxtà in puncto firmata per *Rot. decis.447. num.15. part.18. recent.*, constitit
2 inprimis nequaquam veram esse causam illam, cujus prætextu Aurelia ad fidejubendum pro Viro censuum debitore mota fuit; certum autem est, quod falsæ causæ suppositio in Mulieris obligatione falsitatis, & circumventionis nota totum inficit ejus contractum, & quamcumque vitiat dispositionem ex *Ancaran. cons.207. num.8. Rota præter allegat. in Decisione quæ revidetur §. Circumstantiæ, decis.746. numero 4. decis. 791. numero 16. & 21. part. 18. recentior.*,
3 quia deficit consensus ex hujusmodi causæ præstitus fidejussioni, & obligationi Mulieris, quæ ex hac falsa causa mota fuit, juxta pariter firmata *dec.603. numero 1. & 2. coram Merlin, & dec.317. num.26. par.17. recent.*

4 Siquidem apertè legitur in ipso Instrumento Fidejussionis, quòd pro causa assumendæ obligationis suppositum fuit imminere Viri carcerationem vigore mandatorum, quæ reperiebantur jam contra ipsum expedita, itaut ad illum liberandum necessè foret Uxori sese obligare favore illorum de Politis creditorum Censuum. Quando tamen est in facto constans, quod Leopardus Vir tanto erat ære alieno præssus, ut ratione Clericatus, quo erat insignitus, allegasset contra Creditores miserabile beneficium *cap. Odoardus de solut.*, à quo etiam juxtà Sententiam relatam in *Summario eorumdem de Politis num.9.*, fuit exclusus ad instantiam aliorum plurium Creditorum. Quamquam igitur Aurelia Uxor fidejussisset pro evitanda Viri carceratione ex debito censuum cum illis de Politis, attamen ille adhuc remanebat carcerationi obnoxius ex parte aliorum creditorum, qui ad eam properabant, mediante etiam exclusione Viri à supradicto beneficio præservationis personæ ab executione mandatorum, & ideò minus vera est causa illa, quod ex assumpta per Uxorem obligatione, à carcerationis periculo Maritus subtraheretur; nec subsistit,
5 quòd urgentiores essent in carceratione Viri curanda iidem de Politis, quia licèt haberent mandatum per annum antea expeditum, ejus executionem, neque personalem, neque realem unquam tentaverant.

Nec dicatur, quòd ex assumpta per Mulierem obligatione præservari potuerint ab executione bona Viri, quæ si posita fuissent sub hasta, ingens detrimentum illius Patrimonio irrogatum fuisset etiam in præjudicium filiorum. Quoniam recurrit eadem ratio, ut nequidem ex obligatione fidejussoria Mulieris prædictæ præservari possent bona, cum ibi alii urgerent Creditores, ut nequidem eadem Mulier super Viri bonis potuisset facilè obtinere relevationem, *Rot. decis.333. num 8. coram Ludovis. decis.378. num.11. par.14., & dec.97. n.10. par.15. recent.*

7 Defectui causæ accedit circumstantia temporis, quod fuit valde proximum morti Mulieris obligatæ; ex quo sane tempore licet experientia doceat omnes actus dispositionis circa propria bona geri valide posse, tamen valdè improprium est fuisse gestum actum voluntarium, & damnosum fidejussionis pro debito Viri, pro quo aderant, ut dictum est mandata expedita ab anno, & ultrà, absque eo quod usque tunc talis actus emissus á Muliere extitisset, itaut si non expectato aptiori tempore ad emittendam obligationem hujusmodi, electum fuit illud, quo Mulier morbi gravitate, mortisque periculo agitata facilius adigi valuit

Viri,

Viri, & Creditorum suggestionibus ad se obligandum, crescat suspicio ejus circumventionis in extorquenda eadē obligatione, juxta ea, quæ firmata fuerunt in Decisione, quæ revidetur §. *Quod autem* cor. Me.

Hanc autem facti circumstantiam evitare satagebant Politi unica exceptione, quod non probaretur ex parte Hæredis ejusdem Aureliæ, quod hæc verè decessisset, ut in eadem Decisione suppositum fuit, die post factam pro viro erga ipsos fidejussionem.

8 Sed præmittendo, quod probatum fuit ex parte Rutiliæ Hæredis Aureliæ, quod Libri Parochiales, qui ad scribendos Fideles defunctos retineri solent, respicientes illum annum, in quo obiit Aurelia, fortuito casu deperditi sunt, putarunt Domini ex aliis documentis concurrere sufficientem hujusmodi probationem, & signanter ex partita Libri domestici ipsius Leopardi Viri, in quo nativitates filiorum, aliaque hujusmodi memoriæ causa describere consueverat, quæ partita ita cantat -- *Adì 9. Agosto 664. morì la Signora Aurelia Venieri Moglie di Leopardo Leopardi, fu speso di cera scudi venticinque* -- Cum igitur hæc partita recognita fuerit per Testes habentes notam manum Leopardi Scribentis, fueritque extracta ex hujusmodi Libro per Notarium publicum Recineti, neque fuerit, olsi in præsenti instantia, per illos de Politis impugnata, concurrentibus adminiculis eumdem Aureliæ obitum verificantibus, dubitari non valet, quin illius mortem sufficienter

9 probet, ut præter auctoritates generaliter firmatas standum esse Libris privatis per adminicula comprobatis, de quibus in Decisione, quæ confirmatur § *Frustrà*, in his terminis probandæ mortis firmat *Rot. decision.501. n.3., & 4. cor. Merlin.*

10 Quæ sanè adminicula non deerant in præsenti eo ipso, quod in pluribus judicialibus actibus gestis anno 1666., & 1667. enunciatur Aurelia uti jam defuncta, & sic de tempore valde proximo illi, sub quo fuit adnotata mors illius in dicto Libro, & habetur etiam fides Testis Sacerdotis optimè memoris secutæ mortis ejusdem Aureliæ, ut ipse inquit, quinquaginta quatuor ab hinc annis correspondentibus pariter anno, & tempori designato in partita memoratì Libri: quæ

11 omnia insimul juncta, licet diem præcisum obitus non enuncient (quo casu ulteriori discussione ejus probatio non indigeret) attamen ita qualificant veritatem partitæ fæpedictæ, ut ex ea, præsertim in re antiqua, verificatum dici debeat quicquid in ea exprimitur, & continetur, *Mascard. de probation. conclus.117. in fin., Gratian. discept.895. num 73., Rot. dec.298. num.8. par.12., & dec.689. n.9. par.18 rec.*

12 Defectum causæ, & innopportunitatem temporis, quo fuit extorta Aureliæ obligatio, subsequitur in linea non modicæ suspicionis de circumventione qualitas Judicis adhibiti in auctorizando actu hujusmodi obligationis. Fuit enim Causidicus à Vicario Capitulari Subdelegatus ob ejus occupationes, ex qua adhibita huius Causidici subdelegatione, præterquam quod dubitari posset de actus validitate, ex quo Vicarius Ju-

13 dex Ordinarius subdelegare ad talem effectum non possit, juxta firmata in *Verulana Census 7. Martii 1712. §. Et quod coram R.P.D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, semper plurimum suspicandum remanet de aliqua Viri machinatione, eo ipso, quod iste Causidicus successive comparuit, uti ejusdem Viri Procurator, pro ratque, si jam Creditores per annum cum mandatis expeditis acquieverant, differri stipulatio ad diem, qua Vicarius posset actul intervenire, absque eo quod actus præcipitanter, eo inpedito, per interpositam Personam adeò suspectam de intelligentia cum Viro in

14 extorquenda Uxoris obligatione perficeretur, ut pariter advertit *Rot. dec.447. n.13. par.18. rec.*, & latè dictum fuit in Decisione, quæ confirmatur §. *Consimile* coram Me.;

15 Neque hujusmodi suspicio circa Personam hujus Causidici pro Judice adhibiti tollitur ex usu Vicarii Capitularis soliti illum subdelegare etiam ad alios actus: quia potuit contingere, quod fuerit subdelegatus in casum absentiæ, & non accidentalis occupationis, & non probatur per simplicem fidem Archivistæ, quæ non facit fidem, ex vulgaribus.

16 Absque eo, quod in exclusionem hactenus firmatæ mulieris circumventionis prodesset allegare, quod actui interfuerit illius frater, atque in eo intercesserit ejusdem Mulieris juramentum. Quia dum actus vitiosus dignoscitur, ex quo non processerit ex libera voluntate contrahentis, neque juramentum, neque interventus consanguineorum, aut cæteræ solemnitates illum convalidant, quia consensum constitutivum cujuscumque obligationis supplere non possunt, *Rot. dec.368. n.4. coram Millin., & dec 447. n 7., & seq. par 18 rec.*

17 Descendendo ex his ad nullitatem deductam ex omissa insinuatione, ea utique invalidam reddere Aureliæ fidejussionem iterum visum fit, quia non solum erat omnimodè necessaria ex constitutione Carpensi juxta deducta in specie Civitatis Recineteosis penes *Post. resolut. 91.n.15., & resolut. 115. n.1., & Rot.Maceraten.cor. Thomat. dec.190.n.3.cum pluribus seqq.* neque eam excludebat Statutum particulare Recineti, quod præscribendo certas solemnitates in Mulierum contractibus insinuationem omittit, & uti lex particularis, facere poterat cessare legem generalem, juxta ea, quæ ex parte illorum de Politis deducebantur. Quia omissis aliis responsionibus, dictum Statutum præscribit certas solemnitates in terminis insinuationis donationum, ut benè explicat *Gratian.discept.474.n.3., & seq., & Rota dec. 289.n 7.p.4.rec.tom.2*, ubi ita declara-

18 tur *dec.343.cor.Seraphin.* Hic verò sumus in

In terminis non donationis, sed fidejussoriæ obligationis, in qua cum nihil disponat, prout neque disponit in aliis similibus Mulierum, ac minorum contractibus Statutum Recineti respectu insinuationis, ideo semper attendenda sunt ea, quæ in Constitutionibus Ægidiana, vel Carpensi disponuntur, quia illæ, uti leges generales, in iis omnibus, quę sunt compatibilia cum Statuto particulari, servandę sunt, *Jov. de contract. minor. gloss.* 16. §. 1. *n.* 23., *et seq.*, *Rota dec.* 213. *n.* 1., *et* 2. *p.* 18. *rec.*, & in terminis Civitatis Recineti *Post d. resol.* 91. *n.* 5., *et resol.* 115. *n.* 1., *Thomat. dec.* 190. *n.* 10., *Rota dec.* 67. *n.* 44. *cor. bon. me. Ansaldo*.

Verum etiam quia in pręsenti fidejussionis
19 contractu præcisè deducta fuit per pactum necessitas hujus insinuationis, non quidem ad Cauthelam, ut hodiè objiciebatur, sed absolutè, & expressè iis verbis -- *Pacto tamen apposito, quod præfatus D. Capitaneus Leopardus obligatus sit, prout se obligavit, præsens Instrumentum insinuari facere* quę verba nullam habent relationem ad dispositionem Juris, vel legis particularis insinuationem præscribentis, neque ad Partium cauthelam, sed de per sunt obligatoria, ideoque per viam pacti, & conventionis inducunt ejusdem insinuationis necessitatem, juxta firmata in *Æsina successionis* 11. *Iunii* 1714. §. *Quoniam cor. R. P. D. meo Cerro*, *et in Ariminen Fideicommissorum super Immissione* 16. *Aprilis* 1717. §. *Omnis coram R. P. D. meo Foscaro*.

20 Quam necessitatem non minus agnovit Leopardus ipse dum viveret, quia eam explere sub anno 1677. omnino curavit, licèt nulliter, stante Aureliæ prædecessu, ex deductis in decisione, quę confirmatur §. *Videndum*, sed etiam hodierni Creditores censuum venientes contra Aureliæ Hæredem in vim d. fidejussoriæ obligationis, qui post editam præfatam Decisionem coram Me approbantem necessitatem Insinuationis in isto contractu, recursum habuerunt ad Signaturam Sanctissimi pro obtinenda illius sanatione, sed rejecti fuerunt per rescriptum -- *nihil, et amplius*.

Nec obesse valet, quod Hæredes Aureliæ aliàs conventi pro fructibus censuum vigore ejusdem obligationis nullitates non allegaverint, imò debitum fassi susceperint
21 terminum ad solvendum. Quandoquidem susceptio ista termini nequaquam probatur per simplicem illius enunciativam in actu relato *in Summario illorum de Politis n.* 4., ex quo etiam ignoratur, an Procurator haberet ad effectum ejusdem termini susceptionis speciale mandatum.

Et ita cum plenaria relatione ad Decisionem, quæ confirmatur, responsum fuit utraque &c.

OSTIEN., SEU CORANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 20. *Junii* 1721.

ARGUMENTUM.

Hæc est revocatoria alterius emanatæ sub die 6. Decembris 1719.

Latissimè explicatur responsum Papiniani *in l. hæredes mei* §. *Cum ita ff. ad Senat. Consult. Trebellian.*, & ad eius terminos stat præsens decisio pro resolutione pluralitatis in singularitates, admittendo neptem substitutam ad portionem unius ex suis Nepotibus à Testatore unus alteri institutis, qui sine filiis decesserit in præjudicium filii alterius qui ad portionem patrui se vocatum contendebat. Neptis substituta ut à portione Nepotis sine filiis decessi arceatur, agnationis requiritur contemplatio, & ad plures substitutionum gradus digressus.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio purificatur in Neptibus, quando Patruus vocavit Nepotes masculos, cum reciproca in eos, & illis deficientibus sine filiis, illas invitavit, licet superstit filia unius ex Nepotibus, cum hæc succedat tantum in portione Patris*, & n. seq.

2 *Substitutio Neptis concepta sub conditione, si Nepotes sine filiis moriantur, non pendet à casu præmorientiæ omnium sine filiis sed sat est, quod in uno verificetur, & quare?* vide in n. 3.

3 *Pluralitas resolvitur in singularitates in casu proposito à Papiniano* in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad sen. consult. Trebel., amplia, ut in n. 17.

4 *Amplia, quando non agitur de descendentibus Testatoris, sed de transversalibus, ut sunt Nepotes ex fratribus, & eorum descendentes.*

5 *Limita in substitutione facta pluribus per collectivam universalem.*

6 *Substitutus etiam admittitur per resolutionem pluralitatis in singularitates in terminis collectivæ universalis.*

7 *Substitutio non facta per collectivam universalem, sed sub conditione* si sine filiis *operatur, ut pluralitas in singularitates non resolvatur*; amplia, ut in n. seq.

8 *Verba geminata, & relativa magis repetunt qualitatem distributivam, & relativum singulos singulariter refert.*

9 *Pluralitas, quæ in singularitates resolvitur non impeditur ab existentia personæ prædilectæ.*

10 *Prædilectio in transversalibus non præsumitur potius, quàm in descendentibus ex Testatore.*

11 *Prædilectio semper cadit in personis à testatore cognitis, & proprio nomine, ac specificè vocatis.*

12 *Filii positi in conditione vigore Statuti Urbis solum ad portionem patris, non patrui vocati dicuntur.*

13 *Prædilectio non est allegabilis ad effectum succedendi in portione Patrui*, amplia, ut in n. seq., & 15.

14 *Fi-*

14 *Filii ut dicantur vocati etiam in portione patrui, quando agitur de fideicommisso transversali, coniecturæ debent esse urgentissimæ, & ipsam patruorum portionem respicere.*

15 *Filii positi in conditione ut excludant substitutum nominatim datum in portionibus patruorum, casu quo illi sine filiis moriantur, tales requiruntur coniecturæ, ut destruant substitutionem expressam, certæ, & cognitæ personæ, præsertim in testamēto trāsversalis*, amplia, ut in n. 30.

16 *Prædilectio semper interpretatur favore personæ à Testatore nominatim, & expressè substitutæ.*

17 *Coniecturæ, quæ sint, quæ non admittantur pro resolutione pluralitatis in singularitates, & pro admissione substituti expressi ad exclusionē filii positi in cōditione.*

18 *Filii positi in conditione non dicuntur prædilecti ob reciprocam inter primos hæredes ordinatam, nec impediunt, quod pluralitas in singularitates resolvatur.*

19 *Testator vocans Neptes in casu obitus hæredum sine filiis dicitur facere mentionem hæreditatis cum sensu distributivo, & resolutivo.*

20 *Legitimitatis qualitas filiis in conditione positis adiecta, non est coniectura sufficiens ad inducendum fideicommissum.*

21 *Agnationis contemplatio, & ad plures substitutionum gradus digressus sunt coniecturæ, per quas arguitur, quod Neptis substituta non succedat in portione patrui sine filiis decessi*, & est coniectura denegans locum textui in l. hæredes mei.

22 *Prohibitio alienationis bonorum restricta ad actus inter vivos, scilicet* vendere, alienare, *& similes, fideicommissum in casu alienationis tantum inducit, & non ulterius gravamen in casu obitus, seu fideicommissum restitutorium.*

23 *Amplia, etiamsi adiecta fuisset illa ratio* -- ad effectum conservandi familiam, & agnationem, -- *cum ex hoc alienationis prohibitio magis corroboretur.*

24 *Alienationis prohibitio ad actus merè inter vivos restricta, eo fortius restitutorium non inducit fideicommissum, quando absque ullo dispositivo verbo reperitur concepta.*

25 *Fideicommissum descensivum in casu mortis non potest dici ex sola conservatione familiæ institutum*, & n. seq.

26 *Reciproca linearis ex sola conservatione agnationis in familia non oritur, deficientibus cæteris requisitis, sed talis conservatio intelligitur volita in singulis columnellis.*

27 *Filii in conditione positi eo magis non dicuntur vocati in portione patrui primario instituti ad exclusionem Neptum substitutarum, quando Testator in casu etiam contraventionis dd. Neptes substituisset, quæ isto in casu prædilectæ censentur*, amplia ut in nn. seq., & 30.

28 *Filii in conditione positi sub appellativa nomine filiorum in casu alienationis ad Patruorum portiones non dicuntur vocati, quando in tali casu præcisò adest substitutus proprio nomine vocatus.*

29 *Agnatio non dicitur contemplata, quando in casu alienationis factę ab hærede adest expressa substituti vocatio purificabilis in fœmina.*

30 *Filii positi in conditione, ut dicantur vocati in patruorum portione, quando adest substitutus expressè vocatus, sola dubietas illorum vocationis sufficit ad removendum onus fideicommissi restitutorii.*

DECISIO MCCL.

NON esse dandam Immissionem Cataldo agenti ex Persona Elisabeth de Neriis pro vindicandis bonis subiectis fideicommisso Demophontis de Neriis responsum fuit in Audientia *diei* 6. *Decembris anni elapsi corām Me* ob defectum purificationis eius substitutionis, ex qua successionem debitā fuisse eidem Elisabeth prætendebatur. Admisso tamen eodem Cataldo ad impugnandam editam resolutionem, fuit actum de eius fundamentis in *Rota diei* 17. *Martii proximè præteriti*, & usque tunc nutare illa cœperunt, nam ob scissuram suffragiorum dictum fuit -- *Iterum proponatur* -- & hodiè reassumpto illorum examine penitus corruerunt, cum prodierit rescriptum -- *Recedendum esse à decisis*.

Consistit enim è contrario de purificatio-
1 ne substitutionis Elisabeth Auctricis Cataldi ex testamento Demophontis, in quo ille dispofuit instituendo sibi hęredes Andream, Sebastianum, & Joannem Baptistam ex Bartholomæo fratre Nepotes -- *Cum hoc pacto & conditione* (sunt verba Testatoris) *quod alter alteri moriatur, & alter uni, & si casus evenerit, quod supradicti hæredes, sic ut supra descripti moriantur absque filiis legitimis, & naturalibus, tunc, & eo casu voluit, & mandavit succedere in d. hæreditate infrascriptas eius Neptes fœminas ex dicto q. Bartholomæo natas, & sorores respectivè dictorum D. D. Andreæ, Sebastiani, & Joannis Baptistę, videlicet Catharinam, Mariam, & Elisabetham, nec aliàs, aliter nec alio modo*; unde cum post obitum Joannis Baptistæ cum filiis, & signanter Christina hodiè Rea conventa adhuc vivi superstiterint Andreas, & Sebastianus, atque ambo successivè decesserint sine filiis, superstite d. Elisabetha sorore, inde sequitur, quod excepta portione Joannis Baptistæ, reliquę duæ portiones consolidatæ in Sebastiano ultimo defuncto devolutę fuerunt ad Elisabetham sororem, uti eidem expressè à Testatore substitutam, ea ratione, quod sicut fuerat ab eodem Testatore sub illa conditione, si sine filiis, quoad totum, ita & multo magis vocata intelligitur quoad partem ad celebre responsum *Papiniani in l. Hæredes mei* 57. §. *Cum ita ff. ad Senat. Consult. Trebell.* ibi -- *Fidei filiorum meorum* com-

committo, ut si quis eorum sine liberis prior
diem suum obierit, partem suam fratri su-
perstiti restituat: Quod si uterque sine libe-
ris decedat, omnem hæreditatem ad Neptem
meam Claudianam pervenire volo: Defun-
cto altero superstite filio, novissimo autem
sine Liberis, Neptis, prima quidem facie
propter conditionis verba admitti non vide-
batur, sed cum &c. absurdum esse respondi,
cessante prima substitutione, Partis Nepti
petitionem denegari, quam totum habere vo-
luit Avus, si novissimus fratris quoque por-
tionem suscepisset; ex quo Doctores, & no-
2 bilium Tribunal communi opinione firma-
runt, ut etiam vocatio Neptis substitutæ li-
cet concepta sub conditione, ut in præsenti
themate, *si casus evenerit, quod hæredes*
supradicti, sic ut supra descripti moriantur
absque filiis, non tamen pendeat à casu præ-
morientiæ omnium sine filiis, ut dictum fuit
in Decisione, quæ revidetur, sed satis sit,
ut purificetur in uno, cum pluralitas resol-
3 vatur in distributivam, & in suas singularita-
tes, & sic verificetur in portione cujuslibet,
qui decesserit sine liberis, Ita *Bartol. in fin.*
ejusdem leg. Hæredes mei §. Cum ita, Pere-
grin. de fideicommiss. artic 13. *n.*56., *Card.*
*de Luca eodem tract. disc.*95. *n.*2., *Rodul-*
*phin. alleg.*92. *n.*2., *Torr. var. tom.*1. *tit.*2.
*qu.*10. *n.*4., *& seq.*, *Crivell dec. Dolan.*125.
*ex n.*65., *Rota dec.*804. *n.*1., *& seqq. p.*1. *di-*
vers., *dec.*296. *n.*4. *cor. Ludovis. dec.*145. *n.*1.
*& seq. p.*1. *dec.*192 *n.*9. *p.*18., & plene *decis.*
487. *ex n.*11., *& dec.*521. *n.*1. *cum seq. p.*19.
*rec. tom.*2., *& in Spoletana Immissionis* 10.
Januarii 1716 *§. Sublata cor. Eminentissimo*
D. Cardinali Althann. Maximè, si, ut hic
non agatur de Descendentibus Testatoris,
sed de transversalibus, ut sunt Nepotes ex
fratribus, & eorum descendentes, ut ad-
vertit *Rota in dd. decisionibus* 487., *&* 521.
*p.*19., *in Romana, seu Januen. Bonorum*
*impress. apud Balducc. Rerum judic. tit.*3. *de-*
*cis.*47 *n.*20., *& dec.*48. *n. eodem*, *in Auxi-*
mana Bonorum super fideicommisso Josephi
quoad Reservata 18. *Februarii* 1715. *§. Præ-*
cipuè cor. Eminentissimo D. Card. Scotto, *&*
*præcipuè dec.*71. *post discept Contr. n. fin.*
5 Neque has juris regulas tollit limitatio,
de qua in *decisione* quæ revidetur §. *Non*
obstat, quod scilicet non procedant, quan-
do substitutio est facta pluribus per collecti-
vam universalem; tum quia contrarium, quod
6 nempe adhuc per resolutionem pluralitatis
in singularitates admittatur Substitutus, de-
cisum habetur ex eodem *Text. in leg. Hære-*
res mei §. Cum ita in terminis collectivæ
universalis, ibi -- *Si uterque sine liberis diem*
suum obierit, omnem hæreditatem ad Nep-
tem Claudianam pervenire volo -- per quem
de communiori etiam in terminis dictæ col-
lectivæ universalis testantur *Peregrin. dicto*
*art.*13. *num.*56., *Fusar. de Substitut. q.*473.
*n.*105., *Mans. consult.*219. *n.*5., *Torr. var.*
*quæst. jur. d q.*19. *n* 5. *vers. Et hæc sententia*
*Rot. dec.*804. *n.*1. *& seq. p.*1. *divers.*, *& in di-*
*ctis decis.*487. *n.*7. *& seq.*, *& dec.*521. *n.*2. *&*
3. *p.*19. *rec.* cum aliis pariter in *Spoletana*
Immissionis §. Absoluta cor. Emo D. Cardi-
7 *nali Althann.* Tum & fortius quia substitu-
tio Elisabeth in Demophontis Testamento
non est facta per collectivam universalem
qualis fuisset *si omnes, si uterque*, sed sub
conditione *si supradicti hæredes*, & sic re-
tento sensu distributivo, sub quo fuerant in-
stituti, ut bene ponderant *Trentacinq. de*
*Substitut. p.*2. *cap.*6. *n.*35., *Mans. d. consult.*
219. *n.*5. *&* 6. *vers. & ultra*, *Torr. d. qu.*19.
*n.*4. *&* 5. *versic. Ergo tanto*, *de Luc. disc.*95.
*n.*2. *de Fid.*, *Larrea decis. Granat.*61. *n.*15.,
*Rot. ead. dec.*521. *n.*5., *& seq. p* 19., *& allegat.*
8 *dec.*48. *n.*18. *apud Balducc.*, maximè ob su-
peraddita alia verba *sic ut supra descripti*,
quæ uti geminata, & relativa, magis repe-
tunt qualitatem distributivam, sub qua iidem
fratres fuerant scripti hæredes, *Fusar. de*
*Substitut. q.*473. *n.*4. *&* 23., *Rot. decis.*128.
*n.*6. *& seq p.*15. *rec.*, quidquid dixerit *decis.*
123. *n.*15. *cor. Priolo*, dum fuit revocata per
*d. dec.*128. *p.*15. ubi *nu.*7. dictum fuit, quod
verba -- *dicti Domini &c.* -- uti correlativa
ad cujuslibet hæredis personas præsefere-
bant distributionem, aut saltem sonabant in
simplicem pluralitatem nulla collectiva ne-
cessitatem, quæ propterea resolvitur in singula-
ritates.
6 Minusque procedit, quod pluralitatis re-
solutio in singularitates impediatur ab exi-
stentia personæ prædilectæ, nempe ipsius
Christinæ filiæ Joannis Baptistæ alterius ex
hæredibus, quæ ex Testatoris voluntate de-
beat Substitutum excludere, juxta pariter
firmata in *decis.* qua revidetur §. *Ad impe-*
diendam. Nam quidquid esset, si Christina
foret ex descendentibus ipsius Testatoris,
vel saltem proximior, quam Elisabeth ulti-
10 mo defuncto, utique cum è contrario simus
in Transversalibus, & Elisabeth sit soror, &
proximior Sebastiano ultimo defuncto, quam
sit Christina illius ex fratre Neptis, nequa-
quam subsistit hujusmodi prædilectio, & imo
potius concurrit in eadem Elisabeth, cum
11 ad differentiam dictæ Christinæ fuerit co-
gnita Testatori, & ab hoc substituta, & vo-
cata proprio nomine, etiam cum illa imme-
diata declaratione *non aliàs, aliter nec alio*
modo, ex quibus præ cognitione Testatoris,
& specifica vocatione semper ad hunc effe-
ctum arguitur major prædilectio, *Bellon. de*
*jur. accresc. cap.*6. *q.*16. *n.*43., *Cyriac. Con-*
*trov. forens. cap.*114. *n.*56. *&* 59., *Rocca dis-*
*put. jur. cap.*22. *n.*2., *Rot. in d. Romana, seu*
*Januen. Bonorum apud Balducc. tit.*3. *dec.*
48. *n.*2.
12 Absque eo quod Christinæ prædilectio
in concursu majoris proximitatis Elisabethæ
tam cum gravante, quàm cum gravatis erui
possit, ex quo tamquam posita in conditione
censeatur ex Urbis Statuto *cap.*142. *lib.*1.
dispositivè vocata. Hæc enim dispositiva vo-
catio à Statuto inducitur ad portionem tan-
tum proprii Parentis, cujus respectu filia
posita

posita fuit in conditione, sed non etiam Pa-
13 truorum; ideoque argumentum prædile-
ctionis applicari non potest, quando, prout
hic, agitur de eorumdem Patruorum portio-
bus tantùm, in quibus verificata de facto
fuit conditio, quod decesserint sine filiis, ut
in his præcisis terminis docent *Gabriel. cons.*
131. *n* 48. *lib.* 1., *Redenasc. cons.* 14. *n.* 52. *in*
fin., *Hond. d. cons.* 60. *n.* 59. *lib.* 1., *Peregrin.*
de fideic. art. 28. *n.* 19., *Rodulphin. d. allegat.*
92. *n.* 7., 11. & 12., & firmavit *Rot. apud Gio-*
vaguon. post responsum 82. *n.* 35. *lib.* 1. *dec.*
474. *n.* 2. *cum seqq. cor. Pentinger. d. dec.* 71.
n 4. & *seq. post Contr. Discept. forens.* & *in*
rec. dec. 1. *n.* 5. *p.* 15. *dec.* 125. *n.* 5. *p* 16. *decis.*
126. *num. eod. p.* 17., & *dd. dec.* 487. *n.* 16. *cum*
plurib. seq., & *dec.* 521. *num.* 4. *pariter cum*
seqq. p. 19. *tom.* 2.

14 Non suffragantibus pro inducenda voca-
tione etiam ad portiones Patruorum conje-
cturis alias admissis in Decisione, quę revi-
detur. Præmittendum quippe est, quod ver-
samur in interprætanda dispositione Trans-
versalis, in qua conjecturæ ad dictum effe-
ctum debent esse urgentissimę, & quæ respi-
ciant ipsam Patruorum portionem. *Hodiern.*
contr. 10. *n.* 5., *Rot. dec.* 276. *n.* 2. *p.* 18 *decis.*
487. *n.* 28. *p.* 19., & *dec.* 61. *n.* 7. *post Torr. de*
Maior. tom. 3., quodque hic non agitur de
inducenda vocatione dispositiva filiorum in
conditione positorum ad portiones Patruo-
rũ, quando Patruis non est datus alter certus
substitutus, in quo casu, loquuntur auctorita-
tes pro Cristina allegatę; sed prętenditur
15 subintelligi debere vocationem dispositi-
vam filiorum etiam ad portiones Patruorum
ad effectum probandi, quod filii positi in
conditione sint personæ prædilectæ ad ex-
cludendum substitutum nominatim datum
portionibus Patruorum, casu quo obiissent
sine filiis; quo casu cum tacita, & subaudita
hæc interprætatio debeat destruere substi-
tutionem certam, & expressam favore alte-
rius designati substituti, conjecturæ debent
esse tales, pręsertim in Testamento Trans-
versalis, ut valeant destruere expressam cer-
16 tæ, & cognitæ personæ substitutionem, pro
cuius potiùs prædilectione, & vocatione
pręsumendum est, ut explicat *Soccin. ad di-*
ctum Text. in l. Hæredes mei § *Cum ita col.* 1.
Rodulph. d. alleg. 92. *num.* 11., *Rot. d. dec.* 487.
nu. 32. *p.* 19. *rec.*, & in paribus terminis Juris
accrescendi in allegata *decis.* 48. apud *Bal-*
ducc. n. 2.

Quales utique non erant eæ, quę pro Cri-
stina adductæ fuerant; nam pleræque ex eis
concurrebant etiam in responso Papiniani
exposito per dictum *Text. in l. Hæredes mei*
17 §. *Cum ita*, quibus non attentis, adhuc ad
exclusionem positi in conditione fuit admis-
sus substitutus ad portionem defuncti sine fi-
liis, quas quidem coniecturas concurrentes
in dicto Textu reassumit distinctè *Rot. in d.*
laudata decis. 521. *n.* 1. & 2., & *per tot. p* 19.,
18 & de reciproca signanter inter primos hę-
redes nullam vim faciente ad prędilectionem
filiorum positorum in conditione, & ad im-
pedimentum resolutionis pluralitatis in sin-
gularitates, expendunt etiam *Fusar. de sub-*
stitut. q. 473. *nu.* 118., *Mantic. de Conjectur.*
lib. 11. *tit.* 5. *n.* 29., *Hieron. de Leo decis.* 121.
n. 56., *Rot. dec.* 196. *n* 6. *cor. san. mem. Gregor.*
XV. dec. 804. *n.* 6., & *seq. p.* 1. *divers.*, & *dec.*
82. *nu.* 6. & 7. *post Torr. de Pact.*, & etiam in
19 *dec.* 487. *n.* 3., & *seq. p.* 19., sicut de substitu-
tione facta in tota hæreditate, & omnibus
collectivè vocatis (quæ tamen in casu nostro
etiam deficit, quia Testator in casu obitus
Hæredum sine filiis *mandavit succedere in*
d. hęreditate infrascriptas ejus neptes, quæ
verba exprimunt mentionem hæreditatis
cum sensu distributivo, & resolutivo (ut su-
pra dictum est) & firmat etiam *Rot. dec.* 56.
n. 31 *post Torr. de major. tom.* 3., & *ad ornat.*
Card. de Luc. lib. 10. *tom.* 3. *dec.* 56. *n.* 9. *in fine*
ex ejusdem Text. littera tradunt Peregrin.
art. 13. *n.* 35. & 159., & prosequitur *Rot. in mox*
allegatis Decisionibus, & *præsertim decis.*
487. *n.* 3. *vers.* & *quia*, & *dec.* 521. *nu.* 1. & 2.
p. 19. *rec.*, & *dec.* 47. *nu.* 16., & *seq.*, & *dec.* 48.
n. 8. *et* 9. *penes Balducc. rerum judic. tit.* 3.

20 Ab his igitur præscindendo, & omisso etiã
examine alterius conjecturæ deductæ ex
quo filii positi fuerint in conditione cum
qualitate legitimitatis, quam refellunt pari-
ter in his terminis aliquæ ex *relat. decis.*, *et*
consonant dec. 401. *nu.* 16. *p.* 9 *tom.* 2., *dec.* 244.
n. 10. *et* 11. *rec.*, *et in Romana Fdeicommissi*
25. Junii 1704. *cor. bon. me. Molines impress.*
apud ornat. Card. de Luca de Fideic. disc. 55.
21 *n.* 8., agendum unice superest de duabus re-
liquis erutis ex digressu ad plures substitu-
tionum gradus, & contemplatione agnatio-
nis.

Porro subsistentia, & efficacia harum
conjecturarum, quarum altera, nempe di-
gressus ad plures gradus substitutionum enu-
meratur inter rejectas per dictum *Text. in l.*
Hæredes mei per Rotam eadem dec. 521. *sub*
n. 2. *p.* 19 *rec.*, elicitur ex ea Testamenti parte
in qua Testator disposuit, quod *dicti Hære-*
des, sic ut supra descripti nullo umquam tem-
pore possint, neque valeant dicta bona, ut
supra descripta vendere, et alienare, nec
quomodolibet dilap. dare, et hoc ad effectum
conservandi familiam, et agnationem de
Neriis in perpetuum, et in infinitum usque
ad 7., 10., 20. *gradum si fieri potuerit ipsum*
Testatorem magis decorari, et ejus familiam
ampliari &c., & *in casu alienationis*, & *de-*
teriorationis dictorum bonorum tunc, & *eo*
casu voluit, & *mandavit*, *dicta bona*, *ut*
supra alienata recuperari, per dd. DD Ca-
tharinam, Mariam, & *Elisabettam ejus nep-*
tes., subsumendo exinde, quod perpetuitas
bonorum in Familia verificari non possit, nisi
vocatis filiis in conditione positis, quodque
digressus habeatur usque ad 20. gradum, &
contemplatio agnationis in decorationem
22 Testatoris, & Familiæ sit expressa. Verum
præter quam quod videbatur ex hisce verbis
non elici, nisi fideicommissum conservato-

rium in casu alienationis utpote quia sunt restricta ad actus inter vivos ibi *vendere, alienare, & quomodolibet dilapidare ex deductis dec.610.n.5.p.19.rec., et in Ariminen. fideicommissi de Hippolitis 12. Aprilis 1717. §. Multoque minus cor. R. P. D. meo Foscaro*, itaut non induceret gravamen in casu obitus, ut firmat *Rot. dec.63.n.7.cor. Zarat.* Non ob-

23 stante, quod fuerit adiecta illa ratio -- *Ad effectum conservandi familiam, et agnationem de Neriis in perpetuum* -- Cum hæc ratio magis corroboret alienationis prohibitionem, sed non inde inferatur ad fideicommissum restitutorium in casu obitus, ut bene probat *Torr. var. jur. quæst. tom.1. tit.2. qu.8. n.28., Rot. dec.228.n.8. et seq. cor. Celso, et in dicta Ariminen. fideicommissi de Hippolitis, §. Multoque coram R. P. D. meo Foscaro*,

24 maxime cum sit concepta absque ullo verbo dispositivo, juxta pariter firmata per *Pereg. de fid. artic.14. num.11., et 18., Rot. d. dec.228. n.6. cor. Celso dec.300 n.22. in fin., et nu.23. p.1., et dec.209. n.14. p.8. rec.*

25 Utique etiam si exinde induci posset Fideicommissum descensivum in casu mortis, tale profecto non esset, nisi in singulis lineis trium Nepotum à Demophonte institutorum, inter quos censetur ab initio facta hæreditatis distributio, nec posset exinde inferri, ut hic re uiritur, ad reciprocam linearum vocationē ad portiones quoque Patruorum diversas lineas constituentium, *Rota in Romana fideicommissi de Goris 9. Maii 1721. §. Absque eo quod cor. bo. me. Ansaldo, in Romana fideicom. 8. Junii 1705. §. Nàm quatenus cor. clar. mem. Card. Caprara atque in Bononien. fideicommissi de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. 12. coràm Reverendissimo P. D. Aldrovando*, & in terminis hujus quæstionis *Rodulphin. allegat.92. n.28., & seqq.*, Neque ampliari

26 posset de Linea ad lineam ob præfatam rationem conservationis Familiæ, & Agnationis de Neriis in perpetuum, quia cessantibus cæteris requisitis reciprocæ linearia, hæc ratio considerata intelligitur in singulis Columnellis, & lineis hæredum Institutorum, *Rocca adduct. concordan. disput.17. n.12.*, & prosequitur *Rota in Romana fideicommissi de Gor. s eodem §. Absque, eo quod coram bo. me. Ansaldo, & in dicta Bononien. fideicommissi de Elephantutiis §.12., & seqq. cor. Reverendiss. P. D. Aldrovando.*

27 Tollitque Dominis quamcumque in hac parte dispositionis difficultatem ea animadversio, quod Demophous Testator in dicto casu alienationis relatis verbis concepto, & ex quo tot argumenta in contrarium deducuntur restrictivè locutus fuit ad ipsos hæredes institutos, neque ullo modo substituit contravenientibus eorum, aut aliorum fratrum filios, quamvis supra positos in Conditione; imo etiam in casu, quo dicti Hæredes contravenissent, nominatim, & expressè vocavit prædictas ejus Neptes, inter quas Elisabetham. Unde repugnare visum est, quod in portionibus Patruorum ex tali prohibitione, & dispositione elici valeat prædilectio Filiorum in conditione positorum, dum in istorum concursu in dictis portionibus Patruorum fuerunt primo vocatæ, & prædilectæ ipsæmet Neptes, ex firmatis in puncto per *Rotam dec.93. n.5. cor. Zarat., & dec.287. n.9. par.19. rec.*, dum præser-

28 tim data specifica substituti appositionne in casu præciso dictæ alienationis, ad excludendum hujusmodi substitutum proprio nomine vocatum, numquam possunt Filii in conditione positi sub appellativo nomine filiorum censeri vocati ad Patruorum portiones, juxta magistrales decisiones 1281., & 1487. coram *Seraph., quas in simili sequitur de Luca de fideic. disc.21. n.5. Rot. decis.241. num.7., & seq. par.9., & dec.111. num.14. par.13. rec.*

29 Multo autem minùs, dum ex eadem substitutione excluditur prætensa contemplatio Agnationis nequaquam aptabilis huic hypothesi, in qua nec Testator mentionem fecit Masculinitatis, & nedum Masculos non prætulit fæminis, sed imò fæminas prætulit ipsis Masculis, eas in casu contraventionis expressè, ut dictum, est substituendo, *de Luca de fid. disc.70. n.11. Rota dec.30. n.10. cor. Danoz. Jun. d. dec.241. n.5. par.9., & dec.111. n.13. par.13. in Eugubina fideicom. 9. Maii 1707. §. Ipse cor. Me, & in Bonon. fideicommissi de Foscherariis 30. Apr. 1717. §. Inter personas cor. R. P. D. meo Foscaro.*

30 Ex quibus sanè omnibus, vel asserta vocatio filiorum positorum in Conditione totaliter remanet exclusa quoad portiones Patruorum ad quas tantùm agit Cataldus ex persona Elisabeth suæ Auctricis, vel saltem negari non potest, quin reddita sit valdè dubia, & difficilis, & hoc sanè sufficit, præsertim ne illa inducta sit ad exclusionem dictæ Elisabeth expressè substitutæ, & quidem non ex fonte ipso vocationis, sed ex secundaria dispositione in prohibenda alienatione, & in Testamento non ascendentis, sed transversalis, ut præter adductos supra *§. Non suffragantibus*, probat *Constantin. ad statut. urbis annot.36. n.280. Rot. dec.441. n.16. cor. Cerro, & decis.79. n.18. par.18. recen.*

Et ita omissis levioribus; responsum fuit in secunda Causæ propositione utraque parte &c.

ROMANA DOTIS.

Veneris 20. Junii 1721.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 12. Aprilis 1719.

Hæreditas ab intestato ab hæredibus semel adita ad causam testati amplius referri non debet, eo præsertim casu, quo ex tali tituli mutatione juri à tertio quæsito ex primo actu præjudicium inferretur. Debitor in Creditorum præjudicium potest ad se delatam hæreditatem repudiare, vel non adire, secus

secus vero legittimam sibi de jure competentem, & semel aditam hæreditatem.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio facta à Patre pro dote nurus sequitur rem illius ubicumque devenerit.*

2 *Testamentum paternum semel à filiis repudiatum, qui ab intestato hæreditatem adjuissent, ad causam testati nequeunt amplius redire, præsertim in præjudicium tertii, cui ex intestata aditione jus fuisset quæsitum*; amplia, ut in nn.3. 5. 11., & 16.

4 *Aditio hæreditatis, rei aditæ dominium in adeuntem transfert.*

5 *Aditio hæreditatis semel facta à filiis ab intestato, operatur, ut ad causam testati illi ampliat redire nequeant in præjudicium juris a tertio quæsiti in vim primi actus.*

6 *Qualitas hæreditaria ex exactione pecuniarum hæreditariarum contrahitur.*

7 *Hæres, qui ab intestato hæreditatem adivit, non potest ad causam testati redire allegando se exegisse pecunias titulo intestati ad evitandum investimentum à testatore volitum in præjudicium usufructuarii, qui illo gaudere deberet*; intellige ut in num.8.

8 *Allegatio propriæ turpidinis allegantem non juvat.*

9 *Aditio facta ab intestato ad causam testati referri non potest, ex hoc, quod hæres in publicam formam testamentum extrahi jussisset*, & vide rationem in n. seq.

10 *Actus præparatorius, & ad perfectionem non reductus nil operatur.*

12 *Jus creditori quæsitum non leditur ex facto posteriori debitoris, neque tollitur.*

13 *Renunciatio juri legittimæ non potest fieri à legitimario in præjudicium Creditorum, postquam istorum favore hypothecat contraxisset*, & n. 15.

14 *Amplia in præjudicium dotalis hypothecæ quæ juris aquirendi abdicationem firmiori privilegio non admittit.*

15 *Repudiatio hæreditatis, seu non aditio fieri potest à debitore etiam in suorum Creditorum præjudicium*. limita in n. seq.

16 *Repudiatio hæreditatis semel aditæ non potest fieri à debitore, postquam ex aditionis actu, jus ejus Creditores fuissent adepti.*

17 *Renunciatio translativa non præjudicat Creditoribus renunciantis*; intellige, ut in num.19.

18 *Alienatio propriæ portionis hæreditariæ dicitur facta ab hærede, & non dicitur dimisisse, sive illam renunciasse, quando ex tali actu percepit pretium à renunciatario, seu remissionem debiti in compensationem.*

20 *Aditio hæreditatis dicitur facta ab intestato à filiis, qui æqualiter inter sese hæreditatem divisissent, si testator non omnes pro æquali scripsisset.*

21 *Depositarius nec dominium, nec possessionem super re depositata adipiscitur.*

22 *Creditor non impeditur consequi suum Creditum, ex quo rem debitoris penes se retineret loco depositi ad instantiam aliorum Creditorum in suis manibus sequestratum.*

DECISIO MCCLI.

Mandatum pro restitutione Dotis favore Victoriæ viduæ relictæ quond. Antonii Tramazzæ in prima Instantia relaxatum iterum DD. censuerunt esse exequendum super Bonis hæreditariis Blasii Tramezzæ Patris pro quinta parte; ideoque inter geminas contrarias decisiones coram Me editas, alteram die 3. Junii 1715., alteram 19. Aprilis superioris anni, approbando postremam, pro persistentia *in secundo loco decisis* responderunt.

1 Posito siquidem credito dotali d. Victoriæ, quod non fuit amplius in dubium revocatum, actio pro restitutione contra Bona hæreditaria Blasii undique subsistens apparuit; cum enim paterna hæreditas d. Blasii pro quinta parte devenerit in Antonium alterum ex quinque filiis, illius virilis portio affecta remansit generali hypotecæ, cui pro tutiori receptæ dotis securitate idem Antonius proprium patrimonium subjecit, ad *Text. in leg. final. C. quæ re pign. oblig.*, *Bartol. in l.1. in princ. ff. de pignor.*, *Mantic. de tacit. lib.11. tit.4 n.6.*, *bo. me. Ansald. de commerc., & mercat.disc.85. n 25.*

2 Absque eo quod acquisitioni d. virilis portionis favore Antonii, & respective hypothecæ favore Victoriæ ullum obicem præstare visum fuerit Testamentum à d. Blasio Patre cond tum, in quo relictis eidem Antonio solis sc.20. titulo suæ portionis legitimæ, in reliquo Ille fuerunt scripti hæredes universales cæteri quatuor filii, Innocentius, Bernardinus, Bartholomæus, & Joannes; quia omissa denuo inspectione validitatis præfati Testamenti conditi absque solemnitatibus Juris civilis, pro constanti recognitum fuit, quod anno 1699. Fratres de Tramazza post obitum Blasii Patris, occasione exigendi pecunias hæreditarias in summa sc.890. in Sacra Æde depositas, uti minimè voluerunt d. Testamento, sed tamquam hæredes intestati, constituto Procuratore altero ex fratribus in Urbe existente, judicialiter comparuerunt in Curia Capitolina, obtentoque mandato sub explicita causa intestati, devenerunt ad effectivam exactionem prædictarum pecuniarum, ut *ex primo Sum. Victoriæ n 9., & 10.*

Ex quo sane facto adeo solemnitèr gesto, etiam mediante Judicis auctoritate, sicuti nulla adesse potest ratio dubitandi, quod dd. Fratres acceptare noluerint Testamentum paternum, quodque uti potius elegerint juribus intestatæ successionis, absque difficultate compertum remanet, Antonium jus certum acquisivisse super Bonis Patris, non solum pro consecutione legitimæ, ejusque supplementi, quæ sola sufficere posset pro executione mandati, de quo agitur, super

per Bonis hæreditariis Blasii; sed etiam in-
tegræ virilis portionis totius hæreditatis
æqualitèr dimitiendæ cum aliis quinque Fra-
tribus, qui dum in actibus adeò proportio-
natis judicialiter sese declararunt hæredes
ab intestato, scienter omisso præfato Testa-
mento, ad minuendam portionem Antonio
Fratri tangentem, ad causam testati ne-
queunt amplius redire, juxta censuram
Text. in l. filium emancipatum 60. *ff. de ac-
quir.*, *vel omitt. hæred.*, *Bartol. in leg.*5.*ex-
tante in fin. vers. sed si ab intestato ff. de
excep. rei judic.*, *Alex.cons.*121.*sub n.*5.*vers.
sed præmissis*, *&* *n.*6. *vers. cum ergo lib.*1.,
*Gabr. de act. lib.*2.*conclus.*3. *n.*8., & in pun-
cto firmavit *Rot. in rec. dec.*312. *n.*16., *&*
17. *par.*16., *& dec.*237. *sub n.*10. *vers. alte-
ra verò cum seqq. par.*17.

3 Eoque minùs, dum prætensio dd. Fratrum
redire contendentium ad causam testati,
qua prius uti recusarunt, apertè irrogat præ-
judicium juri per Victoriam Actricem quæ-
sito: cum namque ex d. judiciali electione
succedendi ab intestato iteratis actibus emis-
sa occasione exactionis pecuniarum hæredi-
tariarum dubitari nequeat, quod dd. Fra-
4 tres perfectè adiverint hereditatem paternã,
adeoùt Antonius portionẽ tangentem in Bo-
nis Blasii Patris legitimè adeptus fuerit in
vim d.aditionis, quæ ut certum est,portionẽ
hæreditariam in adeuntis patrimonium ple-
nariè convertit,juxta *Tex.in l. sed etsi pluret
§ filio Impuberi ff.de vulgar.*, *l.*1. §. *Veteres*
ibique*Gloss.vers.& post aditam ff.de acquir.
posses.*, *Surd. dec.*310.*n.*10.*&*11., *Rota cor.
Merlin. dec.*22. *n.*6.,*cor.Emerix iun.dec.*539.
*sub num.*4. & in *Ferrarien. fideicommissi de
Trottis* 18 *Martii* 1718. §. *Minusque coram
Rmo P. D. meo Crispo Archiepiscopo Ra-*
5 *vennaten.*; profectò detegitur evidens,
quod Victoria creditrix Antonii viri pro re-
stitutione suæ dotis jus certum acquisiverit
super portione d. Antonii; & propterea
eum reditus ad causam testatam directè in-
fringat jus mulieri jam quæsitum, concludi
oportet, quod fratres de Tramazza eo minus
valeant à primæva aditione, & jure succe-
dendi resilire, mutando causam intestati in
prejudicium hypothecę dotalis prętatæ cre-
ditricis, ut optimè probat *Rota ad ornat.
Card. de Luc dec.*7. *nu.*12. *lib.*5. *tom.*3., &
in *Ferrarien. Cauthelæ Angeli*, *seu reddi-
ditione rationis* 30. *Januarii* 1719. §. *Fru-
stra cor. Me.*

6 Nec ad destruendam qualitatem intesta-
tam, ut suprà, concludenter probatam ex d.
pecuniarum exactione secum ferente expli-
citam paternæ hæreditatis aditionem, ali-
cujus momenti apud Dominos fuit habitum,
vel motivum evitandi Investimentum dd.
pecuniarum, quod juxta disposita in Te-
stamento fieri debuisset favore hæredis usu-
fructuariæ; vel instantia ante d. exactio-
nem à duobus fratribus facta pro relevatio-
ne ejusdem Testamenti in publicam for-
mam.

7 Motivum namque evitandi investimen-
tum, quod ex sola assertione fratrum dedu-
citur,undequaque inefficax fuit recognitum,
non solum quia non affertur ab hærede usu-
fructaria, in cujus fraudem exactio qua-
lificata ad titulum, sive causam intestati fa-
cta supponitur, ex notatis per *Bero consil.*
147 *sub num.*40. *vers. quo vero ad revocan-
dum volum.*2., sed etiam quia Fratres de
Tramazza referendo judicialem petitionem,
8 ac successivam exactionem pecuniarum ad ti-
tulum simulatum, & adinventum pro frau-
danda d. hærede usufructaria, propriam al-
legant turpitudinem,itaut nullo modo sit eis
deferendum in præjudicium Victoriæ, quæ
assertæ fraudis particeps non fuit, ut in pro-
posito firmant *Alex. cons.*59. *sub num.* 12.
vol. primo, *Gratian. discept.*876. *num.* 16.,
*& sequen. Rota in recent. decis.*509. *num.*5.
par. 18., & in *Romana Cambii* 24. *Martii*
1702. §. *His omnibus coram bonæ memoriæ
Muto.*

9 Instantia autem pro relevatione Testa-
menti in authenticam formam, utpotè non
importans, nisi simplicem animi præparatio-
nem ad adeundo.quatenus paternum Testa-
mentum mediante relevatione appareat sub-
sistens, & validum; non probata successivè
Testamenti relevatione cum illius subsecu-
ta executione, inducere minimè potuit
nec positivam Testamenti approbationem,
nec effectivam hæreditatis aditionem ex ti-
tulo ejusdem Testamenti, & proindè ex hoc
10 actu præparatorio per duos tantum ex dd.
fratribus gesto, & ad effectum non deducto
destrui certe non potest qualitas intestata,
& respectiva aditio solemniter ab omnibus
fratribus patefacta occasione d. exactionis,
*Bald. cons.*142. *num.*3. *lib.*3., *Ursell. conclus.*
51. *num.*67., *Alderis. de hæred. act. part.*1.
*cap.*11. *num.*19, *Rot. cor. Coccin. dec.*1863.
*num.*23., *& sequen.*

11 Minusque qualitas intestata per dd. Fra-
tres prælecta postmodum dici potuit inter-
versa, vel commutata ex eo, quod post de-
cennium,nempè anno 1709. Antonius recep-
tis scut. 300. devenerit ad Transactionem
cum aliis duobus fratribus, renunciando ra-
tam sibi tangentem ex hæreditate paterna;
cum enim ex præcedenti actu aditionis ex
causa intestati integra portio ejusdem Anto-
nii affecta remanserit hypothecæ dotali præ-
fatæ Victoriæ, solida visa fuit responsio,
quod quidquid ex post gestum fuit inter An-
tonium, & fratres mediantè dicta transa-
ctione, pœnitus inutile reputari debeat ad
tollendum vinculum, quo eadem portio le-
gitimæ fuerat obstricta, eum absolutum in
jure sit, quod jus Creditoribus jam acquisi-
12 tum Debitorum facto, & pactionibus, sinè
eorundem Creditorum consensu, nequeat
immutari, vel tolli, ad *Text. in l. debitorum
pactionibus C.de pact.*, *l.debitorem* 15 *C.de Pi-
gnor.*, *& hypoth.*, *Mantic. de tacit. lib.*11.
*tit.*4 *nu* 8., *Salgad. labyr. Credit. par.*1. *cap.*
42. *sub n.*30., *Carol. Ant. de Luc. ad Franc.*
obser-

observ.101. sub num.25. Surd. dec.286. num. 1. Thomat. dec.202. num.22., Rot. in rec. dec.91.num.11.,& dec.600. sub num.12. par. 19., & in Ferrarien. Caatbelæ Angeli super Immissione 26. Junii 1719. §. final. coram R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.

13 Atque hinc neque meruit attendi, quod Antonius accedendo ad actum transactionis, aliud non fecerit, quam sese de medio tollere per viam simplicis repudiationis, sive abstensionis, quæ effectum consequi possit etiam in præjudicium Creditorum; ultrà quod enim quoad portionem legitimæ Antonio competentem super bonis Patris, tamquam jus, quod de jure recta via defertur in Legitimarium, allerta repudiatio, ad effectum de quo agitur, facilè forsan convinci posset inutilis, ex firmatis per Rot. in Romana Pecuniaria 10. Martii 1719. §. Non adversante eordm R.P.D. meo Cerro, pre-

14 sertim, prout hic, in præjudicium crediti ac hypothecæ dotalis, quæ juris acquirendi abdicationem firmiori privilegio non admittit, ut tenent Fab. de annal. consil 76. num. 7., Catell. de donat. tom.1. disc.2. par.2. nu. 36., Cancer. var. lib.1. cap.3. num.72., Andreol. controv.175. num.1., de Luc. ad Franch. dec.101. num.19. cum aliis per bon. mem. Ansald. de Commerc., & Mercat. disc.85. num.19., in omnibus visa fuit cessare quæ-

15 libet difficultas, quia licet receptum sit, quod debitores jus querendum, ac hæreditatem ipsis simpliciter delatam possint non adire, vel expressè repudiare, itaût in fraudem Creditorum agere non dicantur, juxtà Text. in l. qui autem in princ. ff. quæ in fraud. Credit. l. si postulante 67. ff. ad Senat. Consult. Trebell., Salgad. Labyr. Credit. par. 2, cap.14. num.4., & seqq., Arias de Mes. var. lib.2. cap.41. num.4., & seqq., nihilo-

16 minus ubi renunciatio non cadit super Jure quærendo, sed super Jure quæsito, mediante acceptatione, vel aditione, quam in casu ipse Antonius jàm præcedenter elegerat, in his terminis frustra prætenditur, quod legitima, vel hæreditas validè dici possit dimissa in præjudicium Creditorum, dùm istorum respectu talis dimissio absque dubio pænitus remanet inefficax, ut ex Text. in l. sicut major. C. de repud. hæred., communiter tradunt Olea de cess. Jur. tit.2. quæst.3. num.3. Merlin. de pignor. lib.4. tit.5. quæst.134. n. 5. Fontanell. de pact. nuptial. clauf.4. glos.9. par.5. num.77., Salgad. labyr. Credit. par.2. cap.14. nu.10. & 13., Card. de Luc. de Credit. disc.138. nu.2., & 3., Capyc. Latr. dec. 8. num.1., ibique Gizz. num.35., cum aliis per Rot. in d. Ferrarien. Caatbelæ Angeli, seu redditionis rationis 30. Ianuarii 1719. §. Frustrà tamen coram Me.

17 Quin imò intrare nullo modo apparuerunt termini repudiationis, ac simplicis abdicationis; tum quia præter aditionem jam sequtam, transactio facta non fuit favore omnium Fratrum, quibus posita simplici abdicatione, portio Antonii accrescere debuisset, sed favore duorum tantum ex quatuor Fratribus, quod satis ostendit, renunciationem verè translativam Creditoribus minimè præjudicialem, Soccin. sen. consil.34. sub num. 1. vol 4., Andreol. controv6. num. 69. Olea dec cess. iur. tit.1. q.3. n.47.

18 Tum quia Antonius occasione d. renunciationis in transactione emissæ non solùm recepit à dd. duobus Fratribus sc.300. sed etiam obtinuit remissionem proprii debiti sc.700., necnon sibi, & Uxori reservavit alimenta à Fratribus solvenda, ex quo pariter dignoscitur, quod dicti Fratres in hac transactione commensurare intellexerint portionem ab intestato debitam Antonio, quodque idem Antonius verè non dimiserit portionem sibi competentem per cessionem, sive renunciationem merè abdicativam, sed potius ad actum effectivæ translationis, sive alienationis suæ virilis portionis devenerit, Ansald. de commerc. & mercat. disc.85. n.17. Card. de Luc. de credit.

19 disc.138. n.2. tum, & deinum, quia post d. transactionem fratres de Tramazza devenerunt ad divisionem hæreditatis paternæ, factisque quinque portionibus ad formam intestatæ successionis, Antonii portio ex Juribus per d. transactionem acquisitis ab Innocentio, & Bernardino, eisdem integre assignata fuit, quæ sane facti circumstantia eo magis comprobat, quod cessio portionis hæreditariæ fuerat translatìva, non allegabilis in præjudicium Creditorum, & sic hypothecæ dotalis Victoriæ ex superius firmatis.

20 Dictaque divisio post transactionem facta jure intestato, certius etiam convincit, quod hæreditas Blasii verè adita, ac adepta fuerat titulo intestatæ successionis, juxta quam hodie Fratres de Tramazza contra propriũ factum, & explicitas confessiones frustra impugnant, quod mandatum favore d. Actricis relaxatum exequi possit super quinta parte Antonio fratri competente in bonis Blasii communis Patris, non obstante, quod penes Victoriam loco depositi relicta fuerint nonnulla stylia ad usum Cauponæ executata ad instantiam aliorum Creditorum;

21 quia cum Depositarius nec dominium, nec possessionem habeat super re deposita, juxta Text. in l. deposui 35. ff. de pecul., Salg. labyr. credit. par.1. cap.11. n.20., & 21.

22 hoc impedire non debet, quin d. mulier sui crediti consecutionem super eisdem, vel aliis bonis valeat experiri, ut in specie firmat Bersan. de compens. cap.2. qu.22. n.25., & conferunt tradita per Rot in Beneventana nullitatis Testamenti super deposito 2. Julii 1714. §. Quod attinet cor. Rmo Ravennaten.

Et ita utraque &c. ac quinto, & sexto suffragium ferentibus &c.

BRIX-

BRIXINIEN. JURISDICTIONIS.

Luna 23. Junii 1721.

ARGUMENTUM.

Hæc est confirmatoria alterius sub die 20. Januarii præcedentis.

Parochiali unitæ Regularium Ecclesiæ, vel Monasterio Vicarius sæcularis perpetuus deputandus est, nec adversus hanc regulam allegandum videtur privilegium, quod per centum annorum non usum destructum reperitur.

SUMMARIUM.

1 *Vicarius sæcularis, & perpetuus præsentandus est Parochiali unitæ, Monasterio, vel Ordini Regularium*, amplia, ut in n. 2.

2 *Centenaria meliorem de Mundo titulum præbet, & quamcumque favorabilem præsumptionem secumfert.*

3 *Vicaria effecta sæcularis præsumenda est, si per centum annorum lapsum reperiretur, quod à Vicariis sęcularibus fuisset occupata*, amplia ut in n. 4.

5 *Centenaria non destruitur ex unico actu contrario ad aliam causam potius referibilem* declara, ut in n. 9.

6 *Exequutor Privilegii Unionis Ecclesiæ aliquid omnino extraneum à mente Papę concedentis superaddere non potest.*

7 *Facultas deputandi in Vicarium Regularem Ecclesiæ unitæ sublata censetur, quãdo super non tali usu centenaria superaccedat*, amplia ut in n. seq.

10 *Privilegia generalia deputandi Vicarium Regularem Ecclesię non sunt allegabilia circa Parochialem unitã, in qua stylus in contrarium deputandi Vicarium sæcularem vigeret, quique stylus centenaria videretur roboratus.*

11 *Observantia longeva est optima interpres legum, & Constitutionum Apostolicarũ.*

DECISIO MCCLII.

JUra Celsissimi Episcopi Brixinien. subsistentis ad Parochialem Ecclesiam S. Pancratii in Mareid per Commendatarium Incliti Ordinis Teutonici pręsentari debere Præsbyserum Sæcularem, & perpetuum, non vero Regularem, & amovibilem, ut in contrario idem Commendatarius contendebat, pręvaluerunt prius in possessorio coram bo. me. Kaunitz, juxta ejus decisionem editam 27. Junii 1710., ac deinde etiam in petitorio, quod in revisione d. Decisionis coram Me, in illius locum subrogato, censuit Sacra Rota assumendum mediante rescripto diei 6. Maij 1720. *Videatur de bono jure etiam ad effectum Manutentionis*, nam proposito successivè congruo dubio in Audientia diei 20. Ianuarii hujus anni prodiit responsum -- *Constare de bono jure Episcopi, & standum esse in decisis* -- Idemque iterum hodiè contigit, licèt enim ob factam Commendatario, inclitoque Ordini eidem adhęrenti facultatem impugnandi d. decisionem utriusque Partis Jura ad trutinam rediissent rescriptum tamen fuit -- *In decisis*.

1 Subsistunt enim fundamenta, quibus nititur præterita resolutio, tùm respectu assistentiæ Juris disponentis, quod in Ecclesia Parochiali tametsi unita Monasterio, vel Ordini Regularium præsentari dabeant Vicarii Sæculares, & perpetui ad formam *text. in cap. 1. de Cappell. Monach. Sac. Conc. Trident. sess. 7. cap. 7. de reform.*, & *Constitutionis S. Pii V. la 47.* in hisce terminis allàs plenè examinatæ in *Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii 1714.*, & *19. Januarii 1719. cor. R.P.D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore* etiam conseotaneè ad litteram donationis factæ à glor. me. Sigismundo Austriæ Duce Henrico tunc temporis Commendatario, ex qua jus præsentandi Commendatarii acquisiverunt, nam in ea præcisè habetur, quod -- *Singuli sui Successores Commendatores &c. quotiescumque vacaverint alios, vel alium Rectores, vel Rectorem perpetuos Vicarios, vel Vicarium &c. præsentare &c. debeant, possint, & valeant* - ut latius dictum fuit in decisione, quæ confirmatur §. *Constitit coram Me*.

Tum etiam respectu longævæ observantię
2 duorum, & ultra sæculorum post secutam assertam unionem, per quam ostenditur statim anno 1483. ab eodem Henrico Donatario cæpisse pręsentari ad istam Ecclesiam S. Pancratii Præsbyteros Sæculares, & perpetuos, atque ita servasse omnes illius Successores usque ad postremum statum anni 1683. Per hanc autem biscentenariam, & immemorabilem observantiam efficitur, ut possit ab Episcopo allegari ex ea firmatio status hujus Parochialis pro ejusdem collatione in
3 personam Sęcularis non amovibilis, juxta firmata in *Frisingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Coronabantur cor. bo. me. Ansaldo*, & *in Salisburgen. Vicariæ 4. Februarii 1715. §. Fortius cor. Reverendissimo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, possitque exinde deduci pariter favore Episcopi quæcumque præsumptio, vel quod ex alio quovis titulo non obstantibus anterioribus privilegiis fuerit status regularitatis, & amovibilitatis sublatus, & Vicaria effecta Sæcularis, ac perpetua, ut itidem firmavit *Rota in Frisingen. Juris deputandi Curatos 22. Junii 1716. §. Idipsum cor. R.P.D. meo Cerro*, & *in Salisburgen. Vicariæ 30. Aprilis 1717. §. Cui quidem cor. R. P. D. meo Foscaro*.

Nec porro necesse erat ad comproban-
4 dum in facto hujusmodi observantiam percurrere singulariter omnes status vacationum tanto temporis decursu secutarum, cum jam ex parte ipsius Commendatarii admitteretur, quod ab anno 1383. usque ad annum 1186., & sic per tempus complens integram centenariam, omnes deputationes cecidissent, & sortitæ fuissent effectum in personas Sæcularium, absque eo quod certitudinariè constaret de ulla Regularis pręsentatione vel de ullo casu amovibilitatis. Ab inde vero citra distinctè perpensis singulis subsecu-

tis

tis actibus deputationum difficultas unicè ex parte Commendatoris proposita sistebat in eo, quod tres concurrerent Regularium præsentationes factę ànis 1586.,1613.,&1635. sed quoad duos actus anni 1586., & 1635. difficultas faciè tollebatur, ex quo in præsentationibus factis tunc temporis,præsentati enunciantur *Laicus Præsbyter*, *& rursus Præsbyter Sęcularis*, unde quicquid confunditur cum regularitate incompatibili in eadem persona cum d. contraria expressione præsentata, vel in ipso eodem actu deputationis, vel in relatione successivè secutæ vacationis, nequaquam convincere valet, quod fuerint deputati Regulares, ut explicando tales enunciativas latiùs habetur in decisione, quæ confirmatur §. *Nec verò*, *& seqq*, & jam adnotatum fuerat etiam in decisione diei 27. Junii 1710. §. *Et quidem cor. bon. mem. Kaunitz*.

Et his duobus actibus à probanda Regu-
5 larium deputatione exclusis, parum suffragari valet ad eumdem effectum tertius intermedius anni 1613., per quem verè habetur fuisse præsentatum *Ordinis Professum*, remanet enim ille actus è conspectu tàm præcedentis, quàm subsequentis centenariæ præseferentis uniformem Sæcularium deputationem unicus pro regularitate,ideoque ad eamdem centenariam destruendam non est allegabilis, cum potius tribui possit subsidiariè deputationi Regularis ob defectum Sacerdotis Sæcularis capacis, ut in similibus terminis advertit *Rota in eadem Salisburgen.Vicariç 31. Januarii 1714. §.Nec in aliqua cor. R. P.D.meo Falconerio*.

Absque eo quod saltem iste actus prodes-
6 se possit in conservationem Iuris facultativi deputandi vel Regulares, vel Sæculares inclito Ordini attributi tum specialiter in Bulla unionis fa. me. Pauli II., tùm generaliter in aliis eidem Ordini concessis Apostolicis Privilegiis: quippe quia, ultra quod respectu Bullæ Pauli II. aliqua occurrebat difficultas,ex quo verba importantia hujusmodi facultatem in ea non legerentur, solumque addita habebantur ab executore Privilegii Unionis, qui tale quid omninò extraneum à mente Papæ concedentis superaddere non valebat, ad *text.in cap.cum dilecto ubiGloss. verb. transponentes de rescript.*, *& in cap. Venerabilis 37. de offic delegat*, *Rota dec. 153. n.4. cor.Sa.me. Alexandro VIII.* ces-
7 sat hujusmodi Commendatarii fundamentum ex eo,quod si per præcedentem d. actui centenariam semper jam deputati fuerant Sæculares, & per aliam subsequentem centenariam semper itidem fuerunt præsentati Sæculares,per hujusmodi bisœntenarium facultatis non usum, & imo per usum de directo contrarium, sublata intelligitur talis facultas, & quidquid actum fuit, gestum præsumitur eo modo, quo fieri debere necessitas, & obligatio obstringebant, ex deductis in præallegat. *Frisingen. Juris deputandi Curatos 24. Martii 1713. §. Corona-*

bantur cor. bo me. Ansaldo, *in Salisburgen. Vicariæ 31. Januarii 1714. §. Neque centenariæ cor. R.P.D. meo Falconerio*, & *in confirmatoria 4. Februarii 1715. §. Nec hujus cor. Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, *& 30. Aprilis 1717. §. Pro enervanda*, *& seq. cor. R.P.D. meo Foscaro*.

8 Multo autem fortius procedunt hactenus firmata circa exclusionem tùm d.unici actus contrarii, tùm facultatis deputandi Vicarios, vel Sæculares, vel Regulares attento statu anni 1643. in personam Præsbyteri Sęcularis, cum successiva contradictione inter Episcopum, & Commendatarium super illius amotione, & deputatione Regularis in ejus locum, constat enim ex actis gestis inter prædictos sub anno 1649., quod Commendatarius assumpsit provinciam ejiciendi prætextu Statutorum, & Privilegiorum sui Ordinis Joannem Molitorem Præsbyterum Sæcularem tunc provisum de Vicaria S.Pancratii, ac deputandi sub eodem fundamento Regularem ejusdem sui Ordinis. Obstitit & autem Episcopus tunc temporis Brixinien., sustinendo Sæcularitatem, & perpetuitatem Vicariæ, inhibuitque Commendatario, ut præsertim probatur ex ejus epistola, ne Molitorem ullo modo removeret, ac de facto destitum fuit à quibusvis ulterioribus molestiis, recessitque idem Commendatarius tàm à remotione Sæcularis, quàm deputatione Regularis, quam quidem neque amplius tentavit in subsecuta vacatione per obitum ejusdem Molitoris, sed pacificè præsentavit alium Præsbyterum Sæcularem

9 Ex hujusmodi igitur statu contradicto, in quo Sęcularitas, & perpetuitas vindicata fuit à contrariis prętensionibus, semper magis datur intelligi, quod unicus intermedius ille actus anni 1613. verè potuerit esse subsidiarius tantum, quodque servata ipatio tanti temporis Sæcularium præsentatio, ex necessitate provenerit eos præsentandi, ut arguit *Rota in allegat. Salisburgen. Vicarię 4. Februarii 1715. §. Ponderato cor. Rmo Ravennaten.*, *& 16. Januarii 1719. §. Accedente*, *& §. Tametsi cor. R.P.D. meo Falconerio*,cum aliis concordan. supra laudatis.

10 Quibus ita positis, nequaquam oberant deputationes Regularium, ex parte Commendatarii adductę respicientes alias ejusdem Incliti Ordinis Parochiales ex quibus usum privilegiorum, ac facultatem arbitrariam deputandi vel Sæculares, vel Regulares adstruere intendebat; nam, ut etiam dictum fuit in decisione, quæ confirmatur §. *Absque ex his*, nullo modo hic agebatur de generali eorumdem Privilegiorum subsistentia, sed restrictivè ad hanc Parochialem S. Pancratii arguebatur, quod stare possit benè simul eadem Privilegia locum habere in aliis prædictis Ecclesiis, ubi posita fuerunt in usu, & ubi facultas præfata exercita fuit, & nihilominus non extendantur, neque operentur in ea, de qua agimus

Paro hiali, cujus respectu viget usus contrarius ex recensita centenaria observantia, etiam cum statu contradicto, & coactivo resultans deputandi Sæculares dumtaxat; quasi quod ejus respectu factus sit reditus ad jus commune, & non obstante (quamvis sit plenaria, & subiectiva) unione, neque attentis cujusvis generis privilegiis Seculares veniant præsentandi, ut cum decisione, quę revidetur loco allegato, concordat etiam *decis.26. Junii* 1710. §. *Hunc usque cor. bon.me. Kaunitz.*

11 Proinde neque ulteriori examine indigere DD censuerunt alia argumenta, quæ tùm circa unionem sa.mem. Pauli II., tùm circa donationem gl.mem. Sigismundi Austriæ Ducis assumebantur, quia semper præfata observantia ortum habens a tempore immediatè proximo, & continuata per tam longævi temporis spatium, vel eos effectus inducere debebat, de quibus supra §. *Tum etiam*, vel saltem interpretativè eamdem Donationem, eamdemque unionem consentaneè ad intentionem Celsissimi Episcopi declarare, ut optime inquit *Rota dec.*448. *n.*9. *cor. Bich.*, & generaliter *dec.*875. *n.*7 *coram Buratto*, *dec.*165. *n* 20., *& dec.* 175. *n.*10., *& seq.cor.sa.me Alex.VIII.*, *dec.*351. *n* 10. *p.*17., *& dec.* 631. *nn.*15., *& seq.p.* 19. *rec. tom.*2., *& passim.*

Et ita relativè ad præcedentem decisionem, quę confirmatur, responsum fuit utraque &c.

EUGUBINA FRUCTUUM.

*V: n.*27. *Junii* 1728.

ARGUMENTUM.

Exhibitio inventarii, & si defectuosi impedit, quin hęres in bonis propriis condamnetur, donec à Creditoribus terminus ad reddendam rationem ei non præfigatur; secus verò si illud ad retardandam mandatorum executionem d. hæres deduceret.

SUMMARIUM.

1 *Hæres de bonis hæreditariis rationem non reddens, recte in bonis propriis condemnatur.*

2 *Amplia, si simplex hæres detegatur esse.*

3 *Hæres ex defectu inventarii simplex fit, & in hac materia lex nemini parcit.*

4 *Hæres beneficiatus exhibens inventarium de bonis hæreditariis factū, non potest in propriis bonis condemnari quousque ad reddendam rationem non provocetur.*

5 *Exequtio non potest fieri super bonis propriis hæredis, cui detur exceptio de inventario, & quando super revisione Mandatorum pendeat appellatio.* lim. ut in seq.

6 *Exceptio de inventario non attenditur, quando reus citatus ad deducendum quascumque exceptiones, de eo non excepisset. nisi post expeditionem mandati.*

7 *Hæres admittitur ad redditionem rationis, etiamsi exhiberet inventarium defectuosum, secus si illud adduceret ad retardandam exceptionem mandati,*

DECISIO MCCLIII.

Post decennale silentium reassumentibus illis de Raphaelibus litem diu agitatam super restitutione controversorum fructuum adversus Paulum de Andreonis, & Sorores de Caccia causam habentes à Leonello pariter de Andreonis, actum fuit de viribus decisionis editæ coram Me in Audientia diei 19. Januarii 1712, demandantis procedi ad ulteriorem legitimam executionem mandati, & exequatur pro dicta fructuum restitutione relaxati ab A.C. in summma scutorum 2500., & per Rotam alias approbati præviis tribus decisionibus diei 6. Maii 1707., 5. Decembris ejusdem anni, & 4. Junii 1708. coram clar. mem. Cardinali Priolo, & deducentibus sororibus de Caccia tum propriis Juribus, tum etiam Pauli de Andreonis, responsum fuit in Rota diei 31. Jan. hujus anni cor. Me *Standū esse in decisis juxta modū*; ita scilicet, ut procedi posset ad dictam ulteriorem executionem contra bona Andreoni, & Pauli hæredum Leonelli originarii Debitoris illorum de Raphaelibus; sed quoad sorores de Caccia munitas Beneficio legis, & Inventarii de bonis hæreditariis Andreoni jamdiu confecti suspendendam esse executionem contra earum bona propria, donec ipsis præfigeretur terminus ad reddendam rationem.

Contra hujusmodi resolutionem curarunt utrinque partes admitti ad novam Audientiam: Sorores de Caccia impugnaturę eam partem resolutionis, quę respicit executionem mandatorum in bonis Andreoni, & Pauli; illi vero de Raphaelibus jura sua deducturi adversus præfatam suspensionem executionis contra bona propria dd. Sororum, donec reddant rationem de bonis hæreditariis earum Auctoris; ideoque opportunum, ut moris est dubium proposui hodie Dominis examinandum, cui, inhærendo in omnibus postremæ resolutioni, rescriptum fuit *Standum esse in secundo loco decisis.*

1 Quantum attinet ad primam resolutionis partem, quæ respicit executionem in bonis Andreoni, & Pauli, dubitari utique non poterat de Justitia præcedentium mandatorum; & exequatur, quia cum illi sint hæredes Leonelli debitoris fructuum, de quibus agitur, neque unquam de dicta hæreditate rationem reddiderint, licet ab alio Creditore ad eam lacessiti, utique tenentur etiam in bonis propriis, quia habentur, ac si essent ipsi principales debitores, ad *Text. in l. fin. §. Et si præfatam C. de Jur. deliber. ibique Bald. n.*3. *cum aliis adductis in dec.*84. *n.* 44. *&* 689. *n.*11. *par.*18., *& dec.*382. *num.*12. *par.*19. *rec.*, *& in decisionibus præceden. instantiæ* 5. *Maii §. Justitia, &* 5. *Decembris* 1707. §. *Constito coram cl. mem. Card.*

2 *Priolo.* Tanto fortius, quia sint hæredes simplices, & constat de ista additione per univocos actus, qui citra ius, & nomen hæredis expleri non poterant, de quibus in decisione quæ revidetur §. *Absque eo quod, & seq. cor. Me.*

3 Nec

3 Nec vero locus erat examini earum exceptionum, quibus ista qualitas hæreditaria in præteritis Causæ decisionibus evitari prætendebatur, signanter ob renunciationem hæreditatis paternæ factam ab Andreono, & ob nullitatem aditionis factam ex Testamento per posterius revocato, atque ad Pupillarem ætatem, & dementiam Pauli, satisfacit quippe hisce omnibus, & similibus exceptionibus eadem postrema decisio, quæ revidetur §. *Non obstat cum plurib. seqq.*, itaut de facto Sorores de Caccia adversus illam quicquam hodie amplius non deducerent, & huic parti resolutionis saltem tacite acquiescere viderentur.

4 Conatus autem major erat circa secundam resolutionis partem, in qua favore earumdem sororum de Caccia dictum fuit eas, utpote hæredes Beneficiatas Andreoni non posse in bonis propriis conveniri, donec à Creditoribus defuncti earum auctoris præfixus illis non fuerit terminus ad reddendam de bonis hæreditariis rationem. Et hanc quoque resolutionis partem DD. approbarunt, quia cum illæ inventarium exhibuerint, & sic se hæredes qualificatas Beneficio dicti Inventarii ostenderint, non potest utique contra ipsas, & ipsarum bona dirigi executio mandatorum pro creditis earum auctoris, quousque ad reddendam rationem lacessitæ non fuerint, ex praxi, quam tradit. *S luft. Tyber. lib.1. cap.45. Ridolph. par.1. cap.8. n.255., & seqq. Rot. dec.900. n.6., & 7. cor. Dunoz. Jun. dec.61. n.13., & 14. cor. Bicb. dec.49. n.2. par.16., & decis.495. n.1. par.19. rec. tom.2.*

5 Non obstat, quod Inventarium oppositum fuerit à sororibus de Caccia in hac tantum postrema Instantia coram Me, ideoque retardare non valeant mandata cum exequutur contra ipsas jam tum cor. A C. relaxata, tum in Rota cor. cl. mem. Card. Priolo approbata. Quia dum adhuc pendet in gradu ulterioris appellationis cor. Me revisio eorumdem mandatorum executionis in bonis earum propriis, utique licitum fuit etiam nunc excipere de Inventario, cum quo bona propria prædicta præservare valeant hæredes beneficiatæ ab executione, in quibus terminis opponi posse de Inventario ex magis communi opinione tradunt *Phannec. de Inventar. par.18. num.3. Thomat. eodem tract. tit.16. de except. Invent. opponen. n.1.* cum aliis relatis per *Andreol. controv.242 n.14., & Post. resol 12 n.49.* Quicquid secus esset,

6 si illud ab initio deductum fuisset ad impediendam mandatorum relaxationem contra bona propria, & præfixus terminus ad deducendum quascumque exceptiones cum Judicis interlocutione, ac postea in actu executionis mandati eo prævie deducto relaxati, iterum objiceretur, in quibus terminis ejus exceptionem amplius non attendi declarat idem *Andreol. controv.242., num.15. seq., Post. resol.12. n.51., & Rot. dec.514. n.17., & 18. par 19. rec. tom.2.*

7 Neque refert ad arcendas Sorores à redditione rationis, quam se promptas subire offerunt, quod d. Inventarium ex pluribus defectibus tàm in forma, quàm in substantia comperiatur nullum, ideoque eis suffragari non valeat, & haberi debeant pro simplicibus hæredibus. Quoniam quicquid sit de hujusmodi defectibus, quos DD. in præsenti examinandos non crediderunt, utique cum hic, & nunc non agatur de præpedienda vigore dicti Inventarii mandatorum executione, sed dumtaxat de admittendis hæredibus Beneficiatis ad reddendam rationem, visum fuit satis esse, quod sint iidem defectus aliquo modo dubii, ut interim pro hujusmodi effectu Inventarium prædictum suffragetur, & in ipsa redditione rationis de illius validitate strictius perquiratur.

Et ita utraque &c.

PERUSINA PECUNIARIA.

Veneris 27. Junii 1721.

ARGUMENTUM.

Evictio inter emptorem, & venditorem in pecuniis pactionata, ejus eveniente casu, ad tramites promissionis præstanda est.

SUMMARIUM.

1 *Evictio habet locum eo ipso, quod eius casus eveniat.*

2 *Obligatus in casu evictionis, ad solutionem pretii rei evictæ, ista eveniente, pretium concordatum solvere tenetur, et non liberatur, etiam si offerret dimissionem illius portionis, quam retineret;* amplia, ut in nn.4.& 5.

3 *Debitor aliud pro alio solvere non potest.*

5 *Obligatus de evictione, ista adventa, non se liberat ex oblatione rei evictæ absque refectione damnorum, et expensarum, quibus cum passus subiectus fuisset.*

DECISIO MCCLIV.

OB passam evictionem prædii *di Tribiliciano*, pro cujus relevatione sese obligaverat Margarita Luna in scutis 1400., Fratres de Cantagalliis utendo juribus dotalibus dictæ Margaritæ adversus Comitissam Annam Mariam Victoriam de Fluminibus usque ad rem judicatam obtinuerunt in nostro Auditorio immissionem ad bona fideicommissaria Petri Pauli Gilioli in vim *Auth. res quæ* restitutioni dotis obnoxia.

Eorum frustrati spe consequendi ejusdem rei judicatæ executionem propter distractionem eorumdem bonorum à dicta Comitissa factam in Franciscum Antonium de Baptistis, Christophorum de Albericis, aliosque tertios Possessores, coacti fuerunt novum immissionis judicium instruere, & contra dictum de Baptistis tertium Possessorem tria uniformia judicata pariter in nostro Auditorio reportarunt, nempe *coram bon. mem. Molines prævia decisione edita 22 Junii 1711. coram Reverendissimo Ravennaten. prævia decisione 3. Iulii 1712., & demum cor. bon. mem. Ansaldo prævia decisione 30. Ianuarii 1713.* Hisce

Hisce autem judicatis per Signaturam Justitiæ canonizatis cum clausula *S. P.* acquieverunt Adrianus, & Carolus de Baptistis renunciantes liti, quorum exemplum cum sequuti non fuerint prędicti de Albericis, aliiq; tertii possessores, hinc ad formam commissionis mihi in devolutivo directæ hodie Dominis meis proposui congruum dubium, & responsum accepi *Constare de re judicata.*

1 Justitia siquidem rei judicatæ clarè emergere comperta fuit ex obligatione de evictione per Margaritam Lunam suscepta occasione venditionis ejusdem Prædii *di Tribiliciano* pro rata pretii scut. 1400 Cum enim non dubitetur de evictione ejusdem Prædii jam passa per Fratres de Cantagallis, eorum favore denegari minime potuit immissio petita ad bona fideicommissaria Petri Pauli Gilioli obnoxia restitutioni dotis d. Margaritæ, adversus quam commissa dicitur stipulatio; adeout præstanda veniat evictio ad formam ejus obligationis, ad *Text. in leg. emptorem §. Item Neratius ff. de action. & leg. Si servus §. 1. ff. de evict., Rot. cor. Gregor. dec. 20. n. 18 cor. Bich. dec 315. n. 7.*

2 Absque eo quod ad probationi ejusdem rei
judicatę nullom obicem prębere potuerint
oblationes aliàs factæ per d. Comitissm de
Fluminibus, & per Cantagallos rejectæ. Quo
enim ad primam consistentem in dimissione
partis ejusdem prædii evicti, ista satis irrelevans
fuit, quia cum Margarita Luna pro
tuitione integri prædii sese obligaverit in
scutis 1400., favore Emptorum, sequuta
prædii evictione, absque difficultate facta
fuit debitrix in quantitate, & propterea si,
cuti d. mulier dici nequit propriæ obligationi
satisfecisse ex dimissione partis prædii
evicti ex communi juris regula, qnod de-
3 bitori aliud pro alio persolvere non licet,
*leg. eum à quo Cod. de solut. l. mutari datio ff.
si cert. petat. Cephal. cons. 195 §. 9. Surd. dec.
30. num. 9., Rota coram Durand. dec. 1. n. 1.
cor. Vbald. dec 106. nu. 1., & coram Ludovis.*
4 *dec. 212. n. 1. & seq.* Ita Fratres de Cantagallis,
qui obstricti sunt tollerare evictionem
super toto prædio t in causam reintegrationis
ipsis debitæ, cogi minime possunt ad acceptandam
partialem dimissionem prædii
per quantitatis debitricem ipsis factam, ut
in proximis terminis optime probat *Corn
cons. 149. n. 7. lib. 4., Mandel. Alb. cons. 173.
per tot., Gusman. de evict. q. 22. n. 2. & seq.*,
& bene firmatum fuit in præcedentibus decisionibus,
& signanter in *prima coram bon.
mem. Molines §. Obligatio, & in altera cor.
bon. mem. Ansaldo §. Dixi.*

5 Quo verò ad aliam oblationem integri prędii ultimo loco factam à dd. de Baptistis, sive à Comitissa de Fluminibus ejus Auctrice, ita pariter undique inefficax detecta fuit ad destruendam immissionem dd. de Cantagallis Actoribus concessam; tum quia facta dignoscitur absque solemnitatibus. tum quia cum in d. oblatione nulla mentio facta fuerit de fructibus, expensis, aliisque damnis passis per dd. Actores, isti proinde oblationem mulieris minus solemnem, & non integram bene respuere, vel non acceptare potuerunt, ut plenè firmat postrema causæ decisio §. *In casum cum seq. cor. bon. me. Ansaldo.*

Et ita remissivè in omnibus ad dictas præcedentes decisiones responsum fuit unica &c.

TARENTINA BENEFICII S. MARIÆ DE SCALA SUPER INSTITUTIONE.

Veneris 1. Iunii 1721.

ARGUMENTUM.

Præsentatus à Patrono ultimum pro se statum habente instituendus est, neque talis institutio per appellationem interpositam adversus manutentionem à Patrono relatam potest retardari, presertim si exceptiones adversus ipsum deductæ petitorium potius respicerent, nec essent ullimodè aptæ ad possessorium absorbendum.

SUMMARIUM.

1 *Institutio ad beneficium competit Præsentato à Patrono pro se ultimum statum habente, præsertim in judicio possessorio 2* ampliа ut in n. 5.

2 *Amplia, si Patronus, altero contradicente, sententiam ab Ordinario reportasset super manutentione in possessione præsentandi*, & n. 3., & subamplia, ut in n. 5.

3 *Ultimus status ex ultima præsentatione constituitur, quæ suum sortita sit effectum.*

4 *Appellant, sive adhærent appellationi facit acta sua, & sententiam latam.*

5 *Ultimus status in presentando à fortiori est attendendus, quando Patronus in contradictorio judicio sententiam retulit, & in auctoritate rei judicatæ pertransiit*, & num. 11.

6 *Patronus pro se ultimum statum habens per sententiam confirmatum, etiam si ab ista appellatio pendeat, attamen ex hac non impeditur, quin ab illo Præsentatus instituatur.*

7 *Amplia, quando Patrono juris assistentia favet, cum continua observantia etiam respectu antecessorum.*

8 *Possessio in præsentando tunc non est favore Patroni manutenibilis, quando titulus ita esset clarus, ut possessorium absorberet vel mediante partis confessione, vel publico instrumento, vel re judicata.*

9 *Iuspatronatus quando dicitur mixtum.*

10 *Patronus in possessione præsentandi non est perturbandus per discussionem tituli, & inspectiones altioris indaginis petitorium potius respicientes*; amplia ut in numero sequenti.

DECISIO MCCLV.

VAcarunt per obitum Francisci Xaverii Carducci sub anno 1718. duo simplicia

Beneficia

Beneficia in Ecclesia Cathedrali Tarentina, alterum sub invocatione SS. Apostolorum Simonis, & Judæ, alterum sub invocatione S. Mariæ de Scala annexum habens Legatum Pium nuncupatum Montis Calvarii; & sicut plures fuerunt, qui contenderunt habere jus præsentandi ad eadem Beneficia, ita tres fuerunt illi, qui præsentationes obtinuerunt, nempe Canonicus Prosper Marrefe, Jo. Baptista Sancti, & Alphonsus Carduccius, inter quos contestata lite coram Judice ab Archiepiscopo Delegato, Jo. Baptista Sancti comparuit etiam suffultus gratia Apostolica cum derogatione jurispatronatus in totum respectu Beneficii SS. Simonis, & Judæ, & ex suppositis illius iustificatione obtinuit adiudicationem, quam pariter ex titulo legitimæ præsentationis reportavit quoad aliud Beneficium S. Mariæ de Scala, & legatum eidem annexum Alphonsus Carduccius, iuxta distinctas præfati Judicis sententias.

A' quibus, eum hinc inde appellatum extitisset, & etiam quoad litteras Apostolicas Jo. Baptistæ impetrata commissio à Signatura Justitiæ cum clausula - *Parito litteris arbitrio Rotæ apposito sequestro* -- data fuerunt gemina dubia, primum respectu Beneficii SS. Simonis, & Judæ -- *An intret arbitrium pro retardatione litterarum Apostolicarum, & respectivè an, & cui sit danda institutio*, & secundum respectu alterius Beneficii S. Mariæ de Scala cum legato ei annexo -- *An, & cui sit danda institutio* - eisque propositis Dominorum iudicio in hodierna Audientia, licèt ob suffragiorum scissuram quoad primum rescriptum fuerit -- *Iterum proponatur*, quoad secundum tamen fuit responsum -- *Dandam esse institutionem Carduccio.*

1 Fundamentum autem huius resolutionis in eo stetit, quod Alphonsus Carduccius fuit præsentatus à Bartholomæo eius Patre, qui in proxima præcedenti vacatione anni 1693. præsentaverat Franciscum Xaverium ultimo loco defunctum, per cuius obitum contigit hodierna vacatio; undè cum hic agatur in iudicio merè possessorio inter præsentatos, utique idem Alphonsus, cui assistit quasi possessio Patris acquisita in ultimo statu, debet institui, ad *Text. satis celebrem in cap. Consultationibus de jurepatr.*, cum aliis, de quibus plenè in *Bononien. Beneficiorum de Castello 12. Decembris* 1712. §. *Institutio*, & §. *Hæc sanè cor. Rmo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, & 9. *Iunii* 1713. §. *Ex hac ipsa*, & *seq. cor. bon. mem. Ansaldo*, & *in Firmana Beneficiorum* 12. *Ianuarii* 1715. §. *Siquidem cor. Me.*

2 Cuius ultimi status efficacia in præsenti validior efficitur, ex quo possessio Bartholomæi Carducci in iure præsentandi ad controversum Beneficium fuit à cæteris Compatronis, & præsentatis ab eis contradicta, & nihilominus Ordinarius per sententiam, quæ suum plenarium habuit effectum declaravit esse instituendum Franciscum Xaverium à Bartholomæo præsentatum, reservando tantum iura in petitorio assertis compatronis; ex qua sanè contradictione, duplex ad rem profluit argumentum; primum quod validius probet, & fortius attendendus sit ultimus status efformatus cum huiusmodi contradictione, ex firmatis *in Pisana Prioratus* 15. *Iunii* 1711. *Nullatenus*, & *seq. cor. bon. mem Ansaldo*, *in Mediolanen. Beneficii* 7. *Iunii* 1715. §. *Absque eo quod coram Rmo P. D. Crispo*, & *in Colonien. Pastoratus* 14. *Iunii* 1715. §. *Pariter absque eo quod*

3 *coram R. P. D. meo Cerro.* Secundum, quod nullo modo parem efficaciam, seu assistentiam ultimi status valeant sibi arrogare præsentati ab aliis Cōpatronis, dum tunc eorum præsentationes posthabitæ fuerunt, & sic non possunt inducere, & stabilire ultimum Statum etiam pro illis, dum non aliter constituitur, quàm ex præsentatione, quæ effectum institutionis præsentati sortita sit, *Rota dec.* 181, *n.* 18 *p.* 19. *rec. in Pennen. Beneficii super executione litterarum Apostolicarum* 17. *Martii* 1710. §. *Ac submovetur cor. Rma P. D. Aldrovando*, & *in citata Firmana Beneficiorum* 12. *Ianuarii* 1715. §. *Hoc autem in fin. cor. Me.*

4 Nec turbatur, imò potius confirmatur huiusmodi effectus ultimi status ex appellatione, quam à d. sententia Ordinarii interposuerunt etiam Patroni, quorum præsentationes rejectæ fuerant. Quippe quia cum fecissent per huiusmodi appellationem omnia acta facta inter provisos sua ipsorum propria, *Add. ad Gregor. dec.* 259 *n* 8., *Rot. dec.* 133. *n.* 1. *cor. Cerr.*, & *dec.* 466. *sub n.* 69. *p.* 19.

5 *rec. tom.* 2., & subindè neglexerint eiusdem appellationis prosecutionem, eorum reiectio assumpsit vim rei iudicatæ, quæ magis solidam reddit possessionem præsentandi alterius favore constitutam, nempe Bartholomæi in modum, ut iste ultimus status tanto minus in superventa vacatione possit impugnari, ut docet *Rot. in Mediolan. Cappellaniæ* 23. *Martii* 1703. §. *Nec turbari cor. bo. me. Molines. in Leodien. Pastoratus* 20. *Martii* 1716. §. *Quod enim cor. Me*, & *in Astoricen. Parochialis* 8. *Iunii* 1716. §. *Eoque certius*

6 *in fin. cor. Me.* Quando tamen cæteroquin sufficit, ut sententia in ultimo statu lata, & executa, revocata interim non sit, ad hoc, ut appellatio in his terminis nequidem prosequuta nihil detrahat, quin ultimus status ad favorem Patroni efformetur, & ex eius præsentatione nominatus instituatur, ut ex *cons.* 12. *Calderin. de iurepatr.*, aliisque concordantibus firmat *Rota in Pisana Prioratus* 15. *Iunii* 1711. §. *Nullatenus*, & §. *Potissimè cor. bo. me. Ansaldo.*

7 Fortiùs autem hæc omnia procedunt attentis anterioribus statibus incipientibus ab anno 1649. usque ad d. ultimum anni 1693. pacificè continuatis, in quibus semper Auctores ejusdem Bartholomæi pariter præsentarunt cum effectu istitutionis subsecutæ favore

favore eorum præsentati, juxta documenta de quibus in *Summar Carucei num. 7. ad 14.*, & certè isthæc etiam possessio ejus Antecessorum longo tempore continuata, & observata saltem quoad Juris effectum confirmat possessionem præsentandi in præfato Bartholomæo, ut tanto facilius præsentatus ab eo in novissima vocatione veniat instituendus, juxta ea, quæ pariter notavit *Rot. in Bononien. Beneficiorum de Castello: super executione Literarum Apostolicarum 12. Decembris 1712. §. fin. cor. Rm̃o P. D. Ravennaten. in Placentina Parochialis 22. Martii 1715. §. Substulit cor. R. P. D. meo Cerro, & in Salernitana Jurispatronatus 11. Martii 1715. §. Pro constanti coram R. P. D. meo Falconerio, & 13. Januar. 1716. §. Provisionem cor. eodem Rm̃o P. D. Crispo Archiepiscope Ravennaten.*

Quibus ita positis nequaquam innuit re-
8 currere ad titulum, ex quo constare prætendebatur de pertinentia Juris præsentandi favore aliorum Patronorum, qui præsentarunt contradictores, itaut proprietas possessionem absorbeat, & limitetur Canonica dispositio *Text. in cap Consultationibus*: Quoniam tunc quidem habet locum hujusmodi limitatio, quando de titulo, & proprietate clarissimè constat, vel mediante Partis confessione, vel re judicata, vel publico Instrumento, ut dixit *Rot. in allegata Bononien. Beneficiorum de Castella §. Absque eo quod cor. Rm̃o Crispo*, & plenè *in Firmana Beneficiorum 11. Januar. 1715. §. Neque dicatur, ubi concordantes coram Me.*

In præsenti allegabatur Instrumentum fundationis, ex quo tamen clara proprietas certusque titulus nequaquam resultare visus est, quia involvebat plurimas inspectiones circa transitum Juris præsentandi à familia masculina in fœmininam, cum in hujusmodi casu videatur fundator qualificasse vocationem cum proximioritate erga masculum ultimum defunctum, non verò cum proximioritate erga ipsum fundatorem. Et hujusmodi qualitas faveret potius Bartholomæo filio immediato fœminæ agnatæ (juxtà arborem genealogicam plenè justificatam) quam cæteris cum eo concurrentibus;
9 & non minus erat dubitandum etiam de qualitate familiari hujus Jurispatronatus in qua pariter fundamentum constituebant Contradictores, cum aliqua concurrerent argumenta demonstrantia illud potius fore mixtum, cujus qualitas ob jus successionis, quod obtinuit, assisteret eodem modo Bar-
10 tholomæo Carduccio; itaut in hujusmodi dubietate, quæ pro hujusmodi signanter effectu crescit summopere attentis prædictis uniformibus statibus, omnis tituli discussio reiicienda sit ad petitorium, tanquam requirens altiorem indaginem, nec suffragetur in possessorio pro impedienda præsenti institutione, *Rot. in Sorana Jurispatronatus super institutione 10. Decemb. 1710. §. Neque applicabantur cor. Eminentiss. D. Card. Scotto, in Astoricen. Parochialis super remissoria 7. Decembr. 1716, §. Et sanè cum seqq. cor. R. P. D. Foscaro, & in Casertana Beneficii 15 Iunii 1716. §. fin. cor. Eminentissimo D. Card. Althann.* Ac de facto ita
11 fuerat in præcedenti ultimo statu anni 1693. practicatum in institutione ultimi possessoris, & fieri in præsenti acquiescebat alter ex Contradictoribus, nempe Jo: Baptista Sancti.

Et ita utraque &c.

ZAMOREN. CAPPELLANIÆ.

Veneris 27. Iunii 1721.

ARGUMENTUM.

Præsentatus ad Beneficium ex utroque latere Fundatori conjunctus, ex uno tantum conjuncto præfertur in casu, quo ille sibi conjunctos, vel ex latere Patris, vel Matris ad Jus passivum vocasset, præsertim, si ex utroque conjunctus esset pauper, & paupertas, ceteris paribus, in extraneis fuisset ab eodem Fundatore considerata, quæ à fortiori in consanguineis prælata intelligitur.

SUMMARIUM.

1 *Vocatio passiva ad Beneficium illi danda est, qui præditum se demonstrat omnibus qualitatibus à fundatore requisitis, ad exclusionem illius, qui istis non gauderet.*

2 *Amplia, etiamsi à Patrono non sit præsentatus, quando comparet coram Ordinario tempore abili ad institutionem petendam, cum dicatur in his terminis ab ipso Fundatore nominatus;* Amplia ut in numer. 3.

3 *Institutio semper danda est præsentato, qui sit ex utroque latere Fundatori conjunctus ad exclusionem illius, qui ex uno tantum sit, & quare;* Amplia ut in nu. seqq.

5 *Parificatio, & prælatio in assequendis beneficiis de jure, cæteris paribus, & inter qualificatos, semper competit pauperi.*

6 *Amplia, quando talis gratificatio esset etiam de mente Fundatoris.*

7 *Subamplia, quando qualificatio paupertatis fuisset prælata à Testatore etiam respectu extraneorum, adeo quod ex majoritate rationis præsumanda sit à fortiori ab ipso contemplata respectu suorum consanguineorum.*

DECISIO MCCLVI.

Pius Sacerdos Antonius Bragado in Fundatione Cappellaniæ, quam fecit anno 1663. ad Altare Sancti Dominici in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ Assumptæ Loci de Bultillo, reservavit Juspatronatus activum sibi ipsi, donec viveret, & post ejus obitum Francisco Bragado ipsius Fundatoris Consobrino. *E li suoi Figli* (sunt verba Fundationis), *e Descendenti, preferenda il Maggiore al Minore, e l'Uomo alla Donna;*

na -; Passivum verò post obitum Laurentii Hernandez per ipsum nominati pertinere voluit ad Consanguineos, seu Parentes cum alternativa inter Parentes, & Consanguineos ex linea paterna, & alios ex linea materna, inchoando à linea Paterna, & successivè continuando alternatim, ibi -- *Abbino ad essere, e siano Deudos, e Parenti di me detto Fondatore, alternando nelle vacanti della detta Cappellania uno, che sia per parte, e linea di Giovanni Bragado mio Padre, e l'altro di Maria Ramos mia Madre cominciando il primo per la linea Paterna, e così successivamente sempre in perpetuo* -- ac deficientibus hujusmodi Consanguineis, vocavit quemlibet ex Incolis, & Nativis Loci de Bustillo -- *Che sarà maggiore in età, e più in necessità*.

Collata fuit, secuto Fundatoris obitu, Cappellania Laurentio per eum nominato; Quo nuper defuncto, duo statim fuerunt Competitores in illius assecutione, *Iacobus* scilicet *Alphonsus Hernandez* filius Gabriellis Alphonsi & Annæ Hernandez Consanguineus per lineam Paternam Fundatoris, qui fuit etiam præsentatus à *Stephano Bragado* filio natu majore Francisci, & Patrono ex una; atq; *Franciscus Bragado Ramos* ex altera Filius Francisci Bragado Junioris, & Catharinæ Rodriguez qualificatus, & Consanguineus Fundatoris tam ex parte, & linea Paterna, quam ex parte, & linea Materna; contestataque lite coram Ordinario, allegavit ille, ac probavit concurrere in ipso alterum quoque requisitum Paupertatis, ad obtinendam ex Fundatoris voluntate prælationem, seu gratificationem; Sed nihilominus concessa fuit per Ordinarium institutio Jacobo Alphonso. Cumque interposita ad Sanctam Sedem appellatione, petiisset Franciscus terminum quatuor mensium assignari solitum ad illius prosecutionem, tamen ex oppositionibus ejusdem Iacobi Alphonsi fuit ab hujusmodi quoque petitione rejectus cum successivo decreto declarante Causam desertam, & permittente possessionem capi, prout capta fuit per eumdem Iacobum Alphonsum.

Verùm habito ab hisce gravaminibus recursu per Franciscum ad Signaturam Iustitiæ, obtinuit delegari Causæ cognitionem nostro Auditorio cum clausula -- *De Appellatione, circumscripta possessione, & omnibus gestis post interpositam appellationem, & apposito Sequestro* -- Unde Commissione mihi directa, dedi Dubium -- *An, & cui sit adjudicanda Cappellania, & danda Institutio* -- quod cum hodie exhibuerim Dominorum Iudicio, informante tantum Francisco, altera verò Parte debito tempore monita, & expectata, responsum accepi affirmativum in omnibus -- *Pro Informante* --

1 Erat enim Francisco omninò debita adjudicario Cappellaniæ, & Institutio, eo ipso, quod se qualificatum docet, non solum Parentela Fundatoris *ex parte lineæ Paternæ* in æquali gradu cum Iacobo Alphonso Collitigante, à qua descendit mediante Stephano Bragado ejusdem Fundatoris Patruo, sed etiam *ex parte lineæ Maternæ*, mediante Persona Catharinæ Ramos, cujus etiam erat Nepos idem Fundator ex parte Matris, necnon jullificat requisitum paupertatis, cum Studiis incumbat ex Piorum Elæemosinis, ideoque uti præditus omnibus qualitatibus in passiva vocatione requisitis, & majoribus, quam Iacobus Alphonsus Collitigans, qui aliam non habet qualitatem, quam Consanguinitatis in eodem gradu ex parte lineæ Paternæ Fundatoris, debet ad exclusionem ejusdem ad Cappellaniam controversam admitti, *Rota dec.* 2289. *num.* 1, *cor. Coec.*, *dec.* 37. *num.* 3. *par.* 15. *dec.* 82. *n.* 1. *cor. Emerix Iunior*, cum aliis relatis in *Majoricen. Beneficii* 1. *Februar.* 1709. §. *Illi enim coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, etiamsi non fuerit à Patrono, qui Iacobum Alphonsum prælegit ullo modo præsen-
2 tatus, quia cum tempore congruo comparuerit coram Ordinario, & uti majoribus pollens qualitatibus esset necessario præsentandus, perinde habetur, ac si fuisset ab ipso Fundatore præsentatus, neque ulla indiget nominatione Patroni, *Rot. dec.* 99. *n.* 3. *cor. fa. me. Innocentio X in Senogallien. Canonicatus de Luecbis* 23. *Iun.* 1710. §. *Quia profuerit cor. Rmo P. D. Aldrovando*, cum aliis *in Cremonen. Beneficii* 2. *Maii* 1718. §. *Docuit cor. Me*.

3 Non obstat, quod è contrario satis sit *Iacobo Alphonso* Competitori, se esse Consanguineum ex linea Paterna, ex quo juxta legem alternativæ adjectæ per Fundatorem in constitutione Iurispatronatus passivi, primo loco vocatus extitit ad Cappellaniam unus ex eadem linea Paterna. Procederet enim objectio, *si Franciscus* esset tantum de linea Materna, & concurrere vellet cum alio de linea Paterna. At verò cum ipse sit de linea Paterna, & in ea æqualis in gradu cum eodem Iacobo Alphonso, verificatur *in Ipso* æque, ac in *Iacobo Alphonso* collitigante habilitas, & capacitas admissionis ad primam Cappellaniæ collationem, quæ nuper accidit; Et cum ulterius habeat *idem Franciscus* Consanguinitatem etiam ex parte Materna, quæ deficit *in Illo*, ratione hujus duplicis vinculi, & conjunctionis præferri omnino debet, quia in concursu alterius ex uno latere tantum Conjuncti, dicitur magis dilectus Fundatori Conjunctus ex utroque, ut in puncto tradunt *Amostaz. de Causis piis lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 45. *vers. Si tamen*, *Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 15. *n.* 22. *post med.*, & firmat *Rot. dec.* 3. *n.* 12. *cor. Priolo*, *& in Valentina Beneficii* 9. *Ianuarii* 1693. §. *Et e contra*, *&* 3. *Aprilis ejusdem Anni* §. *Primo cor. bo. me. Molines*, *&* 1. *Iulii ejusdem pariter Anni* §. *Primo cor. bo. m. Benincasa* inter ejus impress. *dec.* 369.

Ea

Ea namque præcedentia, quam Fundator
attribuit in alternativa Conjunctis ex latere
4 Paterno, nequaquam intervertitur, sed pin-
guius, & validius adimpletur, si inter plu-
res in eodem gradu, & latere Paterno exi-
stentibus præfertur, ob duplicitatem vin-
culi, ille, qui est etiam conjunctus ex late-
re Materno, ut pariter dixit *Rot. in Major-
ricen. Beneficii 16. Februarii 1710. §. Altera
cor. clar. me Card. de la Tremoille, & in
Corduben. Cappellaniæ 29. Aprilis 1705. §. fi-
nal. cor. bo. me. Molines*.

Eoque fortius in præsenti prælatio debi-
5 ta est *Francisco*, quia ultra duplicitatem
vinculi conjunctionis, qua prępollet, habet
etiam alterum requisitum paupertatis, quæ
si de Iure, cæteris paribus, effectum parere
debet gratificationis, & prælationis in alle-
querdis Beneficiis, *Text., & Doct. in cap.
Postulatis de Rescript., Gonzal. ad Regul. 8.
Cancellariæ Glos. 2. num. 12. Amostaz. de
Causis piis lib. 3. cap. 3. nu. 30., & pluribus
seqq., Vivian. de Jurepatronat. lib. 1. cap. 9.
n. 9., Rot. cor. Emer. Junior. dec. 269. nu. 1.*
6 multo magis eundem effectum parere de-
bet, attenta expressa voluntate ipsius Fun-
datoris iis verbis satis demonstrata: *Quel-
lo, che sarà in età maggiore, e più in ne-
cessità*.

Quin relevet, quod Testator de pauper-
7 tate non curaverit in postrema vocatione
Incolarum, & Nativorum Oppidi de Bu-
stillo; quia si eam attendi voluit, respectu
Extraneorum, multo magis dicendum est
voluisse servari inter Consanguineos, erga
quos major erat ipsius dilectio, & circa
quos erat magis indecorum, & à verisimili-
tudine alienum, quod quamquam de sua
Parentela pauperem subsidio hujus Cap-
pellaniæ juvari non vellet, ex argumento in
hisce terminis ducto à majoritate rationis,
de quo in proposito *Altograd. cons. 60.
n. 21., & seqq. lib. 2., Rocc.* apud quem con-
cordan. *disput. Iur. cap. 25. n. 32, & 41.
& Rot. in Parmen. Beneficii 15. Februarii
1717. §. Quin ullum cor. bo. m. Ansaldo*.

Et ita unica tantum &c.

AUGUSTANA DECIMARUM.

Lunæ 30. Junii 1721.

ARGUMENTUM.

Decimæ, quę debeantur Parocho super bonis intra limites Parochiæ sitis per lapsum quadragenariæ absque ullo titulo non pręscribuntur; secus verò si ageretur de pręscribenda tantum illorum solutione in minori quantitate, in quo casu titulus non requiritur, neque est allegabilis, quando in principio ejus decursus res judicata adesset contraria, & favore Parochi emanata, quę, cum ageretur in debitore prępotente, non potuisset exequtionem habere.

SUMMARIUM.

1 *Res judicata oritur ex non interpositione appellationis in Causis de sui natura appellabilibus.*

2 *Restitutio in integrum non datur, quando Sententia est justa.*

3 *Decimæ debentur Parocho ex fructibus omnium bonorum, quæ intra fines suæ Parochiæ existunt.*

4 *Decimæ non præscribuntur Parocho ex quadragenaria sine titulo*; declar., ut in n. 6., & amplia ut num. 9., & 12.

5 *Limita quando agitur de pręscribenda tantum illarum solutione in quantitate minori, quo casu sufficit quadragenaria sine titulo.*

6 *Decimæ circa majorem, vel minorem quantitatem non præscribuntur ex quadragenaria allegata ad effectum excludendi decimas totaliter*; & vide casum.

7 *Decimæ non verificantur in solutione exigua frumenti, & avenæ dari solita custodi Ecclesiæ, ex quo ad arcendum grandium imbres teneatur pulsare campanas*, & quare?

8 *Parochus non per hoc, quod Animarum dicitur Custos, dicendus est Custos Ecclesiæ, cum sit quid diversum*, amplia, ut in num. 10.

11 *Contradictio, & contrarietas in uno, eodemque dicto nequaquam admittenda est; imò quantum fieri potest, semper quacumque possibili conciliatione, & interpretatione vitanda.*

13 *Decimę eo magis non præscribuntur Parocho ex quadragenaria tantum absque titulo, quando agitur adversus debitorem potentem, qui esset Dominus loci, neque ex hoc jura Ecclesiæ, licet non deducta, remanent lęsa.*

14 *Præscriptio fundator in negligentia recuperare debentis, seu Creditoris, & in bona fide possidentis, seu debitoris.*

15 *Præscriptio ex petitione crediti interrumpitur, & introductione Judicii.*

16 *Mala fides in Barone loci ad effectum denegandi decimas Parocho inducitur ex contraria Sententia, præsertim quæ in rem judicatam pertransisset.*

17 *Decimæ cujusvis generis compræhenduntur sub nomine decimarum magni ponderis, & minutarum.*

18 *Decimæ non præscribuntur Parocho ex quadragenaria, quando ante illius decursum Baro Loci ad eas obligatus rem judicatam super illarum solutione passus esset.*

19 *Amplia, si in ejus decursu petitiones Parochi super accessissent, licet non judicialiter deductæ.*

DECISIO MCCLVII.

QUamquam Præfectus, seù Administrator Pagi de Marisies condemnatus extitisset favore Parochi ejusdem loci ad præstationem Decimarum ex fructibus bonorum ad ejus arcem spectantium, tum ex sententia A. C. de Gentilibus (ultrà alias in partibus, tùm ex sententia nostri Auditorii per R.P.D. meum Foscarum promulgata, prævia decisione diei 13. Martii 1719. & hæc Sen-

Sententia Rotalis etiam transitum fecisset in rem judicatam, cujus vigore litteræ executoriales fuerunt expeditæ, eique intimatæ cum præfixione termini ad parendum; attamen ob ejus reluctantiam opus quoque fuit Parocho agere ad relaxationem Declaratoriæ, quam obtinuit præfixo novo termino, juxta aliam decisionem editam die 31. Januarii 1720. coram eodem R.P.D. meo Foscaro cum successiva etiam expeditione.

Hoc verò interim non destitit quoque præfatus Administrator recursum habere pro ulteriori appellatione adversùs easdem sententias, & rem judicatam ad Signaturam Justitiæ; sed non aliud reportare valuit rescriptum, quam *sine præjudicio*, præservans ejusdem rei judicatæ executionem; & commissa mihi Causæ cognitione, datoque congruo dubio, diù comparere recusavit, ac tandem exhibitis novis quibusdam actis, quæ alle[illegible] esse Processum compulsorialem de partibus, iterum hodiè suas exceptiones proposuit Dominorum Judicio, iis autem non relevare compertis, prodiit responsum
1 *constare de re judicata*, quæ suborta non minus fuerat ex tot sententiis in causa latis, quam ex omissa appellatione adversùs ultimam Rotalem, ad *Text. in cap. Romana §. Si verò, & cap non solùm de appellat. in sexto, ibique glossa, & Doctores, communiter Rota dec.86 num.5. par.17. recent., & dec. 11. nu.3. lib.6. in Mantiss. ad Card. de Luc.*
2 eo fortiùs, dùm non docetur de injustitia, ex qua resultet læsio, impediatur res judicata, & fiat locus è contrario restitutioni in integrum, ex firmatis *dec.67. num.3. par.18. rec. in Melevitana Fideicommissorum* 22. *Junii* 1714. §. *Concurrentibus coram Eminentiss. D. Card. Scotto, in Romana locorum Montium super dominio* 17. *Januari hujus anni* §. *Reclamavit coram* Me, & in hac materia Decimarum *in Abulen. Decimarum* 13. hujus mensis, & anni pariter *cor* Me.

3 Injustitia enim penitùs excludebatur ex parte Parochi ex fundamento assistentiæ Juris, quam ipse habet in consequendis decimis ex fructibus omnium bonorum, quæ sita sunt intrà limites suæ Parochiæ, quemadmodum sunt ea, de quibus agitur, itaut vigore hujus assistentiæ Juris, ritè, rectequè fuerit ejus favore declarata pertinentia earum decimarum, quas Præfectus Pagi solvere hactenus detractavit ad *Text. in cap. Parochianos, & in cap. ex parte* 21. *de decim. & cap. fin. de Paroch. cum concordan. relat. dec.*688. *num.*2. *par.*18. *recent., in Cracovien. Decimarum* 16. *Martii* 1716. §. *Prætermissa coram R.P.D. meo Foscaro, & in d. Abulen. Decimarum coram* Me.

Ea quamvis hæc Juris assistentia alias ex parte Præfecti excludi prætenderetur triplici titulo exemptionis ab earum præstatione deductæ, primò ex immemorabili, secundò ex centenaria, & tertiò demum ex quadragenaria præscriptione, de quibus distinctè actum fuit in decisione præcedentis instantiæ coram R. P. D. meo Foscaro, hodiè tamen, prætermissis primis duobus, quos nequaquam verificari in præsenti themate ostendit eadem decisio, tota quæstio restricta fuit ad postremum quadragenariæ. Op-
4 ponebat enim ille, quod cum hic non agatur de præscribenda decimarum substantia, seu quacumque decima in totum, quo casu quadragenaria sinè titulo satis non fuisset, ad *Text. in cap. Episcopum de præscript. in* 6. *Rota dec.*469. *num* 8. & 9. *coram Cerro*, cum aliis relatis in eadem decisione R. P. D. mei Foscari §. *Tum etiam*. Sed de præscribenda
5 tantum illarum solutione in quantitate minori, utique eadem præscriptio quadragenariæ satis esse debeat etiam sine titulo ad alios *Text. in cap. de præscript. & in cap. accedentibus de privileg.* & deducta per *Monet de decim cap.5. num.*103. *de Luc. eod. disc.*17. *num.*8. *Rot. dec.*677. *num.*3. & 724. *num.*2. *cor. Emer. Jun. & dec.*85. *nu.*8. & 9. *par.*19. *rec.*

Verùm enim verò cessat oppositio ista ex facto, nàm præcisè constat hic agi de integra solutione Decimarum, & exemptione respectivè ab illis in totum ex facto, & confessione ipsius Præfecti, seù Domini Castri, dum usque ab initio hujus litis semper sustinuit sese ad nullam Decimarum præstationem teneri, allegavitque ad hunc effectum etiam immemorabilem, & centenariam, petiitque, & obtinuit super hac ejus exemptione Testes examinari; unde cum id substinuerit tot
6 fundamentis, quæ integram decimarum præstationem concernebant, non verò simplicem modum illas solvendi, earumque minorem quantitatem, pro qua præscribenda, ut ipse asserit neque immemorabilis, neque centenaria requirebatur, non videtur posse ad hanc tantum quantitatem disputationem restringere, ut mediantè quadragenaria sese eximat in totum, contra *Text. in l. Sicut C. de action., & in cap. Quod semel de regul. Iur. in* 6.

7 Neque ad hunc effectum urget, quod sit dari solita Custodi Ecclesiæ Parochialis annua præstatio 20. manipulorum, seu fascium Tritici, & Avenæ, quasi quod præscriptio cadat super horum tantùm præstatione loco omnium Decimarum. Quoniam hæc præstatio tàm exigua, & nequidem respiciens omnes fructus, referri omnino debet non ad Decimas, de quibus agitur, sed ad titulum oblationis, dùm non Parocho, neque Ecclesiæ Parochiali præstatur, sed præstari solet ejusdem Ecclesiæ Custodi, forsan ea ratione, quod iste Custos occasione tempestatum Ecclesiæ Campanas, ut moris est, ad arcendos Grandium imbres à Segetibus, pulsare teneatur; quin sustineri va-
8 leat, quod sub dicta denominatione Custodis Ecclesiæ veniat ipse Parochus, quia Parochus est quidem Custos Animarum, at non Ecclesiæ, & Custodem de facto animarum eum dicit *Lotter. de re benefic. ad id probandum allegat. lib.1. quæst.*20 *n.*14,

& munus Custodis Ecclesiæ est diversum à
Cura Animarum, & distinctum à persona, &
munere Parochi, ut patet ex speciali cano-
nica sanctione circa idem munus in *cap.* 1. *&*
2. *de Offi. Custod.*
9 Si igitur hujusmodi præstatio non solvitur
Parocho, sed custodi Ecclesiæ, jàm inde in-
surgit, quod Reus conventus stans hodiè in
Judicio ad præscribendam solutionem De-
cimarum contra Parochum, non agit ad præ-
scribendam quantitatem præstari consuetam
Parocho, cui nihil præstatur, sed ad præ-
scribendum universum Jus decimarum ei-
dem Parocho debitarum, & proindè subse-
quitur, quod ei nequaquam, debeat suffra-
gari quadragenaria sine titulo, juxta aucto-
ritates supra relatas, & in *Nullius Tudelæ,*
seù Tirasonen. Decimarum 1. *Julii* 1697. §.
§ *de utilitate coram clar. mem. Card. Ca-*
prara.
Et hæc in facto certiora redduntur, per-
curendo ea met documenta, in quibus
enunciatur dicta præstatio annuatim solita
dari Custodi Ecclesiæ; in illis enim expri-
mitur quoquè, ultrà relatam præstationem
20. fascium Tritici, & Avenæ, bona esse
10 exempta a solutione Decimarum & om-
nibus aliis oneribus, ideoque benè infertur,
quod neque Custos est idem, ac Parochus,
de quo nulla fit mentio, cum supponatur
nullas decimas ei deberi, nequè dicta præ-
statio cedit in causam Decimarum; nam
11 alias in uno, eodemque dicto, & actu dare-
tur expressa contrarietas, & contradictio,
nequaquam admittenda, imò quantum fieri
potest, semper quamcumque possibili conci-
liatione, & interpretatione vitanda *l. repu-*
gnantia ff. de regul. Iur. cap. Cum expediat
de elect., *in* 6. *Surd. dec.*276. *num.*3. *Rota*
*dec.*711. *num.fin. par.*18. *rec.*
12 Cæterum etiamsi hic ageretur de præscri-
benda sola quantitate, non verò subsistentia
Decimarum, adhuc quadragenaria sine ti-
tulo suffragari non posset, quia cum agere-
13 tur de Debitore præpotente, utpotè ipsius
Loci Domino, concurrentibus petitionibus,
& conquestionibus Parochorum, præservata,
& illæsa remansissent Jura Ecclesiæ, & succes-
sorum licèt de facto deventum non fuisset ad
contestationem Judicii, ut firmant *Adden. ad*
*Gregor. dec.*298. *num.*13., *Rota coram Bich.*
*dec.*290. *num.*32., *decis.*147. *num.*8. *coram*
Cerro & melius in *Calagurritana Decima-*
rum de Ocon. 16. *Martii* 1785. §. *Testes*
coram bon. mem. Paulatio & in *Illerden. Iu-*
ris mulctandi super negocio principali 26 *Iu-*
nii 1702. §. *Verum nec præscriptionem coram*
bon. mem. Muto. Ex ea præsertim ratione,
14 quod cum præscriptio fundetur in negli-
gentia recuperare debentis, seù Creditoris
& in bona fide possidentis, seù debitoris, ut
de negligentia dixit *Rota dec.*92. *nu.*8. *par.*
19. *recent.*, ac de bona fide eadem *Rot. dec.*
241. *num.*4. *dicta parte* 19. *recent.*, & de
utraque *decis.*393. *num.*14., *& seqq. coram*
15 *Cerro*, utraque statim deficit ex facta peti-
tione, quæ reiicit negligentiam à petente,
& inducit malam fidem in eo, qui scientiam
alieni Juris ex petitione habere valuit.
16 Quæ mala fides in Reo conventò eo cer-
tior in præsenti themate redditur ob præ-
cedentem sententiam anni 1631. prolapsam
in rem judicatam, & decernentem pertinen-
17 tiam omnium Decimarum tàm grossa-
rum, quam minutarum favore Parochi
in Marsies, quæ sub hujusmodi sua genera-
litate comprehendit etiam illas, de quibus
agitur, ex regula, de qua *Rot. dec.*144. *nu.*
6., *& dec.*251. *num.*16., *&* 24. *par.*19. *rec.*
& in *Vicen. Parochialis de Aqualata* 1. *Iu-*
lii 1712. §. *fin. coram Reverendissimo Cris-*
po Archiepiscopa Ravennaten.. Ab hac
18 enim præcedenti re judicata rectè in pro-
posito licet arguere, quod ob malam fidem
jam ante initium quadragenariæ ex ea im-
pressam Castri Dominio circa hujusmodi
Decimarum præstationem Parocho debitam,
nec potuerit incipere hujusmodi præscriptio
19 multoque minus, præsertim accedentibus
præfatis petitionibus, ullo modo compleri, ut
probant *Adden. ad Gregor. dec.*249. *nu.*6.,
*Rota dec.*731. *nu* 57. *cor. Dunozett. Jun.*,
*& decis.*430 *num.*18., *&* 19. *parte* 18. *rec.*
Nec sustineri poterat, quod dicta senten-
tia loqueretur de bonis, non verò de decimis
quia imo principaliter respicit ipsas de-
cimas ibi -- *Sententiamus Decimas tàm*
majores, quam minores, & etiam bona &c.
ad Parochiam, & loci Curatos pertinere
&c.

Reliquis objectionibus etiam nunc repe-
titis satisfacit decisio præcedentis Instantiæ
coram R. P. D. meo Foscaro, ad quam re-
missivè sese Domini habuerunt.

Et ita utraque &c.

ALBANEN. REDDITIONIS. RATIONIS.

Veneris 4. *Julii* 1721.

ARGUMENTUM.

Tutori pecunias pupilli otiosas retinere non licet, neque absque libri tutelaris exhibitione rationem reddere. Tenetur etiam de damnis ex propria culpa pupillo obventis.

SUMMARIUM.

1 *Tutor non admittitur ad redditionem rationis de bonis pupillis per exhibitionem foliorum volantium, & informium*, & n. sequenti.

2 *Redditio rationis à tutore reddenda est per exibitionem libri tutelaris, qui citra culpam, & dolum non potest omitti.*

3 *Tutor de jure tenetur investire pecunias pupilli.*

4 *Tutor negligendo investimentum de pecuniis pupilli, tenetur de damno, & intercesse* amplia ut in n.6.

5 *Tutor eo magis tenetur de dolo, si cum redditibus peculii reinvestiendi, & non reinvestito pupillum alere potuisset absque ulterioribus expensis.*

DECI-

DECISIO MCCLVIII.

Tutela Catherinæ Unicæ filiæ, quam reliquit in fantili ætate Gaspar Sarnanus, delata fuit ad Franciscum ejus Avum, qui tutorio nomine bona Neptis per plures annos administravit, donec illum finita tutela vocavit in Judicium eadem Catherina ad reddendas rationes cor. A.C. Areosto; sed exhibito in actis à Tutore computo, licet informi, introitus, & exitus, emanavit Sententia absolutoria illius ab impetitis.

Causa ad Rotam devoluta, plures coram clar. mem. Cardinali Celso prodierunt decisiones impressæ in ejus volumine in 225., 236., & 405., in quibus actum fuit de quibusdam partitis hinc indè, & successivè cor. bon. mem. Ottalara subrogato in locum prædicti clar. mem. Cardinalis Celsi prodiit alia decisio sub die 23. Martii 1667., in qua respectu trium partitarum, fructuum scilicèt vineæ, mobilium, & alimentorum, de quibus etiam hodie agitur in contemporanea decisione, fuerunt reformatæ præcedentes resolutiones; numquam verò conclusum fuit in causa usque ad hæc tempora, quibus reassumpsit prosecutionem Michael Angelus Corbus Catherinæ hæres.

At quoniam non de solis partitis, de quibus actum fuit in antiquis decisionibus, agendum ille pro suo interesse putavit; sed principalitèr de puncto redditionis rationis, hinc cor. bo. me. Ansaldo obtinuit dari dubium -- *An sit standum, vel recedendum à decisis cor. bon. me. Ottalara, itaut constet de sufficienti redditione rationis* -- Cujus examen cum fuisset assumptum cor. Me in ejus locum subrogato sub die 22. Novemb. superioris anni, nulla capta resolutione, responsum fuit -- *Dispntentur duo dubia seporato*, & idcircò hodie iterum quæsivi à Dominis -- *An constet de sufficienti redditione rationis*, & rescriptum Sarnanis non comparentibus *Negative pro informante*.

1 Ad effectum enim docendi de sufficienti redditione rationis, Franciscus Tutor non exhibuit, nisi folium informe, & illegale; in quo redditus hæreditarios, qui ad ejus manus pervenerunt, constituit in sc.2369. 90., expensas verò è contrario factas pro Pupilla calculavit in sc.3016. 69., ut ex eod. fol. de quo in *Sum. n.1.*, sed quidquid sit de innumeris ejusdem folii exceptionibus, circa defectum probationis, quo ad partitas in eo descriptas, & veritatem pretii proventuum hæreditariorum, & similia, hoc unum utique, quod non potest in hujusmodi folii exhibitione constitui ullum fundamentum reddendæ rationis, cum ad hunc effectum

2 requiratur exhibitio libri tutelaris, qui citra culpam, & dolum à Tutore omitti non poterat, *Gutierez de Tut. quæst. 3. cap. 1. num. 31. 60., seq., & Card de Luc. de eod. tract. disc. 6. n. 11. Rot. dec. 101. n. 8., & seq. cor. san. mem. Alex. VIII., & in rec. decis. 359. n. 3., & dec. 510. qu. 16. n. 9.*

3 Ast procedendo etiam cum eisdem computis exhibitis à Tutore, statim deprahenditur, quod post secutam mortem Testatoris pervenerunt ad ejus manus ex pretio frumenti hæreditarii scuta 175., cum autem neglexerit hujusmodi conspicuam quantitatem ad commodum Pupillæ investire, prout ratione officii de Jure tenebatur, ad *Text. in l. Tutor., qui repertorium 7. §. Si post dispositionem ff de adminiſt. Tut.*, aliisque deductis *Rot. dec. 720. n. 1. cor. Emer. Jun.*

4 utique ejus debito adscribi debent damna, & interesse, ad quæ ob neglectum pecuniæ pupillaris investimentum in Pupillæ utilitatem Tutores teneri, pariter habetur in allegat *Text. in l. 7. §. Si post ff. de administr. Tutor.* ibique *Bart.*, *& Doctores*, & probant *Munoz. de ratiocin. cap. 14. per tot., & duob. seqq., Card. de Luc. disc. 6. num. 31. de Tutor. Vreeol. consul. for. cap. 84. n. 14. Rot. dec. 159. n. 7. post Pacif. de Salv., & dec. 48. n. 2. par. 19. tom. 2.*

5 Quod sane investimentum, si non fuisset à Tutore omissum, constat pariter ex prædicto folio, quod redditus hæreditatis Gasparis Sarnani Patris ascendisset ad annua scuta 121. 91., fuisset iste redditus plusquam sufficiens non minus ad alimenta satis honesta, & congrua Pupillæ de Terra Ariciæ, sed ad cæteras domus expensas, quas tamen Tutor in tam longè majori summa, quam redditus calculavit: Undè crescit argumentum negligentiæ, ac doli in d. Tutore, propter quem nequit à Pupillæ totali reintegratione ullatenus excusari, ut advertit præter alios mox adduct. *Cancer. var. resol. cap. 7. de Tut. num. 170.*

6 His autem ita positis, sequitur, quod Tutor neque rationem reddat, prout deberet de redditibus hæreditariis, quorum augumentum ex ejus supina negligentia in faciendo investimento, omissum est, ita ut teneatur de omnibus, quę ad ejus manus pervenerunt, vel saltem teneatur de prædicta summa, quam investire omisit cum damnis, & interesse, quia si investivisset satisfaciendo suæ obligationi; tale investimentum Pupilla in hereditate reperiisset, & ejusdem fructus consecuta fuisset, ut advertit *Card. d disc. 6 n. 31. de Tutor., & Rot. in Mantissa ad eumdem de Luc. dec. 38. n. 29. lib. 6. tom. 1.*

Et ita unica tantum &c.

ALBANEN. REDDITIONIS RATIONIS SUPER TRIBUS PARTITIS.

Ven. 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Tutor tenetur vendere rem pupillarem, quæ pupillo potius esset damnosa, quam utilis, cum de istius utilitate esse diligens teneatur; imò tenetur etiam de furto super pupilli bonis obvento, quando tali imminenti, & obvio periculo necessariis non occurrisset remediis, atque ad pupilli bona in tertios distracta recuperanda etiam obligatur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus vineæ antiquitus ad rationem sc.6. taxabantur, juxta taxam de illo tempore admissam.*

2 *Tutor tenetur colere facere vineam pupilli.*

3 *Fructus Vineæ qualis fuerit probatur ex relatione Periti judicialiter electi.*

4 *Testes referentes de fructatu vineæ triginta ab hinc annis, non admittuntur in concursu ralationum peritorum in præsenti, quæ essent contrariæ.*

5 *Amplia, si eorum depositiones non se referrent præcise ad statum antiquum vineæ, juxta quod fructus essent regulandi.*

6 *Tutor tenetur vendere vineam pupilli, quando impensæ, quæ pro illius requirerentur cultura fructatum superarent, præsertim si facultas vendendi fuisset ei à testatore concessa.*

7 *Tutor de jure pupilli utilitatem procurare tenetur; amplia*, ut in n.10.

8 *Fructatus vineæ non est metiendus à fructibus unius anni tantum, maxime si probetur, quod in isto grandines damnum intulissent vitibus.*

9 *Tutor tenetur recuperare bona pupilli penes tertios distracta.*

10 *Item ejus tueri jura, nec potest exequtionem judicatorum illi favorabilium negligere.*

11 *Furtum super pupilli bonis sequutū ex sola tutoris querela, & pupilli examine, qui dixisset domum sine mobilibus reperiisse, non probatur.*

12 *Cedit damno tutoris negligentis, qui diligenter pupillarem rem tenetur servare.*

13 *Amplia, ut neque excusetur, si fortuito acciderit domi defuncti, quando ibi custodem non apposuisset.*

13 *Alimenta in menstruis sc.3. pupilla taxata in loco parvo degenti, imo tutoris domi, istique etiam inservienti, dicuntur juste taxata.*

DECISIO MCCLIX.

SUper tribus partitis particulariter disputatum fuit in antiqua discussione istius Causæ cor.bo. me. Ottalar., videlicet super fructibus Vineæ, mobilibus, & alimentis Pupillæ, ut etiam refertur in contemporanea decisione coram Me, & licet quoad fructus Vineæ prodiisset resolutio illos decernens esse calculandos in aliis scutis duodecim coram clar. mem. Cardinali Celso, juxta ejus decisiones 1236., & 388., fuit tamen in decisione edita 23. Martii 1667. cor. Eodem Ottalar. responsum, dd. fructus esse calculandos ad rationem Cadorum sex Vini quolibet anno, & eodem modo, licet in decisione Cardinalis Celsi 405. fuerit Tutor condemnatus ad reddendam rationem de controversis mobilibus, & alimenta provide admissa, in solis mestruis scutis tribus, adhuc in eadem decis. coram Ottalar. fuit Tutor absolutus quoad mobilia, & alimenta aucta fuerunt ad scuta quatuor mestrua.

Cum autem hodie reassumpta fuerit ex parte Corbi hæredis Catherinæ Pupillæ discussio totius Causæ super redditione rationis à Francisco Sarnano Tutore debita, opus fuit agere quoque de prædictis partitis sub dubio aliàs dato per bo. me. Ansaldo — *An sit standum, vel recedendum à decisis die 23. Martii 1667. cor. bo. me. Ottalar.* — & in hodierno ejus examine cor.Me in illius locum subrogato DD. redeuntes ad sensum præcedentium decisionum cl me.Card Celso d. Corbo tantum informante, responderunt *recedendum esse à decisis.*

1 Incipiendo à fructibus Vineæ, approbarunt DD. illorum liquidationem in annuis scutis duodecim, non vero in Cadis sex Vini. Nititur quippe prima taxatio validissimis probationibus resultantibus, tùm à taxa legali, quæ cum prætium Vineæ admissum, tàm in decisione 236. n. 9., quàm in decisione 388.n.5. cor. Celso ascenderet ad scuta 253., & ante annum 1650. curreret in sc. sex pro centenario, dare potius causam debuisset liquidationi in majori quantitate, itaut stare omnino deberet eidem primæ liquidationi juxta vim, & efficaciam d. Taxæ leg. in facienda liquidatione, de qua *dec. 2. num. 8. coram fa. mem. Alexandro VIII., in Cajetana pecuniaria 11. Maii 1716. §. Absque eo quod cor. R.P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & in Asculana successionis super fructibus edita in hac eadem Audientia §. Cum enim cor. Me*, tùm à statu ejusdem Vineæ, quæ constabat, ut probatur *Sum. n. 2.* ex Arboribus 745., quæ Arbores uberiorem fructum, præsertim in fecunda Regione, reddere debuissent, nisi neglecta fuissent necessaria Laboreria ex cul-

2 pa Tutoris, qui idcirco adhuc teneatur, ut dixit *Rota decis. 286. num. 12. cor. Celso.* Tum demum à relatione peritorum, qui fuerunt ab A.C. judicialiter electi, & jure jurando retulerunt, talem fuisse fructum

3 istius Vineæ, & huic relationi omnino standum erat, juxta deducta in eadem causæ *decisione 388. num. 6. coram Celso. & nuperrimè in dicta Asculana successionis super fructibus eodem §. Cum enim cor. Me.*

4 Ideoque attendendæ non erant depositiones illæ duorum Testium, quibus nititur Inferior liquidatio decis., quæ revidetur, nàm ultra quod posito statu Vineæ supra relato, redditur eorum dictum valde inverisimile, & pugnant cum relationibus Peritorum judicialiter editis, omnis eorum fides excluditur, eo quod deposuerunt post annos triginta ab obitu Gasparis, & assumptione tutelæ, neque ullam scientiam habere assè-

5 runt de qualitate, & statu Vineæ ejus temporis, ad quod præcisè referenda erat probatio fructuum, & proinde non sunt attendendi,

dendi, ut latè inquit supradicta *dec.* 386. *per tot. cor. Cels.*

6 Imò si Vinea fuisset adeò tenuis fructus, adhuc Tutor defecit muneri suo, utpote qui habuerat à Testatore facultatē præcisā eamdem Vineam vendendi, & propterea eum cederet in perniciem Pupillæ, illam retinere in impendendo in illius cultura majorem quantitatem expensarum, quam reddere posset in fructu, & deinde se constituēdo creditorem earumdē expensarum contra

7 obligationem præcisam Tutoris curandi Pupillæ utilitatem, de qua *Rota dec.* 387 *n.* 49. *p.* 17. *rec.*

8 Nec demum obstare valuit, quod Catharina anno 1655. de facto ex hujusmodi Vinea modicum fructum 26. mensurarum Vini vulgo *Bocali* recollexerit, ut observat *dec.*, *quæ revidetur* §. *Maximè*, tùm quia non rectè desumitur regula liquidationis fructuum à reddito unius anni tantum, ut prius dictum fuerat *dec.* 236. *n.* 15. *cor. Cels.*, maxime dum probatur eo anno ex grandine vitibus illatum fuisse maximum præjudicium.

Ad secundam igitur mobilium partitam transeundo, illa sunt duplicis generis, alia scilicet relicta penes Magdalenam Matrem Pupillæ, & alia furto deperdita, quoad prima, regula est, quod Tutor tenetur re-

9 cuperare Bona Pupillæ penes tertios existentia, ut dixit *Rota dec.* 1328. *nu.* 9., *&* 13. *coram Emerix. junior.*, nec ab hac regula eximi valuit ob oppositionem Magdalenæ retinendi eadem mobilia pro juribus dotalibus, quia hæc oppositio data fuit anno 1631., & Judex usque tunc deman-

10 davit eorum estimationem, & ab inde citra Tutor acquievit usque ad totum tutelæ tempus, in quibus terminis clara est ejus negligentia in præjudicium Pupillæ, ob quam tenetur de hac partita, tanquā de neglectis reddere rationē, cum non debeat Tutor Pupillæ defensionem omittere, ad *text. express. in l.* 1. *ff. de Tutela, & ratiocin. distraben.* Ibi-- *Item in his, quæ non fecit, rationem reddat* -- *Fontanell. dec.* 543. *n.* 6., *Rota in Romana, seu Lucana Primogenituræ de Carminatis super reintegratione* 12. *Aprilis* 1717. §. *Quod enim cor. R. P. D. meo Cerro.*

11 Alia vero furto subtracta, præterquamquod hujusmodi furtum non bene probatur ex sola quærela Tutoris, & examine Pupillæ, quæ dixit domum reperiisse sine mobilibus, ut firmat *Rota dec.* 297 *cor. Vbald.*

12 *n.* 8., *& seq.*, cedere debent damno Tutoris, quia ex officio obligarus est ad diligentem custodiam bonorum Pupilli, & ideo tenetur si furto deperdita sint, ad *text. in l. Tutor. Cod. de peric. Tutor.*, *Bart. in l. si ret Pupillar. cap. eodem*, *& proseq. Rot. d.*

13 *dec.* 297. *n.* 11. *cor. Vbald.* Non admissa excusatione, cum qua processum fuit coram Ottaiar., quod furtum contingerit sine culpa Tutoris, nam si contigerit ex eo, quod illa relicta fuerint in Domo Testatoris, ubi nullus degebat, patet accidiise, ex quo non fuit adhibita ulla Custodia, ut respondendo consimili obiectioni firmat *Rota d. dec.* 297. *n.* 23., *&* 24. *cor. Vbald.*

14 Respectu demum tertiæ partitæ alimentorum, DD. nequaquam convenerunt cum decisione, quę revidetur, quia magis conveniens, & congrua visa fuit taxatio eorumdem alimentorum in scutis tribus mestruis eo ipso, quod agitur de Pupilla Terræ Ariciæ, quæ insuper traducta ad Tutoris Domum eidem inserviebat, & abstinebat à Vino, & proinde processerunt cum his, quæ solidè fitmaverat præcedens dec. 405. in fin. cor. cl. mem. Card. Celso.

Et ita responderunt altera tantum &c.

ARIMINEN. SALVIANI.

Veneris 4. *Julii* 1721.

ARGUMENTUM.

Est confirmatoria alterius sub die 7. Martii hujusmet anni.

Bona cum pacto redimendi à debitore vendita, antequam tamen favore suorum Creditorum hypothecam contraxerit, si ab eo redimantur, per talem actum statim in hypotheca favore illorum reincidunt.

SVMMARIVM.

1 *Immissio tribus verificatis extremis datur.*

2 *Hypotheca favore Creditorum extenditur ad ea etiam bona, quæ in patrimonium debitoris post ipsius contractionem devenerint*, amplia, ut in n. 8.

3 *Retentio Prædii non datur pro livellis, in quorum causam apparent assignata alia bona, per quorum retentionem illa exacta sunt præsumenda.*

4 *Livella præsumuntur exacta ex fructibus cēsus assignati pro eisdem.*

5 *Quietantiæ verba generalia, quando non sunt restricta, præsumi faciunt de omnibus fuisse cogitatum, & cujusvis debiti, ex qualibet causa comprehensionem operantur.*

6 *Retentia ex titulo deliberationis nullæ non datur.*

7 *Haret adversus judicatum à proprio auctore acceptatum, & approbatum venire prohibetur, & ex quibus approbatum dicatur.*

DECISIO MCCLX.

Censuerunt Domini in Audientia diei 7. Martii proximè præteriti infirmandam esse sententiam latam à R. P. D. meo Corio, in qua ad exclusionem Angelini petentis Immissionem vigore utilis Salviani ad Prędium *di Pietra fitta*, qua concedebatur Ricciardellę Reæ conventæ ejusdem Prædii retentio ob anterius creditum livellorum Sororis Mariæ Columbæ filiæ Theodorę Stivivi Originariæ Debitricis prædicti Actoris. Et hodie causa reproposita super iisdem ob factam dictę Ricciardelię facultatem adversus Decisionem editam dicta die Jura sua ducendi, responsum fuit *in Decisis* non ob-

obstantibus iis, quæ occasione petitę novæ
Audientię per eandem Ream conventam,
hodie non comparentem adducta fuerant.

Subsistebat enim concursus omnium ex-
1 tremorum pro obtinenda Immissione in isto
Judicio, & signanter, quod vel Theodora
possederit prędium controversum tempore
ipso contractæ hypothecæ per censuum im-
2 positiones, vel post easdem censuum impo-
sitiones redierit prędium, resoluta ejus assi-
gnatione, in faciliorem exactionem livello-
rum Moniali filiæ facta ad ejusdem Theo-
doræ patrimonium, & hæreditatem, sem-
per in eo quæsita fuit Creditori hypotheca
taliter quod in præsenti Judicio debeat
obtinere, juxta firmata *dec.25. n 4.*, *& de-
cis.55. nu.1. post Pacif. de Salvian. Interd.
dec.124. n.7. cor. Bich.*, *& aliis allegat. in
Decis. quæ confirmatur §. Constitit*, & *in
Perusina Salvioni 12. Junii* 1719. *§. Neque
rursus cor. Rmo P. D. Crispo Archiepisco-
po Ravennaten.*

Absque eo quod attendi posset allegata
3 retentio pro Livellis ejusdem Monialis, quia
tale creditum extinctum plenè demonstra-
tur in eadem mea Decisione usque ad an-
num 1670 ex fructibus quorumdam Cen-
suum in istam causam assignatorum, & ex
solidatione facta in publico Instrumento,
quod sub dicto anno exaratum fuit, & abin-
dè citra ex fructibus pariter 20. Tornatura-
rum dicti Prædii, qui itidem fructus fue-
runt in istam causam Moniali cessi, sive
assignati, ab eaque exacti usque ad obitum
stante retentione ejusdem Prædii præsu-
muntur, ut in eadem *Decisione*, *quæ confir-
matur §. Hujus autem, & seqq. cor. Me*.

Neque obstat exceptio illa, quod in In-
strumento anni 1670. habeatur tantum ratio
de Livellis futuris, in quorum causam assi-
gnabantur 20 Tornaturæ prędii, non habea-
tur autem in eo ulla quietantia de præteri-
4 tis. Ultra enim quod stante assignatione
fructuum Censuum præsumeretur satisfa-
ctio livellorum ex istis fructibus, *Rot. dec.87.
nu.2. post Pacif. de Salvian.*, *& dec.611.
n.15. par.19. rec.* urget litera prefati In-
strumenti pro totali absolutione Theodoræ
Matris ita concepta - *Absolventes eum &c.
5 exceptioni &c. quinimo eidem D. Theodoræ
præsenti &c. eosdem Census retrocederunt
cum clausulis &c.* Ex quibus verbis nul-
lam continentibus reservationem, seu re-
strictionem, necessario induci debet absolu-
tio Theodoræ respectu livellorum præteri-
torum, quorum excomputatio facienda erat
cum fructibus Censuum retrodatorum, ex
firmatis *dec.156. nu.2.*, *& dec.332. num.5.,
& 6. cor. Bich.*, *& dec.418. n.3. par.19. rec.
tom.2.*

Et sicut non suffragatur retentio ex isto
6 credito livellorum, ita nec suffragatur ex
titulo deliberationis factę anno 1685., fuit
etiam nulla, tum ex defectu crediti, tum
ex defectu citationis aliorum creditorum,
Theodoræ, qui jam comparuerant, & for-
miter ad causam admissi fuerant, ut latè
ostendit *eadem Decisio*, *quæ revidetur §.
His circa*, *& seqq. cor. Me*. A. de facto
non obstante hujusmodi deliberatione facta
favore Julii Cæsaris Ricciardelli, ejusque
Uxoris, instantibus successivè illis de Riga-
cia Creditoribus Theodorę Eminentissimus
Cardinalis Origo tunc A. C. emeritissimus
Locumtenens, ad quem fuit habitus recur-
sus per eosdem Creditores, exhibito in actis
processu dictæ deliberationis, mandavit
procedi ad novam deliberationem, tulitque
sententiam adversus exceptiones deductas
ab anterioribus deliberatariis; & quia prę-
dium deliberatum consistebat in tornatu-
ris 42. in sequelam hujus sententię hæc no-
va deliberatio restricta fuit ad tornatu-
ras 22., reservatis aliis 20. Marię Columbæ
Moniali ob assignationem prædictam sibi
7 factam pro livellis. Per hoc autem Judica-
tum Eminentissimi Orighi clara habetur re-
vocatio ejusdem primæ deliberationis an-
ni 1685., & ex facto subsecutæ separationis
20. Tornaturarum procedit etiam approba-
tio expressa ejusdem Judicati ex parte Julii
Cæsaris Ricciardelli, à quo cum causam
habeat Rea hodie conventa, non potest
eadem approbatio, neque precedens Judi-
catum, quod fuit approbatum, amplius im-
pugnari, ut explicando hujusmodi contro-
versos actus deliberationum dictum fuit in
eadem Decis. § *Agnita fuit cor. Me*.

Nec verò prodesse valuit ad obumbran-
dam efficaciam hujusmodi Judicati exceptio
quantitatis tornaturarum controversi præ-
dii. Quia recte Decisio, quæ revidetur
supposuit illas esse num.52., ex quibus 20.
erant assignatę Moniali pro livellis, 22. fue-
runt deliberatæ pro credito illorum de Ri-
8 gaccis, & reliquæ decem venditę fuerant à
Theodora cum pacto redimendi, in cujus
etiam executionem fuerunt redemptæ à
Julio Cæsare ejus successore, itaut reincide-
rint in hypothecam favore Actoris contra-
ctam tum istæ decem redemptæ, tum illæ
20 assignatæ quoad viveret Monialis, & sic
super iis competat Immissio, juxta firmata
in Perusina Salviani 12. Iunii 1719. *§. Ne-
que rursus cor. Reverendissimo P. D. Ra-
vennaten.*

Mirum verò esse non debet, ut oppone-
batur à Ricciardella, quod Rigacci num-
quam curaverint post obitum Monialis de-
liberationem aliarum tornaturarum 20., quę
redierant ad hæreditatem Theodoræ De-
bitricis, quia cum illi essent creditores scu-
torum 200 circiter monetæ Romanæ, rectè,
ac plenè satisfieri valuerunt ex valore tor-
naturarum 26., quarum deliberatio ad eo-
rum Instantiam decreta fuit ab Eminentis-
simo Origo, itaut non haberent quid ultra
peterent.

Et ita relativè ad sæpedictam meam De-
cisionem diei 17. Martii hujus anni, respon-
sum fuit unica &c.

ASCU-

ASCULANA SUCCESSIONIS SUPER FRUCTIBUS.

Veneris 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Ex tribus peritorum relationibus super liquidatione fructuum taxatio media sumenda est, quæ justa præsumitur; presertim si taxę legali cohereat. Taxatio pensionum ex locationibus à decocto initis ad vitam non est regulanda, cum istę quanti minimi justæ censeantur.

SUMMARIUM.

1 *Relatio peritorum de consensu electorum plene probat.*

2 *Taxatio media amplectenda est de tribus taxationibus diversis*, & n..seq.

3 *Taxatio fructuum taxæ legali correspondens, donec contrarium probetur, dicitur justa.*

4 *Liquidatio fructuum unius prædii desumitur etiam ex fructu prędiorum finitimorum, & adjacentium.*

5 *Liquidatio pensionum non benè desumitur ex locationibus à decocto initis, & ad vitam.*

6 *Amplia adversus probationes veritatis, & justitię pro se habentes præsumptionem, quæ in dubio omnino sunt attendendæ.*

7 *Decisiones, quæ non revidentur, semper sunt præsupponendæ.*

8 *Liquidatio ex calculo aritmetico desumpta justa dicitur.*

9 *Fructus debiti virtute rei judicatæ per exceptiones melioramentorum turbidas non retardantur.*

10 *Arbitrium Judicis intrat, quando unus debet in vim rei judicatę fructus alteri reficere, & iste opponit melioramenta, demendo scilicet prætentiones hinc inde ad lites obtruncandas.*

DECISIO MCCLXI.

OBtinuerant Sorores de Iottis, & Fratres de Malaspinis ex sententiis nostri Tribunalis, latis, ut moris est, præviis Decisionibus dierum 8. Maii 1713., & 15 Martii 1714. coram R.P.D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & 1. Aprilis 1715 cor. Reverendissimo P.D. Crispo Archiepiscopo Ravennaten. Immissionem ad duas ex tribus partibus Prędii *del Marino*, pruvenientia à fideicommisso Flavię de Grassis, ac detenti per Magdalenam de Parisanis; unde in sequelam egerunt quoque ad restitutionem fructuum; ejusque inspectio assumpta fuit sub congruo Dubio in Audientia diei 26. Junii 1715. cor. eodem Reverendissimo Ravennaten., & prodiit rescriptum – *Fructus deberi à die motæ litis, in rei quis coadjuventur probationes, & eligatur Peritus.*

Fuit itaque electus Peritus de consensu Partium, ejusque relatio una cum formali examine Testium hinc inde inductorum producta extitit in actis; & ideo hodie rediit cor. Me in ejusdem Reverendissimi P. D. Crispi locum subrogato quæstio liquidationis eorumdem fructuum ad DD. Judicium, pro jure tamen Sororum de Jottis dumtaxat, & sic correspectivè ad tertiam Prædi memorati partem, quia Fratres de Malaspinis, ad quos coæqualis rata pertinebat, interim cum Debitrice transegerunt, & Dubio proposito, responsum fuit -- *Fructus esse liquidandos, juxta modum inferius exprimendum.*

1 Cum enim ex Periti relatione de communi Partium consensu electi, quæ plenam facit pobationem, juxta deducta per *Rotam dec.625. n.9. par.19. rec. to.2., & in Bononien. Divisionis super fructibus 27. Martii 1719. §. Et quamvis cor. bo. me. Ansaldo*,
2 constiterit, controversum Prædium potuisse reddere vel 80. vel 90. vel 100. scuta annua, utique certum erat, rectè ad faciendam in præsenti liquidationem, potuisse procedi cum media illa ejusdem Periti relatione, quæ eamdem liquidationem expleret in sc.90. relictis rigososis aliis extremis, juxta praxim, quam plures servasse nostrum Tribunal dixit *Rota dec.647. nn.5. cor. Dunozett. Jun., & dec.88. n.9. par.18.*
3 *rec.*, maximè quia attenta d. quantitate scutor 90., vix hujusmodi fructus correspondebant ad scuta duo pro quolibet centenario valoris Prædii constituti in scut.4247., ideoq; non solum erat infra taxam legalem, quæ cæteroquin in facienda liquidatione ut plurimum attenditur, nisi clara probatio in contrarium deducatur, juxta firmata *dec.70. n.2. par.15. rec.*, & cum aliis in allegata *Bononien. Divisionis super fructibus 27. Martii 1719. §. Et quamvis cor. bo. me.*
4 *Ansaldo*. Sed etiam infra consuetum redditum aliorum finitimorum Prædiorum ejusdem generis, quem pariter certum est, in liquidatione fructuum plurimum conferre ad justam taxationem explendam ex *Bald. in l. 1. n.22. Cod. de fruct., & lit. expens. Rot. dec.955. n.3. cor. Seraph., & decis.397. n.24. par.17. rec.*

5 Absque eo quod inferior liquidatio in sc.68. 90. desumi posset ex quadam locatione facta pro tali summa de anno 1671. Quippe quia cum hæc locatio facta fuerit per 20. annos ante motam hanc litem, à Grassetto valde presso ære alieno, & propemodum decocto: & quidem ad vitam, & favore ejus Leviri, plures videbatur pati exceptiones tum ex qualitate personarum, tum ex tempore ipso, propter quas nequa-
6 quam esset attendenda, præsertim ad elidendas prædictas probationes, quę utpote habentes omnimodam justitię, & veritatis præsumptionem, & refundentes onus rigorosæ probationis in Parisanam Ream conventam, erant in quacumque dubietate attendendæ, ut in minoribus terminis firmavit *Rot. in eadem Bononien. Divisionis super fructibus 27. Martii 1719. §. Et quamvis, & §. Et sanè cor. bo. me. Ansaldo.*

His autem ita positis respectu firmandæ quantitatis fructuum hujus Prędii, facile erat comperire liquidationem, & summam

Astri-

Actricibus restituendam, signanter recurrendo ad initium litis motæ de anno 1692.,
7 circa quod dubium esse non poterat, cum stabilitum fuerit in Decisione diei 26. Iunii 1715. cor. Reverendissimo P.D. Crispo, quæ hic, & nunc supponi omnino debet, juxta regulas nostri Tribunalis, de quibus in *Anagnina Iuris pascendi* 19. *Iunii* 1719. §. *Quod enim*, & in eadem *super aperitione oris* 7. *Martii* hujus anni §. *Fumum cor. Me*,
8 itaut habita proportione ante oculos ad tertiam partem ipsis debitam à dicto tempore de annuis scutis 90., depræhenderetur ex calculo aritmetico, eamdem quantitatem restituendam ascendere ad scut.690., qui pariter calculus benè probat, & attendi debet, ut dixit *Rot. in eadem Bononien. Divisionis super fructibus* §. *Porro duplici cor. bo.m. Ansaldo*.

Quoniam verò ex parte Parisanæ Rex conventæ ad minorandos hujusmodi fructus proponebatur, sibi competere compensationem, seu detractionem melioramentorum ab ejus Auctore factorum in controverso Prędio, eaque ascendere contendebat ad conspicuam quantitatem, DD.etiam
9 si benè advertissent, hujusmodi exceptionem fortasse proponi non posse sub præsenti dubio, vel stante ejus turbiditate, non esse tantæ efficacię, ut retardaret consecutionem dd. fructuum debitorum in execu-
10 tionem Rei Judicatæ, sunto magis quia etiam melioramenta respectu eorum qualitatis plures patiebantur difficultates circa debitam refectionem, amplecti posse censuerunt temperamentum bonificandi aliquam quantitatem Parisanæ in hujusmodi causam. Et propterea reducendo creditum Sororum de Iottis ad sc.400. dumtaxat, ita utentes eo arbitrio, quod in faciendis liquidationibus, obtruncandisque ulterioribus litigiis, Judicibus, & præsertim Sacræ Rotæ concessum est, ut sæpius dixit ipsa *Rot. dec.*56. *num.*10. *apud Salgad. in Labyr. Creditor. dec.*38. *n.*7. *cor. Ubaldo*, *decis.*57. *n.*6. *cor. fa.me. Alex.VIII.*, *& in Romana Domus*, *seu Domorum super Reservatis* 23. *Februar.* 1720. §. *Consimiliter cor. Me*.

Et juxta hunc modum Domini censuerunt, liquidandos esse controversos fructus in præfata quantitate scutorum 400. utraque &c.

BARCHINONEN. EXEMPTIONIS.

Veneris 4. *Iulii* 1721.

ARGUMENTUM.

Capitulum habens præeminentialem directionem Macelli particularis pro usu etiam aliorum Ecclesiasticorum; nec ab istis, nec à Clero inferiori cogi potest ad illam minoris locandum alteri affictuario, qui carnes minoris vendere offerret, & quare?

SUMMARIUM.

1 *Res judicata parit exceptionem litis finitę.*
2 *Pars dispositiva sententiæ principaliter semper attendenda est.*
3 *Privilegium retinendi Macellum particulare ad effectum scindendi carnes Capitulo concessum, etiam pro usu cæterorum Ecclesiasticorum, extenditur etiam ad Ecclesiasticos exteros, & Capituli inferioris*, ampliа ut in n.8.
4 *Capitulum habens Macellum particulare, & præeminentialem directionem super eo, licet omnibus Ecclesiasticis sit commune, cogi nequit à Clero inferiori, sive alia Ecclesiastica persona ad illud minoris locandum alteri affictuario, & quare?* & num.6.
5 *Amplia, quando non adesset observantia centenaria super coactiva locatione, quæ etiam ex longe minori tempore desumitur.*
7 *Sententia per centum annos observata super usu privativo retinendi macellum pro Ecclesiasticis à Capitulo relata non admittit disputationem, an afficiat Ecclesiasticos, vel ne?*
9 *Approbatio alicuius actus fieri debet ab omnibus interesse habentibus.*

DECISIO MCCLXII.

EX Sententia Regii Senatus Cataloniæ lata de anno 1615., de qua apud *Fontanell. dec* 511. decreta fuit favore Capituli Barchinonen. facultas, & prærogativa habendi pro Personis Ecclesiasticis Macellum ab aliis Laicorum Macellis distinctum, in quo carnes scinderentur pro eorum substentatione. Exindè Clerus inferior ejusdem Civitatis, ac si distinctum, ac separatum corpus constitueret Ecclesiasticorum, sese erexit in spem eamdem facultatem obtinendi, sed respondit Senatus unum Macellum omnium Ecclesiasticorum usui satis esse posse, juxta *Decision.*211. *Cortiad.*, idemque approbavit nostrum Tribunal, ut ex geminis *Decisionibus* 1. *Iunii* 1685. *cor. bon mem. Paulutio*, *&* 19. *Ianuarii* 1684. *cor. bo.me. Hernault*.

Novissimè verò iterum prodiit in judicium idem Clerus inferior repræsentatus per Confraternitatem S. Severi coram Vicario Reverendiss. Episcopi in partibus, & sub motivo nullius participationis ejusdem prærogativæ, seu exemptionis, quia carnes ipsis aliquando venderentur in d. Macello majori pretio, quam Laicis venderentur in aliis præfatæ Civitatis Macellis, petiit provideri, quod Capitulum teneretur locare Macellum facienti meliorem oblationem, idest offerenti vendere Carnes viliori pretio; fuit tamen ab hujusmodi petitione rejectus, & ideo ad nostrum Tribunal appellavit, in quo datum fuit dubium complexivum quarumcumque prætensionum ejusdem Cleri appellantis -- *An Clero inferiori Civitatis Barchinonen. competat exemptio carnis in Macello Capituli, itaut pro hujusmodi effectu teneatur Capitulum affictare Macellum offerenti vendere viliori pretio* -- Cumque illud proposuerim Dominis examinandum in hodierna Rota, responsum accepi *affirmativum juxta modum* inferiùs exprimendum.

Incipiendo à priori parte, censuerunt uti-

utique Domini competere Clero inferiori quamcumque prerogativam, seu exemptionem in Macello Capituli, qua polleat idem met Capitulum, sive agatur de exemptione à Gabellis, quæ forsan istius juris occasione solvantur, sive agatur, ut oportunius visum est, de jure ipso habendi usum, seu emptionem carnium in d. Macello eodem omnino pretio, quo venduntur Canonicis, eorumque familiis, pro his enim omnibus fundata reperitur intentio Cleri inferioris in Sententia Senatus Cataloniæ anni 1615., aliisque ejus confirmatoriis usque ad rem judicatam
1 obtentis ab eodem Capitulo, & ideo sive ex eorum acceptatione, sive ex auctoritate rei judicatæ nulli expositus amplius exceptioni ejusdem Capituli, juxta vulgata dicteria, quod res judicata facit de albo nigrum, & nequaquam impugnari potest, ad *Text. in leg. Res judicata ff de reg. jur.*, *Rot. dec. 281. n.4. cor. Celf. dec. 125. n. 10. p. 5. rec.*, & cum aliis in *Romana Locorum Montium* 10. *Februarii hujus anni §. Et contrario cor. Me*, & in contemporanea super prælatione §. *Ratio pariter cor. Me*.

Et fanè in prædicta sententia non solùm expressum fuit in parte expositiva, quod Communitas Barchinonen. prætendebat non licere Capitulo habere Macellum *ad effectum ut in eo vendantur carnes ad usum, & pro substentatione Canonicorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum dicti Capituli, & aliarum in præsenti Civitate commorantium*, & in reddenda ratione, ex quâ è contrario dictum jus substinebat sibi competere Capitulum, dictum fuit: *Personis Ecclesiasticis competere libertatem, & facultatem designandi locum ad effectum in eo scindi faciendi carnes pro earum substentatione*, & in omnibus ferè Cataloniæ Civitatibus Capitula habere Macellum in quibus *Personis Ecclesiasticis, & earum familiæ*
2 *scinduntur, & venduntur carnes*, verùm etiam in parte dispositiva, quæ semper principaliter attendi debet, decretum præcisè fuit *licitum esse dicto Capitulo &c.* habere Macellum in loco ei benevifo, ad effectum, ut in eo vendantur carnes ad usum tantum Personarum Ecclesiasticarum in præsenti Ci-
3 vitate degentium. Et si igitur ista Sententia reportata fuerit ab eodem Capitulo, statim ex ea constat jus quæsitum fuisse super omnibus, quæ in illa decernuntur, etiam cæteris Ecclesiasticis Barchinonen., quia non solùm ipsum Capitulum, sed isti quoque sub dicto amplissimo genere, de quo mentionem fecit tot locis dicta Sententia, absoluté continentur, ad *Tex. in leg. Omnes, ibique Angel. Cod. de præscript. 30. ann. & leg. Semper ff. de reg. jur Menoch conf. 266. n. 69.*, *Anton. var. resol. lib. 2. resol. 33. n. 2.*, *Rot. dec. 533. n. 31. & 32. p. 14. rec.*
4 Difficultas autem erat in secunda dubii parte, quæ versabatur in eo, utrum ratione istius Communionis in hujusmodi jure competentis Clero inferiori, & universo Ecclesiasticorum Cætui, teneretur pro eorum indemnitate, seu potius utilitate Capitulum afficiare Macellum offerenti vendere carnes viliori pretio, & quamquam Domini id proficuum etiam eidem Capitulo, in opportunis tamen terminis, quod ex viliori pretio proveniret usus carnium quoque viliorum existimaverint, non tamen ad id cogi posse Capitulum censuerunt, quia cum certum sit ad idem Capitulum pertinere præeminentialem directionem, & administrationem Macelli, ut signanter dictum fuit inter easdem Partes in alia *Barchinonen. Exemptionis* 1. *Junii* 1685. *cor. bo. me. Paulutio*, impressa penes *Balduc. ad Ramon. tom 2. dec. 4. n. 3.*, quæ in præsenti omnino erat supponenda, juxta notorias regulas
5 nostri Tribunalis; utique ab ejus arbitrio pendere debet an velit, nec ne arrendare, neque cogi debet ad actum, quem non constat fuisse ex consuetudine observantia post dictam Sententiam usquam exercitum, neque ex parte Cleri petitum, quando ab hujusmodi coactione illud satis, superque excusare valet etiam longè minoris temporis observantia, quàm centenarii, *Gratian. discept. 951. num. 18.*, cum aliis in *Bononien. Datii Carnis* 24. *Novembris* 1713. §. *Superabun-*
6 *dare cor. Emo D. Cardinali Scotto*. Fortius attenta Sententia Regii Senatus lata anno 1619 per quam præcisè videtur fuisse exclusum Capitulum à tali facultate locandi Macellum, itaut etiam ex defectu ulterioris facultatis deveniendi ad locationem, nequeat eidem injungi ejusdem faciendæ
7 locationis obligatio, neque est quatendum utrum d. Sententia afficiat Ecclesiasticos, quia non fuit per centum annos impugnata, & prodiit in sequelam alterius concedentis jus Macelli, de quo agitur, itaut ob unius, & alterius Sententiæ acceptationem faltem obliget in vim pacti, ut ommissis aliis generalibus præcisè respondit *Rot. in d. Barchinonen exemptionis cor. bo. me. Paulutio* penes *Balduc. ubi supra dec. 4 n. 4. & 5.*
8 Domini tamen probè noscentes, quod ex indefinita hujusmodi Capituli præeminentia & facultate vendendi carnes pretio sibi benevifo nequaquam ulla Clerus inferior prærogativa frueretur, & frustraretur omnia utilitas ipsi debita coæqualiter cum eodem Capitulo circa usum, & pretium carnium, ad dirimendas non minus ulteriores controversias, quàm eidem Clero aliquatenus quoque succurrendum, ne debeat ex frande suspectum habere Contradictorem, censuerunt superaddendum præmissis resolutionis partibus modum, ut Clero inferiori licitum sit aliquem deputare ex ejus gremio, qui in emptione facienda animalium mactandorum, & stabiliendo pretio carnium, aliisque similibus interveniat pro parte ejusdem
9 Cleri; ita etiam suadente regula, qua docemur id, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debere, de qua *Tex. in cap. Quod omnes de regul. jur. in 6., & in cap. Adversus de*

de Immun.Eccles., *&* *cæteris collectis*, *Panimoll dec.6. annot.1. n.26.*

Et ita utraque &c.

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Testator condens fideicommissum pro hæredibus, & successoribus masculis, intelligitur in istorum defectum, etiam fæminas ad exclusionem extranei substituti vocasse, quoties expresse fæminas non exclusérit, ad terminos *Textus in leg.cum Avus ff.de condit. & demonstrat.*

SUMMARIUM.

1 *Fæminæ admittuntur ad exclusionem extranei substituti, quando sunt vocati ad fideicommissum descendentes masculi in infinitum, absque earum exclusione.*

2 *Amplia etiam si agatur de dispositione transversalis, scilicet de Patruo favore nepotum, qui fæminas istis defectis, numquam exclusisse præsumitur.*

3 *Subamplia, quando eadem die, & per acta ejusdem Notarii testamentum etiam condidisset frater Testatoris ad prospiciendum consimiliter suæ successioni, & omnia bona uniendum, & respective fęminas in defectum masculorum vocasset*; amplia, ut in n.6.

4 *Fęminæ an in defectum masculorum censeantur vocatæ, ad exclusionem extranei substituti, multum defertur facto tutoris à testatore dati.*

6 *Masculi ex fæmina veniunt etiam sub nomine descendentium masculorum in istorum defectum, licèt provenientes ex duplici medio fæminino in concursu quoque masculi ex unica fæmina agnata.*

7 *Prerogativa litterę non habet locum, quando Testator nullam fecit lineæ divisionem, sed unicam à suo fratre constitutam consideravit, ex quo sequitur, ut omnes ex eodem fratre descendentes in eadem linea contenti intelligantur.*

8 *Oeconomus deputandus est administrationi bonorum fideicommissariorum, quando hæres fideicommissarius speratur.*

DECISIO MCCLXIII.

Post absolutum examen successionis in fideicommisso Alberti de Signa, de quo ultimo loco actum fuit coram bon. mem. Marymon, juxta decisiones coram eo editas 23. Februarii, & 7. Junii 1720., redierunt sorores de Pelagattis ad controversiam successionis in alio fideicommisso Canonici Herculis de Signa, & in qua prodierat sententia Locumtenentis Civilis Ferrariæ declarans vocatos esse tam filios masculos Catherinæ de Signa Matris earundem sororum, quàm filios masculos Juliæ pariter de Signa; & ista disputatio hactenus non proposita neque coram A. C., neque coram eodem bonę memoriæ Marymon, subjecta fuit in hodierna Rota Dominorum judicio coram Me in illius locum subrogato cum dubio plurium prætensionum, seu petitionum complexivo — *An constet de fideicommisso, itaut sit danda immissio, vel potius sit locus deputationi Oeconomi*, cui, in contumaciam Julię pluries monitæ, sed non comparentis, responsum fuit *affirmativè in omnibus pro informante.*

1 Agendo enim in primis de purificatione fideicommissi, illam suadebat contextus dispositionis testamentariæ Canonici Herculis, qui, nulla præmissa fęminarum exclusione, solumque vocatis Descendentibus Masculis hęredum institutorum, & substitutorum perpetuò, & in infinitum, successivè progressus est ad substitutionem Loci Pii, quo sanè, cum certum est ex præsumpta Testatoris voluntate, defectis masculis, admitti debere ad successionem fæminas, & descendentes ab eis in exclusionem extranei substituti ex quadam suppletiva vocatione approbata per *Text.in l.cum Avus ff.de condit., & demonstrat.*, *&* *l. cum acutissimi C. de fideicom.*, *Torr.de Primogen. q.16.num.17., & seq., & n.104.*, *Rot. dec.132. num.6. p.16. rec. inter collect. ad ornat. Card. de Luc.de fideicomm. dec.23. nu.8*, *& in Romana Fideicommissi 15. Aprilis* 1701. §. *Et secundò cor. bon.me. Ansaldo.*

2 Etiamsi agatur de dispositione transversalis, quia ultra quod cum esset Sacerdos, & instituerit nepotes ex ejus fratre, videri posset illos habuisse loco filiorum, & tanquam de illius linea effectiva, ideoque non solùm ipsos, sed totam eorum descendentiam prædilexisse, ut ponderat de *Luca de fideicom. disc.25. n.17., & disc.146. num.11.*, ac firmat *Rot. in Mantiss. ad eumdem de Luc. de fideicom. dec 1.n.19., & dec.2.n.29.*

3 Cessat difficultas ex extrinseca quoque facti circumstantia, quod eadem die, eodem loco, coram eisdem Testibus, & per acta ejusdem Notarii, quibus Testamentum condidit Canonicus Hercules, illud exaravit etiam Albertus ad prospiciendum consimiliter suę successioni, & omnia bona uniendum in filiis, & respectivè nepotibus, & in declarationem hujus sui Testamenti successivè Albertus scripsit Codicillos, in eisque expresse vocavit ad successionem etiam fæminas. Sive igitur vocatio fæminarum in Testamento, & Codicillis Alberti operari valeat ob contemporaneitatem, & conformitatem in institutione, & substitutione parem vocationem in Testamento Herculis fratris juxta ea, quæ in similibus terminis tradit *citat.de Luc.de fideicomm. disc.253.n.3., & per*
4 *tot.*; sive saltem sumenda sit pro interpretatione voluntatis ejusdem Herculis erutę ex facto fratris Tutoris dati à Testatore ejus filiis hæredibus institutis, quæ sanè interpretatio etiam attendi solet ex iis, quæ tradunt *Paris.cons.75. n.2. vers. consequenter lib.2.*, *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.3. tit.1. n.28., & lib.12. tit. 16. n.22.*, ac plenè *Rota in Ariminen. fideicommissi* 18. *Februarii*

bruarii 1701. §. *Alterum cor. Emo Scotto*
5 utique semper faciliorem reddere debet admissionem fœminarum, præcipuè ad exclusionem ultimi extranei substituti in defectû masculorum, etiam quoad successionem Herculis.

Ex ista vocatione fœminarum, ejusque purificatione per indubitatum masculorum defectum, descenderet in consequens immissio favore filiarum Catherinæ de Signa ad medietatem fideicommissi, sed quando etiam
6 in præfato fideicommisso non succederent fœminæ, illudque considerandum esset purè masculinum, & pro masculis institutum, cum hodie deficiant masculi ex masculis, negari non posset, quod juxta *consil. Fulgos.* 85., essent vocati, tanquam venientes sub nomine Descendentium masculorum, etiam filii masculi filiarum d. Catherinæ, licèt provenientes ex duplici medio fœminino, quia & isti veniunt sub præfata appellatione in concursu quoque masculi ex unica fœmina agnata, *de Luca de fideicomm. disc.* 28. *n.* 5., *R. ot. decis.* 132. *n.* 16. *p.* 16. *rec.*, cum aliis relatis in *Balneoregien. fideicommissi* 13. *Junii* 1712. §. *Non obstante coram Rmo P. D. Aldrovando.*

7 Quin masculi Juliæ promereantur prælationem ex lineæ prærogativa, in qua deficit ultimus masculus, & in qua ipsa reperitur, quia cum Testator nullam fecerit lineæ divisionem, sed unicam à suo fratre constitutam consideraverit, sequitur ut omnes ex eodem fratre descendentes in eadem linea contineantur, ut pariter explicat *de Luca disc.* 117. *n.* 5. *de fideicomm.*, itaut si superveniant Personæ habiles ad successionem ex uno, & altero ex descendentibus æque admitti debeant; quemadmodum istè firmatum fuit respectu fideicommissi Alberti in citata *decis.* 23. *Februarii*, & 7. *Junii* 1720. *cor. bon. mem. Cmarymon* in præsenti disputatione juxta stylum supponendis.

8 Postrema instantia respiciebat hunc præcisè casum, quod fideicommissum conservari deberet pro masculis, in qua hypothesi, quod veniat deputandus Oeconomus, qui bona fideicommissaria pro herede sperato administret, tradit idem *de Luca disc.* 7. *num.* 4. *ubi concordon.*; unde huic quoque instantiæ à Pelsgatris actricibus propositæ in omnem casum Domini annuerunt.

Et ita unica &c.

PERUSINA CENSUS SUPER MODO EXEQUENDI.

Veneris 4. *Julii* 1721.

ARGUMENTUM.

Creditor dotis quantitativæ de fideicommissi substantia detrahendæ, speciem, vel aliquod corpus in solutum, pecuniarum loco, recipere à fideicommissario non tenetur; talis enim æquitas tunc habet locum, quando bona justo pretio nequeunt subhastari, oblatores non reperiuntur, vel quanti minimi illa deliberarentur; secùs verò, si justo pretio isti emere se offerant, & adsint; loquendo inter debitorem, & creditorem sanguine conjunctos.

SUMMARIUM.

1 *Creditor pecuniarius non tenetur pro sui satisfactione speciem, sive aliquid in solutum recipere, neque aliud pro alio à fideicommissario*, & n. 2.

2 *Amplia, si mandatum jam fuisset exequutum, & res staret in terminis deliberationis faciendæ in sequelam rei judicatæ.*

4 *Fideicommissum tenetur pro restitutione, & constitutione dotis*, & n. 5.

5 *Dos pecuniaria ab hærede fideicommissaria non potest in specie restitui*, amplia ut in num. 6.

6 *Via exequutiva datur pro dote adversus fideicommissum.*

7 *Dos pecuniaria de fideicommissi substantia restituenda ex æquitate legis, potest in specie restitui, quando vel nullus reperitur oblator, vel quanti minimi fideicommissarius ea vendere cogeretur; & quando secus*, vide in num. seq.

8 *Limita, quando justo pretio in subhastatione compareret oblator.*

9 *Dos pecuniaria ex æquitate legis numquam in specie restitui potest, vel aliquod corpus in solutum tradi, quando patrimonium, ex quo sit detrahenda, opulentum reperiatur*; & vide rationem in n. 10.

11 *Dos debetur indistinctè de fideicommisso, neque prius discutienda est pars illius spectans ad principalem illius debitorem, quando hæc consolidata reperitur per obitum illius cum reliquo ejusdem fideicommissi*: amplia ut in num. seq.

12 *Hæres fideicommissarius quidquid acquirit uti vocatus ad fideicommissum, cum patrimonio fideicommittentis remanet consolidatum, ac si illud ab initio fideicommittens possedisset.*

DECISIO MCCLXIV.

Satagens Horatius Cantagalina impedire deliberationem Bonorum Fideicommissariorum quondam Marci Antonii senioris, super quibus Mons Spinellius ex Juribus Gabrieliæ Goghæ Creditricis pro restitutione suæ dotis in vim *Auth. res quæ Cod. com. de legat.* exequutionem expleverat prævio mandato A. C. Cincii, & exequutar S. Rotæ, obtulit pro debiti satisfactione tot bona in solutum d. Monti Creditori, quo recusante oblationem prædictam, dedi congruum dubium -- *An sit procedendum ad deliberationem bonorum executatorum, seu potius eadem danda sint in solutum, & quomodo* -- Quo in hodierna audientia proposito, DD. responderunt *affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam.*

1 Ratio resolutionis stetit in eo, quod creditum Gabrieliæ pro restitutione dotis constat in pecunia numerata, ut favore ejusdem mulieris decisum habetur *in rec. dec.* 292. *part.* 15., & *meminit prima decisio inter has partes*

partes emanata die 15. Januarii 1716. cor. Me; undè Mons Spinellius agens ex juribus d. Gabrielis contra Fideicommissum obligatum pro d. restitutione, ut cogi non debeat ad recipiendum bona in solutum, fundatam habet intentionem in communi juris regula, quod nimirum creditori invito debitor aliud pro alio dare non possit *Text. in leg. 2. §. Mutui datio §. Si certum petatur Ronit. consf. 18. n. 14., Surd. consf. 392. nu. 4.*

2 Quæ procedit etiam in creditore pecuniæ, dum debitori quantitatis in specie proprium debitum satisfacere non permittitur *leg. est, à quo Cod. de solut. de Franch. dec. 83. num. 1., Surd. dec. 30. n. 9.*, & in terminis dotis restituendæ optimè *Mare consf. 13. nu. 16., Ruin. consf. 65.* pariter *num. 10. vol. 2., Amat. decis. Marcb. 91. n. 1. & seq., Rot. cor. Ubald. dec. 606., & cor. Duran. dec. 1. n. 1., & seqq., & in alia Perusina Pecuniaria 27. Iunii nuper elapsi §. Absque eo quod cor. Me.*

3 Maximè quia mandatum cujus favore Mons Spinellius instat pro subhastatione, fuit relaxatum ad præcisum effectum exequendi super Bonis Fideicommissariis Marci Antonii senioris, & quod magis est canonizatum repetitur per Signaturam Justitiæ cum clausula *S. P.*; unde cum deliberatio Bonorum Fideicommissariorum, super quibus fuit facta executio, sit necessaria sequela rei judicatæ, licitum amplius non est fideicommissario debitori sub motivo offerendi tot bona obicem præbere consummationi executionis prædicti mandati, ut supra canonizati, ut bene notat *Rota coram Ubald. d. decis. 606. num. 2.*

Nec alicujus momenti reputandum fuit, quod agatur contra fideicommissum subsidiariè tantum obligatum. Fideicommissarius

4 enim, qui ob defectum bonorum liberorum tenetur dotem restituere in vim Authenticę Resquæ ad evitandam bonorum fideicommissariorum subhastationem allegare minimè valet particulare Juris privilegium,

5 quo mediante quantitativè dotis solutionem in specie possit explere, dum potiùs ex causa dotis constituendæ vel restituendę libera contra fideicommissum tributa habetur facultas alienandi bona fideicommissaria, ut ex littera ejusdem authenticæ docet *Surd. decis. 2. num. 1. & seq. Rot. apud Posth. de subhast. decis. 224. num. 24. & dec. 235. num. 2. coram Cerro dec. 95. sub num. 8., & 9. coram Merlin. dec. 683. num. 1., & in Faventina Fideicommissi super prædio 26. Junii 1715 §. primo enim coram Me*, & quidem etiam per bonorum subhastationem, quæ venit in sequelam, signanter ubi, prout in

6 casu, processum fuit via executiva, quam pro dotis restitutione contra fideicommissum admitti firmat *Card. de Luc. de dot. disc. 145. num. 59. Rot. in rec. dec. 40. num. 12. & seq. par. 12., cum aliis plene relatis in Reatina Servitutis super expensis 17. Februarii 1721. §. pariformiter coram R. P. D. Foscaro.*

7 Remedium autem oblationis, ac dationis in solutum, quod in terminis authenticæ Resquæ saltem de æquitate amplectendum esse contendebat Horatius ex auctoritate *Car. de Luc. de dot. disc. 145. n. 100.*, ut loquitur idem auctor, tunc forsan locum habere potuisset, quoties in licitatione Bonorum, aut nullus comparuisset oblator, aut pretiū oblatum dignosceretur injustum sat, cum

8 in casu præsenti constiterit, quod positis sub hasta bonis executatis statim, comparuit oblator in scutis 6021. hinc non docto de læsiva, ac minus æqua pretii oblatione nulla DD. concurrere visa fuit æquitas, ex qua Mons Spinellius creditor quantitatis cogendus sit ad recipiendum bona in solutum, & propterea eo magis reputatum fuit Justitiæ consonum, non recedere à regulis Juris superiùs præmissis, spreto motivo æquitativi remedii, quod in his circumstantiis numquam est amplectendum, ut probant *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 140. Posth. d. subbast. inspect. 43. num. 7. Bonden. collect. legal. 43. num. 57. par. 1. Rota apud nigr. de subb. 12. num. 2. in rec. disc. 696. nu. 2. par. 1. coram Duran. decis. 1. num. 33. cor. Ubald. dec. 606. num. 6. coram Lodovis. dec. 250. n. 3., & 6. cor. Emerix sen. dec. 47. n. 7.*

9 Advertendo potissimè, quod in fideicommisso Marci Antonii senioris de Castagallina non fuit impugnatum alia adesse prædia ultra executata; ubi enim hæreditas est solvendo, vel opulenta, prout etiam præsumitur, cum pecuniæ facilè possint comparari, eo minus admittitur debitori facultas offerendi creditori pecuniario tot Bona in solutum, ut tradunt *Castrens. in leg. etsi præfatam num. 5 cod. de Inr. deliber. Sol. ad cap. subaud. tit. 29. de form. proced. in pignor. & subbast. glossa 3. num. 38. & seqq., de subhast. inspect. 43. num. 8. & 11. Cancer. var. lib. 3. cap. 2. num. 141., Bonden. collect. legal. 43. num. 57., Rota apud Nigr. de subbast. d. dec. 12. n. 3.* alias enim asserta æquitas

10 undequaque in damnum, & injuriam creditoris converteretur, quod non est admittendum, ut benè loquit *Surd. decis. 30. sub num. 3. Morot. consf. num. 12. Rota coram duran. dec. 1. sub num. 29., & coram Ubald. d. dec. 606. sub num. 9.*

11 Minusque ad impediendam deliberationem bonorum sub executione cadentium promeruit attendi, quod Mons Spinellius priùs prosequi debeat portionem bonorum fideicommissariorum, quæ obvenerat Fulvio principali dotis debitori; cum enim per mortem ejusdem Fulvii totum Fideicommissum fuerit consolidatum in Horatio, bona fideicommissaria indistinctè dictæ restitutioni remanserunt obnoxia juxtà veriorem opinionem, quam optimè tuentur *Andreol. contr. 216. num. 1. Mans. consult. 329. num. 9. & 10. Petr. de fideicomm. quæst. 8. n. 809. Caren. resol. 130. num. 1. Card. de Luc. de donat. disc. 38. n. 11. disc. 34. n. 13., & disc. 145. num. 29. & seq. Urceol. de transact. in adnot. ad dec. 83. vers. & si essent plures Fra-*

tres

tres, de Comit. dec. Florent.52. num.6. Rota coram Merlin. dec.657. num.4. & seq. coram Priol. dec.359. num.24.

12 Et quidem optima ratione, quia totum id, quod purificato fideicommisso acquiritur ab hærede ad idem fideicommissum vocato efficitur unica portio at unicum Patrimonium, quod perindè habetur, ac si ab initio, & imediatè à fideicommittente in ipsum devenisset, ut in proposito ponderat *Mans. d. consult.235. sub num.10. Card. de Luc. de dot. disc.38. num.11., & disc.145. sub num.29. Rot. coram Merlin. d. decis.657. num.6.* Et sicuti si eadem portio reperiretur penès fideicommittentem ad dotis restitutionem obligatum omnia bona essent absque ulla separatione obnoxia eidem restitutioni faciendæ, ità sequta consolidatione integri fideicommissi, quod prius in piures portiones divisum fuerat Possessor declinare non potest exercitiū actionis Auth. res quę super omnibus fideicommissi bonis, quæ vigore sequutæ purificationis acquisivit, ut benè prosequitur *Caren. de resol.130. sub num.7., & 8. de Comit. d. dec. Florent.52. num.8. cum duobus seq.*

Et ita utraque &c.

HYDRUNTINA BENEFICII.

Veneris 4. Julii 1721.

ARGUMENTUM.

Patronus per subsequens legitimatus, & à fæmina in schemate concubinatus per fundatorē retenta ortum habens à Jure patronatus activo non decadit, quia per legitimationem ex subsequenti ad omnia jura, & ad omnes juris effectus reintegratus censetur, satisque est, ut ab ea Præsentatus institutionem referat, quod in quasi possessione præsentandi, & filiatione gaudendi extet. Filiatio etiam per conjecturas, & Testes de publica voce & fama deponentes, ac ex appositione nominis in Fonte Baptismatis uti filius, de quo dicitur natus, probatur.

SUMMARIUM.

1 *Gratia Apostolica pro præsentato verificatur, quando ex quatuor Compatronis Præsentatus duorum habet vocem, & pro aliis duobus illam curavit referre*, & numero seq., nec non amplia, ut in num.15.

2 *Gratia Apostolica pro præsentato medietatem vocum requirit.*

3 *Litteræ Apostolicæ pro presentato sunt celeriter exæquendæ.*

4 *Patronus natus ex damnato coitu de muliere in schemate concubinatus à Fundatore retenta, & per subsequens legitimatus ad omnes juris effectus legitimus evadit, nec à iure activo præsentandi tali casu decadit, sed imò ad illud reintegratur.*

5 *Clericus in minoribus Ecclesiastico gaudens beneficio prolem ex illegitimo coitu susceptam per subsequens legitimam reddit ad omnes juris effectus.*

6 *Amplia, & si Matrimonium fuisset contractum in ultima vitæ periodo.*

7 *Filiatio, licet dificillimæ sit probationis, argumentis, & conjecturis probari potest.*

8 *Filiatio probatur, ex quo filius in sacro Fonte Baptismatis inscriptus sit natus de illo, à quo prætenditur genitus.*

9 *Item ex depositionibus Obstetricis, Civium, vicinorum, & similium personarum, quæ deponerent, quod Pater in schemate concubinatus Matrem penes se retinuerit.*

10 *Amplia si testes prædicti de publica voce, & fama deponerent.*

11 *Subamplia, ut non destruantur tales depositiones ex contrariis fidibus pendente lite expiscatis, & mulierem aliis sui copiam fecisse deponentibus.*

12 *Testes viles testibus qualificatis, & numero maioribus proponuntur.*

13 *Patronus, licet illegitimus non prohibetur ex hoc capite presentare ad Beneficium, quando in quasi possessione filiationis, & legittimitatis extat.*

14 *Amplia, si sit etiam in quasi possessione præsentandi.*

15 *Quasi possessio præsentandi oritur ex admissione ad præsentandum, & Gratia Apostolica pro presentato ex hoc capite dicitur iustificata.*

16 *Compatronus præsentando cum effectu preservat jus alteri compatrono, qui illius præsentationi adesisse præsumitur.*

17 *Litteræ Apostolicæ pro presentato non sunt exequendę, ex quo subreptitię, si in eis omissa sit mentio de precedenti Provisione, & Jure alteri quęsita.*

18 *Prelatio non datur Presentato ex quo dupplici consanguinitatis vinculo à fundatore contemplato isti reperiatur conjunctus, quando & iste ordine successivo natos de familiis contemplatis vocasset*, & vide casum.

19 *Amplia, quando cętera non possent paria dici ob defectum ętatis in uno ex Presentatis.*

DECISIO MCCLXV.

REvocatis ad Trutinam fundamentis decisionis coram Reverendissimo P. D. Crispo Archiepiscopo Ravenaten. die 29. Novembris superioris anni, informante tantum Dominico Prototico evulgatæ, prò executione litterarum Apostolicarum, quas Ipse Dominicus à S. Sede cum derogatione medietatis vocum reportaverat in procedenti Instantia Sac. Tribunal coram R.P.D. meo Cerro, prævia decisione edita die 6. Februarii 1719., cum illa undique subsistentia visa fuerint, non obstantibus literis Apostolicis pariter exhibitis per Paschalem, Domini per Me, tamquam subrogatum in locum dicti Reverendissimi Ravennaten. sub congruo dubio interrogati, respondere *in decisis, & Litteras Paschalis non esse exequendas.*

1 Siquidem Juspatronatus, de quo agitur, ex pia dispositione Francisci Giuranne erectum in Oppido Jurdiviani, & reservatum

tum favore descendentium Francisci Prototici penes quatuor Patronos reperiri compertum fuit, scilicet Josephum, & Michaelem descendentem ab Antonio, & Nicolaum, & Joachim ortum habentes à Dominico Seniore de Prototico. Unde eo ipso, quod in præsenti vacatione Dominicus Jun. præsentationem reportaverit à dd. Nicolao, & Joachim, ejus favore verificata dici deber
2 gratia Apostolica pro præsentato, quæ solam medietatem vocum exposcit, ut sæpius dixit *Rota*, *& signanter apud Card. de Luc. dec.19. num 9., & dec.20. n.10. in Mantiss. lib.3. in Romana Cappellaniæ 21. Novembris 1715. §. Ex his, & §. Utique cor. bon. me. Ansaldo, & in Auximana Jurispatronatus 11. Martii 1718. §. Eas namque cor. R.P.D. Rovavult de Gamaches* & propter
3 terea Litteræ ejusdem Dominici celebrem merentur executionem, ut præcipit *Text. in cap. si Capitulo ibique Gloss. verb. exequat. de præbend. in 6. Rot. coram Emerix Jun. dec.675. n.2. in Perolivin. Canonicatus 5. Febr. 1714. §. Cum enim, & §. final, cor. R.P.D. Falconerio, & in Abulen., Cappellaniæ 31. Januarii 1718. §. Inconcussa cor. Me.*
4 Frustraque ad excludendum concursum medietatis vocum favore Dominici repetita fuit exceptio, quod d. Nicolaus fuerit ex damnato coitu progenitus, ideoque dici nequeat de Familia Fundatoris, nec admitti valeat ad præsentandum, tanquam Filius Dominici Senioris de Prototico.

Pro remotione enim objecti demum in facto recognitum fuit, dictum Nicolaum hortum habuisse ab Antonina de Orca in Schemate concubinatus retenta per Dominicum Sen. de Prototico, qui subinde matrimonium contraxit cum eadem Antonia. Quapropter Nicolaus licet antea natus, vere de Familia fundatoris censeri debet, cum ob subsequutum dicti Dominici Mattimonium ad omnes Juris effectus legitimatus remansit, & tamquam legitimus, & naturalis, est reputandus, ad *Text. in cap. tanta est ubi gloss. verb. legitimi, qui fil. sint legit. cap. cum in cunctis in princ., & ibi Abb. n.4. de eleer. Menoch. cons.16. nu.5., & 17. Bellet. disquis. Cleric. par.1. tit.1. §.3. n.18., & seq. Rot. cor. Ottob. dec.251. n.68.*
5 Idque indistinctè, quamvis d. Dominicus Sen. tempore susceptionis d. Nicolai esset Clericus beneficiatus, & matrimonium contraxerit in ultimo mortis articulo; quia juxta veriorem opinionem Clericus in minoribus Ordinibus constitutus possidens beneficium Ecclesiasticum, Prolem ex illegitimo coitu susceptam per subsequens Matrimonium legitimam reddit, ut bene firmat *Bal. super feud. in cap.1. §. Naturales n 9. si de feud. fuerit controv. inter Dom., & agnat. Vassal., & aliis relatis contra Bartol. in leg. penult. ff. de concubinatu probat. Cov. in Epitom. de Sponsal. par.2. Cap.8. §.2. n.5.*,
6 etiamsi Matrimonium fuerit contractum in ultima Vitæ periodo, *Jo. Andr. in d. cap. tanta est in princ. qui fil. sint legit. Sanchez. de Matrim. lib.7. disput.105. n 5., & seq. Covar. in 6. par.1. tom. de Sponsal. par.2. d. cap.8. §.2. n.10. Bellet. disquis. Cler. par.1. tit.1. d. §.3. sub n.20.*
7 Filiatio autem d. Nicolai erga Dominicum Patrem, quæ tanquam difficillimæ probationis argumentis, & conjecturis contra quoscunque regulariter probari potest, in
8 casu præsenti abundè justificata visa fuit, non solum, ex quo d. Nicolaus in Sac. Baptismatis fonte inscriptus fuit uti Filius d. Dominici Senioris, qui actus de se vehemens præbet Filiationis argumentum, ex firmatis per *Surd. cons.1. n.41., Bero cons.162. nu.9. lib.2., Rot in rec. dec 409. n.5., & 6. par.1., & cor. Ottob. dec.211.*, sed etiam quia pro
9 parte Dominici Senioris exhibitus fuit processus Curiæ Archiepiscopalis Hydruntinæ, in quo de mandato ejusdem, usque de anno 1688. examinati reperiuntur Obstetrix, aliique Testes ad præcisum effectum probandi concubinatum d. Antoniæ cum d. Clerico Dominico Seniore de Prototico, prout etiam exhibitæ fuerunt aliæ depositiones, tum Capituli Cathedralis Ecclesiæ Hydruntinæ, tum Nobilium ejusdem Civitatis Hydrunti, tum demum Civium d. Oppidi Jurdiniani, ut ex *Sum. Dominici num.2. 3.*, quæ acta, & respectivè depositiones apertè præseferunt, quod tàm d. Nicolaus, quam etiam Joachim ortum habent ex illicito Concubitu Dominici Sen. cum d. Antonia eo tempore domi retenta in Schemate Concubinatus. Et propterea sufficientem filiationis probationem constituunt, *Ruin. cons.11. num.18. vol.2. Rota cor. Coccin. dec.1644. n.7. cor. Ottobon. dec. 137. n. 13. in rec. dec. 314. n. 14. p. 6., dec.229. num.14. p.10. decis. 310. nu. 2. p.12., & dec.627. n.11. p.19.*, præcipuè
10 dum ex illis constat de publica omnium reputatione, ac fama, quæ maximè valida, & efficax ad hunc effectum reputatur, ad firmata per *Ferraret. Cons 49 n.3., Surd. cons. primo n.48., Rota cor. Bratt. dec.145. n.1, & dec.725. n.3, & seq. cor. Otthobon. dec. 251. n.7., & in Neapolitana Fideicommissi 4. Februarii 1715. §. Statuta hinc coram R.P.D. Cerro, & 12. Junii 1716. §. Nec denique cor. Emo Altbann.*

Quæ sane probatio filiationis Nicolai erga Dominicum Sen Patrem destrui minimè visa fuit ex aliis Testium depositionibus per Paschalem adductis ad probandum, quod d. Antonia verè non fuerit retenta in schemate Concubinatus, quodque aliis etiam sui copiam fecerit; quia cum istæ essent depositiones vilium personarum expiscatæ pendente lite non merentur attendi, ex firmatis per *Rot. in rec. dec. 290. n.2. p.6. cor. b.m. Ansaldo, dec.34. in addit. n. 44. cum duobus seq., in Leodicn. Vicariæ de Floron. 14. Aprilis 1718. §. Parisormiter cor. R.P.D. Foscaro, & in Salamantina pensionis 29. Aprilis ejusdem anni coram R. P. D.*

12 *Her-*

12 *Herrera*. Et satis absorbentur à recensitis actibus Curiæ Archiepiscopalis Hydruntinæ, aliisque Testibus per Dominicum jun. adductis, quantitate, & numero longe majoribus ut probat *Farinacc. de Testibus q.65.n.130. de Luc. de empt., & vendit. disc. 24. nu. 6. Rota cor. Greg. dec. 449. n.5. cor. Emerix. Jun. dec. 1167.n.14., & in Tranen. prebeminentiarum super reservatis 19. Novembris 1717. §. Quo vero cor. bon. me. Ansaldo*.

Omnemque difficultatem removeri ani-
13 madversum fuit, non solum quia attentis dictis probationibus impugnari nequit, quod dd. Nicolaus, & Joachim reperiantur in quasi possessione filiationis, quæ in Judicio, de quo agitur suffragatur, ex firmatis per *Gloss in ap. Michael. verb. confiteerit in fin. de fil. præsbiter., Parif. conf. 10. n 50. vol.2., Menoch. de præs. lib. 6. præs. 53. nu. 23., Gratian. discept.653.n.71., & discept. 754 sub n.32., Cyriac. contr.236. n.16., Rota cor. Ottob. d. dec. 251 n. 11. cum duobus seq. in rec. dec. 217. n.7., & dec. 409 n. 10. p.15., & in Avenionen., seu Vasionen. Primogenituræ 5. Decembris 1701. §. Prædi-*
14 *ctaque cor. bo.mem Muto*; sed etiam quia reperiuntur in quasi possessione præsentandi, dum tàm dicti Nicolaus, quam Joachim in præcedentibus vacationibus per Compatronos fuerunt admissi ad præsentandum, & eorum præsentationes effectum sortitæ fue-
15 runt. Ex qua admissione, cum oriatur quasi possessio etiam in Jure præsentandi, gratia Apostolica pro præsentato, quam Dominicus jun. reportavit, eo certius dici debet justificata, juxta *text. in cap. quærelam 23. de elect., Rota in Capuana Jurispatronatus 11. Maii 1708. §. E contra cor. Mc, in Pennen. Beneficii super executione litterarum Apostolicarum 11. Maii 1710. §. Hoc autem, & seq. cor. R.mo Aldrovando, & in Forolivien. Canonicatus 4. Febr. 1714. §. Quamobrem cor. R.P.D. Falconerio Almæ Urbis Guber-*
16 *natore*. Et hæc quasi possessio suffragari debet, etiamsi Nicolaus in ultima vacatione non præsentaverit, quia cum iste non doceatur exclusus, & potuerit adhærere præsentationi Joachim Fratris, & Compatroni, quæ effectum etiam in hac vacatione fuit sortita, non obstante asserta Natalium illegitimitate, ejus quasi possessio certè dici debet præservata, ut probat *Garz. de Benef. lib.5. cap.5. n.115., Vivian. de Jurepatr. p. 2. lib. 5. cap.2.n.37., Card. de Luc. eodem tract. disc.63.n.28., Rota cor. Ottbobon. decis. 3. n. 22. cum seq.*

17 His positis pro executione litterarum Apostolicarum Dominici nulla ratio habita fuit de litteris pro præsentato simili modo a S. Sede reportatis per Paschalem, etiam cum dispensatione defectus ætatis; quia cum in istis mentio facta non fuerit de præcedenti provisione per d. Dominicum obtenta, ac de jure illi quæsito, posterior gratia ipsius Paschalis remanet subreptitia, & nullo modo exequenda, ad *text. in cap.2. de rescript. Corrad. in prax benef. lib.4. cap. 6. n.3., & 4., Rota cor. Cavaler. dec. 231. n.4. in rec., dec. 147. n. primo p.10, dec. 121. n.2. p.12., in Velaretana beneficii 7. Decembris 1708. §. Destituto cor. Reverendissimo Archiepisc. Ravennaten., & in Auximana Jurispatronatus 11. Martii 1718. §. Firmata, & §. final., & 27. Janii ejusdem anni Nec quoad litteras cor. R.P.D. Rovavult. de Gamaches*.

Non attento demum, quod d. Paschalis
18 præferri à Patronis debuerit ex duplici Consanguinitatis vinculo, quod habet cum Familiis Prototico, & Cavazza per Fundatorem contemplatis in Jurepatronatus passivo; tum quia descendentes ex dd. Familiis vocati, & contéplati fuerunt ordine successivo, ut bene firmatum fuit in *prima decisione R. P. D. mei Cerri §. Quandoquidem*.
19 Tum quia cum cætera dici nequeant paria, signanter ob defectum ætatis concurrentem in Paschale, prælatio minimè valet allegari, *Bellon. jun. consf.72. n 31., Rota cor. Coccin., decis. 2007. num. 8. cum seq., & in Romana Cappellaniæ 16. Martii 1708. §. Quod autem cor. bo.me. Ansaldo*.

Et ita utraque &c.

Finis Tomi Quinti.





